a


NAZIONALE
8
13 D
17
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
ROMA

TRACTATVS MORALIS


AD DEFENSAM ANIMARVM ADVOCATORVM, IVDICVM, REORVM,

PETRI PAVLI GVAZZINI ABBATIS
CONGREGATIONIS ORATORII CIVITATIS CASTELLI
Præpositi, Episcopi eiusdem Ciuitatis Pœnitentiarij, & Examinatoris,

In quo spectantia ad forum Fori pro foro Poli discutiuntur.

Opus apprimè necessarium Causidicis, Vicarijs, Gubernatoribus, & alijs Officialibus tam Ecclesiasticis quam Sæcularibus, nec non Regularibus, & Clericis omnibus maxime Confessarijs, ne contra sacros Canones, Constit. Sum. Pont., Decreta Sacræ Congreg. Praxim, & consuetudines legitimas aberrent.

CVM DVPLICI INDICE COPIOSISSIMO.





VENETIIS Apud Thomasinum, M DC L.

Superiorum Permissu, & Priuilegijs.

Christo Iesu

Aduocato, Iudici, Reo

Aduocato

Totius humani generis apud Patrem,

Iudici

Viuorum, atque mortuorum,

Reo

Pro nobis in terris, licet iniustè, reputato

Qui vt.

Aduocatus reconciliauit ima summis
delens chirographum damnationis

Æternæ;

Vt

Iudex habet omnem potestatem in cœlo & in terra,
& sedet à dextris Dei;

Vt

Reus humilians se vsque ad mortem, à Deo
exaltatus habet nomen super omne nomen.

Tractatum moralem

De Aduocato, Iudice, Reo,

Petrus Paulus Guazzinus

offert

Vt si Aduocatus clemens, & fidelis defensor sit mei.

Dum apropiant super me nocentes vt edant carnes meas
Si Iudex rectus & potens discernat causam meam, & ab
homine iniquo, & doloso recipiat me.
Si Reus sanctus, & innocens compatiatur Infirmitatibus
meis, sciens figmentum nostrum.

Sic igitur

Defendat, Iudicet, Foueat
Authorem, Opus, & omnia.



EMINENTISSIMO PRINCIPI BERNARDINO SPADÆ S·R·E· CARDINALI AMPLISSIMO·

Petrus Paulus Guazzinus F. P.



RIPLICI cuſpide non tam ornatum, quàm armatum Iuſtitiæ enſem quis ignorat? nempè calamo, lingua, & Imperio, (prout ex ipſa experientia diſcitur) ab impio Tirannorum incurſu,& verſuto opprimentium aſtu Iuſtitiæ cultus facile tuetur. Sed nec ſatis;niſi,& emicantia Aſtreæ Sydera benigno comitentur aſpectu, humanioris, ſcilicet ingenij accommodata auſpicia. Ad quem igitur accedam pro mearum lucubrationum patrocinio, vbi de Iuſtitiæ defenſione agitur,niſi ad te,Emin. Princeps, qui & tergemino enſe, & aureis Aſtreæ Syderibus, quæ, & Cœli lilia propter Virginitatis candorem nuncupantur, non tam gentilitio ſtemmate, qua ingenito animi nitore es inſignitus? Etenim Bononia, & Gallia, quarum legationi pro Summo Pontifice Vrbano VIII. præfuiſti; maximè verò Roma, imo, & Orbis, ſub cuius onere per tot munia tibi tamquam eximio Eccleſiæ cardini in Sacris Congregationi-

bus imposita non succumbis, sed recumbis, scit, quam seueritatem, & benignitatem in iudicando, defendendo, & imperando coniungere optimè noris; nec mirum; cum isti sint gladij in manu Saulis, & Ionathæ; qui, teste D. Gregorio Magno, discernunt falsa bona, & vera mala, quod non inuenitur, vt ipse ait, in vulgo, sed in perfectioribus Ecclesiæ Romanæ Præsulibus; in tuum igitur protectionis sinum confugio ad tua auspicia iampridem à me vsque à prima iuuentutis meæ die ex æde paterna, vbi Romæ commorabar, mox ex alia Affinis tuæ heu nobiliss. & religiosiss. fœminæ Camillæ Marchionissæ Maluezziæ de Vitellis, in cuius spirituali ministerio Typherni inseruiebam, venerata recurro, vt Iustitiam cnm Iustitiæ imperio defendas, & Defensiones Iustitiæ non sine Iustitiæ benigno aspectu faueas.

RELIGIOSISSIMO
PRÆSVLI
D. FRANCISCO BVCAPADVLIO
PATR. ROM. CIVITATIS CASTELLI
Episcopo, & apud Heluetios Nuncio Apostolico.



Llunii, ac caliginosa nocte loca periculorum plena peragrantibus, si repente lux aliqua oboriatur quid ni omnes è vestigio dirigant iter & simul oculos animosque conuertant? Profecto versabatur tamquam in obscuro hæc nostra Diœcesis, cum Episcopo Racagna demortuo noua Episcopi electione, noua quoque dies expectabatur; Quum ex altitudine diuini consilij non mediocris lux, amplitudo, scilicet tua, Illustrissime Præsul, sydus quidem virtutum splendore ornatissimum, & nobilitatis ingenitæ aspectu salutare vix sperare audentibus prodijt; etenim cum cæli astra aerem illuminent, ipsumque micantibus radijs depurent, cur equidem, nisi disciplinæ illuminationem, & morum depurationem sperare haud poterat à tuis stellis Typhernum? immo Mercurius Sapientiæ simbolum cum duobus coniunctus, Gemini, & Virgine, geminam, Iustitiam, & vitæ integritatem demonstrantibus domo, & exaltatione beneficis quod ex tribus Stellis quas in tuo æthere stematico ex nob. Buccapadulia antiqua Romana familia nascentibus auspicio, bonorum omnium spiritualium abundantiam nostro promittebant solo fæcundissimam. Ad hanc fælicitatis publicæ lucem, vt ego quoque accederem præter has communes nonnullæ propriæ priuatæque sunt causæ; in præsentiarum vna; Ad meum de animarum Forensium Defensionem tractatum tunc manum imposueram; iure igitur Dom. tuæ Illustrissimæ sub cuius ortu hic ingenij mei partus vitam cæperat exordiri tamquam natalitio syderi honorem referre debebam; præterea à stellis, quæ semper eruditorum hominum, præsertim moralium, teste D. Hyeronimo, fuere grata auspicia licet & mihi nonnihil fælicitatis augurari, videlicet, cum stellæ incorruptibilitatem significent, si meum hoc opus benignè aspexerint, inde coniecerim non obscure, nulla temporis iniuria quamuis longissimi periturum. Vale Typherni. Primo Iubilæi die M D C L.

Tuæ Dom. Illustrissimæ, ac Reuerendissimæ

Hum. ac Addit. seruus
Petrus Paulus Guazzinus.

AD

AD LECTOREM.



Ecesse erat Benigne Lector, vt pro Coronide eximij Tractatus ad Defensam Reorum Sebastiani Guazzini Patris mei nouissimè cum tertio Tomo,& Additionibus ad Primum & secundum eiusdem Auctoris, in lucem editi, adderetur a me & alius pro Defensione animarum illorum,qui eo vti opus habent; nam quid prodest homini si totum mundum lucretur animæ vero suæ detrimentum patiatur? Vanum est Reorum causas defendere si à Reatu animam suam Christianus homo non defendit.Quapropter libenter agressus sum hanc materiam Iudicialem tractandam ad Defensam spiritualem Conscientiæ eorum,qui in Foro versantur; & eo magis tum quia materia valde Practicabilis est, tum quia hanc censeo esse rationem cur tot causæ, & lites pereunt, & in eis iniustitiæ apparent multæ,quia male a forensibus accomodatur Forum fori cum Foro Poli; etenim hic est communis ferè omnium error exteriorem in Artibus quærere Perfectionem relicta omnis interioris scientiæ veritate,ne igitur Iudices, Aduocati, & alij,quibus Defensio vitæ,honoris, & rerum temporalium spectat à spiritualibus animæ, quæ magis spectari debent, aberrent, ijs quæ Pater meus ad Forum fori pertinentia scripsit, hæc pauca, eodem Defensionum & capitum ordine consultò posita,ad Forum Poli pertinentia addere necessarium esse duxi. Accipe ergo,Christiane Lector, has meas Defensiones, quas non animo à te acquirendi famam, sed fame tuam acquirendi animam collegi, & dum tractatui Reorum Patris mei studes, hunc etiam animarum eius Filij non dedigneris pro tua spirituali vtilitate sæpè percurrere, scias enim te nihil scire cum teipsum nescias, & tunc vtiliter aliorum saluti incumbere cum propriæ saluti enixè incumbes. Vale & ora pro me, vt vtiliora tibi Deo adiuuante etiam citò sicut spero perscribam, & licet multa inuenies ab alijs iam scripta,recordare id,quod ab erudito viro dictum est; omnia nostra sunt,& nihil; quid enim prohibet alienis vti ex parte,quæ nostra sunt? immo non minoris industriæ est aliorum vti doctrina cum proposito quam propriam texere omnino operam sine aliorum proposita doctrina,maximè vbi aliena indigemus authoritate, vt est in similibus materijs; iterum. Vale.

Hildeb. epis. 64. Senec.li. 1. in Ira c.6.

IN OPVS EXCELLENTISSIMI I. C. PAVLI GVAZZINI

Ad Defensam Reorum inscriptum,

Eminentissimoque, ac Reuerendissimo DD. Cardinali Spadæ nuncupatum.

ἑξὰστιχον

SVrgis in implicitos nexus Guazzine Reorum,
Soluat & vt scribens dextera formet opus.
Solueret & faciles, aliquis ni Gordius esset,
Soluere quem scribens dextera nulla potest.
Prouidus hinc ternum Spada concurris ad ensem;
Quis te Pellaum iam neget esse Ducem?

P. D. Caroli Seraphini Raymundi Cremonensis
Cler. Reg. Congregationis Somaschæ.

Ad eundem in idem Argumentum.

Aliud.

SIue tones verbo, calamo seu dogmata pandas,
Tàm benè Paule tonas, tàm benè Paule doces,
Tarsensis Paulus videaris vt alter in orbe,
Tarsensis gladius sed tibi Paule deest.
Tres igitur Spada cingis dùm nauiter enses,
Tarsensis Paulus Paule ter esse potes.

Eiusdem.

Eidem scribenti post Sebastianum Patrem ad defensam reorum.

Ioseph Dandolus I. V. D. plaudens.

Carmen.

QVid Pater? vt reseret fixos rubigine postes
Carceris, & tetras deyciat tenebras.
Filius vt superet voluans quà panditur inter
Aethereas chelas Erigonemque locus:
Icarus hic igitur dicatur, Dedalus ille,
Icarus intentu cautius astra petens.
Nobilior nam qui Genius compagine pennas
Iunxit Paule tuas, mox & iter docuit.
I felix nunquam mersurus nomina Ponto,
Quæ sacra ad cœlos firmiter aura leuat.
I felix, felix proprio, felixque paterno
Tramite, felices nulla procella nocet.
Quin ipse es nisu multo felicior illo,
Postes ille patris carceris, ipse Poli.

Ad

Ad eundem Auctorem Incerti.

Decasticon.

Alcides Erebi vitales ducere ad auras
Effracto Manes compede vi potuit:
Dulcia Treicius modulatus carmine vates
Eurydicæ soluit vincula nexa suæ.
Ipse Animas Guazzine Pater docto ore tueris.
Lethiferi eripiens criminis e foribus.
Vi legum innocuis, dulci & sermone refringis
Scribens æterna vincula dira necis:
Alcidi haud te, Treicio vel comparo Vati
Nam quæ mentita est fabula vera facis.

INDEX CAPITVM.

TRA

TRACTATVS MORALIS AD DEFENSAM ANIMARVM ADVOCATORVM IVDICVM, ET REORVM

AVCTORE ABBATE

PETRO PAVLO GVAZZINO

DEFENSIO PRIMA.


Circa personas quæ possunt exercere munus Aduocationis.

CAPVT PRIMVM.

An Ecclesiastici possint causas publicè aduocare sine peccato?

SVMMARIVM.

1 *Officium Aduocationis valde laudabile est.*
2 *Idem difficile ad salutem animæ.*
3 *Patrocinari causis opus misericordiæ est.*
4 *An Clericus possit esse Aduocatus.*
5 *Clericus aduocans pro extraneo contra Ecclesiam qua pœna est puniendus.*
6 *An Clericus in minoribus constitutus possit aduocare.*
7 *Clericus potest aduocare in causis proprijs & coniunctorum.*
8 *Qui veniant nomine coniunctorum.*
9 *Intellige quando possunt sine scandalo.*
10 *Clericus potest aduocare in causis Pauperum.*
11 *Item in causis vertentibus in Curia Romana.*
12 *Item quando non habent vnde viuant.*
13 *Item quando domi tantum consulerent.*
14 *Clericus in causis ecclesiasticis & coram Ecclesiastico potest licitè aduocare.*
15 *In alijs causis communibus cum Ecclesia.*
16 *Clericus aduocans in criminalibus quomodo se gerere debeat.*
17 *Clericus non efficitur irregularis si accusator condemnatur Pœna mortis.*
18 *Licet in progressu causæ obiecisset grauiter erga eum.*
19 *Limita si petijsset illum puniri pœna talionis.*
20 *Item limita quando Reum defenderet contra Iustitiam.*
21 *Quomodo Clerici in officio Aduocationis alijs præcedant.*
22 *Clericus an possit esse Procurator.*
23 *Clericus an possit exercere officium Notarij.*
24 *An Instrumenta rogata a Clerico Tabellione sint valida.*
25 *An Instrumenta incœpta ante Clericatum possit Clericus perficere post Clericatum.*
26 *Acquisita à Clerico in officio Notariatus ad quem spectent.*
27 *Clericus an possit salarium postulare.*
28 *Quæ lucratus fuit Clericus in Aduocatione illi prohibita an possit sibi retinere.*
29 *Nomine Clericorum quando veniant etiam Religiosi.*
30 *Regulares an possint exercere munus Aduocationis, & num. 31.*
32 *Religiosi petentes Curiam contra eorum Prælatos in quam pœnam incidant.*
33 *An possint exercere munus Notariatus, remissiue.*
34 *Casus in quibus impropriè dicitur aduocari, & n. 35. 36. & 37.*
38 *Quod peccatum committat Clericus aduocans in casibus vbi non potest.*
39 *Et quid de Religioso Regulari.*
40 *Quæ obseruare debemus ad cognoscendum peccatum mortale in supradictis.*

1 Ro defensione animarum Aduocatorum illud præmittendum est, quod officium Aduocationis, quamuis in se licitú, immo meritorium sit, cum non nisi adlites dirimendas, pacem conseruandam, & Rem publicam augendam sit institutum, ideo non minus bono communi consulere dicantur Iurisconsulti, quam si armis patriam, & amicos tutarentur. ita Sebast. Guazzin. Pater meus in Præfat. cui addo S. Antonin. p.3. tit.6. c.1. Tiraquell. de Nobilitat. c.29. Io:Garz. eo.tit. glos.25. nu.10. Roderic. in pract. c.10. nu 9. seqq. Cassanæus in Cathalog. Glor.mund. part.7. consid.29.seqq. Barbos. de offic.& potest. Episcop. part.3. Alleg.81. n.21. Michael Ferr. tract. de præced. quæst.3. nu.2.& Homobon. de stat. Human. Vitæ par.2. cap.5.

2 Nihilominus cum multiplex sit periculum quod in eo exercendo inuenitur ratione auaritiæ, & aliarum passionum vt rectè dicunt Alexander in Sum. part.4. cap.12. Ripa de Remed. cons. Vbert. nu. 217. & Barbos. d.part.3. Alleg.79. n.16. difficile videtur in Praxi, vt rectè ab hominibus exerceatur; vnde pauci, qui in Foro versantur per viam salutis incedere dubitantur vt vulgato exemplo B.Io: de Aluernia quod habetur in Cronicis S. Francisci, Deus admonuit, dum gregem suum, sicut animas Curialium in Inferno, in Caulam præcipitem vidit introire: Quare multa aduertenda sunt homini Christiano, qui hoc munus exercere desiderat; & Primo ne habeat aliquod impedimentum, per quod in Foro Poli arceatur à publico patrocinio causarum;

3 nam licet D.Thomas 2.2.q.71. art.1. patrocinari causas opus misericordiæ esse dicat; attamen quia non omnes omnia misericordiæ opera indiscriminatim decent vt idem D.Thom. eod.art. ad primum respondit, & cum eo nouissimè Ægid.Bass. Capuccinus in tract. de Florib. totius Theolog. in V.Aduocatus n.1. ideo nonnulli minus apti ad patrocinandum causas in Iudicio conuinciuntur.

Videndum igitur primo loco à nobis est, qui nam sint qui à tali officio arceantur & sunt Clerici, & Laici impotentes;

4 Et circa Clericos tria adnotāda sunt. Primo an possint aduocare in causis ciuilibus coram Iudice sæculari; Secundo, quas causas coram Iudice Ecclesiastico; & tertio quomodo in causis criminalibus, tam coram Iudice sæculari, quam ecclesiastico. quoad primum sit Conclusio quod nullus Clericus, si est Beneficiatus, vel in maioribus ordinibus constitutus potest in causis ciuilibus coram Iudice sæculari esse Aduocatus. quia vt dicit D.Thomas d.q.71. art.2. eis non conuenit propter decentiam status. Indecens enim est, videre in foro sæculari, & in medio strepitus Forensis eos pertractare causas, quorum proprium esse debet orationi studere, & soli Deo militare; ita cauetur in Concil. Lateran. à quo sumptum fuit c.1. De postul. & habetur in c.1. Ne Cler. vel Mon. & in c.cum Sacerdotis de postul. & c.nullus 11. q.1. & notant Abb. in c.fin. De post. & Sot. lib.5. de iustit. & iure quæst.8. art.2. Aliam reddit rationem idem Abbas loco cit. quod scilicet cum munus aduocandi sit odiosum eis, contra quos Aduocatus patrocinatur, sicuti etiá dicit Sebast. Guazzin. Defens.3.c.2.n.13. Et non deceat virum Religiosum neque opinione cuipiam nocere; ideo à iure statutum fuit, vt Clerici se abstineant ab officio aduocandi, ne se onerent inuidia, & occasionem capiant ex hoc rixandi; ita etiam notant Io:Andr. in Rubr. Ne Cler. vel Mon. Summistæ in V. Aduocatus. Machad. tract.13. docum.4. Mart. de iurisd. p.4. cent.2. cas.110.

5 Ex quibus aduertit Paul. Laym. de Theolog. mor. tr.4. sect.5. c.26. n.11. quod si Clericus contra Ecclesiam à qua Beneficium obtinet, præsumat pro extraneo aduocare, etiam ipso officio est priuādus; ita etiam dicit Cardin. Hostiens. in sum. lib.1. de postul. nu.8. & asserit idem esse dicendum si hoc faciat contra propriú Episcopum ex textu in c.grauem de excess. Prælat. Vide Io.Petr. Alam de Aduoc. Christ. part.1. q.6. Aluar. Pelag. de Planctu Eccles. lib.2. c.35. nu.34. & Bass. d.Verb. Aduocatus. n.1.

Sed

6 Sed quæres quid de Clericis in minoribus constitutis non habentibus aliquod ecclesiasticum beneficium? & respondeo licite posse in ciuilibus causis aduocare; à nullo enim iure videntur excipi. Ita Nauarr. in c. non dicatis. 12. q. 1. coment. 2. & Bonacin. tom. 2. disput. 10. q. 3. punct. 4. nu. 1. in fine. Caueant tamen ne tonsuram deferant, nam si ex hoc scandalum graue, vel contemptum personæ Ecclesiasticæ afferunt, peccant mortaliter. Salzed. in pract. crimin. in Additt. ad Bernard. Diaz c. 63. Sayr. in Clau. Reg. lib. 12. c. 22. n. 28. in fine pag. 448. & Filliuc. quæst. moral. tom. 2. tract. 40. c. 10. num. 279. in fine.

7 Limita supradictam Conclusionem in multis casibus. & Primo in proprijs causis, nam defensio iurium suorum est de iure naturæ quod nullo iure positiuo tolli potest. Ita Vgolin. de offic. Episcopi p. 1. c. 13. § 6. Bass. d. Verb. Aduocatus nu. 1. Parolettus in Palestr. Clerical. part. 3. c. 2. litter. X. vers. pro alijs.

8 Ita etiam in causis coniunctorum intra quartum gradum quando alium idoneum habere non possunt quia causæ suorum videntur quodammodo propriæ cap. fin. de postul. Abb. in c. nostra n. 1. de procur. Vgolin. d. c. 13. §. 5. n. 2. vers. quinto & nota quod nomine coniunctorum veniunt etiam coniuncti coniunctione spirituali vt sunt concanonici in eadem Ecclesia & amici, vt dicit Abb. in d. c. fin. Roderic. à Cunha in comment. ad c. prælatum n. 2. dist. 88. prope finem quem sequitur Barbos. vbi supra n. 82. Vide notata à Paul. Layman. lib. 3. tract. 4. cap. 26.

9 Intellige tamen dummodo ex charitate sine magna distractione, & absque scandalo fieri possit ita Card. Hostiens. in Summa lib. 1. De postuland. n. 5. & Gauant. in Addittion. ad Manual. Episcop. n. 3. Verb. Clericus.

10 Secundo limita in causis miserabilium personarum, quando ipsæ personæ eas pertractare non valeant; nam in hoc casu, id potius Charitatis, quam Aduocationis dici potest officium Fr. Leo in Thes. For. Ecclesiastic. p. 3. c. 4. n. 19. Sayr. in Clau. Reg. loc. cit. n. 3. & seq. Azzor. Instit. moral. p. 3. lib. 7. c. 14. vers. item Beneficiario. Valer. Reginald. in Praxi fori Pœnit. lib. 25. nu. 664. seqq. Bellet. disp. Cleric. p. 1. tit. de disc. Cler. Gauant. in d. addict. Verb. Clericus. n. 2.

11 Tertio limita in causis vertentibus in Curia Romana existendo in Vrbe, vbi ex consuetudine receptum est, quod Clerici possint esse Aduocati, & Procuratores propter multiplicitatem causarum, & propter tantæ Curiæ dignitatem ita Vestrius in Pract. lib. 3. c. 4. n. 4. Maiolus de irregular. lib. 5. c. 19. n. 4. Salzed. vbi sup. c. 66. litt. A. vers. 9. Stephan. Gratian. Discept. Forens. c. 57. n. 22. & seqq. Gauant vbi supra n. 4. & Parolett. d. part. 3. cap. 2 littera X.

12 Quarto limita in Clericis non habentibus vnde viuant; nam si illis licet pro pauperibus aduocare, vt illorum necessitatibus subueniant, quantò magis vt proprijs, melius est enim honeste sibi quærere victum, quam mendicare; ideo in causis vbi sine magno scandalo, & strepitu possunt postulare, eis videtur tacite à iure concessum, non enim ius Canonicum prohibet cum tanto onere ita Host. d. lib. 1. De postul. n. 6. vers. si autem col. 381. & in c. 1. Ne cler. vel mon. & ibi etiam Glos. in Verb. stipendijs Graff. decis. aur. part. 2. lib. 3. cap. 12. n. 15. Lancellott. instit. iur. Canon. tit. de procurat. §. postulandi verb. Ecclesiasticis; & facit text. in c. 1. de celebr. miss. & c. canonum, 14. q. 4. Vide Gonzal. ad regul. octau. Cancell. gloss. 2. à n. 28. Vgolin. d. §. 5. n. 1. vers. Excipiuntur Rodoua. de spol. Eccles. q. 8. à n. 48. Nau. pract. qq. c. 19. n. 6. Barbos. de iur. Eccles. lib. 1. c. 40. n. 90. & Parolett. d. c. 2. litt. X.

13 Quinto limita, quando domi consulerent, seu scriberent; nam d. c. 1. tantum prohibet, ne Clericus compareat coram Iudice in Foro propter scandalum ita docent Bart. in l. 1. § Aduocatos ff. de Var. & extraord. cogn. & in l. 1. § postulare n. 1. ff. de postul. Paul. in l. 1. ff. de leg. Paris. in Addit. verb. postulare, & ibi Ang. paulo post princ. Ias. in l. principio n. 11. & Roman. n. 3. ff. de verb. oblig. Diaz pract. crim. c. 63. n. 2. Rosell. verb. Aduocatus in princ. Siluest. eo. q. 1. Arm. n. 1.

Alciat.resp.30.n.22.vol.1.& resp.91.n.4. Vgolin. de offic. Episc. p.1. c.13. §.5. ad fin. Parolettus in Palestr.Cleric. part.3. c.2. litter.I. n.1. Tabien. V.Aduocatus n.1. qui dicit quod consulens domi impropriè dicitur Aduocatus, nam aduocare est aliquid voce in Iudicio postulare. Et ita fuit resolutum à Sacra Congr.Interpret. Concil.Trid. sub die 20.Iulij 1619. quod Clerici non possint publice patrocinari, sed tantum domi scribere teste August. Barbos. de Iur.Ecclesiast. tom.1. lib.1. c.40. n.89. in fine.

Nec placet limitatio Hostiens.in d.lib. 1. de postul.nu.5. modo fiat gratis; quia huic doctrinæ contradicunt alij, præsertim Anan. Rubr.de Magn. nu.23. Dec. in l.fæminæ n.10. ff. de reg. iur. Ripa in l. Principio nu.57. de verb. oblig. Felin. Rubr.de fid.Instrum.Caualcan.de Brach. reg.p.6. c.13. num.29. cas.5. Et rectè nam fieri gratis, aut fieri mercede non variat rei naturam.Ità Sanch.tom.2. lib.6. c.13. num. 32.

14 Quoad secundum verò, an possit aduocare corã Iudice Ecclesiastico, dico quod potest, sed tantum in causis Ecclesiasticis; Res enim sacræ ab ecclesiasticis decentius, & feruentius, quam à Laicis pertractari possunt; nec in hoc potest esse scandalũ, quia iusta negociatio nõ est Clericis prohibita ita S.Anton.p.3.tit.6.c.1. §.primo. Host. in d.lib.1. De post. per textum in cap.non licet 11.q.3. Armill. v.Aduocatus n.4.Tabien.eo.nu.4. Ang.5.q.2. Feder. de Senis cons.70.n.1. Vgolin. de off. Episc.c.13. vers.Sexto. Io.Andr. in d.c.1. n.3.& 5.& ibi etiam Abb.Paul. Laym.d. tract.4.sect.5.cap.26.Gauant.in Addit.ad man.Episc. verb.Clericus,num.1.

15 Intellige hoc etiam procedere in causis eorum, qui eas habent communes cum Ecclesia; nam ratione communionis multa conceduntur, quæ alias illicita viderentur l. si communem, ff.quem seruit. amitt. Mars.sing.18. Grat.c.58. nu.37. & Parolett.d.p.3.c.3. litt.V. vers.additur tertio.

16 Quoad tertium vero, an possit Clericus in causis Criminalibus aduocare; dico non posse nisi coram Iudice Ecclesiastico & in fauorem rei capitis à quibus.23.q.8. DD.citati per Guazzin.meum defens.24. c.10. quibus addo Nauarr. c.non dicatis 12.q.1.Silu. v.Aduocatus,q.5.Armill.eo. n.6.Ang.n.7. Intellige de Clericis in maioribus tantum constitutis nam alij sicut possint sine mortali ad statum laicalẽ redire ita possunt aduocare ita Bonaccin. tom.2. disp.10.q.3. punct.4. n.1.seq. cum aliis per eum. Aluar. Pelag.de plant. eccles.lib.2.c.35.vers.item Clerici.

17 Si tamen defendendo Deum Accusator condamnaretur pœna mortis, vel sanguinis Clericus non efficeretur irregularis, quia hoc damnum euenit per accidens,& præter ipsius intentionem. ita Guazzin. Pater meus in def.3. c.2. n.12. cui addo Less. de iust. & iur. lib.2. c.31. dub.8. n. 51. verb. Aduerte Antonin. Dian.part.4. tract.2. resolut.34. Turrian.de Censur. lib.9. disp.66. dub.3. Coninch. disp.18. dub.9. n.88. & Præpos. in 3.part. D.Th. q.5. de irregul. dub.13. n.104.

18 Amplia hoc dictum licet in progressu causæ obiecisset grauiter contra d.Accusatorem pro necessitate defensionis ipsius Rei, facta tamen debita Protestatione, quia sicut Reo, ita, & illi permissum est, & pro defensione licita proximi non incurritur irregularitas. ita Præposit. d. dub.13. Dian. p.4. tr.2. res.5. Filliucc. tom.1. tract.10. n.257. & tom.2.tr.40. c. 10.n.283. Suar.de Censur.disp.47. sect.4. n.6. Bonacin. de irregul. tom.1. disp.7. q.4.p.3.n.5. Molin.tom.1.tr.3.d.74.n.11.

19 Limita in duobus casibus, primo, quando petijsset puniri d.Accusatorem pœna taleonis, tunc enim non proderit dicta protestatio; nam quando petitur pœna debita Reo, & est non de proprijs, sed de alienis rebus, non prodest d.Protestatio, vt bene docent Bonacin. d.n.5. Dian. d. tr.2. Resol.96. Bass. V.Irregularitas.5.n. 14. cum aliis per eos.

20 Secundo quando d.Clericus defenderet Reum iniustè, & ex illa Defensione sequeretur Accusatori dicta pœna, tunce enim ex actione iniusta censetur ipse auctor omnium malorum; nisi tamen bona fide faceret Filiuc. d.tr.[illegible] n.25[illegible].

21 Quæ præcedentia vero debeant Clericis Aduocatis. Vide Mich.Ferr.de præced.

ced.q.2.n.4. Satis est dicere quod præferuntur aliis iuxta gradus prærogatiuæ,& inter pares respicitur Antiquitas; & inter æquales tempore attenditur Vniuersitas sicut Regulare est in hac materia. Vide Chassan. Catal. Gloriæ Mund. p.7. consf.33.43.46. & 48. Nau. conf.5.n.8. de Maior. & obed. lib.1. Riccius in Praxi tit.Praxis præced. decis.379.n.1.& decis. 580.n.4. Mastrill. de Magistr. lib.4. cap. 14.num.35.& decis.130.num.1. cum seq. Besold. de præced.& sess. prærog. cap.3. num.2.

22 Modo quæres vtrum Clerici possint exercere officium Procuratoris? & respondeo quod Clericis in maioribus constitutis ordinibus,vel Beneficiatis procurare sine dispensatione Papæ,& ex licita causa omnino tam pro seipsis quam pro aliis prohibetur, & coram quocumque Iudice etiam Ecclesiastico quia Procurator totum causæ negotium in se suscipit, Aduocatus vero super meritis causæ tantum iura proponit,quare non licet Clerico negocia huiusmodi in se ipsum suscipere propter nimiam distractionem ita textus in c.peruenit. dist.86. Ludouisius in memor.Clericor. c.4. tit. de præcept. Cleric.n.4.litter.K. Barbos.de iur.eccles. lib.1.c.40.n.85. Parolett.in Palestr.Cleric. part.3. c. litt.K. cum aliis per eum allegatis.

Panormit. vero in c.per venerabilem qui fil. sint leg. intelligit hoc de generali procuratore,non autem de particulari in vna causa,vnde pro se vel pro vno amico aliquando aliquam causam procurare non erit ipsi prohibitum,ita etiam voluit singulariter Innocent. in c.vnico de obli. ad Ration. & videre est Archid. in c.peruenit dist.86. & Tabien. Verb. Aduocatus.n.7. vide quæ dixi infra nu.38.& 41.

Aduerte tamen hic, quod licet Clericus non possit esse generalis procurator laicorum,attamen si fiat eis cómissio non erit ipso iure nulla,ad annullanda ita Feder.conf.270. quē refert Sanchez opusc. mor, lib.2. c.vnico dub 20.n.8. in fine.

23 Secundo quæres. Vtrum Clerici possint exercere officium Notariatus? & respondeo negatiuè quando sunt in sacris constituti, & hoc licet non habeant Beneficium, & in quocumque Tribunali etiam ecclesiastico quia hoc officium est eis omnino prohibitū c.sicut ne Cler. vel Mon. & ibi Couar. & alii quos citat Sanch. conf.moral. lib.6. c.7. dub.4. n.7. tom.2. quibus adde S.Anton.p.5.tract.13.c.2. & nouissimè Barthol.Gauant. in man.Episc. verb.Clericus.n.8.quod secus est de Clericis in minoribus beneficium non habentibus,à nullo enim canone prohibētur ita DD. supracitati. quibus adde Marches. de comm. p.2. decis.144. Sayr. in Clau. Reg. lib.12.c.26.n.7. & Bonac.in Decal. præcept. disput.10. quæst. 3. punct.vlt. num.8.

Limita in pluribus casibus. Primo in causa hæresis c.vt officiū de hæretic.in 6. Secundo in causis spiritualibus Ecclesiasticis Marchesan. Conciuis meus signat. Iustit. Referend. & Decanus in tract. de Commiss. d.p.2.decis.144. Tertio si non haberent vnde viuerent, & exercerent hoc officium in Curia Ecclesiastic. Addit. ad Diaz c.58. litt.B. quarto ad pias causas in vltimis voluntatibus,& vbi vigeret consuetudo. Marches.vbi supra nu.7.

24 Nota verò, quod instrumenta incepta ante clericatum poterit post Clericatum perficere Abb. in c.sicut. Ne Cler. vel Mon.Parolett.Pales.Cler.p.3.c.2.decl.6.

25 Nota secundo,quod si Sacerdos Tabellionis officium exerceat,Instrumenta per eum rogata sunt valida, licet peccaret exercendo dummodo alias notarius erat nisi fecerit post interdictum à Superiore, & à DD. citati per Couarr. d. c.sicut, & sequitur Sanch.conf.mor. lib.6. c.7. dub. 5. n.vlt. & Barbos. loco citato n.517.

26 Nota tertio, quod acquisita à Clerico in officio Notariatus pertinent ad Cameram Apostolicam, quia iniuste, & illicite acquisita sunt, & illicita negotiatio Clericis interdicta facit eos subiectos ad restitutionem Cameræ Apostolicæ post sententiam, ita Pasolett.in Palestr.Clerical. p.3. c.2. declarat.6.

27 Tertiò quæres an Clerici Aduocantes vel Procurantes in causis licitis de quibus vt supra possint exigere salarium sicut alij seculares Aduocati.& respondēt Docto-

Doctores, quod non, sed tantum sponte oblata retinere; hæc enim prohibitio facta à iure maxime fuit propter euitãdam auaritiam, vt dicit Card. Host. in lib. 1. De postul. n. 5. in sum. Alex. in c. 1. De post. circa fin. vers. quæro. Anton. de Butr. eo. nu. 18. Bellam. in c. fin. n. 5. de Postul. Ego dico, quod in hoc est inspicienda consuetudo, nam ablato scandalo & suspectione Auaritiæ non video cur eis sit deneganda Postulatio suorum laborum, ita notat etiam Io. Petrus Ala p. 1. q. 2. de Aduoc. Christ. & Host. in d. c. 1. De post. n. 6. vers. si autem.

82 Nota verò quod si aliquid lucratus fuerit Clericus in casibus prohibitis ad aduocandum non tenetur ad restituendum, sed tantum de consilio erogare in pauperes, licet vt supradixi de Notario post sententiam restituenda erunt Cameræ Apostolicæ, & sic de stilo Curiæ obseruatur in spolijs Clericorum post eorum obitum Vide S. Antonin. p. 3. tit. 13. c. 2. Iacob à Graff. decis. aurear. lib. 3. c. 2. & Alam d. p. 1. quæst. 7. cart. mihi 3.

29 Quarto quæres an quod dictum est de Clericis dicendum etiam sit de Regularibus? Et respondeo, quod licet in odiosis nomine Clericorum nõ veniant Religiosi vt dicit Abb. in c. 1. num. 7. Ne Cler. vel mon. & in c. 1. n. 3. De Inst. cum alijs per Barbos. De iur. ecclef. tom. 1. c. 39. n. 9. tamen quia in eis etiam militat eadem ratio & multò magis. s. decẽtia status, idem dicendum est, quod scilicet Regulares nõ possint nec aduocare nec procurare in Iudicijs ita comm. DD. per text. in c. Monaci 16. q. 1. & ex c. ex parte de postul.

Limita in aliquibus causis vt est pro vtilitate directa, vel indirecta Monasterij vel cum id munus suscipiunt pro miserabilibus personis nõ tamen pro coniunctis, nisi sint miserabiles vt notant Laurent. de Franch. de controu. int. Episc. & Reg. in quæst. varijs. q. 100. 102. & seq. Sayr. in Clau. Reg. lib. 12. c. 22. n. 3. & latè Sanch. de præcept. tom. 2. lib. 6. c. 13. nu. 1. vbi n. 2. subdit nouitios non comprehendi in hac prohibitione, quia vere adhuc Religiosi non sunt.

30 Aduerte tamen quod in ijs casibus debet præcedere etiam licentia sui Prælati, non enim sufficit vtilitas, vel necessitas, nisi adsit etiam licentia, quia Ius Canonicum vtrumque iubet. c. Monachi il 2. 16. q. 1. & c. 2. De postul. & ita notat etiam gloss. in d. c. 2. Verb. imperante cum Host. n. 2. Vide Sayr. in Clau. Reg. d. c. 22. nu. 5. Redouan. de spol. ecclef. q. 2. n. 27. Pacian. cons. 162. n. 192. & seq. Graffium append. decis. aur. lib. 3. c. 9. n. 29. Barbos. de stat. & vit. regular. lib. 1. cap. 43. n. 41. in tract. de iur. ecclef. post Sebast. Guazzin. Patrem meum in defens. 24. c. 10. in fine.

31 Secundò, Aduerte quod hoc debent agere absque lucro, vel præmio pro seipsis, nam esset contra votum Paupertatis nisi de licentia ipsorum superiorum S. Antonin. vbi supra, §. 5. vers. 17. Anton. in d. c. 2. de post. n. 1. & ibi etiam Abb. num. 2. & alij per Sanch. de præcept. tom. 2. lib. 6. c. 13. n. 4. qui etiam dicit quod licentia non videtur satis si tantum fuit posita, sed opus est eam obtinere, & n. 11. quod Franciscani non possunt etiam cum licentia hoc officium exercere, & n. 13. quod non indigent noua facultate substituendi illi, qui licentiam habeat ab eorum superioribus, & n. 40. quod gesta per eos sine dicta licentia sunt valida in Iudicialibus, dummodo non excipitur; & alia multa, super hanc materiam omnino videas.

32 Tertio, Aduerte quod Monachi, & Canonici Regulares petentes Curias sæculares, vt noceant eorum Prælatis sunt excommunicati in Clemẽt. prima. §. quia vero. de stat. monach. & testatur de ea Bonacin. de Cens. quęst. 2. punc. 5. qui etiam, n. 6. dicit nomine Monachorum non esse intelligẽdos alios regulares, odiosa enim sunt restringenda, ita dicit Zambellus in Resolutor. cas. consc. verb. Religiosus, nu. 26. Sayr lib. 3. c. 22. nu. 26. & nouissime P. Carol. Anton. Thesaur. Tract. de pen. Ecclef. v. curia part. 2. cap. 10. qui alios allegat. Non est tamen reseruata vt patet ex textu & ibi Vitalia. n. 25. & DD. comm. & procedit siue accessus fiat ad curiam cum licentia, siue sine illa vt notat Gloss. ibid. verb. ipso facto, & sequitur Nauarr. c. 27. n. 139. & Salas de legib. disp. 9. sect. 1. n. 12. dummodo habuerint intẽtionem

nem intrandi d.Curiam sæcularem (quia de sæculari tantum Principum sæculariũ intelligitur) causa d.damni procurandi ita gloss. ibidem & Tolet. lib.1.c.39. §.4. habetur. Sayr. vbi supra, & alij communiter.

33 An verò Monachus qui in sæculo fuit Notarius possit aliquando hoc officium exercere dum est Religiosus, vide Sanch. in sum. c.13. lib.6. n.47. & seqq.

34 Modo videndi sunt aliqui casus in quibus impropriè dicitur quis aduocare, ita vt Clericis, & Religiosis non sit interdictum, & Primo si quis Iudicem adeat rogaturus, vt concedat terminum non allegando iura partis, quia hæc est simplex petitio gratiæ, vel Iustitiæ ita Hortens. & Caualcan. de Brach. reg. p.6. nu.406. c.13. cas.5. immò etiam allegando iura partis tenet Sanch. vbi supra non esse eis interdictum, quia non est propriè aduocare sed adiutorium præbere.

35 Secundò, si quis interuenit, vt contractus inter aliquos ineatur inducendo vtramque partem ad Instrumentum super hunc firmandum, quia non est hoc in Iudicio assistere ita Bart. in l.1. §. Aduocatos. n.4. ff. de Var. & extr. Cognit.

36 Tertiò, si quis coram Arbitratore allegat iura partis, quia arbitramentum non est propriè iudicium, cum sit quidam contractus transactionis ad differentiam Arbitrij, in quo quis electus verè Iudex est, sic Bart. vbi supra n.5. Specul. tit. de Arbitr. & Arbitr. & nouissimè Sanch. loco citat. n.8.

37 Quartò, si quis consilium præstat in aliqua causa siue scripto, siue verbo non adeundo Iudicem ex rationibus supraadductis n.14. quibus adde quia aduocare est propriè pandere alienum desiderium in Iudicio coram Iudice, quod secus est in casu iuxta text. in l.1. vers. postulare ff. de postulat. Abb. in rubr. eo.n.1. & alij per Caualcan. vbi supra nu.406. cas.4. quibus adde Magon. de rect. iud. pat. rat. c.11. n.5.

38 Vltimo quæres, quod nam peccatũ committant dd. Clerici aduocantes in supradd. casibus prohibitis, & respondeo distinguendo. Aut sæpè & ex professo hoc officium exercent, & peccant mortaliter, quia dedecorant munus Sacerdotij, & semper accipiunt officium seuere interdictum c.te quidem 11.q.1. Sanch. opusc. mor. lib.6.c.7. dub.4. Aut semel aut bis, & non peccant, immo in vno tantum negotio possunt aduocare, quo expedito aliud assumere nisi studiose hoc facerent, & quando non est tam arduum, quod eo multũ distrahatur Fuluius Pacian. cons. 162.n.215. Salzed. add. ad Bern. Diaz c.63. paulò post princip. Lopez lib.5. tit.5. p.3. Verb. otiosi. Rom. sing.273. Vgolin. de offic. & potest. Episc. c.13. §.6. & alij per Barbos. de iur. Eccles. lib.6.c.40. num.88. vers. sexto.

39 Quod idem dicendum esse de Religiosis dicunt supradd. Doctores quibus adde Nauarr. & Sayr. vbi sup. n.17. Christoph. de Pax in l. stel. lib.6. scol. vnica n.7. modo non ex cupiditate, sed ex charitate faciant vt notant idem Christ. loco citato, & Sanch. vbi sup. n.35.

40 Aduerte tamen quod ad cognoscẽdum, an sit peccatum mortale debent etiam inspici circumstantiæ, an sit cum aliorum notabili scandalo, aut cum violatione obedientiæ contra notabilem Communitatis præiudicium & bonæ in ea disciplinæ destructionem & similia, nam sæpe ijs deficientibus potest esse tantum peccatum veniale ita Reginald. in Prax. for. Pœnitent. lib.25. n.666.

CAP. II.

An Laici possint hoc munus exercere.

SVMMARIVM.

1 *Qui dicantur non posse aduocare ratione impotentiæ.*

2 *Impotentia duplex est alia interior, & alia exterior.*

3 *Quando Laici possint aduocare tam pro se, quam pro alijs.*

4 *Postulare quid sit.*

5 *Qui dicãtur impediti impotentia interiori.*

6 *An acta gesta ab excommunicato sint valida.*

7 *Quæ requirantur vt Aduocatus sit legitimus.*

8 *Quan-*

8 *Quando peccent dd. impediti per impotentiam interiorem aduocando.*

1 EXpedita conclusione Ecclesiasticorũ qui ratione decentiæ status excluduntur à postulando, deueniẽdum est secundo loco ad Laicos, qui ratione impotentiæ non possunt aduocare, & quia ista impotẽtia duplex est alia interior, alia exterior interior, vt infames amentes, & similes; exterior vero, vt cæci Surd. C. vnde
2 sunt Versus. Non cuiquam datur, quod postulet, immo negatur. Addictus pœnæ, seruus, puer, actor Arenæ, luminibus carens, mulier, muliebria passus: quos refert Tabien. verb. aduocatus, n. 1. ex l. 1. §. casum. ff. de postul. ideo de eis dicendum est, &
3 Primo dico, quod omnes Laici non impediti aliqua impotentia vel interiori, vel exteriori, vt dicemus, possunt tam pro se, quam pro alijs in iudicio caussas patrocinari.
4 Aduocare enim idem esse dicitur à D. Antonino p. 3. tit. 6. c. 1. quod postulare, idest desiderium suum, vel amici, in iudicio exponere apud eum, qui iurisdictioni præest, vel alterius desiderio, contradicere, & hoc nemini negatur, quia actus liber est, vt notant Hostiens. in summa lib. 1. ff. de Postul. col. 377. Turrecremat. & Præposit. in c. tria, §. Infames. 3. q. 5. Graff. decis. aur. lib. 3. c. 9. n. 28. Alterius disput. 13. cap. 3. col. 6. vers. Aduocatus. Bonacc. disp. 1. q. 13. punct. 3. n. 9. tom. 3. Sanch. de præcept. lib. 6. c. 13. n. 27.
5 Impediti vero per impotentiam interiorem sunt infrascripti. Primo infames & damnati de aliquo publico delicto. nõ enim debet alterius Iustitiæ esse Patronus, qui in seipso Iustitiam contempsisse videtur D. Thom. 2. 2. q.... art. 2. Turrecremat. in d. c. tria. Hostiens. in Summ. lib. 1. tit. de postul. n. 3. Bernard. Græue ad prac. Cam. Imp. concl. 43. conf. 3. Cardos. in Prax. verb. Procurator, nu. 5. Barbos. in l. cum Prætor. §. vlt. n. 126. ff. de iud. Egid. Bass. Flor. Theolog. v. aduocatus. n. 1.

Secundo furiosi Amentes, & similes, licet aliquali mentis impedimento detenti, vt sunt Lunatici, humore melanconico vexati, energumeni, & huiusmodi & ratio est quia in Aduocato perfectum iudicium requiritur, vt merita causæ recte examinare possit, & non solum causæ susceptæ rationem, & iustitiam rectè defendere, sed etiam mentis suæ conceptũ promptè, & facilè exprimere valeat. l. nemini, C. de Aduocat. diuers. Iudic. Bart. in l. 1. ff. de postul. Sayr. in Clau. Reg. lib. 12. c. 22. nu. 2. Filliucc. tom. 2. tract. 40. c. 10. n. 277.

Tertio Adolescentes ante decimum octauum annum eadem ratione, sicuti etiam propter eamdem causam mulieres S. Antonin. p. 3. tit. 4. c. 1. §. 1. in fine. Card. Hostiens. in Sum. lib. 1. tit. de postul. ln. 3. Innoc. in c. conquæstus de feriis. Reginal. vbi supra Sanch. consf. moral. lib. 6. dub. 2. n. 1. in fine. Bonacc. tom. 2. disp. 10. q. 3. punct. 4. n. 1.

Quarto Hæretici, & excommunicati, per tex. in c. excommunicationis l. primo de Hæretic. c. decernimus, & ibi Glos. de sent. excomm. in 6. c. aduersus, c. excommunicamus, §. credentes de hæretic. & c. felices, §. quod si quis ad finem de Pænit. in 6. Peregrin. de iur. fisc. lib. 3. tit. 11. n. 3. Barbos. de potest. Episc. p. 3. alleg. 79. n. 15. in fine, & ratio est quia cum sint infames infamia canonica iuxt. text. in c. omnes. 6. q. 1. à publico patrocinio arcẽtur vt supra dictum est de infamibus. Nepos à Monte Alban. in tract. de except. art. 10. num. 4. Georg. Nut. in Clement. sæpè de verbor. signif. Io. Petr. Ala de Aduocat. Christ. p. 1. c... nisi sit occultus vel tolleratus, & inducatur ad hoc munus à fidelibus vt notat Anton. Dian. par. 5. resolut. moral. trac. 9. resolut. 114. vel sit cum magna necessitate vt notat P. Bassæus d. v. Aduocatus, n. 1. in fine, tract. Flor. Theolog.

6 An verò acta ab excommunicato sint valida respondeo quod si à Iudice admissus fuit & non fuit ei exceptio facta de dicta excommunicatione, dicta acta gesta ab excommunicato in Iudicio tenent & sunt valida, & potest dictus excommunicatus pro eis stipendium accipere donec obijciatur. ita Hurtad. diff. 8. de excomm. diff. 7. Villalob. in Sum. tom. 1. trac. 13. diff. 14. n. 8. & alii per d. Dian. d. resol. 114. cart. mihi 223. quibus adde Coninch. de Sacram. disp. 14. dub. 10. & seq. Et licet Ho-

Hostiens. d. lib. 1. de postul. vers. item quia col. 319. dicat esse repellendum à Iudicio, licet Aduersarius consentiat, puto esse intelligendum de excommunicato denunciato, vel publico Clerici percussore, quibus communio negatur. vt bene notat Bonacin. tract. de excom. disput. 2. quæst. 2. punct. 7. proposit. 4. n. 14. qui cum Suarez, Alterio, Filliuccio, & alijs dicit, quod acta tam ab Aduocato, quam à Procuratore, dummodo non opponatur, semper sunt valida, & non tenentur ad restituendum pretium acceptum à Cliente, cùm non constet vllo iure irritari, vel ipsi ad hoc teneri, ita etiam notat Auil. de cens. par. 2. disput. 7. dub. 3.

Quinto Iudæi, Pagani, & alij infideles per text. in c. nemo de pœnit. dist. 1. & notant Bart. in l. vlt. C. de post. Couarr. in Clem. si furiosus p. 2. §. 2. ad fin. Gregor. l. 1. tit. 6. p. 3. Menoch. de arbitr. c. 360. nu. 67. Donell. coment. Iur. Ciuil. lib. 18. c. 3. col. 7. vers. præterea, ratio est, vt dicit Sayr. loco citato num. 4. cum erga Deum iustitiam & pietatem non exerceãt nec erga alios posse in alienis negocijs exercere censendi sunt; sed eorum commercium cum Christianis semper est suspectum, & ideo non debent se nostris immiscere negotijs, possunt eorum enim mores de facile nostros inficere, prout multis temporibus, & multis in locis experientia visum est; & male faciunt, qui Hebræorum labore tam in negotijs, quam in alijs necessitatibus vtũtur. Vide Turrecremat. vbi supra qui dicit quod ad hoc vt Aduocatus sit legitimus hæc requiruntur. Bonitas. Gradus. status. & officium. Propter defectum bonitatis prohibentur infames, Hæretici, & Pagani. Ob idoneitatem gradus Clerici in sacris constituti, ac etiam in minoribus beneficiati; ob perfectionem status prohibentur Monachi. & propter distinctionem officij Iudices. Addo Tab. V. Aduocatus n. 2. & Graff loco citat. n. 29.

7 Sed quæres quando sup radicti peccent mortaliter aduocando. & respondeo circa excommunicatos distinguendo, quod aut sunt publici, & non tollerati, & peccãt mortaliter ob communionem cum alijs; immo Iudex admittens eos, grauiter peccat vt patet ex c. nemo de Hæretic. & aduertit. S. Antonin. p. 3. tit. 4. c. 1. cart. 79. à tergo; Si vero sunt occulti, vel tollerati, non peccãt nisi venialiter. ita Dian. par. 5. tract. 9. resol. 114. cũ aliis per cũ allegatis. Circa alios vero, vt sunt Adolescentes, Infames, & alij, si non adest defectus multum ad rem conferens, & non potest dubitari de graui præiudicio causæ, vel negocij, nõ peccant mortaliter; immo aliquando, nec venialiter, quia per se res non est illicita, sed tantum fit illicita in quantum à lege propter aliorũ præiudicium prohibetur. ita Sanch. cons. moral. lib. 6. c. 7. dub. 4. & hoc relinquitur prudentis viri iudicio iuxta qualitates personarũ, & negociorũ.

CAPVT III.

An impediti aliquo defectu corporali possint aduocare.

SVMMARIVM.

1 *Surdus, cæcus, & mutus an possint esse Aduocati.*
2 *An possint esse saltem in propria causa.*
3 *Surdus & mutus scripto consulentes non peccant.*
4 *Mutus & surdus possunt constitui Procuratores ad administrandum.*
5 *Non possunt habere officia publica; & alia de muto surdo & cæco. num. seq.*
6 *Quod peccatum committant, si aduocant.*

1 Vod attinet vero ad illos, qui impediti sunt impotentia exteriori, vt sunt cæci surdi, & muti hæc sit Conclusio, quod surdus omnino, cęcus vtroque oculo orbatus, & mutus non possint, nec debeant hoc munus exercere, carent enim iis sensibus, qui summopere sunt necessarii ad hoc officium exercendum, & sine quibus nõ sine magno periculo, vel præiudicio aliorum possunt aduocare. ita Hostiens. in Summ. lib. 1. de postul. nu. 3. col. 378. Curbald. de Imper. q. 89. nu. 10. Sanch. cons. moral. to. 2. lib. 6. c. 7. dub. 2. num. 1. & nouissimè Blas. Michalor. tract. de cęco, surdo, & muto. c. 14. num. 11.

2 Limita primo, nisi essent in causa propria, quia ex hoc sibi, & non alijs afferunt detrimentum & vnusquisque est Dominus rerum suarum, vt ex Vigil. tenet Tasson. in Pragmat. de Antif. vers. 14. obseru. 2. n. 2. quos refert Diana resol. moral. part. 5. tract. 6. resol. 27.

3 Limita secundo, quando mutus scripto consulit, si tamen iuris peritiam, vel negociorũ experientiam habeat; quod idem dici potest de cæco, & surdo; possunt enim sine graui impedimento legere, vel audire respectiue quoad cæcũ, studere & alia similia, vt per experientiam agere videntur similes personæ, & ego audiui Romæ in Ecclesia S. Andreæ de Valle Concionatorem cæcum, qui publice prædicauit per totam Quadragesimam, & recte. Vide Sanch. cons. moral. d. lib. 6. c. 7. dub. 4. n. 1. tom. 2. & Dian. d. resol. 27.

4 Limita tertio, quando constituitur Procurator, non ad agendum, sed ad administrandum, quod intellige, tam de muto, quam de cæco; acta enim ab illo valida sunt l. mutus ff. de procur. Michalor. d. tract. de Cęc. mut. & surd. c. 28. n. 8. seq. Medices de fortuit. cas. p. 2. c. 6. nu. 62., quod & idem dicendum puto de Surdo, cum textus generaliter loquatur, & non videatur cur potius de vno, quam de alio sit intelligendus, ita contra Bald. in d. l. mutus notat Michal. d. tract. in c. 37. n. 6. in fine.

5 Ex quibus infertur quod si fuerunt constituti à Partibus Aduocati, vel Procuratores, & interim aliquo accidenti incurrerunt in hos defectus, non esse à Iudicio repellendos, & eorum acta valida erunt, ita DD. supracitati.

6 Nota tamen, quod cæcus non potest ad officia publica assumi, vt dicit S. Thom. p. 3. q. 82. art. 10. & Surdus non potest publicum officium gerere, vt notat Campanil. in Diuers. iur. canon. rubr. 11. c. 17. nu. 37. Et mutos etiam esse ineligibiles docet Peyr. de Relig. Prælat. tom. 9. c. 4. n. 18., & ratio est, quia hi defectus reddunt hominem simpliciter, & absolute ineptũ, vt ait S. Thom. 2. 2. q. 71. art. 2. & sequitur Sayr. d. c. 22. n. 1. seq. Zambell. in Resolut. cas. cons. V. Aduocatus nu. 4. Filiuc. tr. 40. c. 10. n. 278. & nouissimè Michalor. c. 15. 63. & 67. & Sigism. à Bonon. tract. de elect. p. 2. cap. 4. dub. 89. n. 89. & Iul. Lauor. in Var. Lucub. tit. 4. c. 16. n. 81.

7 Cecus verò si non fuerit ex vtroque oculo orbatus, potest esse Iudex, mutus autem, vel surdus quando non possit esse Arbiter docet Molin. de Iustit. tom. 5. tr. 5. disp. 39. nu. 1. Vide Dian. d. part. 5. tract. 6. resol. 36.

8 Nota secundo, quod mutus tantum, vel surdus tantum, possunt esse testes super Re, & causa cadente in sensum, quo non sunt impediti in ciuilibus; nam nihil refert quomodocunque veritas appareat, & cognoscatur arg. c. ego solis dist. 9. & docet Sebast. Guazzin. Pater meus tom. 1. defens. 14. c. 7. nu. 3., quam sequitur P. Dina. p. 5. tract. 6. resol. 32. & dicit esse omnino videndum.

9 Nota secundo, quod cęcus ex vtroque oculo, & plene surdus, pleneque mutus tamquam personæ miserabiles forum possunt declinare; Tu iudica secundum qualitates personæ, regulariter tamen miserabiles esse censentur Choch. de iurisd. p. 4. q. 108. Mart. de iurisd. p. 2. c. 21. n. 5. Nouar. de elect. for. sect. 2. q. 8. nu. 6.

10 Nota quarto, quod mutus & surdus regulariter possunt puniri pro delicto perpetrato pœna ordinaria, possunt enim per signa interogari, per scripturam respondere, & ex testium depositione plene de delicto conuinci. Vide tradita à Sebast. Patre meo. tom. 2. defens. 32. c. 29. per totum, cui adde Gizzarell. decis. 26. n. 9. & 10. Plac. in epit. Delict. lib. 1. c. 32. n. 17. & alios per Dian. p. 5. tract. 6. resol.

11 31. qui etiã in resol. 37. concludit † quod cęcus non potest torqueri, nec pœna ordinaria puniri: facilius enim excusatur cęcus, quam mutus & surdus tamquam miserabilior.

12 Et hæc sint adnotata in gratiam Aduocatorum, qui si etiam videre volunt quando possint cæci, surdi, vel muti condere testamentum, donare causa mortis, matrimonium inire, esse executores testamentarij, fideiussores, & similia, videant dictum Dian. in tract. de Mut. Surd. & cæc. d. part. 4. per totum, & nouissime

Plas.

Blas.Michalor.tract.eo. per totum.

13 Tandem quæres an supradd. exercentes officium aduocationis, peccent mortaliter, sicuti etiam Aduocatus decrepitus. Et respondeo, quod si cognoscunt rectè non posse huiusmodi officium exercere, & seipsos exponere magno periculo damnum inferendi partibus, peccant grauiter, quia in hoc casu tenentur in conscientia relinquere munus suum; quod si essent dubij, consulant viros doctos, & timoratos; Si verò Clientes consentiunt, non peccant, quia volenti & consentienti nulla fit iniuria. Vide tradita à Sanch. vbi supra n.1. & Bonacin.tom.2.disp.10.q.3. punct. 4.n.1. qui & alios allegat; Et quæ docet S.Anton. vbi supra, & post eum Sotus lib. 4. de iust. & iur. q.8. art.2.

CAP. IV.

Quomodo sit exercendum hoc officium à non impeditis.

SVMMARIVM.

1 *Officium aduocationis valde pium est.*
2 *Aduocatus prius animam, postea linguam debet habere eruditam.*
3 *Aduocatus in Iudicio debet obseruare modestiam.*
4 *Reprehenduntur iurgia & contentiones Iudiciorum.*
5 *Aduocati qui probris putant esse aduocandum, redduntur à iure infames.*
6 *Quas vestes debet habere Aduocatus.*
7 *Quomodo debet se ostendere cum clientibus Aduocatus.*
8 *Aduocatus potest incurrere in vigintiquinque defectus.*
9 *Septem peccata Aduocatorum.*
10 *Bullæ Pontificum in reformatione Aduocatorum.*
11 *An transgredientes dictas Bullas, peccent mortaliter.*
12 *De ordine, quo debet Aduocatus exercere suum officium, remissiuè.*
13 *Aduocatus est obligatus cum Cliente quasi ex contractu.*

1 
Onclusio sit, quod cum officium Aduocationis sit officium valde pium, & Aduocati dicantur à iure quodammodo Sacerdotes, quia docent ignauos, & ducunt innocentes per semitas iustitiæ, vt dicit text. in l.1. ff. de iust. & iur. & refert Pater meus in Proemio defensionum, vbi multa addita sunt circa hæc in hac vltima Impressione, cui addo Hostiens.in summ.decret.col.4. Homobon. de Statib. p.2.c.5.n.1. Barbos.de Pot.Episc. p.3. alleg.79.n.16. seqq. & P. Benedict. Fidelem in Concionib. Aduent. concio.3. Dom.Primæ nu.2. Ideo debet aduocatus ante omnia deffendere se à reatu seruando inculpatæ vitæ integritatem;
2 † si quidem vt refert glossa in c.exceptionem de regul.iur. in 6. & habetur etiam in Proemio Digestorum, primum animas, deinde aduocatorum linguas oportet fieri eruditas.

3 Secundo debet in Audientiis informando Iudices, & deffendendo suũ clientem, obseruare modestiam, non conuiciendo, nec procaciter vociferando; vnde licet Doctores Iuris ciuilis excusent Aduocatum, qui coram Iudice iniuriatus ab altero Aduocato, respondit, mentiris, vt idem Pater meus testatur vbi supra loco cita-
4 to; † Attamen in foro poli debet se abstinere à conuicijs, & seruare patientiam, & modestiam; neque vnus alteri tacitè vilitatem natalium obijcere, aut suæ vitæ notorios errores; vt aduertit Io.Petrus Ala.de Aduoc.Christiani p.2 q.34. & P. Bassæus Flor.Theolog. V.Aduocatus n.3. Contumelia enim, qua grauiter læditur honor proximi in sui præsentia, est ex suo genere peccatum mortale, & obligat ad restitutionem, & satisfactionem vt docent Less. lib.2.c.11.dub.17.n.140. Azzor.lib. 13.c.10. p.3. Turria. disput.53. dub.11.n. 15. Bonacin. de restit.disput.2.q.6.punct. 1.n.3. Filliuc.tract.40.c.3. q.1. seqq. Reginald. lib.24.n.100. Vnde S.Bernard. in Considerat. ad Eugen.Pap. lib.1. c.9. ait miror quomodo religiosæ aures tuæ sustinent huiusmodi disputationes aduocatorum, & pugnas verborum, quæ magis ad subuersionem, quam ad inuentionem ve-

ritatis proficiunt. Vide etiã quæ dicit Stephan. Gratian. disc. Forens. c.188. n.57. & Barbos. de pot. Episc. d. alleg. 59. num. 15. in fine.

5 Tales etiam Aduocati, qui nõ ratione, sed probris putant esse certandum, infames, in iure vocantur c. si quis 3. q. 7. & c. in loco benedictionis. 5. q. 4. & notat Iac. Graff. decis. aur. p. 1. lib. 3. nu. 18. & eos admonet Iustin. Imperator in l. fin. §. in refutatoriis C. de appellat. Vide etiam tradita à S. Anton. p. 3. tit. 6. c. 2. §. 3. vers. Decimosexto, & à B. Vmberto in Comentar. ad Regul. D. Augustini c. 139.

6 Tertio debet Aduocatus habere vestes suo officio congruentes, ita vt compareat in Iudicio cum debita maiestate, & reuerentia. Ita monet S. Antonin. 3. p. tit. 4. c. 2. & notat Speculat. lib. 1. cap. de Aduocato. Vnde Romæ Iurisconsulti primarij vtuntur Mantellina nigri coloris longa vsque ad talaria; sicuti etiam Aduocati Cõcistoriales, & ita Pater meus vtebatur, de qua laudabili consuetudine loquitur idem S. Antonin. Et nota quod dicuntur; a iure togati a toga particulari, & disiũcta ab alijs l. pen. c. de postul. Deseruire igitur debet nomini id, quod debet esse conueniẽs rei l. decernimus c. de Episc. & cler. & talis prima facie quis præsumitur, qualem eum indicant vestes. vnde Seneca ait vxori Neronis indue te nõ propter te, sed propter honorem Imperij facit tex. in c. 1. 21. q. 4. & notant DD. in c. ad Apostolicam de Priuileg. in 6. vide Roderic. a Castr. de med. Polit. lib. 3. c 4. Tiraquel. de nobil. lib. 3. connub. n. 53. Cassaneum in Catalog. Gloriæ mund. p. 7. cons. 44. & Homobon. de Stat. vbi supra. nu. 5.

7 Quarto debet esse verax in sermone, iustus in iudicio, plenus in consilio, in vultu affabilitatem, in gestu grauitatem, in vo humilitatem perseferre, vt notat Barbos. de post. ep. p. 3. alleg. 59. nu. 24. & citat. Afflict. const. Neapolit. lib. 1. rubr. 81. n. 4. Vnde sumopere aduertãt dd. Aduocati, ne lites foueant, sed dirimant, memores, quod lites dicũtur flagella hominum durissima. Rebuff. in Reg. de subrogat. collitigant. glos. 1. nõ præbeant occasionem criminum, odiorum, rixarũ & mille mala animæ præstent & corpori Flamin. de resign. lib. 11. q. 1. num. 29. & Clement. dudum de sepulturis.

8 Et tandem ad defensionem suæ conscientiæ aduertat ea, quæ scribit S. Antoninus part. 3. titul. 6. cap. 2. §. 4. qui ponit vigintiquinque defectus, quos Aduocati in exercendo officium Aduocationis, tam in Iudicio coram Iudice quam extra apud suos Clientes possunt committere, & suam apud Deum onerare conscientiam quos veluti in compendio per septem capita reductos memoriæ continuo retinendos recenset Nauarra in Man. c. 23. n. 28. & sunt sequentes.

9 Primo quando non idoneus exercet officium, & mortale est in genere suo c. cum externi de sent. & re iudic. in 6. in glos. & facit textus in c. ad aures de ætate, & qualit. ordinand.

Secundo, quando deffendit causam iniustam, vel reputat magis iniustam quam iustam, vel tractu litis cognoscit iniustam, & est mortale, facit textus in c. qui consentit, 11. q. 3.

Tertio, quando perdit causam iuxtam ob notabilem suam ignorantiam, vel negligentiam, & est mortale iuxta tex. in c. infames. §. tria. 3. q. 7.

Quarto, quando ob nimias dilationes, & illicitas subornationes officit parti aduersæ & peccat mortaliter. d. §. tria versic. præterea non licet Aduocato.

Quinto quando Aduersario secreta suæ partis pandit, & pauperi nõ subuenit iux. text. in c. præuaricator §. notandum 2. q. 3.

Sexto, quando stipendium immoderatũ aut ex eo quod non debet, accipit l. 1. §. in honorarijs. ff. de Var. & extraordin. Cognit.

Septimo, quando cõuenit de quota Litis cum suo Cliente d. §. tria vers. arcentur, & de his infra dicemus latius suis locis. Vide quæ dicunt. Aluar. Pelag. De Planct. eccles. lib. 2. c. 35. per totum Io. Petr. Al. de Adu. Christ. integro tract. Homobon. de Bon. tract. de Stat. Vit. hum. par. 1. c. 5. per totum, Sanch. cons. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 7. Reginald. Prax. for. pænit. lib. 25. sect. 3. a num. 671. Filliuc. quæst. moral. tom. 2. tract. 34. cap. 10. Bonac.

com.

tom. 2. disp. 10. quæst. 3. p. 1. Sayr. in Clau. Reg. lib. 12. cap. 11. Paul. Layman Theol. moral. lib. 1. c. 5. Nald. in summ. V. Aduocatus. Anton. Coton. in in sum. Dian. V. Aduocatus. Valer. de differ. Vtr. fori. V. Aduocatus. Tolet. in sum. c. 60. lib. 5. Fornar. Instr. Confess. tit. de Aduoc. Io. de Angles Flor. Theolog. Quæst. de Iniust. Aduoc. Caiet. in Summula V. Aduocatus. Iacob. graff. decis. Aur. p. 1. lib. 3. c. 8. Lancell. Polit. de offit. Aduoc. Nauarra in Manual. c. 25. Less. de Iust. & Iure. lib. 2. c. 31. Theologi omnes in 2. 2. quæst. 71. D. Thomæ, & summistæ in Verb. Aduocatus, & præsertim eas quæ summi Pontifices sanctissime ediderunt constitutiones ad effectum euitandi multa scandala malorum Aduocatorum, & aliorum qui in Iudicijs versant.

10 Adest Constitutio Benedicti XII. quæ est 2. in ordine, & incipit Decens, & necessarium. Alia Pij IV. & est 58. incip. cum ab ipso, & alia Pauli V. & est 71. incipit Vniuersi agri Dominici. In quibus d. Benedictus XII. in §. 1. dicit. Patroni causarum modestiam seruare debēt in earum defensione, & in 3. & 4. Causarum multitudinem euitent, & iniustas dimittant & §. 2. & 5. pauperum lites gratis agant & pacta quoque litis non ineant, & de Infidelitate & negligentia, coerceant.

11 Paulus vero Quintus Iustitiæ, & Religionis maxime cultor (cuius gloriosæ memoriæ valde teneor eo quod ad fontem sacri Baptismatis me suscepit) in d. Bulla de Reformatione Romanæ curiæ edita anno 1611. in §. 18. nu. 2. & seqq. decernit quod Aduocati, & Procuratores de Bibalijs se non immisceant. Stipendia nec vltra meritum, nec vltra taxam capiant; De quota litis non conueniant; Cum Notario societatem non ineant. Causas pro viribus deffendant; pro eorum absentibus principalibus vbi appellare licet, appellent, & pro vtraque parte non patrocinentur. Vide adnotata per Cherub. in scoliis comp. Bull. tom. 3. cart. 61.

13 Quæritur modo. Vtrum transgredientes Præcepta supradd. Pontificum peccēt mortaliter. Et respondeo quod cum agatur de re graui, vt est bonum publicum, & commune totius Reipublicæ; & discrimen bonorum honoris, & vitæ ciuium, & imponantur pœnæ graues (dicit enim Pontifex indignationis nostræ, & Romani Pontificis pro tempore existentis, &c. aliasque arbitrio nostro, & Romani Pontificis infligendas pœnas, &c. & paulo post. Pœnam priuationis, exilij, & alias pœnas pecuniaris, ac etiam corporalis arbitrio nostro pro facti, & personæ qualitate infligendas) colligi potest, quod Pontifex voluerit obligare ad peccatum; vt à simili Sacra Congregatio declarauit de Bulla Sixti V. contra Regulares alloquentes cum Monialibus, vbi adsunt similia Verba priuationis officij, &c. respondit enim obligare ad peccatum mortale, vt videre est per Barbos. de iur. Eccles. lib. 1. c. 44. n. 156. & allegat Bonacinam & alios idem sentientes. Vide Mart. de Clausul. p. 1. & Dec. in c. prudentiam §. adicimus n. 17. de offic. deleg. quem refert, & sequitur Nald. V. pœna nu. 13. in fine.

14 Nec obstat, quod dicit Nau. in c. 23. nu. 55. cum Beia p. 1. cas. 13. Mathæs. notab. 78. & aliis relatis per Bonac. de legibus disp. 1. q. 1. punct. 5. nu. 2. legem. scilicet pænalem ciuilem nō obligare in foro conscientiæ, quia non intelligitur de lege Canonica, quæ principaliter respicit bonum animæ spirituale; & ideo tutior communior & verior opinio est, quod omnis lex iuxta, & de re graui disponens, præsertim ciuilis, canonica obligat ad mortale; vt de cōmuni receptissimam testatur idem Bonacin. vbi supra, nu. 3. & post eum Nald. in Summ. verb. lex. num. 38. ibi. Posterior sentētia semper mihi verior visa fuit; & nouissime Io. Valer. de differ. vtr. for. Verb. lex differ. 4. n. 4. vbi multos allegat, quibus adde Sayr. in Clau. Reg. lib. 3. c. 7. nu. 25. Fillinc. tract. 21. c. 11. quæst. 7. num. 119. Paul. Laym. lib. 1. tract. 4. c. 15. n. 15. Azzor. tom. 1. lib. 5. c. 6. quæst. 1. & 3. Suar. lib. 3. de leg. c. 3. n. 25. Salonium to. 2. quæst. 7. art. 2. contr. 8. num. 8. Salas. de legib. disp. 10. sect. 9. nu. 54. Gutier. pract. quæst. 181. lib. 2. Sot. lib. 1. de iust. quæst. 6. artic. 5. & alios ex doctrina D. Thom.

D.Thom. 2.2.q.108.art.4.& 1.2.q.66.art. 4.qui omnes dicunt legem pœnalem obligare sub mortali, vel veniali iuxta materiæ grauitatem, vel leuitatem nisi aliud constet de mente Legislatoris. Vide etiam adnotata a Graff. decis.aur. p.1.lib.1. c.9. n.18.& a Bonacin.de restitut.in gen.disp. 1.q.1.p.1.n.6. qui etiam testatur de communi cótra Nauarr.Valent.Vasq.& alios.

Et ideo concludo, quod Aduocati transgredientes dd. Constitutiones in rebus grauibus, peccant mortaliter, vt infra etiam suis locis dicemus.

15 De Ordine vero, quo debet Aduocatus exercere suum officium, quando alijs negotijs etiam incumbit. Vide Io.Petr.Alam. n.2. q.69.

16 Vnum tantum dicam Aduocatis, quod post habitam mercedẽ pro patrocinio causæ, dicũtur quodammodo contraxisse cum Cliente obligando fidem, & opera ipsorum, & ideo nõ sunt amplius in eorum potestate; vnde debent omnia alia omittere, etiam propria, & spiritualia, quando hæc sine peccato omitti possunt, vt notat idem Ala. loco citato; qui enim ex officio obligatur, tenetur etiam ex Iustitia satisfacere suæ obligationi, vt Doctores communiter.]Vide Lancell. Polit. de off. Aduoc. tit. quale deb. esse off. Adu. in caus. suscip.

CAP. V.

An possit exerceri officium Aduocationis die festo.

SVMMARIVM.

1 *Consulere aduocatum, & de lite priuatim agere die festo, non est peccatum cum limitationibus.*


2 *Informare Iudices die festo, non est peccatum.*

3 *Amplia licet hoc ex mercede fiat.*

4 *Scribentes in die festo informationes, an peccent.*

5 *Quid dicendum sit de Copistis.*

6 *Quare Romæ impune permittuntur scribere diebus festis Copistas.*

1 Onclusio sit, quod consulere Aduocatum, & de lite priuatim agere die festo non est peccatum, sicuti etiam ipsi Aduocato studere & scribere, quia talia, vel dicuntur opera animæ quamuis terminentur ad negocia temporalia, quæ se habent tantum materialiter ad electionem, vel saltem non veniunt sub nomine operum seruilium. Ita Bonacin.tom.2.disp.5. q.1. punct.2.n.7. Azzor p.2. lib.1. c.27. q.11. Filliuc. tract.27.c.10.n.183. & Barbos.de iur.Eccles. lib.2.c.3.num.9. quibus adde Sanch.cons.mor.lib.5.c.2.dub.8.n.4.Suar. tom.1. de Relig. lib.2. c.30.n.9. & seqq. Caiet. 2.2.q.122. art.1. Reginald.lib.19. num.45. & nouissimè P.Ægid. Bassæum Flor.Theol.V. festum. nu.14.

Limita, modo non proponat sibi principaliter bonum honoris, & lucri, quia tunc esset simpliciter labor corporis, & opus quoddã seruile, vt docet Abb. in c.1.n.4. de fer. Alberic. in l.omnes C.de fer. Aluarot. in Proem.feud.nu.4. Rip.tract. de Peste §.medicorum n.133. & alij. Alam. q.48.p.1. Sed hæc opinio mihi non placet, quia opera, quæ per se seruilia non sunt, solum ex intentione seruilia fieri non possunt, quia finis, & intentio sunt per accidens. Ita Filliu. tract.27. cap.9. nu.159. in fine. Reginald. lib.19. nu.36. & Bonacin. vbi supra num.25.

Secundo limita, modo non exerceat ea quæ ad strepitũ Iudicij pertinent ex c.1. de ferijs, & Doctores supracitati communiter, sicuti etiam in loco sacro, prout est in Ecclesia c.1. & c.Ecclesia de Imm.Eccles. Azzor. p.3. lib.8. c.9.q.7. Sperell. decis.51. n.1. seqq. cum alijs per Barbos. de iur.Eccles. lib.2. c.3. n.5.

2 Amplia dictam Cõclusionem, vt etiam licite possint Aduocati informare Iudices in die festo absque peccato; nam isti actus sunt ordinati ad rem spiritualem, scilicet illuminationem intellectus Iudicis. Ita Caietan. 2.2. q.122. art.4. Lopez in Instruct.con. lib.1. c.12. Sotus lib.2. de iustit. q.4. ad 3. caus.4. in fine. Azzor. part.2. lib.1.c.27. vers.vndecimo. Filliucius tom.2. tract.27. c.10.n.183. Barbos.

de

de iure Ecclesiastic. lib.2. cap.3, num.9.

3 Amplia 2. licet fiat hoc ratione pretij, quia pretium non mutat genus operis, sic Greg. Lopez. vbi supr. Sãch. opusc. moral. tom.2. lib.5. c.1. dub.28. omnino videndus Sayr. Clau. Regia c.2. nu.13. Rodriq. in Summ. cap.122. nu.2. Reginald. in Prax. for. Pœnit. lib.19. tom.1. n.35. Filliuc. d.tract. 27. c.9. quæsit.2. n.142. Azzor. p.2. lib.1. cap.28. quæst.1.

4 Amplia 2. etiam in Scriptoribus Aduocatorum, qui licite possunt transcribere scripturas, vt informationes, processus, summaria, & similia, quia hoc etiam est potius opus liberale, quam seruile, cum sit factum ad effectum adiuuãdi Aduocatos ad studia, ad informandum Iudices de veritate, quæ omnia in se spiritualia sunt, vt post alios tradunt Sanch. cons. mor. d. lib.5. cap.2. num.15. Filliuc. tract.27. cap.9. quæst.8. num.160. & quæsit.9. num.168. tom.2. Paul. Layman in Theolog. moral. lib. 4. tract. 7. cap.2. nu.3. Valer. Reginald. d. lib.19. nu.35. Sayr. in Clau. Reg. lib.7. c.2. nu.11. Gallesi. in Margher. casuum conscient. Verb. festa. Suar. de Relig. tom. 1. lib.2. c.25. num.4. etiamsi faciant causa lucri; nam sicut scribere per se non est opus seruile, eo quod est commune omnibus tam Dominis quam seruis, ita neque scribere ex officio, vel transcribere causa lucri, cum ista per accidens sint, & non possint ex eo mutare formalitatem dd. actus, & ex liberali fieri seruile. Ita Bonacin. tom.2. disputat.5. quæst. vnica punct.2. n.25. & Dian. Resolut. moral. par.2. tract. 15. Res.35.

5 Sed quæres modo, quid dicẽdum sit de Copistis, qui publice transcribunt scripturas, & informationes, & est illis veluti quædam ars mechanica, & pure corporalis? & respondeo distinguendo; Aut ordinatur immediate, & primario ad acquirendum lucrum temporale, & ad sustentandum corpus relicta omni alia spiritualitate, & tunc quia hoc nil aliud est, quam labor manuum, est illicitum, & non potest fieri, & est opinio probabilior Doctorum ita Sanch. cons. moral. loco citato dub.2. nu.3. Azzor p.3. lib.1. c.22. q.5. Fernãdez in suo exam. Theologal. p.1. c.7. nu.10. Vegha in summa to.1. c.114. cas.3. Reginald. tom.1. lib.19. c.3. nu.40. in fine, qui loquitur in terminis de dd. Copistis, quos dicit exercere hoc opus liberale tamquam seruile sectando illud affectu quodam mechanico, vnde non possunt illud exercere sine peccato. Si vero ordinatur primario ad docendum, vel discendum, & tunc siue per se, siue per aliũ fiat, non est illicitum, quia ordinatur immediate ad finem spiritualem ita Caiet. 2. 2. q.122. art.4. Sanchez d. dub.2. n.3. Sed Dian. d. resol.33. tenet quod nullo modo sit illicitum & quod tales non peccent mortaliter, & rationem affert, quia talis actio, vt diximus supra per se mentalis & spiritualis est, & per accidẽs se habet, quod hac vel illa intentione fiat ab operante, qui citat etiam Suarez de relig. to.1. lib.7. c.25. n.4. Rodrig. in Summ. tom.3. c.168. n.3. Layman lib.4. tract.7. cap.2. nu.3.

6 & alios. † Ego vero tutiorem existimarem primam opinionem, & excusarem solum quando adesset vrgens personarum, aut negotiorũ necessitas; & ita Romę videmus impune talibus permitti hoc exercitium, vt cum Azzorio obseruat Reginald. loco citato n.40. vers. quod illos vero cart.162. eo quod necessitas negotiorũ sic requirit.

Et hæc sunt, quæ generaliter dicenda esse mihi videntur de Aduocato in communi nunc ad particularia deueniendum erit, & primo dicam quæ agenda sunt aduocato ante susceptionem causæ, secũdo, quæ in ipsa causa, & tertio, quæ post causam, vt possit tuta conscientia, & absque peccato causis patrocinari.

DEFENSIO II.

Circa ea, quæ agere debet Aduocatus ante susceptionem Causæ.

CAP. I.

Quæ Scientia requiratur in Aduocato.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus tria debet aduertere scientiam, Iustitiam, & fidelitatem.*

Scien-

2 *Scientia quæ requiritur in Aduocato.*
3 *Scientia etiam mediocris sufficit in Aduocato.*
4 *Quomodo necessitas supleat dictam scientiam.*
5 *Ignorantia excusat in Aduocato, quando est sponte rogatus.*
6 *Aduocatus sine sufficienti scientia peccat mortaliter, & quomodo.*
7 *Immo ad restitutionẽ tenetur, & quomodo.*
8 *Quæ obseruare debet Aduocatus circa hanc scientiam.*
9 *Quæ sit opinio S. Antonini circa hoc.*
10 *Confessario, Medico, & Aduocato nihil celandum est.*
11 *Ex mutatione facti, licet breui mutatur lex.*
12 *Aduocatus debet interogare clientem an habeat probationes legitimas.*
13 *Aduocatus debet niti Iudico legibus, & Doctrina.*
14 *Aduocatus est amicorum salus.*
15 *Aduocati tacentes ea quæ manifestare debent, peccant.*

1 Ria aduertere debemus circa Aduocatũ, antequam suscipiat causæ patrocinium. Primo an habeat scientiam sufficientem; Secundo quam debeat seruare fidelitatem erga suos Clientes; & Tertio quæ iustitia necessario sit obseruáda in ipsa causa.

2 Et primo quoad scientiam sit Conclusio, quod aduocatus antequam suscipiat causæ patrocinium, debet prius considerare, an sciat ius, in quo versari debet, an habeat praxim in iure Canonico, Ciuili, in Statutis Ciuitatum, in Bullis summorum Pontificum, & in doctrinis Doctorum saltem sciendo dubitare; alioquin est in lata culpa; ea enim scientia præditus esse debet, qua sufficienter merita causæ secundum ius cognoscere valeat; Et cum Clientes consilio Aduocatorum vtantur, eorumque Iudicio, & rationi adhæreant; & Iudices iuxta ab eis allegata, & probata iudicare valeant, valde temerarium est sine sufficienti scientia, & iuris notitia tale onus suscipire; præsertim cum illius fini huiusmodi defectus planè obstare videatur. Ita Homobon. de Bon. tr. de stat. Hum. Vit. p.2. c.5. n.2. cui adde S. Anton. p.3. tit.6. c.1. §. quantum Aluar. Pelag. de planct. Eccles. lib.2. cap. 35. Ios. Angles quæst. de iniust. Aduocat. dub.3. Nau. c. 25. nu.28. Silu. V. Aduocatus. q.24. Salon. 2.2. q.71. art.1. Tolet. lib.5. c.60. Roland. à Valle cons.36. vol.6. Reginald. Prax. for. Pœnit. tom.2. lib.25. n.657. Filliuc. quæst. moral. tom.2. tract.40. cap.10. nu.280.

3 Aduerte tamen, quod non requiritur summa scientia, sed ea, quæ sufficiens iudicatur secundum existimationem similium Personarum iuxta causarum, & negociorum qualitatem, vt ex doctr. Caiet. 1.2. q.6. art.8. tradunt Doctores. Vide Filliuc. tract.40. c.10. nu.280. & nouissimè Bassæum Flor. Theolog. V. aduocatus n.2.

4 Limita quando deficerent Iurisperiti, & aliquis esset mediocriter instructus saltem in libris vulgari sermone conscriptis, vel in Praxi, quia tunc ex necessitate videtur suppleri defectus eo modo, quo potest. Ita ex S. Thom. 2.2. q.71. art.2. notant Doctores citati per Nauarr. in Man. c.25. n.28. in principio. & iudicatur habere sufficientem scientiam pro illo tract. Ios. Angles. vbi supra.

5 Secundo limita, quando Cliens scit ignorantiam Aduocati, & tamen non curat, sed sponte venit ad petendum suum patrocinium; nullum enim nisi nolentem pati iniustum formaliter dicendum est. Ita Sil. V. Aduocatus q.24. Molin. tom.1. disp. 9. & 11. Turrian. disp.3. dub.2. nu.1. Filliuc. tr.30. c.1. quæst.3. n.6. Azzor. p.3. lib. 1. c.8. q.7. Less. lib.2. c.7. dub.3. Sed hic aduertant Aduocati maximè qui iuuenes sunt, & Nouitij, ne permittant, quod Parentes, & amici aucupentur Clientes, & causas, sed tantum suis laboribus & studio promoueant; nam sæpe euenire solet, quod multi veniant rubore præfulti, saltem dũ ab amico, vel Domino rogantur, & tunc non benedici possunt sponte venire, vt notat Barbat. in c. cum dilecta col.3. de rescript. & faciunt tradita à Bonacin. to.2. de restitut. disp.1. q.2. punc.1. n.1. vers. dixi, Vnde rectè Io: Petr. Ala. de Aduoc. Christ. eos vocat non adiutores, sed intricatores causarum, vtpote qui potius intricant, quam expediunt causas. Vide Angel. in l.1. §. pueritiam ff. de postul. Sayr. Clau.

Clau.Reg. lib.12. c.21. Verb.ratio est euidens & lib.10.c.11. Appendic.nu.29. Filliuc.tract.40.c.10. punct.5.nu.280. Laym. lib.1. Theolog.mor.c.5. num.19. Bonacin. disp.10. q.3.pun.4.to.2. Homobon.de stat. p.2.c.5.n.2.ex S.Antonin.p.2.tit.3.c.6.§.6. qui dicit quod simplices audito nomine Doctoris ad illũ accedunt, qui ne videatur gnarus respõdit qđ nescit factus magister erroris, qui non fuit discipulus veritatis.

6 Sed quæres quod nam peccatum committat ne suscipiens causas sine sufficienti sciẽtia,& certũ est peccare mortaliter,nam est in causa,quod negocia sibi credita periclitẽtur,& ita hic defectus vt supradixi obstet fini ipsius officij in perniciem alterius. Ita cõmuniter supracitati DD.& Summistę omnes,cũ P.Ægid.Bassæo Capucc.in tract. Flor.Theolog.V.Aduocatus nu.2.circa fin.

Quod amplia, licet in aliquibus attingeret veritatem, nam id potius adscribendum est bono euentui,quam consilio; nam bonitas,vel malitia nostrorum operum non procedit ex bono, vel malo euentu ex doctr. D.Th. 1.2.q.25.art.5. Ita Nauar.in c. inter verba concl.6.nu.10.,& ad peccatum contrahendum sufficit,quod quis sciens se exponat periculo peccandi,licet postea aliter eueniat,vt docẽt Salon.q.21.art.2.cõtr. 1.concl.1. Nau.c.25.nu.28. Tolet.c.60.n.8. Iof.Angl.q.de iniust.Adu.dub.3. vbi dicit hos esse in statu pessimo,licet nihil eorum, quæ tenebantur omiserint,nam per se non stetit quin in periculo causam iniuste perdendi talis aduocatus se non exposuerit.

Nec sufficit illa præsumptio scientiæ, qua forsitan nituntur ob Lauream Doctoratus;quia non satis est esse Doctorem sine scientia, & approbatio Doctorum non excusat ab ignorantia,quia & illi decipi possunt,immo quando tales, scienter susceperunt dictum Doctoratum indigne, grauiter peccauerunt, committendo seipsos periculo nocendi alios, & occupandi locum dignioris in Collegio. Ita Sanch. cons moral. tom.2. lib.12.c.27.nu.10. Sayr.vbi supra nu.10. & lib.10.c.8.nu.11. Nau. c.25. n.55. Tolet.in Addit.c.61.lib.5. V.Aduoc. Felin.in c.sciscitatus nu.11. tit.de rescript. Corrad.respons. cas.consc. p.1. quæst.128.

7 Secundo quæres an teneatur ad restitutionem damnorum inde secutorum in causa,& respondeo affirmatiue; peccant enim contra iustitiam, quia ex officio tenentur ad iustam causæ deffensionem.Ita Homob. vbi sup.n.2. Lazzar. de monit. sect.3. q.9. nu.26. Fornar. instr.Confess.c.7.nu.1. Reginald. lib.25. nu.668. & alij communiter cum Bassæo d.V.Aduocatus num.2.

8 Tertio quæres quid circa hanc scientiam in praxi obseruandum sit ab Aduocato? & respondeo tria principaliter obseruare debet pro suæ defensione conscientiæ. Primo,vt sit prudens,& non præceps in consulendo,& prius examinet bene causas,antequam suscipiat; nam neglectus earum, latæ culpæ æquiparatur,vt dicit Angles vbi supra,& Reginald.d.lib.25.n.657. & hortatur eos Benedictus XI. in const.2. incipit Decens,& necessarium. Secundo vt consulat in studio librorum non opiniones sofisticas, falsas, vel abrogatas, vel in falsos sensus extortas, sed communes, & bonas, aliter de falso tenebitur l.quisquis C.de procur. Bart.in l.1. C.de leg. Corn. de fals.& notat Sayr.loco cit.nu.11.& Filliuc.n.281. Tertio vt cum scientia coniungat etiam diligentiã,& industriam,eam.s. quæ iudicio prudentum in sua arte censebitur sufficiens pro ratione causæ;Exercentibus enim aliquod officium hæc est communis obligatio, vt debita diligentia exerceat.Homob.de stat.p.2.c.5.nu.3. Panorm. c.ad aures nu.3.de ætat.& qual. Salon 2.2. q.71.art.2. ex doctr.D.Th. 2.2.q.54.art.1. qui dicit quod ad quemlibet virtutis actũ exigitur diligentia, quatenus in quolibet officio debiti rationis actus requiruntur. Ita notat Hieron.Osor.lib.4.de reg.instit. Negligentia enim nouerca eruditionis esse dicitur ab Anacleto Papa relato in c.nihil dist.83. Vide Sayr. in Clau.Reg. lib.12.c. 22.n.11. Reginal.lib.25.c.55.n.669. Tolet. lib.5.c.60.n.4.& nouiss.Bass.d.V.Adu.n.3.

9 In particulari vero S.Antonin.d.p.3.tit. 6.c.2.§.1. dicit quatuor principaliter obseruare debere Aduocatum in vsum, & Praxim suæ scientiæ.

10 Primo admonere clientem, vt referat omnimodam veritatem, Confessario enim Medico, & Aduocato nihil celandum est c. cum humilitatis 22. q.2. c.omnis §.Sacer-

cerdos de pœnit. c.1. verſ. iudiciaria diſt. 6. Specul. lib.1. p.4. nu.1. de Adu. Silueſt. Verb. Aduocatus. quæſt.9.

11 Secundo, quod debeat habere factum in ſcriptis, nam ex breuiſſima mutatione facti mutatur lex l. ſi ex plagis §. Iudicio ff. ad l. Aquil. & l. ſi is ff. de excuſ. tut. Iacob. Graff. deciſ. aur. lib.3. c.8. nu.8. par.1.

12 Tertio, quod debeat interrogare Clientem, an habeat probationes legitimas; qui enim agere vult, probationes paratas habere debet, arg. c. fin. 6. q.5. ſicuti etiam in criminalibus, an habeat legitimas probationes, & exceptiones iuxta text. in l. in exceptionibus ff. de Probat. & Aduerte quod ſi dictus Aduocatus negligens eſt in ſupradictis, grauiter peccat, ob periculū, in quo ſe exponit propter ignorantiam rationum, & meritorum d. Cauſæ, quæ ignorantia, vt ſupradixi, latæ culpæ æquiparatur. ita Angl. loco cit. dub.4. & Filliuc. nu.280. verſ. Addunt.

13 Quarto, quod niti debeat Iudicio, legibus, & doctrina, non autem conuicijs, falſis teſtibus & ſimilibus. Ita Alenſ. p.3. q.9.

14 Filliuc. n.280. & Reginal. n.637. † Sic enim agendo Aduocatus poterit tuta conſcientia ſuſcipere cauſas ſciens tunc agere opus valde meritorium, & apud Deum ſumme pium, cum Dominus noſter Ieſus Chriſtus illud in hoc mundo exercuit defendendo peccatricem, vt bene notat Guazzin. Pater meus in Præfat. cui adde Homobon. nu.1. in fine loco citato.

15 Tandem hoc vnum nota, quod Aduocati, qui tacent, nec obſtant, nec manifeſtant, quando tenentur hoc facere ex officio, licet poſitiue non videantur operare ad damna ſuorum Clientum, tenentur tamen ad reſtitutionem, quia vnuſquiſque tenetur ad reſtitutionem nō ſolum ex actione poſitiua, cum qua efficaciter concurrit ad damnum alterius, ſed etiam negatiue operando, quando tenetur ex Iuſtitia. Bonacin. de reſtit. diſp. 1. q.2. punct.3. nu.3. negatiue enim dicitur operare ad illorum damnum, & hoc ſufficit, vt per Doctores ibi allegatos à dicto Bonacina ibi.

CAP. II.

Quas cauſas ſuſcipere debet Aduocatus in Coſcientia.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus ſolum cauſas iuſtas ſuſcipere debet.*

2 *Aduocatus cenſetur cauſa damni litigantium.*

3 *Aduocatus ſemper tenetur de iniuſtitia, & damno dato, & quomodo intelligitur.*

4 *Aduocatus non poteſt ſuſcipere cauſas iniuſtas, etiam ex aliqua parte.*

5 *Aduocatus non poteſt ſuſcipere cauſas in quantitate nimia.*

6 *Multi Aduocati potius dicuntur legum Dolores, quam Doctores.*

7 *Aduocatus ſuſcipiens cauſas ſupra ſuas vires, committit furtum.*

8 *Aduocatus ſuſcipiens cauſas ſupra vires, peccat mortaliter.*

9 *Limita quādo admonuerit reū de veritate.*

10 *An Aduocatus poſſit inducere partes ad compoſitiones.*

11 *Quando Aduocatus poſſit detegere ſecreta cauſæ.*

12 *Limita in cauſis beneficialibus.*

13 *Limita, quando ex ignorantia inuincibili deffenderet cauſam iniuſtam.*

14 *Cum non adeſt culpa in Aduocato, non cenſetur neque adeſſe præiudicium, niſi per accidens.*

15 *Aduocatus rogatus à Cliente excuſatur ab iniuſtitia cauſæ.*

16 *In cauſa dubia de iniuſtitia Aduocatus excuſatur.*

17 *Cum iura partium ſunt obſcura, Reo eſt faciendum, & quomodo intelligatur.*

18 *Quando cauſa dicitur dubia in coſcientia.*

19 *Aduocatus relinquens cauſam iniuſtam an teneatur etiam reſtituere ſalarium.*

20 *An Aduocatus in dubio de damno illato Clienti, debeat reſtituere ſalarium.*

21 *Quædam adnotanda ab Aduocato in cauſis dubijs.*

22 *Aduocatus quomodo peccet hortando ſuum clientem ad componendum.*

23 *Quomodo ſe gerere debet Aduocatus in cauſis,*

sis, vbi agitur de obligatione naturali.
24 *Aduocatus in causa iniusta non potest appellare; & alia circa hoc notabilia.*
25 *Causa criminales in statu Ecclesiastico debent in appellatione expediri infra sex menses.*
26 *Aduocatus auxilium praestans in appellationibus à mandato Papa est excommunicatus.*
27 *Aduocatus non potest defendere clientem à non solutione per dilationes, & quomodo.*
28 *Simplex promissio idem valet quod iuramentum.*
29 *Quando Aduocatus peccet aperiendo crimina occulta testium.*
30 *Quomodo se gerere debeat Aduocatus, quando reus absoluitur à iuramento, vbi & multa corollaria de iuramento.*
31 *An Aduocatus excusetur ab iniustitia causæ, propter sententiam fauorabilem per Iudicem lata.*
32 *Aduocatus defendens causam iustam putando iniustam peccat.*
33 *Aduocatus cognoscens nihil esse in hereditate, non potest agere contra heredes, licet non fecerint inuentarium.*
34 *Confessio qualificata non potest diuidi.*
35 *Impugnans pactum nudum, peccat.*
36 *Quomodo allegare Iudicem suspectum Aduocatus non possit.*
37 *Aduocatus suspensus ab officio nullibi potest id exercere.*
38 *Aduocatus dolose impediens causæ executionem, ad quid tenetur.*
39 *Quomodo se gerere debet aduocatus dum agitur de læsione, de metu.*
40 *Quando creditori tenetur in conscientia restituere pignus Debitori.*
41 *Aduocatus non potest vti scripturis ablatis secreto à partibus.*
42 *Aduocatus defendens excommunicatum, quomodo sit excommunicatus.*
43 *Ad quid teneatur Aduocatus defendens causam iniustam.*
44 *Aduocatus non tenetur restituere fisco penam pecuniariam ex iniustæ causæ deffensione.*
45 *Regula ad cognoscendas causas iustas in praxi.*

1 CONclusio sit quod ad hoc, vt Aduocatus exerceat iustitiam in causis, solum illas debet suscipere patrocinandas, quas iustas esse aduertit, ne cooperando iniustitiæ litigantium, efficiatur reus illorum peccatorum, immo multoties efficitur author mali inducendo clientem alias forsitan non litigaturũ, si veritatem agnosceret, & de iniustitia ab Aduocato certior factus esset; vt dicit Ios. Angles. in Flor. Theolog. q. de iniust. Aduoc. dub. 4. ex doctr. S. Thom. 2. 2. q. 71. art. 3. quem sequuntur Caietan. Salon. Bannes, & Aragon. ibi Sot. vbi supra art. 3. Alex. de Ales p. 3. q. 44. membr. 3. ante fin. & alij per Filliuc. tract. 21. c. 4. num. 142. quibus adde Nauarr. c. 25. nu. 28. Tolet. summ. c. 60. num. 3. Graff. decis. aur. lib. 3. c. 8. nu. 3. p. 1. Less. lib. 2. c. 29. dub. 6. part. 1. Sayr. de præcept. lib. 12. c. 22. nu. 4. denuo Filliuc. tract. 40. c. 10. q. 4. nu. 282. Reginald. lib. 25. nu. 657. Paris de Put. de sindicat. rubr. de excess. Aduocat. nu. 12. & tradunt omnes Iuristæ in l. non nouam §. Patroni ff. de iudic. vt dicit Ala. de Adu. Chr. p. 1. quæst. 24. vnde ex hac causa peccant mortaliter, & tenentur ad omnia damna, & interesse, vt bene notat P. Ægid. Bassæus in Flor. tot. Theolog. V. Aduocatus nu. 6. cum Vasq. 1. 2. d. 64. c. 1. Roderiq. in Sum. p. 1. c. 2. & alijs.

2 Quod amplia siue id faciat, vt causam vincat, siue vt differat, siue vt partes concordare faciat, & inire pacta, ex quibus damnum Cliens patiatur, nam numquam potest causas iniustas deffendere, tum propter scandalum, quod ex hoc oriri potest; tum propter vexationem indebitam, qua Aduersarius conuenitur, quia non deficiũt modi ad concordandas lites, sine vexatione S. Antonin. p. 2. tit. 1. c. 19. §. vlt. Ios. Angles d. dub. 4. Sayr. lib. 12. c. 13. nu. 14. vers. qui igitur Nald. in Summ. Verb. Aduocatus num. 10.

3 Secundo amplia non solum procedere quando tota causa iniusta est, sed quando est iniusta, sed habet aliquod caput iustũ, assumendo hoc caput ad vexandum aduersarium in reliquo; vel cum principali iusto impediat, differat, aut peruertat, quia & medium & finis causæ iustus esse debet. Caietan. in Summ. V. aduocatus vers. primo. Reginald. cap. 25. nu. 671. Angles vbi

supra dub.2.concl.vnica cart.380.Rodriq. p.1.Sum.c.2.Fornar.Instr. Conf.cap.7.n.2. car.mihi 47. Graff. decis. aur. c.8.p.1. in princ. Benn.de Priuil.Iurisc. priu.71.nu. 12.Io.Petr.Ala.de Aduoc. Christ.q.36.p.
4 1.in fine, qui dicit † quod licet Aduocatus prosequatur vnum caput iustum, quod non respiciat summam causæ principalis, tamen si causa principalis est iniusta, non excusatur à peccato; quia hoc modo retardatur causa, & est in damnum aduersarij innocentis.

5 Tertio amplia quando, licet causæ sint iustæ, attamen amplectitur in nimia quantitate, & omnes illas, quæ sibi defferuntur, vel defferri possunt, nam exponit se magno periculo peccandi, cum non liceat ei in cosciencia recipere, nisi eas, quibus bene ac diligenter vacare potest Glois. in c. diuersis.extr.de Cler.Coniug.speculat.de Aduoc. n.14. Carbo. de rest.q.51. in fine.
6 vers.in eo etiam. † Sicuti dicitur de illo, qui causas graues, ac magnæ extimationis sumit, & scit, vel scire deberet se parum experientia, & scientia valere quo ad illas, non sufficit enim vt dixi esse Doctorem, nam multi dici deberent potius legum dolores quam Iuris Doctores, vt dicit Ang.in l.1. ff.de postul. Neuizan. Sylu. nupt.lib.5.tit. sit quom.Iudicand.n.6.Homobon. de stat.p.2. c.5.n.5. vers.nec sufficit; & regulariter Aduocatus debet prius incumbere in causis anterioribus, absque quod percipiat alias nouas. & illas tantum, quas putat bene deffendere posse sine periculo alicuius Iniustiæ, vt Angles vbi supra Dub.4.

7 Nisi tamen causis nouis non esset mora periculum allatura, & causæ primæ non versarentur in tanto periculo damni, quod arbitrio boni viri est relinquendum Salon. 2.2. q.71. art.2. conclus.3. qui etiam dicit d. Aduocatum non esse absoluendum; nisi promittat in posterum se fore alienum à tanta quantitate causarum Carbon. vbi supra, & Lancellot. Polit. de offic. Aduoc. tit. quale deb. esse offic. Aduocat. in caus. suscipi, vbi dicit, quod Aduocatus suscipiens causas supra vires, furtum committit illius operis iam aliis obligati.

8 Et hic aduerte, quod Aduocatus dum ex pacto tacito obligauit operam suam Clientibus, non potest illam in Conscientia ad propria commoda conuertere, & causa aliarum rerum vel suarum nimium distrahi à negociis forensibus, & causis suorum Clientum, nam ex nimia tarditate, vel inconsulta festinatione dd. Clientes detrimentum accipiunt; quod si graue est, est etiam pèccatum graue, obligans ad restitutionem.. Quare expedit magis pro defensione suæ conscientiæ paucas causas bene agere, quam multas male defendere vt dicit Ala.vbi supra q.36.p.1.& notat Angl.d.dub.4. & ego dixi infra latius in defens.4.c.4.

9 Limita primo quando Aduocatus admonuerit reum de iniustitia causæ, quia scienti, & consentienti non fit iniuria, c. scienti.de reg.iur.in 6.Gabr. in 4.dist.15. q.8. art.2. concl.9. Salon. Tolet. Nauarr. Carbon. & alij vbi supra. Sed Filliucius tom.2.tract.40.cap.10.n.284.vers.dico tertio, dicit quod non obstante consensu sui Clientis, tenetur relinquere causam iniustam, & allegat Sayrum de Præcept.lib.12. c.22.n.20. cum Caietan. & alijs ex doctr. S.Thomæ 2.2.q.71.art.3.ad secundum, vbi dicit, quod Iudex cognoscens causam iniustam, debet eam deserere; nam licet nõ fiat iniuria Clienti, quia consentit in causa, fit tamen iniuria Aduersario vexando illum illicite, ideo S.Th. loco cit. subiungit, debere induci clientem, vt se componat sine damno Aduersarij; nam nec Cliens potest contra illum agere licite, vnde Aduocatus deffendens hoc modo causam iniustam, cooperat ad peccatum dicti clientis, & ad rem illicitam per se Graff. decis.aur. p.1. lib.3.c.8.nu.3.& Reginald. lib.25.nu.673. Sot. li.5.de iust.q.8.art.2.ad 2.Greg.de Valent. 2.2.disp.5. q.8. punct.4. sub fin. tunc enim solum potest prosequi causam cum consensu sui clientis vsque in finem, quando æque dubia est, vt dicit Reginal. d.lib. 25. nu.673. in fine, nam tunc neutræ parti fit iniuria.

10 Aduertat igitur in hoc casu Aduocatus, vt causam omnino dimittat, & Clientem ad-

admoneat vt illam deserat; vel amicabiliter componat sine damno aduersarij, & fraude, aperiendo illi ius suum, vt compositio sit amicabilis libera, & voluntaria, si vero aliqua adest dubitatio, conferat illi quid secũdum qualitatem dubij. ita Nald. in Sum. Verb. Aduocatus nu.10. Caccialup. tract. de Aduoc. q.4. vers. tertium periculum Arag. vbi supra art.3. versic. est aliud dubium.

11 Non potest tamen parti detegere secreta causæ, vt supradixi nisi adesset notabile damnum illius & cliens ab eo admonitus desistere nollet Salon. 2.2.q.71. art.3. concl.vlt. & q.70. ar.1. concl.vlt. vers. ex hac regula. Nau.c.25. n.28. in fine. Graff. vbi supra n.3. in fine, & Filliuc.cum Lessio ab eo citato d.tract.40.num.283. Reginald. d.lib.25.num.674. vers.aduerte demum.

An quando dubitat vtrum sit iusta vel iniusta deserere debeat? Et respondeo affirmatiue, quia ex consequenti debet putare ius aduersarij esse potius, & melius; quod quidem conari impedire iniquum esset. Reginald. d.lib.25. cap.55. sect.3. nu.673. vers. Aduerte vero. Sed de hoc inferius num.16.

12 Secundo limita in causis beneficialibus, in quibus potest aliquando excusari Aduocatus, si causam suscipit apparenter iniustam, vel saltem dubiã de Iniustitia, quia signatura Romana in praxi sæpe videtur variare in Commissionibus, adeo vt causa olim iniusta, hodie videtur apparere iusta, non ob causam, quia per se iniusta sit, sed per variationem sententiæ iuxta opiniones, causas, & tempora; & sic Aduocatus cum non possit scire euentus causæ, & exitus Iudicij, potest etiam suscipere eam deffendendam. ita in specie notat Scaccia priuil.71.nu.13.& Io.Petr.Ala.de Aduoc. Christ. p.1.q.24. in fine cum aliis per eum allegatis.

13 Tertio limita, quando ignoranter hoc facit, quia ignorantia antecedens est causa actus, & omnino inuoluntaria; intellige de ignorantia inuincibili, non autem crassa, & supina; vnde cum causet omnino inuoluntarium, sine quo nulla est culpa, poterit Aduocatus licitè dictã causam iniustam sic ignoranter, suscipere. Ita Sayr. in Clau.Reg. vbi supra. Sanch. oper.moral. tom.2. lib.12. c.23. num.16. vers. secundo quando. Dian. p.2. tract.15. resolut. 59. Filliuc. tract.40. c.10. num 280. Ios. Angles loco citato. dub.4. circa fin. & Bonac. de pecc. disp.2. quæst.4. punct.4. num.14.

14 Quarto limita, quando Aduocatus licet ita dispositus fuerat à principio, vt quamcunque causam siue iustam, siue iniustam deffenderet, tamen postea adhibita diligentia putat se iustam deffendere, tunc enim etsi causa esset iniusta, licet peccauit à principio, postea tamen excusatur, & ad nihilum tenetur. Sic Caietan.2.2.q.71.art. 3. Angles vbi sup.dub.5. Rodriq. in sum. tom.1. c.2.concl.10. Graff. p.2.lib.2.c.20. num.27. & Reginald. d.lib.25.num.674. vbi enim cessat malitia, cessat etiam & culpa.

15 Quinto limita, quando Aduocatus admonuit Clientem de iniustitia, attamen Cliens illum rogat, ne deserat causam; sperat enim Iudicem secundum se sententiam daturum, tunc enim simpliciter subministrando Iudici rationes, non peccat; quia ad Iudicem pertinet eas examinare; nisi certus esset Iudicem fuisse corruptum, & esset in fine ferendæ sententiæ, quando processus iam est completus. Afflict. de Const. Aduoc. num.10. & alij per Ioan.Petr. Ala. de adu.Christ. p.1. quæst.78.

16 Sexto limita, quando vere dubitat de Iniustitia causæ siue in iure, siue in facto, & pars non repugnat; tunc enim potest prosequi defensionem causæ quoadusque cognoscat iniustitiam, sed de his dixi infra in deffens..... cap..... & ratio est, quia munus Aduocati est solum proponere rationes Iudici, & ad illum spectat postea examinare illas Angl. vbi sup.dub. 1. Nauar. c.25. num.26. Sayr lib.1. c.11. n.10. S.Antonin. p.2.tit.1.lib.2.c.17. vers. duodecimo quæritur, cart.mihi 167. Ang. in vers. Aduocatus, n.17. Arm.n.20. Mald. p.2. q.19. art.5. disput. 86. assert. 8. in fine. Lorca part.2. disput. 39. membr. 2. Dian. par.2. tract.13. resol.6. & parte 4. tract.3. resolut.47. Less. Sot. & alij cum

cum Filliuc.tract.40.c.10.n.285.qui etiam notat, quod quando graue damnum reo immineret,& parum interesset actori causam acquirere, tunc esset contra charitatem deffendere actorem habētem causam dubiam, & approbat cum Less. vbi supra nu.54. & soluit argumenta in contrariú; & in hunc sensum potest etiam recipi opinio supracitata in nu.11. vers.an quando, Reginaldi contrarium asserentis. Vide etiam notata per P. Bassæum Flor.Theolog. Verb. conscientia nu.18.

17 Nec obstat quod dicitur in reg.11. de reg.iur. in 6. quod scilicet cum iura partium sunt obscura, reo est fauendum,quia hoc procedit in Iudice nam circa Aduocatum potest etiam intelligi de Actore,in cuius fauorem in dubio potest patrocinari,dummodo tamen,vt dictum est,Clienti aperiat veritatem,& maiora non promittat,quam vere secundum iustitiam possit. Ita Filliucius tract.21.cap.4.nu.142. seqq. sicut enim quilibet ex collitigantibus proponere potest Iudici quæ suæ parti fauere censetur, ita poterit & Aduocatus. Ang. Verb.Aduocatus. nu.17. Vasquez disput. 64.c.1. Galesf.de exercit. Iurisperit. lib.3. nu. 13. Viuius decis.123.nu.10.Tab.Verb. Aduocatus num.13.

18 Sed aduerte, quod illam dico dubiam causam, in qua scribentes adeo dissentiút, vt non possit Aduocatus discernere quæ sit magis communis vel probabilis & vera que nititur bonis authoribus, & rationibus; vel quando in tali casu solerent Iudices modo in vnam, modo in alteram partem declinare, vt explicant Salon 2.2. q. 71. art.3. contr.2. Corat. de comm.opin. lib.1.tit.10. num.17. Tabien.Verb.opinio num.4. vel quando dubitatur in facto,vel vbi in aliquo articulo nulla reperitur lex, aut opinio doctorum illum decidentium, sed solis argumentis à simili decertandum est, vel quando consistit in probationibus testium, & similibus, in his enim poterit causam deffendere Aduocatus quoadusque viderit veritatem,quam facillime aduertet post depositionem, & apparitionem testium & scripturarum. Ita Io.Petr.Ala. de Aduoc.Christ.p.1.quæst.38.cú alijs per eú quibus adde Nald. in Sum.V.Litig.n.2.

19 Nec tamen Aduocatus tenetur restituere salarium acceptum, quando cognoscens causam iniustam eam relinquit,quia à principio fuit in bona fide, & bona fides excusat à restitutione,& quando nulla culpa commissa est in damno inferendo, non tenemur ad restitutionem. Ita Rebellus p.1. lib.2. q.4. Nau. lib.2. c.1.nu.47. Less. lib. 2.c.7. dub.6. nu.26. Bonacin. de restit. disput.1. quæst.2. punct.2. num.6. Vide in terminis Silu. V.Aduocatus q.22. Ang.nu. 14. Specul.de Salar.Adu. in fine. Bellam. in c.fin. quæst.penult. de postul. & Paul. Laym. tract.1. Theolog.mor.c.5.§.3.n.19.

20 Quæres hic. Vtrum Aduocatus dubitans,an propter suam actionem,vel omissionem cooperatus sit ad damnum sui Clientis,teneatur ad restitutionem? Et respondeo negatiue, quia in dubijs maxime in materia iustitiæ, melior est conditio possidentis l.si ob turpem causam ff. de condit. ob turp.caus. Aduocatus autem qui sic dubitat, possidet suam libertatem, & pecuniam ergo. Ita Silu. V.restitutio. quæst. 6. Less.lib.2.c.13.dub.4.n.28. Sanch.in Sum. lib.5.c.10.nu.44. Reginald.lib.10.tract.2. nu.71. & 80. cum alijs per Bonacin de restit. in gen. disp.1. q.2. punct.4. nu.1. quibus adde Dian.p.3.tract.5.resol.84. & p.4. tract.3.resol.28. ex doctr. D.Thomæ 2.2. q.62. art.8. vbi dicit tunc solum tenetur consulens cum probabiliter æstimare potest, quod ab eo actio iniusta sit subsecuta; ergo si nõ adest probabilitas non tenetur; & in vero dubio non adest.

Nota vero quod si ex suo consilio certũ est damnum esse secutum, sed dubium adest in hoc,an suo consilio Cliens hoc fecerit, tunc tenetur Aduocatus ad restitutionem. Præsumptio enim fori externi semper est contra consulentem l.merito ff pro socio;nullus enim præsumitur cõmisisse malum absque cõcilio ex sola præsumptione, vt docet Sanch. loc.cit.& notat Bonac. cú alijs d.punct.4. nu.5. Sicuti etiam,si dictus Aduocatus dubitauit de sua mala actione, aut cooperatione ante factum; tunc enim peccauit contra iustitiam exponendo se voluntarie periculo faciendi actionem iniustam. Merolla noster in to.1. disp.3, c.3. coroll.6. num.41. & 44.

Tria

21 Tria igitur aduertant Aduocati in recipiendis talibus causis dubijs. primo inspiciendo diligenter probabilitatem causæ; secundo aperiendo sincere suo Clienti veritatem, & quanto adsit probabilitas Victoriæ, & Tertio vt sit paratus relinquere causam toties, quoties sciant deprehenderit esse iniustam; alioquin manere in peccato mortali, & non posse à Confessario absolui; Immo si falsa promissione, vel inani spe Victoriæ Clientem detinent, & sumptibus frusta faciendis inuoluant, obligantur ad restitutionem, vt bene notat Laym. d.tr.1. cap.5. §.2.nu.17. Vide etiam Io:Maior. in 4. dist. q.28. vers.quarto. & Gabr.quæst.6. art.2. & nouissime Bassæum d.V.Aduocatus num.6. cum Regin. lib.25. nu.671.

22 Ex his dictis infertur, quod Aduocatus non possit suscipere causam ad effectum, vt postea animo gratificandi parti aduersæ, quæ habet causam iniustam, hortetur suum clientem, vt transigat; quia hæc est compositio iniusta, ad quam vt supra dixi, non possunt induci partes. Ita Caiet.V.Aduocatus. Alberic. in l.1. c. de suffrag. Archid. in c.non licet 11.q.3. Specul. in tit. de Aduoc.col.2. Polit. in tr.de offic.Adu. c.1. Cagnol. in l.2. nu.212. ff.de orig.iur. & Ala.c.42.

23 Secundo infertur, quod licet debitor multoties ex dispositione iuris in pœnam posita liberatione ne à debito, vt in l.extat ff.quod met.caus. vbi ius sibi dicens a causa cadit, & debitor liberatur à debito, tamen Aduocatus non potest suscipere causam dicti debitoris, ante condemnationem, ad effectum se liberandi à dicto debito, quia in foro conscientiæ est iniusta, cum remaneat adhuc obligatus iure naturali, quod per legem positiuam tolli non potest, quod secus est post condemnationem; tunc enim est in pœnam dicti Creditoris; aduerte tamen quod si iam soluerit, non poterit amplius repetere. Ita Panorm. in c.nouit nu.33. de iudiciis. Innocent.in c.quia plerique de Imm.Eccles. & alij per Valer. in differ. Vtr.for. Verb.debitum differ.6. & diff.9. vbi dicit quod debitor non potest negare totum debitum, quando conuenitur; & est in aliqua parte debitor.

24 Tertiò infertur, quod Aduocatus non possit in causa quam cognouit iniustam appellare, & litem protrahere, tam in sententiis interlocutoriis, quã deffinitorijs, quia per hanc appellationem fit iniuria Iudici, qui tulit sententiam, & damnum parti, quæ cogitur litẽ protrahere iniuste; istæ enim nõ vocãtur appellationes sed potius ludificationes, vel melius Damnationis vt notat Aragon in D.Thomã, vbi supra, & Salon.concl.2. Nauar.c.25.num.14.28.& 39. Ang.in Verb.Appellatio.n.15.& alij. Vnde peccant mortaliter, & ad dicta damna tenentur, vt notat Sot.lib.5.de Iust.q.6. artic.3. Syl in verb. Accusatio. q.14. & 15. Corduba cas.89. Cepoll. cautel.11. & alij comm. & gloss. in c.cum appellationibus verb.deferens. de appellat. Et nota hic obiter, quod sic illegitime appellans, nõ suspendit sententiam latam sub conditione, & consequenter in cõscientia non prodest appellanti per text. in c.consuetudinem. de appellat. Vgolin. c.13.§.18. Alterius de Censur. lib.4. disput.2. c.3. & alij per Bonacin. de Censur. in comm.disp.1. q.2. p.3. nu.2. vers. dixi in proposito.

Nec obstat dicere, quod sic est de consuetudine, & stilo fori; quia stilus irrationabilis continens peccatum, non est allegandus; nam potius est abusus & corruptela, quam vsus & consuetudo; Appellatio enim debet esse refugium grauatorum, non suffugium cauillantium, vt bene aduertit S.Bernard. in lib.3. de considerat. col.5. vbi dicit. Iniqua appellatio ad quam Iniustitiæ inopia non coegit. sequitur S.Antonin. 3.p.cap.1. col.3. tit.de off.Ad.

Quod etiam amplia, licet essent causæ criminales, & ageretur de pœna capitis, in iis etiam non potest appellari, dum clare cognoscitur sententiam fuisse iustam, & Aduocati appellantes peccant mortaliter, sed tantum debent hortari clientem ad supplicandum si causa meretur supplicationem ita Graff. decis.aur. lib.2. c.7. nu.21. Sot. lib.5.de Iust. & Iure quæst.6.art.2. Io. Petr.Ala. quæst.46. Vide Ledesm. tom.2. tract.8. c.24.concl.2. diff.2. Io. Valer. de differ. vtr.for. V.appellatio differ.3. & 4. Nald. V.appellare num.12. & Bonacin. de Censur. in Bull. cart. mihi 76.n.3. vbi de appellatione friuola.

25 Et

25 Et notent Aduocati, quod in statu Ecclesiastico Causæ criminales post appellationem expediri debent infra sex menses, ne ex diuturna pœnæ mora, impunitas delictorum exoriatur iuxta constit. Pij V. incip. licet iuri, quam refert Naldus d. Ver. Appellatio nu. 14.

26 Secundo aduertant, ne fauorem vel auxilium præstent ad appellandum a Mandatis Papæ, quia secuta appellatione, sunt excommunicati in Bulla cœnæ vt notat Bonacin. de Cens. in Bull. disp. 1. q. 4. punct. 4. num. 8. vers. ex dictis sequitur aduocatus, cum aliis per eum; vbi n. 9. dicit non incurrere vero si consuluisset tantum, nam tunc solum incurrunt in excommunicationem latam a Iulio II. in extrau. boni regiminis, & à Pio II. in constit. edita anno 1456. incipit execrabilis. ex qua licet sit Papæ reseruata, potest absolui virtute priuilegiorum, quod non potest ab illa lata in Bulla Cœnæ. Ita Bonac. loco citato cum Filliucio, Sayro, Duardo, Vgolino, & aliis quibus addo Nald. in summ. Verb. appellatio nu. 8. vbi late, qui etiam dicit incurri d. excommunicationem Pij II. etiam non secuta appellatione, ita etiam Nau. cons. 55. de sentent. excommunicat.

27 Quarto infertur non posse deffendere verũ debitorem, qui non alia de causa sustinet litem, nisi vt habeat lite durante dilationem ad soluendum; quia tunc litigat pro sustinendo statu iniuste acquisito, vt notant DD. ad D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 8. Quod limita nisi quando iste debitor non esset soluẽdo, nec posset, sine magno sui detrimento soluere; tunc enim non cogitur statim soluere Silu. in Verb. restitutio §. 5. n. 2. Couarr. in c. peccatum in princ. col. 3. de reg. iur. in 6. Sot. de iust. lib. 4. q. 7. art. 4. Nau. c. 17. n. 56. etiam si creditor in simili esset necessitate. s. magno detrimento suarum rerum Salon. 2. 2. quæst. 62. art. 8. contr. 3. col. 4. in fine vers. secundo certum etiam est Carb. de rest. q. 80. c. 2. & alij.

28 Quinto infertur quod simplex promissio idem valet in cõscientia, quod Iuramẽtum, quãdo fuit acceptata. c. iuramenti 2. 2. q. 5. & notat Io. Valer. in differen. vtr. for. V. iuramentum differ. 6. vnde Aduocatus non poterit suscipere causam illius, qui vult se deffendere contra d. promissionem, quia causa iniusta est. Impugnare enim pactum nudum, licet in iure nullam producat actionem, & factum sine vlla causa adiecta in foro etiam Canonico nullam parit obligationem quia præsumitur factum per errorem; tamen in conscientia non potest fieri, nam ex sola promissione animo obligandi facta, manet quis obligatus, quia apud Deũ solus consensus sufficit Gloss. in c. 1. de pactis, Silu. Verb. pactum n. 4. Nau. c. 18. nu. 6. Sot. lib. 7. de Iust. q. 2. art. 1. Rebell. de oblig. iust. p. 2. lib. 18. q. 4. nu. 5. ex doctrina D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 3. ad primũ sic intelligenda iuxta notata à Soto d. lib. 7. col. 2. quem refert Io. Valer. de differ. Vtr. for. V. promissio. diff. 10. qui etiam in verb. obligatio diff. 12. dicit quod sufficit obligationem suam nutibus, vel signis declamare.

29 Sexto infertur, quod Aduocatus aperiendo crimina occulta testium, ad effectum infirmandi eorum dicta, vt sunt periurium, excommunicatio, Infamia, & similia, non peccat, nec dicitur facere contra iustitiam causæ, quando hoc facit ad iustam deffensionem Clientis, & sit ita necessarium manifestare; secus vero si posset cum minori dãno infirmare dictas attestationes illorũ; peccaret enim tunc cõtra Iustitiam sic manifestando, quia proximo maius damnum inferret, quam necessarium est ad deffensionem sui Clientis. ita Valent. tom. 3. disp. 5. q. 14. p. 3. Sot. lib. 5. de iust. q. 7. art. 3. Reginald. lib. 24. n. 140. tom. 2. Less. lib. 2. c. 31. dub. 1. Bonac. tom. 2. disp. 10. q. 3. punct. 2. num. 10. & Filluc. tom. 2. tract. 40. c. 9. nu. 159.

30 Septimo infertur, quod Aduocatus in causa, in qua Cliens curauit se absolui à iuramento, ad affectum agendi, si post absolutionem obtentam debeat iuste & vere aliquid Aduersario ex contractu per d. Iuramentũ formato, non potest deffendere d. Clientem, quo minus præstet ea quæ promisit in illo contractu, nam Absolutio iuramenti non absoluit à iusto debito debitorem, sed tãtum dat ius agendi contra instrumentum iuratum ad effectum se defendendi ab aliqua iniustitia in ipso contractu præ-

prætensa, qua cessante cessat etiam effectus dictæ absolutionis per Reg. cessante de reg. iur. in 6. Ita notant Molin. lib. 1. de iust. disp. 150. col. 3. vers. illud, & alij per Alam de adu. Chr. q. 51. p. 1.

Ex his nota, quod filia renuncians sponte cum iuramento, suæ legitimæ, tenetur in foro cōscientiæ seruare etiam si sit enormissime læsa c. quamuis de pact. in 6. & notant Valer. Verb. Iuramentum differ. 3. num. 1. & Bonac. tom. 2. disp. 4. quæst. 1. punct. 5. num. 3.

Secundo, quod iurans cum dolo, cū animo. s. fallendi alterum, tenetur in conscientia iuramentum seruare S. Thom. 2. 2. q. 89. art. 7. Nau. c. 17. nu. 13. Sot. lib. 8. de iust. q. 1. art. 2. & alij contra Scotum relati à Comitol. lib. 2. resp. mor. quæst. 2. nu. 5. in prima propos. quem sequitur Valer. V. Iuramentum. diff. 10. ex pluribus rationibus adductis per Bonacin. d. disp. 4. q. 1. punct. 7. num. 5. cui adde Filliuc. tract. 25. c. 6. quæst. 4. num. 150. & Less. c. 42. dub. 8. num. 41.

Tertio eum, qui iuramento promissit vsuras, tenetur ad eas soluendas c. debitores de iureiur. licet promissio sit inualida, quamuis potest facta solutione repetere, obtenta prius relaxatione Iuramenti Suar. lib. 2. c. 9. nu. 17. de Iuram. Sanch. Sum. lib. 3. c. 11. n. 9. Less. lib. 2. c. 42. dub. 6. Filliuc. tract. 25. c. 6. quæst. 7. n. 158. & 160. Laym. lib. 4. tract. 2. c. 7. quod limita in hæredibus, quia obligatio ex vi iuramenti non transcendit ad hæredes. Ita Bonac. tom. 2. disp. 4. q. 1. punct. 15. nu. 3. cum alijs multis per eum.

Quarto, qui promisit aliquid amico cum iuramento, non tenetur in conscientia seruare, si ille fiat ingratus, quia censetur facta promissio cum illa tacita conditione. Ita Sanch. in Sum. lib. 3. c. 17. n. 1. & Molin. de iustit. lib.... disput. 272.

Quinto, qui promisit aliquid absenti cum iuramento; si antequam dictus absens acceptauit dictam promissionem, illam reuocauit, non tenetur ad obseruandam, quia censetur facta cum hac conditione, si eam acceptauerit. Ita Less. de iustit. lib. 2. c. 12. dub. 7. Sanch. cap. 9. nu. 10. & alij contra Suarez vt notat Bonac. d. disp. 4. q. 1. punct. 17. num. 2. vers. quinto eum, qui etiam in fine dicit, quod eum qui iurauit Iudici omnia se dicturum, quæ nouit non teneri occulta reuelare, non intelligitur iurasse se dicturum omnia, quæ tenetur secundum ordinem iuris.

Sexto, qui compromisserunt litem certa die diuidendam iurantes se non recessuros à sententia ferenda à Compromissario; si terminus de consensu partium prorogatus fuit; etiamsi lis non deciditur illa die, & fuerit in compromisso facta obligatio non prorogandi, nec concessa facultas, adhuc remanet obligatio iuramenti. Ita Card. Tusch. litt. C. Verb. Compromissum concl. 518. num. 5. & alij apud Sanch. lib. 4. c. 54. nu. 10. licet Azzor. p. 1. lib. 11. c. 8. q. 12. teneat contrarium; & hæc dicta sint ad maiorem instructionem Aduocatorum.

31 Octauo infertur, quod quando Aduocatus in executione sententiæ & rei iudicatæ clare cognoscit de Iniustitia, peccat mortaliter si patrocinium præstat ad d. rem iudicatam exequendam; nam licet res iudicata habeatur pro veritate, & secum afferat præsumptionem Iustitiæ, nihilominus in cōscientia attenditur sola veritas. Innoc. in c. quia plerique col. 1. de immun. Eccles. Im. in l. nemo nu. 6. ff. de leg. Abb. Felin. & alij in c. cum inter de re iudic. & in c. nouit de iudic. Couar. in 4. Decret. p. 2. c. 8. num. 19. Valer. V. Peccatum different. 24. in tract. de differ. vtr. for.

32 Nono infertur, quod licet sit causa iusta, tamen, si Aduocatus existimet illam iniustam, debet eam deserere, vel deponere dictum dubium, quia facere contra conscientiam, est peccatum mortale. Ita Iacob. Benn. priuil. 71. num. 13. Azzor lib. 1. c. 14. in fine, & lib. 2 cap. 8. Valent. tom. 2. disp. 2. quæst. 1. punct. 4. dub. 2. Sayr. in Clau. reg. lib. 1. c. 4. num. 15. Salas de legib. p. 2. q. 42. tract. 8. disp. vnica sect. 5. nu. 16. Becan. p. 2. tract. 1. c. 4. q. 7. num. 5. Vasq. p. 2. disp. 59. c. 2. Filliuc. tract. 21. c. 4. q. 2. & 3. Laym. lib. 1. tr. 1. c. 4. & communiter omnes.

33 Decimo infertur non posse Aduocatum recusare Iudicem suspectum, in quem à

principio consenserunt, prætextu quod sit Aduersarij consanguineus, vel aliam habeat exceptionem, non de nouo ortam, sed ante principium causæ, quasi tūc tantumodo intellexerint & non prius; sicuti etiam opponere exceptionem dilatoriam, quando potest aliqua culpa considerari in opponente; quia hæc omnia cum in fraudem sint facta, non debent patrocinari Clienti, qui antea non deduxerat Gloss. in c. error. vers. facti C. de Iur. & fact. ignor. Asin. in Praxi. §. 13. limit. 14. Innocent. Felin. & Abb. in c. inter monasterium. de re iudicata. Bursatt. cons. 265. nu. 12. lib. 3. Bero. cons. 16. n. 27. lib. 3. dolus enim & fraus nemini patrocinari debet. Bonac. de Censur. disp. 1. q. 2. propos. 4. nu. 9. Sed de huc materia. Vide infra lib. 2. deffens. 1. cap. 6.

34 Vndecimo infertur, quod Aduocatus non possit suscipere causam Clientis, qui postulat ab hærede vltra vires hæreditarias, eo quod non fecerit inuentarium, si realiter cognoscit nihil esse in hæreditate; quia licet in foro fori possit conueniri, attamen in conscientia non potest, & non tenetur; lex enim Ciuilis, sicut alibi diximus, quando fundatur super aliqua præsumptione, nō attenditur in foro conscientiæ, dum veritas repugnat dictæ præsumptioni, vt est in casu nostro, cum veritas sit, nihil adesse in hæreditate iuxta præsumptionem iuris, quod ideo vult hæredes obligari si inuentarium non fecerint. Ita notat Ias. in rubr. ff. de acquir. hæred. circa fin. Abb. in c. 1. n. 4. de solut. Graff. decis. aur. lib. 2. c. 10. nu. 30. p. 1. Io. de Anan. in c. ex litteris nu. 5. de raptor. Syl. in Verb. lex quæst. 9. Ang. num. 4. Sayr. in Clau. Reg. lib. 3. c. 7. num. 8. Bonacin. to. 2. de legib. disp. 1. q. 1. punct. 7. §. 3. nu. 8. Suar. lib. 3. de leg. c. 23. nu. 9. & nouissime Paitell. Tract. Expedit. caus. ciuil. annot. 22. nu. 29. vbi multa inueniet Aduocatus circa materiam Inuentarij.

35 Vndecimo infertur non posse Aduocatum in causis diuidere confessiones Aduersariorum, vel attestationes testium, sumendo tantum quod sibi non repugnat, nam totam causam respicere debet, & ex ea veritatem assumere, vt si esset factum homicidium, & reus confiteretur fecisse, sed ad suam deffensionem, non potest aduocatus impugnare confessionem rei accipiendo tantum delictum sine illa qualitate Abb. in c. tua nos de sponsal. & notat Io. Petr. Ala quæst. 63. p. 1. de Aduoc.

36 Duodecimo infertur, non posse operari in fauorem sui Clientis, vt fur condemnetur vltra restitutionem rei ablatæ in pœnis tripli, vel quadrupli, vt est consuetudo in multis locis, præsertim Tribunalibus, quæ vulgo vocantur, *del danno dato*, nam generale est, quod iura Ciuilia applicātia aliquam pœnam parti ad vindictam, non sunt obseruanda in conscientiæ foro, vt dicit gloss. in c. fraternitas. 12. q. 2. & sequitur Abb. in c. suam de pœn. n. 6. cum Felin. in c. 1. de Const. nu. 55. & alijs; sed ego dico non intelligi, quando imponuntur in pœnam delicti, ob iniuriam latam, vel in compensationem damni facti, vt regulariter imponitur in dicto Tribunali *del danno dato*; imponitur pęna reiterata ob actionem iniuriosam, & etiam ob pretium compensatiuum damni, quod æstimatur in illa re.

37 Decimotertio infertur, quod Aduocatus suspensus ab officio in vno loco, censetur etiam suspensus in alio, quando fuit propter aliquod crimen ab ipso commissum, vnde non potest suscipere causas, & peccat mortaliter postulādo vt post Glos. in l. ex ea, vbi Bart. & alij. ff. de post. Bertazz. cons. crim. cons. 221. Paris de Put. Tr. de Sindic. Verb. interdictio. Sed hoc intellige quando fit cum scandalo, vel ex delicto enormi cum quo est adnexa excommunicatio, vel prohibitio iuris canonici, vt supra dixi in deffens. 1. c. 2.

38 Decimo quarto infertur, quod Aduocatus dolose impediēs iustam executionem rei iudicatæ cum Instrumento dotali, vel alio medio, solum vt difficilimam reddat dictam executionem grauiter peccat, & ad restitutionem damnorum ex dicta dilatione sequutorum, tenetur; nam debitor tenetur ad damna, quę creditor patitur ipsius culpa, & consequenter ad restitutionem expensarum, quas facit in re sua acquirenda; seruanda est enim æqualitas & ius alienum; & ad omnia tenetur Aduocatus,

catus, tamquam efficaciter cooperans ad dicta damna. Ita ex Nauar. c.17. num.34. Rodriq. p.1.c.151.n.4. Sayr.in Clau.Reg. lib.10. tr.2. c.3. nu.9. Petr. à Nau. lib.4. c.1.d.3.n.4. de restit. Lazzar. qq.canon. circa monitos. sect.4. q.4.nu.1. & aliis apud eum, & in terminis Io:Petr. Ala de Aduoc. p.2. q.40.

39 Decimoquinto infertur, non posse Aduocatum permittere suo Clienti læsionem citra dimidium iusti pretij, nam licet huiusmodi læsio permittatur in foro esterno quia aliter Respublica litibus obrueretur, vt est text.in c.dilecta de empt. tamen in conscientia,& coram Deo seruari non potest ita Doctores communiter ibi,& notat Nald. in Verb.canones nu.1. Sicuti etiam actus remissio ex metu non cadente in constantem virum qui licet concedatur in foro esterno, attamen in conscientia si metus etiam minor iusto sit causa actus, inualidat illum, vt notat Nald. ibi.

40 Decimosexto nota,quod licet Creditor in foro esterno non teneatur restituere pignus donec sibi plene satisfactum fuerit; tamen quando debitor præmeretur graui necessitate dicti pignoris, Aduocatus non debet suscipere causam, & impedire dictam restitutionem, nam peccat mortaliter; In hoc enim casu Creditor tenetur illud restituere sub peccato mortali. Ita Sil. verb.pignus q.5. Rebell. de oblig.iust.part.2. lib.6. quæst.vnica nu.7. & alij per Io.Valer.de diff. Vtr.for.Verb. debitum differ.vltima.

41 Decimoseptimo infertur, quod in casu, quo Cliens non potest accipere Scripturas alterius partis, & est quando ab ipso surripiuntur in loco vbi ab Aduersario reseruabantur,tunc enim in dubio litis sibi vsurpat rem alienam cum damno notabili alterius,dimicās armis valde importunis, dum scit fundamenta sui Aduersarij penitus ignorantis ea, & quibus alter nititur; nec Aduocatus potest illas recipere, nec famulus rescribere, nisi constaret ex altera parte idem Aduersarium fecisse, quia est abuti eis contra iustitiam. Ita Sanch. oper.mor. p.1. lib.3. c.vnic. dub. vlt. quod est 44. per totum.

42 Decimo octauo infertur,quod Aduocatus deffendens excommunicatum in ea lite,propter quam ille excommunicatur,incurrit eamdem excommunicationem, eo quod participat in crimine criminoso, vt notant Vgolin. de Censur. fol.541.nu.31. & Nald. Verb.Excommunicatio num.31. in fine.

43 Vltimo aduertendum est,quod talis Aduocatus sic scienter suscipiens dd. causas iniustas,vltra peccatum, & restitutionem damnorum, & expensarum, quas tenetur suo Clienti propter perniciosam ipsius dissimulationem,& mendacium, est etiam obligatus ad restitutionem parti aduersæ ob iniuriosam deffensionem. Ita Caietan. & Angles, & alij vbi supra; quibus adde Less.dub.8. Clau.Reg.nu.14. Tolet.lib.5. c.61.nu.1. Filliuc. nu.282. Reginald. lib. 25. num.670.

44 Sed quæres,vtrum sit obligatus restituere fisco pœnam pecuniariam à qua suo iniquo patrocinio Reum liberauit,& respondeo negatiue;Iniustitia enim quæ fit Reipublicæ est contra Iustitiam legalem, & non particularem & certum est,quod sola particularis obligat ad restitutionem.Bonacin.to.2. disput.10.q.3. punct.4. cui adde Salon.2.2.q.71. art.3. controu.1. Bann. eo.dub.5. conclus.6. & Sayr. vbi sup.n.15.

Hinc infertur quod Aduocatus fisci, qui negligenter agit causam ipsius, non tenetur ad compensationem, quia officiũ eius nõ est curare,vt fiscus ditetur confiscationibus, sed vt seruentur leges, & puniantur violatores earũ Filliucius d.tract. 40. c.10. nu.283. vers.aduerte.

45 Circa modum vero, tam Aduocatus, quam cliens hæc quatuor aduertere debent ad cognoscendum iniustitiam causæ. Primo,si dicta causa solum ex auaritia,vel ex inordinata ratione vt si ex odio, vel pertinacia fiat; secundo si cum magno pacis, ac charitatis detrimento exerceatur,vt quando contentiose litigatur; tertio, si iniustitia, fraus, vel dolus immisceatur;& quarto si ex dicta causa scandalum oriatur,& in grauia peccata litigantes prolabantur, vt est in filio contra Patrem, in vxore contra Virum, in diuite contra pauperes, & similes. His enim modis, licet aliter iustæ essent dd. cau-

se, grauiter peccarent. Ita Homob. restit. 46 p.2. c.3. num.4. in fine; † Hæc enim sunt, quæ lites cohonestant. Puritas intentionis, Moderatio cupiditatis, & bonũ exemplũ. ita S.Anton. p.2. tit.4. c.9. §.3. Viguer. Theol. Instit. tit.de Virt.iust. cap.5.§.12. vers.2. litt.A. cart.mihi 246.

CAP. III.

Quomodo Aduocatus se gerere debet in causis Pauperum.

SVMMARIVM.

1 *Pauperes in necessitate constituti sunt gratis deffendendi.*

2 *Notarij & Procuratores, qui causas Pauperum audire nolunt quomodo vocentur.*

3 *Patrocinium est quædam elemosina.*

4 *Aduocatus petendo salarium pauperi, peccat contra Iustitiam, & tenentur ad Restitutionem.*

5 *Limitatur quando esset alius in promptu, qui vellet subuenire pauperem.*

6 *Secundo limitatur, quando esset cum grauissimo incommodo ipsius Aduocati pauperem defendere.*

7 *Tertio in necessitatibus communibus, tunc non est obligatus.*

8 *Quid dicendum de superfluis personæ in communibus necessitatibus?*

9 *Ad pias causas quilibet sine mandato potest patrocinari, & illas suscipere.*

10 *Sententia lata in fauorem Ecclesiæ cum Procuratore illegitimo, est valida.*

11 *Alia de pijs causis.*

12 *An Aduocatus peccet mortaliter in supradictis casibus non patrocinando.*

13 *In extrema necessitate constitutis est sub peccato mortali patrocinandum gratis.*

14 *In graui necessitate tenetur, quando habet de superfluis persona.*

15 *Iudex tenetur compellere Aduocatum in patrocinandis causis.*

16 *Ampliatur etiam in diuitis causa, quando non esset alius, qui defenderet eam.*

17 *Non habens animum adiuuandi pauperes in communibus necessitatibus, est in peccato mortali.*

18 *An teneatur ad restitutionem Aduocatus, non subueniendo pauperis causæ.*

19 *Quid dicendum sit de Aduocatis, vel Procuratoribus Pauperum.*

20 *Vidua, Pupillus, & alius priuilegiatus diues, non cõprehenduntur in supradictis casibus.*

21 *Procuratores sacræ Pænitentiariæ, an possint aliquid accipere à suplicantibus.*

22 *Aduocatus fisci potest contra fiscum adiuuare pauperem, vel coniunctum.*

23 *An Aduocatus sit obligatus quærere pauperes.*

24 *Et quid dicendum de Aduocatis pauperum.*

25 *An singuli Aduocati sint obligati subuenire dd. pauperibus.*

26 *An possit Aduocatus obligare facere pauperes ad salarium soluendum, quando poterunt.*

27 *Et quid si expectarent aliunde pecuniam.*

28 *An pauper factus locupletior sit obligatus soluere salarium.*

1 Conclusio sit, quod quando pauperes sunt in necessitate constituti, & Aduocatus non prospicit aliam viam, qua pauperes possint deffendi, tenetur eorum patrocinium gratis sumere. Ita Caiet. Salon. Bann. & alij cum D.Thom.2.2.q.71.art.1. Alex. de Ales. p.3. q.44. membr.1. Gabr. in 4.dist.15.q.6.art.3. dub.4. & facit glossa in §.sit nobis quoque Auth. de mandat. Princ. verb. gratis Ias. in §.tripli. nu.55. inst. de Action. Roland. à Valle cons.87. nu.25. 29. & 33. lib.2. Menoch. de arbitr. cas.564. Immo potest puniri recusando dictum patrocinium. Alberic. in l.1. C.de suff.n.8. Felin. in c.si pro debilitate col.8. ff. de offic. Iud. Relig. & ex recentioribus. Filliuc. tom.2. tract.40.c.10.nu.286. & nouissime Paitell. in tract. de expedit. caus. ciuil. annot.93. nu.21. seqq.

2 Et nota quod idem dicendum est de Procuratoribus, & Notarijs, tenet Rot. decis.1. alias 804. de Const. in ant. & sequitur Roland. d.cons.87. nu.33. qui etiam ex aliorum Doctorum authoritate vocat tales Notarios & Procuratores, qui causas pauperum sine pretio adiuuare nolunt, & copias Instrumentorum & processus tradere gratis, excoriatores Pauperum, canes Curiarum, & deuoratores ciuium; ideo aduertant huiusmodi à talibus impietatibus, & Iudices

Iudices compellant eos ad præstanda illorum opera sine salario, memores quod illis ex officio incumbit, causas orphanorum, & viduarum pauperum deffendere. Vide Silu. Angel. Salon. Valent. apud Bonac. tom. 2. disp. 10. q. 3. punct. 4. n. 2. Clau. Reg. lib. 12. c. 22. & nouissime Ægydiũ Bassæum tract. Flor. totius Theologiæ in Verb. Aduocatus nu. 5. cart. mihi 15. qui & alios allegant.

5 Et ratio supradictæ Conclusionis est, quia Patrocinium, cum sit quædam elemosina, vt dicit D. Thomas d. q. 71. obligat sicut aliæ elemosinæ, & Aduocatus tenetur eam impartiri pauperi, dum illa necesse habet. Ita Caietanus in Summula V. Aduocatus vers. octaua est. Sot. de iustit. lib. 5. quæst. 8. art. 1. Sayr. d. lib. 12. c. 23. nu. 1. & loquitur de ea Benedictus Papa, vt videre est supra in def. 1. c. 4.

Immo petendo pauperibus dictum salarium, peccat, & si accepit, tenetur ad restitutionem, quia obligatur à iure gratis subuenire pauperi. ita Sayr. in Clau. Reg. lib. 12. c. 23. nu. 28. seq. Borell. in Summ. omn. decis. tom. 1. tit. 65. nu. 38. & alij per Barbos. de potest. Episc. p. 3. alleg. 79. nu. 33.

Quod amplia, licet tales necessitates prouenirent ab exteriori pauperum malitia, licet in hoc casu esset potius meritum, quam obligatio Charitatis. Ita Nald. in Verb. Charitas nu. 4. Azzor. tom. 2. lib. 12. cap. 4. quæsit. 7.

Limita primo cum D. Thoma 2. 2. q. 71. art. 1. quando esset alius in promptu, qui posset, & vellet subuenire; & nota illud verbum vellet, quia si alij sunt, qui possunt & nolunt, adhuc remanet obligatus alter Aduocatus, & ideo intelligendum est, non de potentia physica, sed de potentia morali, quæ. s. secũdum prudentum existimationem coniungibilis est actui. D. Th. loc. cit. cum Salon. Bann. Caietano & aliis; quibus adde Nau. cap. 24. nu. 5. & 17. Sot. lib. 5. de iust. q. 8. art. 1. Angles par. 1. q. 2. diffic. 6. Palac. 4. dist. 15. disp. 6. Viguer. Inst. mor. c. 12. §. 2. vers. 5. Sanch. cons. mor. tom. 1. l. 1. c. 5. dub. 5. nu. 29. Et lib. 6. c. 7. dub. 1. n. 5. qui & alios allegat. Vide Reginald. Prax. for. pœnitent. lib. 4. nu. 251.

Limita secundo, quando esset cum grauissimo suo incommodo. s. cum periculo vitæ, honoris, amissionis bonorum, & similium, tunc non teneretur; cum opera Charitatis nõ obligent cum tanto onere, & incommodo, nisi quando essent maiora pericula. s. animæ, & salutis. ita DD. supracit. & Sayr. lib. 12. c. 23. nu. 5. Suarez de Charit. disp. 7. sect. 4. num. 4. Filliuc. qq. mor. tract. 28. cap. 3. num. 288. tom. 2. Coninch, disput. 27. dub. 8. à num. 134.

7 Tertio limita in necessitatibus communibus pauperum cum eodem incommodo licet leuiori, vt est consumptio aliqualis temporis, molestia mentis, & similis; ordo enim charitatis postulat, vt in talibus casibus quisque sibi potius, quam alteri consulat. ita Less. lib. 2. c. 31. dub. 7. Tolet. in Addit. lib. 5. cap. 61. verb. in pauperum causa. Fornar. in Instruct. Confess. c. 7. n. 8.

8 Reginald. lib. 23. c. 55. † Vnde remanet, quod sicut Diues de superfluis decentissimo suo statui, communi fratrum necessitati succurrere tenetur, dando illis elemosinam, vt dicit S. Th. 2. 2. q. 32. art. 5. Maior. in 4. sent. dist. 15. q. ibid. Nau. c. 24. nu. 5. Beia p. 2. cas. 1. car. mihi 334. & alij. Sic aduocatus necessitati communi litigantium de superfluo status, & temporis tantum succurrere tenetur. S. Bonauent. to. 1. in Pharetr. c. 26. & Sayr. vbi sup. nu. 6. Licet contraria opinio, quod. s. non teneatur, sit etiam probabilis. Beia d. cas. 1. Azzor. to. 2. lib. 12. c. 7. ad fin. Nald. V. elemosina nu. 10. & Bonacin. tom. 2. disp. 3. q. 4. punct. 6. num. 6.

9 Hic nota in fauorem pauperum, quod pias causas, quilibet, etiam sine mandato suscipere potest, & quilibet de populo pro

10 eis agere potest, & debet audiri, † hinc est, quod sententia lata in fauorem Ecclesiæ cum Procuratore illegitimè constituto, est valida Specul. tit. de Instr. edit. §. nũc antiqua. vers. sed non, Felin. in c. fin. de Accusat. Roman. in Auth. similis C. ad leg. Falcid. Marc. Anton. Genuens. in pract. q. 414. Tiraq. de priuil. Piæ caus. priuil. 151. & Barbos. de iur. Eccles. p. 2. lib. 2. c. 13.

11 num. 36. † Sicuti etiam mandatum factum ad pias causas, non extinguitur morte mandantis, & in dubio semper pro pia causa est iudicandum, & etiam fœmina admittenda pro earum testimonio, ita DD. per Barbos. d. p. 2. c. 13. nu. 44. seqq.

An

12 An vero committat peccatum mortale talis aduocatus nolẽs gratis subuenire pauperi de suo patrocinio Pater meus Sebast. Guazz.in præfat.defens.n.5.respondet absolutè quod sic; ego vero ad maiorem intelligentiam ponendo hanc materiam ad aliam communem de elemosina, sicut dicit poni debere Bonac.disp.10.q.3.punct. 4.n.1. sic puto distinguendum.

13 Aut loquimur in casu extremæ necessitatis; aut in graui, vel quasi extrema necessitate; aut in communibus pauperum necessitatibus. Si in casu extremæ necessitatis; vt quando alius Aduocatus non adsit, qui velit succurrere vitæ, honori, & bonis Pauperis litigantis; vel carcerati, tenetur Aduocatus hoc sciens, etiam cum aliquali suo incommodo gratis pauperi suum præstare patrocinium, & peccat mortaliter, quia ordo Charitatis tunc est sub præcepto, vt dicit S.Thom.2.2. q.32. art.5. sicut est de præcepto diuitem teneri vitam alterius, cum aliquali suorum bonorum iactura conseruare S.Anton.p.2. tit.1.§.4. Caiet.2.2.q.71.art.1. Sot. d.lib. 5. q.8. art.1. Salon.q.71.contr.1.notab.2. Less.de Iustit. lib.2.c.31. dub.7.n.45. Nauarr.c.25.n.29. Filliuc. loco cit. n.187. & de communi testatur Naldus in Summ.V. elemosina, n.10.cum Bonacin. disp.3. q.4. punct.6. n.3.tom.1.

Sed quæres vtrũ pauperi sit credendum, dũ affirmat Aduocato se in tali extrema necessitate inueniri? Et respondeo negatiue, quia testis in propria causa non caret nota suspicionis, licet posito hoc dubio, adhibenda sit ab Aduocato diligentia ad rei veritatẽ indagãdam. Præpos.in c.sicut hi dist.47. Panormit.in c.si vero de iniur.in 6. Anton. de Butr.c.1.de empt.nu.29. Couarr.3.var. c.14.n.5. Conrad. de controu. q.19. concl. 6. Malder.2.2.q.25.art.6. Bonacin.d.punct. 6. nu.3. & Diana part.5. tract.8. res.39.

14 Si vero loquimur de graui, & quasi extrema necessitate, vt si agatur de vita, & honore pauperis, sed non cum tanto periculo, nec penuria aliorum, qui velint subuenire. Respondeo, quod tunc tenetur Aduocatus patrocinari causis Pauperum, sub peccato mortali, quãdo habet de superfluis statui. s. detrahendo de tempore, quo vacare solet causis, in quibus facit aliquod lucrum, licet non omnino necessarium statui suo, impendendo illud in causis pauperum. ita Ang. V. aduocatus §.10. Silu.ea. q.18. Valent. tom.3. disp.5. q.15. p.2. Sayr. in Clau.reg. lib.12. c.23.nu.9. P.Nauar.lib.3. c.1.nu.359. & testatur de communi, quem sequitur Nad.d.V.Elemosina n.10. Et ratio est, quia iuxta ordinẽ charitatis est de præcepto, vt homo magis debeat diligere congruentiam status proximi, quam suam commoditatem Sanch. op.mor. lib.1.c.5. nu.5. dub.54. Bann. 2.2.q.52. art.6. [illegible] Azzor.tom.2. lib.12. c.7.q.5. & 6. Filliuc. tr.28. c.3. num.64. & 76. cum alijs multis adductis à Dian. p.5. tract.8. resol.14.

15 Immo in his duobus casibus Iudex tenetur, sub mortali, cogere Aduocatum ad præstandum suum patrocinium gratis; nam ad Iudicem spectat necessitatibus aliorum subuenire; iuxta textum in l.1. §.antepræstor de postul. Felin. in rubr.de offic. iud. Tiraq. de Nobilit. c.29.nu.39. Sanch. cons. mor. lib.6. c.7. dub.1. nu.4. Azzor. lib.2.c.8.quæst.5. Vasq.opusc. c.1. de Elemos. dub.4.nu.35. Filliucc. tr.28. c.3. q.8. n.36. Malder. 2.2.q.3.art.6.Bonacin.disp. 3.q.4. p.6.nu.7. tom.2. quibus omnibus, & alijs per eos adde S.Anton.in p.3.tit.4.c.1. post medium col.4. §.1. & Tabien. V.Aduocatus.nu.10., qui dicunt, quod illis, qui aduocatum habere non possunt, Iudex te-
16 netur prouidere, † quod intellige, non solum de paupere, sed etiam de diuite offerente mercedem, est tex. in c.1. de offic. Iud. & in l.nec quisquam §.fin.ff.de offic. procur. latè Mandos. in tract.de Monitor. quæst.55.Immo potest priuare eum officio Aduocationis, si renuit absque iusta causa excusationis, pro alio postulare l.prouidendum C.eo. Armill. V.Aduocatus num.10. Villalob. in Sum. p.2. tr.18. diff.1. Soar. Thes.comm.opin. litter.A. num.92. Layman. sect.5. tr.4.c.26. lib.13. nu.9.

17 Quoad vero communes pauperum litigantium necessitates, iam diximus, quod cum graui incommodo non tenetur; sine incommodo tamen, non subueniendo peccaret venialiter, non ex obiecto, & per se, sed per accidens, vt de elemosina loquitur Diana p.5. tract.8. res.17. & de Aduocato

Bo-

Bonacin.tom.2.disp.3. quæst.4. p.6. nu.9.

Limita, quando haberet animum numquam adiuuãdi eos,& prauam voluntatem non subueniendi eos, quemadmodum de Elemosina loquuntur communiter Doctores, vt videre est late per Beiam in cas. consc. part.2. cas.1. fol. mihi 220. addo Sayr. in Clau.Reg. lib.12. c.23. nu.13. & Filliuc. tr.28. c.3. q.8. nu.76.

Sicuti etiam dicendum est, quando eis denegaret de superfluo status. s.de tempore,& commoditatibus,& cognosceret esse superfluum, & non ordinatum ad aliquem rationabilem finem.ita ex doctr.D.Thom. 2.2.q.33.art.5.vbi Caietan.Ricard.& alij. Nau.c.24. nu.5. Azzor. tom.2. lib.12. c.8. q.6. Filliuc.d.tr.28.nu.73.& 75.cum Dian. d.p.5.tract.8.res.17.& Sot. vbi supra circa finem.

18 Ad restitutionem vero damni in hoc casu non tenetur, & ratio est, quia obligatio restituendi oritur ex violatione Iustitiæ,non charitatis,ex communi Theologorum doctrina. Vide Bonacin.d.disp.3.q.4. p.8. & in tit. de restit. in princ.nu.10.p.1. Turrian. disp.82. nu.3. Sanch.op.mor. d. dub.5. n.61. Filliuc. vbi supra. Reginald. lib.4. nu.264.& Dian. d.tract.8.resolut.2.

19 Sed quæres quid dicendum de Aduocatis, vel Procuratoribus Pauperũ, qui sunt à Publico destinati,& salariati ad hũc effectum patrocinandi causis dd.pauperum? Et dico, quod non solum peccant mortaliter in causis grauioribus, sed tenentur ad restitutionem omnium damnorum,peccant enim contra Iustitiam, cum ex officio sint obligati ad subueniendum eos; Immo peccãt etiam peccato periurij, cum solent dd. Aduocati iurare hanc obseruantiam; Vnde nulla habita distinctione extremæ,grauis, vel communis necessitatis, semper tenentur vinctum sibi munus explere; alias peccant mortaliter, nisi leuitas materiæ, vel ignorantia inuincibilis eos excusaret; tenentur enim ad id & proprio statuto, vt notat Io.Petrus Ala.de Aduoc.Christ.p.1. cap.9. vers.licet autem,vbi etiam notat in
20 fine, quod Pupillus, Vidua,& alius priuilegiatus,non comprehenditur in hac dispositione loquẽte de Aduocato pauperũ,quando diuites sunt, quia solum de Pauperibus intelligitur,& ideo Aduocatus nõ cogitur pro eis patrocinari; quod mihi maxime videtur dicendũ etiã in cõscientia,quia finis legis est subuentio Pauperum,& illorum, qui non habent vnde possint conducere Aduocatos, & sic exhibere remedium Iniustitijs,& suppressionibus,quas dd. pauperes pati possent, quod de diuitibus, licet Pupillis, & Viduis non potest dici; nam cum adest pecunia,adsunt etiam Aduocati,& Procuratores. Vide Roland. à Vall. cons.20. nu.15. lib. 2. Ios. Cumm. super ritib. mag.Cur. c. 81.n.5. Alex cons.121. lib.1.nu.14. & alios.

21 Nota vero hic obiter,q̃d sollicitatores, & Procuratores in sacra Pęnitentiaria suplicãtes, possunt licite à suis principalibus accipere,& exigere suas prouisiones, quia ipsi non sunt officiales d. Pænitentiariæ, quibus solis est prohibitũ aliquid accipere à suplicantibus, & alijs per eos per Bull. Pij V. 83. quæ incipit. In omnibus edita anno 1569. 14. Kal.Iun. & aliam, quæ est 84.tom.2. Bullar. & incipit. In earum rerum. Aduertant tamen dd.Procuratores; quod valde moderate debent dd. mercedes accipere; præsertim cum modicum laborem in ijs causis impendant, vt notat Carol.Anton. Thesaurus de pœn. Ecclesiast. p. 2. c. 2. Verb. munera in fine, & Vid.Rainer. in Catal. Censur. extr. Bull. c.8. excomm.1. Bonac. de Censur. extr. Bulla disp.2. quæst.7. punc.6.n.3. Filliuc. tract.15. cap.9. quæst. 8. nu. 209.

22 Secundo nota,quod Aduocatus Communitatis, vel fisci potest contra ipsam Communitatem, vel fiscum pro pauperibus, & cõiunctis postulare, licet accipiat a dicta Communitate, vel fisco annuum salarium,quia nemo censetur obligari contra ius naturale, vel diuinum, vt est subuenire & deffendere proprios, & pauperes. Vide Alam. q.68. p.2.

23 An vero sit obligatus Aduocatus quærere dd. Pauperes in necessitate,vel graui, vel extrema constitutos, dico quod non,& sufficit quãdo est rogatus,& quæsitus, eos patrocinare, nam Præceptum Charitatis, non tam stricte obligat, secus autem est in illis,qui ex officio tenentur,vt sunt Aduocati pauperum,sicut diximus; isti enim te-

neu-

ex officio eorum necessitatibus occurrere. ita Cordub. lib.2. quæst. quæst.14. & alij per Bonacin. tom.2. disp.3. q.4. punct.5. n.11. quibus adde Pau. Layman lib.2. trac. 3. cap.6. n.5. & cum decem aliis citatis à Dian. p.5. tract.8. resol.3.

25 Sed quid dicendum, quando plures sunt Aduocati in vna Ciuitate, & sciunt de d. necessitate Pauperis, an teneantur singuli subuenire? & Respondeo affirmatiue, quia non est maior ratio de vno, quam de alio; præceptum enim Charitatis omnes obligat, & vnicuique mandatũ est de proximo suo, quamquã vno subueniente, alij remanent exẽpti, vt supra diximus. ita ex Vasq. in opuscul. de elemos. c.2. dub.3. Azzor. p. 2. lib.12. c.8. quæst.5. Reginald. lib.4. c.20. n.247. & aliis comm. teste Valent. tom.3. disp.3. q.9. punct.4. vers. tertiæ denique quem sequitur Bonacin. vbi supra, n.12. quibus adde Villalob. in Sum. tom.1. trac. 22. diff.2. n.18. Lorca in 2.2. sect.3. disp. 39. membr.3. n.50. citatos à Dian. tr.8. p.5. resol.13.

26 Secundo quæres, quid dicendum sit de illo Aduocato, qui præstat suum Patrocinium pauperi sic in extrema, vel graui paupertate constituto, sed tamen facit eum obligare ad soluendum salarium, quando poterit, vel infra tempus futurum vnius anni, & similis, in quo dictus Pauper sperat suis laboribus posse satisfacere petitioni Aduocati; an satisfaciat suæ cõscientiæ? Et respondeo negatiue; quia in tali necessitate est obligatus gratis subuenire, & obligando eum, non diceretur subuenire gratis, sed mercede, licet cum tempore; sicuti à simili dicimus de Elemosina, in qua non satisfacit, qui laboranti in extrema necessitate dat aliquid non gratis, sed titulo contractus mutui; vel similis. ita Sot. lib.4. de iustit. q.7. art.1. ad 4. Bann. q. 32. art.6. dub.3. Azzor. p.2 lib. 12. c.19. quæst.9. Turrian. 2.2. disput.82. dub.6. vers. sexto absolute, & dub.7. Reginald. Prax. for. pænit. lib.4. c.20. n.260. Coninch. disp.27. dub.9. n.153.

27 Limita vero, quando iste haberet alibi bona ad soluendum, vel speraret se habiturum, vt si esset Aduena, & expectaret suos redditus, vel & suis laboribus haberet de superfluis pro victu & vestitu, nam isti simpliciter non dicuntur egere, & esse in necessitate, vt bene notat cum alijs multis Bonacin. d. to.2. disp.3. q.4. punct. 6. n.15. vers. Concedo tamen, quibus adde Villalob. sum. tract.2. diffic.2. n.1. Hurtad. 2.2. disput.259. sect.3. §.27. & alios quos sequitur Dian. p.5. tr.8. resol.5. vers. sed si aliquis.

28 An vero teneatur dictus Pauper soluere mercedem Aduocato, quando iam liberatus, vel habita sententia fauorabili, factus est locupletior; & respondeo affirmatiue, quia aduocatus tenebatur tantum subuenire tempore indigentiæ pro illo tunc, qua transacta non est amplius obligatus ad gratis subueniendum, vnde dico, quod in tali casu erit soluenda merces arbitrio boni viri, spectata conditione temporis, loci, & laboris. ita ex Valent. to. 3. disp.3. quæst.9. Reginald. lib.4. c.20. n. 260. & Bonacin. vbi supra d. vers. concedo. ibi sicuti etiam satisfaciat præcepto.

CAP. IV.

An possit Aduocatus pacisci de salario cum suo Cliente.

SVMMARIVM.

1 *Laudabile est Aduocatum gratis patrocinari.*
2 *Sed salarium accipere, non est illicitum.*
3 *Nisi in causis pauperum.*
4 *Aduocatus etiam pro defensa veritate, mercedem recipere potest.*
5 *Sed non excedere salarium taxatum à Principe.*
6 *Et salariatus à publico, nihil vltra accipere potest.*
7 *Quod peccatum committat recipiendo aliquid vltra taxam.*
8 *Et an teneatur ad restitutionem.*
9 *Et quid vbi salarium non est taxatum.*
10 *Circa tempus salarij standum est consuetudini loci.*
11 *Pro recuperando salario quid agere debeat, & quam prælationem habeat.*
12 *Multa de salario non taxato.*
13 *Quando possit Aduocatus vltra salarium depu-*

deputatum nouum accipere, & num. 14.

15 *Pactum de salario non debet fieri in medio litis.*

16 *Potest tamen absque vi, & sine scandalo.*

17 *Pactum de salario cum conditione, si victoriam obtinuerit, est illicitum.*

18 *Pro patrocinanda causa extra Patriam aduocatus potest exigere expensas, & Vecturas.*

19 *Caueat aduocatus lites suscipere proprijs sumptibus faciendas.*

20 *Item, ne affectans lucrum, aduocet pro minimo salario.*

21 *Et si sic faciens peccet.*

22 *An debeatur salarium Aduocato non actu laboranti in studio.*

23 *Clientes tenentur heredibus aduocati de salario debito.*

24 *Aduocatus Fisci transmittit ad heredes ius salarij totius anni, in quo moritur.*

1 Licet laudabile sit, quod Aduocatus gratis patrocinetur causis, & exhibeat officium suum sine vllo pretio, vel salario, vt dicit Alberic. in l. nec quicquam §. fin. ff. de offic. Procons. & ibi Ias. num. 2. & sequitur Tiraquel. de Nobil. cap. 29. num. 36. cum Chas. ad Constitut. Burg. rubr. 6. tit. Des enfans. super tect. num. 4. moti authoritate glossæ in §. sit tibi Auth. de mandat. princip. versic. gratis, & notant Rolan. cons. 87. n. 15. lib. 1. 2 & Boccac. de Pactis. p. 3. nu. 49. † Attamen non tenentur in cōscientia; sed licitè possunt accipere, & postulare salarium quod & Honorariū dicitur à iure, nam antiquitus persoluebantur Aduocatis salaria ex ære publico, vt mos est in Medicis, & alijs Personis necessarijs ad bonum commune Reipublicæ, in quorum loco successerunt honoraria, quæ hodie præstantur à Clientibus, vt notat gloss. in l. fori vers. castrense C. de Aduoc. diuers. Iudic. Castr. in l. cum antiquis. C. de Inoffic. test. & in l. ex conducto ff. locat. Anton. Scap. tract. de Iur. non scripto lib. 3. c. 105. Benincas. de Priuileg. Paup. quæst. 7. nu. 7. Carroc. de locat. tit. de fruct. & lit. exp. q. 8. vbi late. & vide quæ dixi in deffens. 4. c. 1.

3 Et ratio fundamentalis est, quia ea, quæ quis non tenetur alteri exhibere, iuste potest pro earum exhibitione recompensationem accipere; & Aduocatus non tenetur, nisi in necessitatibus pauperum, vt supra diximus operam suam impendere, vt docet D. Thom. 2. 2. quæst. 71. art. 4. Et hoc differt in casu à Iudice & testibus, qui te-
4 nentur gratis suū officium præstare, † quia finis proprius, & proximus Aduocati est iustum sui Clientis Patrocinium, altera parte neglecta; ideo non solum pro suo labore, sed etiam pro patrocinio, & deffensa veritate, mercedem recipere potest, sicuti & Doctor pro veritate docenda, vt explicat Caietan. 2. 2. quæst. 71. art. 41. & habetur in c. non sane. 14. quæst. 4. vbi referuntur Verba D. August. in Epistol. ad Macedon. qui ait. Non ideo Iudex vendere potest Iudicium, aut testis testimonium verum, quia vendit Aduocatus iustum patrocinium, & Iurisperitus verum consilium; illi enim ad vtramque partem ad examen adhibentur, isti ex vna parte consistunt; facit etiam text. in c. charitatem & c. Ecclesiarum 12. quæst. 2. Speculat. de Salar. Aduocat. lib. 1. p. 4. Gabr. in 4. distinct. 15. quæst. 6. art. 2. conclus. 8. S. Antonin. p. 2. tit. 1. c. 19. §. fin. in fine, quibus adde Sayr. in Clau. Reg. lib. 12. cap. 23. num. 26.

5 Limita nisi esset certum pretium taxatum à Principe, vel Republica; sicut adest in aliquibus locis, pro Aduocatis fiscalibus; tunc enim nihil vltra dictum pretium in cōscientia recipere potest; nam illud censetur iustum pretium, & non aliud. ita Sayr. dicto lib. 12. ca-
6 pit. 23. num. 28. † Vnde Aduocatus Salariatus de publico nihil vltra dictum salarium debet accipere. Syluest. Verb. Aduocatus quæst. 23. Iacob. Graff. decis. aur. part. 1. lib. 3. c. 8. num. 14. Nauarr. c. 17. num. 33. Molin. de iust. disput. 83. in principio, vbi testatur de communi cum Ioan: Petr. Ala. quæst. 75. par. 1. quibus adde Bass. Flor. Theol. Verb. Aduocatus nu. 7.

7 Quod nam peccatum committat in hoc casu, scilicet recipiēdo vltra taxam? & respōdeo, quod si recipiat quid notabile, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionē, & ratio est, vt diximus, quia, cū lex statuit huiusmodi pretia, tamquam iusta statuit; & ideo,

& ideo, qui vltra dictum pretium taxatum accipit, vel quærit, iniustitiam committit l. si quis ff. de postul. Et consequenter ad restitutionem tenetur, vt notat Ludouic. Lopez lib.1. de Contr. c.27. Rodriq. p.1. c.4. Tolet. Summ. lib.5. c.61. num.4. Sayr. vbi sup. nu.28. & Bass. loco citato nu.7.

9 Quod & intellige, toties quoties Aduocatus à Cliente immodicum salarium, & vltra merita causæ, & laboris extorquet, etiam quod non sit taxatum, vt bene notat cũ alijs Barbos. de potest. Episc. lib.3.
10 alleg.79. nu.32. † qui etiam num.39. cum Gratian. discept. for. c.56. nu.1. dicit, quod circa tempus, an. s. in principio, medio, vel fine litis debeatur istud salarium, standum sit consuetudini loci; & cum multis alijs
11 discutit; † quomodo agendum sit à dicto Aduocato in Iudicio pro salario suo recuperando & quam prælationem habeat, tu vide per eum.

12 Aduerte tamen, quod ad cognoscẽdum iustum salarium in casu, quo non fuerit à lege taxatum, quatuor sunt consideranda, scilicet, grauitas causarum, labor in patrocinio, dignitas Aduocati, & cõsuetudo loci; vnde aduertant sumopere Aduocati pro deffensione propriæ coscientiæ, quod non est in eorum potestate postulare quantumcumque voluerint, sed illud tantum, quod iustum est consideratis dd. circumstantijs, ita text. in c. miramur. dist.61. Host. in Sum. lib.5. de pœn. col.1585. Sylu. q.16. Iac. Graff. vbi supra num.10. Tolet. loco citato nu.5. Ang. in §. aduocatus nu.15. Sot. de iust. lib.5. q.8. art.4. Io. Capistr. in Specul. Coscient. §. restat vltimum, &c. nu.35. Lanc. Polit. de offic. Aduoc. c.3. Rouill. de iust. & iniust. rubr. de Aduoc. c.5. num.8. Cornel. de pauper. q.7. nu.1. Ala. de Aduoc. q.10. p.1. & q.5. par.2. Sayr. in Clau. Reg. vbi supra nu.29. Azzor. p.3. lib.13. c.29. dub.7. Filliuc. tract.40. c.10. q.8. nu.290. Bonacin. d. disp.10. q.3. punct.4. & alij per eos, quibus adde Less. lib.2. c.32. dubitat.9. Laym. lib.3. tr.1. c.5. n.17. & 18.

13 Limita secundo, quando Aduocatus vltra appellationem sententiæ deffinitiuæ, consulere debet, tunc vltra salarium deputatum, nouum accipere potest, quia censetur noua causa. ita Graff. p.1. lib.3. c.8. nu.11. Sed Bonacin. d. punct.4. n.10. negat, quia nõdum causa finita videtur, licet sint distincta Iudicia; tu vero considera intentionem, an fuit conuentum de salario, quoadusque causa in totum proficeretur, an vero non, sicut etiam consuetudinem loci, quæ omnia arbitrio boni viri remittenda sunt, vt dicit Bassæus in Flor. Theolog. V. aduocatus nu.7.

14 Limita tertio, quando Cliens sponte & libere excessit summam vsitatam, & moderatam; nam volenti & consentienti nulla fit iniuria. Abb. in c. quia plerique versf. decima. de imm. Eccles. & alij per Io. Petr. Alam. de Aduoc. Christ. quæst.51. par.2. cart.111.

15 Limita quarto, quod licet pactum de salario dando, non est faciendum in medio litis, sed in principio, vel in fine, & hoc propter suspicionem fraudis, nam cępta lite, Cliens omnia daret metu coactus amittendæ litis l. quisquis §. præterea, & ibi Bald. Salicet. Alber. C. de postul. quod & repetitur in §. infames, §. arceantur versic. præterea 3. q.7. S. Antonin. & alij vbi supra adde Pract. Pap. in form. lib. act. real. vers. veris nu.16. Rebuff. in Coment. ad Const. Gall. de restit. contr. in præfat. n.29. & nouissime Sanchez opusc. moral. lib.6.
16 c.7. dub.9. num.1. † Attamen secus esset, si fieret sine vi, & absque scandalo, & esset iustum pretium secũdum qualitates supracitatas, tunc enim licite posset recipere in conscientia, nam cessat in his casibus ratio, & præsumptio legis, ita Sanchez vbi supra cum Nauarr. num.2. Steph. Grat. disc. For. c.56. nu.1. Barbos. de pot. Episc. lib.3. alleg.79. num.39.

17 Limita quinto, quod licet in paciscente de pretio hac conditione, si victoriam in lite obtinuerit, sit illicitum, quia est maxime periculosum dandi occasionem quærendi nimis anxie dictã Victoriam, etiam per fas, & nefas, vt dici solet. Paul. de Castr. in l. si quis aduocatus C. de postul. attamẽ, si esset quid paruum excusat, quia minimũ non potest nisi parum inducere ad quærendam Victoriam, & sic cõsequenter non potest timeri de iniustitia, ita Silu. Nauarr. Rosell. Armill. & alij in verb. aduocatus. Sanch. cons. moral. lib.6. c.7. dub.9. nu.6. seqq.

seqq. Bonacin. tom. 2. disput. 9. §. 3. punct. 4. Limita sexto, quando domo exiret, & è ciuitate in locum nimis remotum proficisci deberet, tunc. n. vltra salarium, debentur alimentorum expensæ, & Vecturæ, nisi aliter sit de consuetudine, & pacto, quæ etiam anticipate ei soluendæ sunt. Surd. de Alim. tit. 1. q. 68. nu. 1. Camill. Borell. p. 1. cons. 21. nu. 17. & alij quos refert Barbos. de pot. Episc. p. 3. alleg. 79. nu. 29. quibus adde Menoch. de arbitr. lib. 6. cent. 6. cas. 165. & Nald. Summ. V. aduocatus n. 13.

9 Ex his aduertant Aduocati, ne suscipiāt lites suis sumptibus faciendas, nam datur multa occasio fraudum, & periculi, vt dicit Salon 2. 2. q. 71. art. 4. & sequitur Nald. in Sum. verb. Aduocatus nu. 3.

10 Secundo aduertant, ne affectando quid minimum lucri, aduocent pro minimo salario, & faciant scientiam contemptibilem, vt dicit text. in c. tria. §. vrbem 3. q. 7. vbi glossa. Viuius decis. 123. nu. 1. Speculat. de aduoc. §. vtriusque num. 13. Io: Groff. in tract. de subst. procur. vers. allegationis iura in fine. Mont. à Cueua Aragon. decis. 14. nu. 62. Non tamen peccaret, si exiguo pretio, secluso scandalo, vel contemptu graui, patrocinaretur, immo laudanda esset eorum modestia, si hilari animo quodlibet paruum munusculum acciperent à litigantibus l. quisquis §. nemo ff. de postuland.

21 Bene verum est, quod si in Ciuitate essent multi boni Aduocati; & qui obscurioris nominis sunt, vili pretio patrocinarentur, ad effectum subtrahendi alijs, illud lucrū, peccarent, & si præiuditium esset graue, grauiter etiam peccarent, vt notat Aluar. de planct. eccles. lib. 2. cap. 35. vers. sexto quin per text. in c. tria vers. apud vrbem 3. q. 7. quem refert & sequitur S. Antonin. p. 3. tit. 6. c. 2. §. 5.

22 An vero debeatur salarium Aduocato non laboranti in peruoluendis libris? Respondeo quod sic; nam præteritæ vigiliæ efficiunt, vt in aliqua causa possint patrocinari sine labore; aliter esset deterioris conditionis excellens aduocatus, qui multa vidit, & modo memoriæ retinet, quam alius parum in iure versatus. ita Ala. de Aduoc. Christ. p. 1. q. 11. & Barbos. de pot. Episc. p. 3. alleg. 79. nu. 31.

23 Postremo nota, quod Clientes tenentur hæredibus Aduocati de salario debito, & non soluto, & dd. heredes possint eos iuste conuenire, cum sit debitum reale, quod transmittitur ad heredes Magon. de rat. patroc. c. 4. nu. 28. Suar. Thesaur. recept. sent. litt. A. nu. 102. Sebast. Medices tract. mors omnia soluit p. 3. nu. 26. Borell. Sum.
24 omnium decis. to. 1. tit. 65. n. 123. † Et nota, quod Aduocatus fisci transmittit ad hæredes suos salarium totius anni, in quo moritur; per eum enim non stetit, & ideo nec mercede temporis incepti defraudari debet Nald. sum. V. Aduocatus nu. 8.

CAP. V.

An possit Aduocatus pacisci de quota litis.

SVMMARIVM.

1 *Non potest Aduocatus pacisci de quota litis.*
2 *Et qua de causa.*
3 *Limitatio prædictæ propositionis.*
4 *Pactum de quota litis cum vtroque litigante turpe est.*
5 *Prædicta non intelliguntur de procuratore ad negotia.*
6 *Quod peccatum sit pactum de quota litis.*
7 *Et an in causa spirituali sit simonia.*
8 *Non licet Aduocato pacisci cum promissione faciendi expensas.*
9 *Pactum de quota litis quodnam sit.*
10 *An teneat iuramentum de tali pacto.*
11 *Quid quando fieret sine periculo iniustitiæ.*
12 *Fiscus an possit pacisci de quota litis.*
13 *Et quid in Redimente litem alienam.*

1 NOta est conclusio inter Doctores, quod non possit Aduocatus, & Causidicus pacisci de quota litis, hoc est de medietate, tertia, vel quarta parte illius pretij, de quo agitur in lite; nam prohibitum est in Constit. 2. Bened. Papæ Vndecimi, & Constit. 51. Pauli V. alias à nobis refertas, & ibi notat Cherubin. in scol. 1. compend. Bullar. super dictam Bullam Pauli V. cum aliis per eum allegatis.

2 Et ratio prohibitionis est, ne Aduocati auaritia inducti, conentur ad Victoriam

causæ medijs illicitis, & sic per fraudes faciant, vt compotes promissi efficiantur. ita notatur in c.infames §.arceantur 3.q.7. & in l.si qui aduocatorum C. de postul. vnde isti huiusmodi paciscentes vocantur à DD. ibi, depredatores, & latrones, vt Bald. Alberic. Anton. Roman. & alij & notant Tiraq. de Nobil. c.29. nu.45. Præposit. in d.c.2. §.arceantur, Peregrin. de iure fisc. lib.4. tit.7. n.16. Franc. Marc. decis.19. n.3. p.1. & decis.479. num.2. par.2. Iacob de S. Georg. in l.sumptus ff. de pact. Rolan. cons. 36. nu.21. lib.3. Boccac. de pactis p.3. n.19. S. Antonin. p.2. tit.1. c.19. §.vlt. Aragon. & Sot. vbi supra col.4. Silu. Verb. Aduocatus q.17. Ang. eo. §.15. in fine. Tab. nu.17. Ast. col.2. Nauarr. c.25. nu.30. vers. septimo peccat. Clau. Reg. lib.12. cap.23. n.30. Paul. Laym. Theol. moral. lib.3. tract.4. c.26. n.10. Bonac. to.2. disp.9. §.3. punct.4. nu.10. Filliuc. tract.40. c.10. nu.291. Barbos. de potest. Episc. p.3. alleg.79. nu.28. vbi multos allegat, & nouissime Bassæus Flor. Theol. V. Aduocatus nu.8.

3 Limita si conuenirent pro quantitate, hoc pacto, si vincat, aut perdat, tunc enim cessat dicta ratio; vt notat Graff. decis. aur. p.1. lib.3. c.8. n.12. Gozzadin. cons.3. n.25. Filliucius vbi supra, Laym. & alij citati per Bonacin. tom.2. disp.10. q.3. punct.4. nu.10. quibus adde Silu. vbi supra, & Aragon. vers. ex quo infero.

4 Hic nota, quod si facit pactum de quota litis inter collitigantes, & vnus vadit ad Curiam, & vti Aduocatus agit pro omnibus collitigantibus, qui illi dare promiserunt in casu Victoriæ d.litis scuta centũ de bonis litigiosis; tale pactum turpe est & comprehenditur in pœnis à iure latis de quota litis, quia consors litis pro alijs consortibus ex debito charitatis tenetur agere, & accipiendo aliquid turpiter facit, nisi hoc faceret ratione expensarum, aut alterius incommodi l.d.c.2. §.arceatur, & §. præterea 3.q.7. nec obstat, quod habeant interesse in causa, & ideo aliquid debetur pro laboribus, quia ista promissio, vltra quod sit de re litigiosa, est etiam turpis, quia inducit cõsortem ad calũniam faciendã, vt notant Dd. citati à Boccac. tract. de pact. p.3. nu.35. cum aliis seqq. qui & alia multa circa hæc prosequitur omnino videnda.

5 Secundo limita in Procuratore ad negocia, quia tantum intelligitur de Aduocato, & Procuratore ad lites, quia in illo cessat ratio legis, quæ est spes lucri Farin. de Var. ac diuers. Crim. q.106. n.17. quem refert & sequitur Nald. in Sum. V. Pactũ n.13. in fin.

6 Sed quæres quod nam peccatum sit tale pactum de quota litis? & respõdeo, quod si loquamur quoad litigantes, & nullum peccatum est, saltem mortale, nec sunt puniendi; quia pœna in iure tantum ponitur aduocatis, & ideo non est extendenda litigantibus & ratio legis, est spes lucri, vt supra dictum est, quæ illos inuitat ad vincendam litem per fas, & per nefas, & hæc cessat in dd. litigantibus. Immo potius permittit ius clientulos lucrari, nam Procuratores expendentes aliquid in lite nihil repetere possunt ab eis l.sumptus, & ibi gloss. & comm. DD. ff. de pact. & etiam, quia vnusquisque est Dominus rerum suarum, ita Nald. in Verb. pœna nu.29. & Verb. pactum nu.13. & Fornar. Institut. Confessar. c.7. nu.7. Si vero loquamur de Aduocatis, & duo sunt opiniones; Vna affirmatiua, quæ dicit dd. Aduocatos, & Causidicos peccare mortaliter propter periculum Iniustitiæ, vt supra dictũ est, & tenent Nau. c.25. n.30. vers. septimo, & Summistæ communiter cum Sanchez. cons. mor. lib.6. c.7. dub.... Altera negatiua, quod scilicet non peccant mortaliter, & ita tenet Dian. p.2. tract.16. resolut.49. quam tuetur etiam Victorell. in Addit. ad Nauarr. & nouissime sequitur Io. Val. in different. Vtr. for. Verb. contractus differ.3. Vide Homobon. de statib. p.2. c.5. nu.5. Zanard. direct. Confessar. part.2. præc.3. c.34. quæst.8. qui dicunt quod contraria opinio procedit tantum in foro fori, non autem in cõscientia: Sed quia circa hæc adsunt Præcepta Summorum Pontificum, vt supra dixi, prohibentium sub grauissimis pœnis, ne de quota litis paciscatur, non video cur non debeat etiam procedere in foro cõscientiæ; & ideo dico dd. Aduocatos peccare mortaliter nisi in casu, quo non esset periculum Iniustitiæ, sed tantum fieret, vt ardentiori studio causa deffenderetur; & ita possunt intelligi supracitati Doctores cum

Diana

Diana quibus adde Zambell. in resolutor. cas.cosc. Verb.Aduocatus nu.3. & Ægid. Bass.Flor.Theolog.V.aduocatus nu.8.Nam cessante ratione fraudis,& iniustitiæ,cessat etiam peccatum; Receptissima enim est illa Propositio inter Doctores, quod lex ciuilis fundata super aliqua præsumptione, quando veritas repugnat dictæ præsumptioni,non obligat in foro cosciencientiæ,quia Deus respicit veritatem, non præsumptionem,vt dicunt Innocent.in c.quia plerique nu.5.de Immunit.Ecclesiastic. Abb. in c.1. nu.10. de constit. qui adducit gloss.fin: in c.fraternitas.12.q.2. Alban.cons.423. n.9. Menoch.cons.37.nu.55.lib.1. Azzor.lib.5. c.6.col.4.vers.quarto similiter. Frác.Becc. cons.49.in fine,& Caualcan.decis.41.n.43. lib.1. quod idem dicendum est, si durante lite, aduocatus cóueniret cum cliente nullo accedente periculo fraudis, vel iniustitiæ.ita Ala. de Aduoc.Christ.p....q.13. in fine, & nos alibi diximus.

7 An vero in causa spirituali sit Simonia pacisci de lite. Filliuc. tract.45. c.12.n.10. Respondet quod non; dicit enim Aduocatum posse vẽdere suum patrocinium, quia non est simonia nec ex parte rei, cum ad ipsum tantum pertineat informare, & factum aperire,& hoc vendibile est;nec contra ius ecclesiasticum, cum nullibi hoc reperiatur prohibitum,immo text. in c.sane 14.q.5. indifferenter loquitur, & ideo est licitum aduocato patrocinium suum vendere, cui conformis est communis consuetudo.

8 Amplia supradictã Conclusionem,quod neque liceat Aduocato pacisci cum promissione faciendi expensas dictæ litis de suo, immo perdit actionem de mandato ad id, quod soluit pro clientulo l.si remunerandi §. marcellus ff. mandat. Alfons. in Pract.crimin.canon. lib.9. conclus.14. in tit.de Aduoc.& de comm.testatur Boccac. de pactis p.3. nu.21. Salon 2.2.q.71.art.4. Nald. in Sum. V.Aduocatus num.3.

Secundo amplia,licet sit Aduocatus litteratus, & peritus in scientia, nam semper militat ead. ratio periculi iniustitiæ vel fraudis ob nimium Victoriæ obtinẽdæ desiderium;& lex præsumit cõtra eum, quod excogitet omne malũ, propter auaritiam; & ideo Angel.in l.sumptus ff.de pact.dicit quod omnis, qui paciscitur de quota litis efficitur litis Redemptor;& text. in d.c.2. §.apud vrbem 3.q.7. dicit, quod aduocati paciscentes de quota litis in Vrbe, apud

9 degeneres olim enumerabantur. † Et nota quod illud proprie dicitur pactum de quota litis,quando habet respectum ad rem in Iudicio deductam. Rolan. à Valle cons.26. nu.20. lib.3. quem refert Boccac.de Pact. p.3. num.25. & seqq.

10 Tertio amplia, licet adsit iuramentum de obseruando tali pacto, cum sit super re illicita, quæ à iure reprobatur; peccauit enim Aduocatus recipiendo iuramentum, nec tenetur iurans ad obseruationem; immo peccaret saltem venialiter obseruando cum sit contra bonos mores ciuiles naturales, pacisci de tali pacto; & prohibitũ de iure Canonico,vt in d.c.2. §.arcentur 3.q.7. ex doctrina D.Tho. 2.2.q.89.art.7. communiter recepta, vbi Caietan. in V. periurium, & Silu. V. Iuramentum 4.q.1. dicunt hanc Doctrinam D.Thomæ intelligi debere,etiamsi actus sit illicitus solum venialiter,de quo plenius Suar.tract.5. de Relig. lib.2. à c.12. ad 24. quem refert, & sequitur Reginald. Praxi for.pœnit. to.2. lib.18.nu.40. & ideo Iuramentum factum contra bonos mores, seu cuius obseruatio præbet occasionem delinquendi cõtra honestatem, vel præscriptum rectæ rationis, non tenet, vt docet idem Suarez. c.21. & Reginald.cum alijs comm.num.44. versic. quintum est. Vide Filliucium tom.2.tract.

11 25. cap.8. nu.197. † Secus autem esset, si hoc pactum fieret sine periculo iniustitiæ, vt supradictum est, tunc enim non esset peccatum obseruãdo tam ex parte iurãtis, quam acceptantis dictum iuramẽtum,cum solum respiceret bonũ priuatum dicti iurantis,quia huic bono potest renũciari licite,& iuramentũ tenet,vt dicunt DD.supracitati,quibus adde Sanch.lib.3.in Sum. c.9.n.31.& Bonac.to.2.disp.4.q.1.punct.3. nu.3. & seq. licet in foro fori numquam teneat,vt dicit Virgin.Boccac. cũ aliis per eum citatis tit.de Pact. p.3.num.60. & sic non esset obligatus ad obseruationem, nec posset conueniri in foro exteriori.

12 Amplia quarto,quod neque fiscus potest pacisci de quota litis cum aliquo;vnde substituti fiscales, qui faciunt se consti-

gucre

tuere Procuratores,cum salario destinato grauiter peccant,quia est in magnum præiudicium pauperum carceratorum, vt dicit Guazzinus Pater meus tract. de confiscat.bonor.cóclus.13. Ampl.10.n.5.& seq. qui in praxi,ita obseruauit,cui adde Peregrin.de iur.fisc. lib.4.tit.7.n.16.& Bonac. loco citato, n.62.

13 Amplia quinto in redimentem litem alienam,qui punitur ex statuto Vrbis lib.1. c.118.licet nõ ille, qui transfert ius suum in redimentem. Vide Nald. V.Pactum,nu. 13. vers. & est.

DEFENSIO III.

Circa ea,quæ cauere debet Aduocatus in ipsa causa.

CAP. I.

An possit Aduocatus vti cauillatione & dolo, dum iustam causam deffendit.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus non debet vti cauillationibus, sed procedere cum veritate.*
2 *Potest absque mendacio, & falsitate honeste simulare.*
3 *Potest etiam vti cauillationibus,quando pars alia vtitur dolo.*
4 *Grauans autem Aduersarium aliquo modo peccat mortaliter.*
5 *Per mendacia & falsas subtilitates Deum à iudicijs expellunt Aduocati.*
6 *Potius subeunda omnia mala,quam consentire ad Veniale.*
7 *Aduocatus non damnificans Aduersarium mendacio,peccat tantum venialiter.*
8 *Et non tenetur ad restitutionem.*
9 *Deducens vero mendacia in positionibus, peccat mortaliter.*
10 *An possit ambigue loquendo celare veritatem.*
11 *Et an inducere clientem & testes ad iurandum falsum a se verum putatum.* & n.12.
13 *Quia si induceret Clientem vel Testes ad iurandum id quod nesciunt.*
14 *Ad excandum non omne in Iudicio est mortale.*

1 AD institiam causæ pertinet etiam modus,vnde non solum Aduocatus, antequam suscipiat causas debet aduertere, vt sit iusta, & nullis iniustis conditionibus coniuncta,sed etiam in progressu ipsius causæ debet summopere pro defensione suæ animæ cauere,ne iniustus modus aliqua ratione interueniat: vnde Conclusio sit, quod Aduocatus non potest vti dolis & cauillationibus in deffendendo caussas, sed debet procedere cum veritate & æquitate,ita ex doctrina D.Th. 2.2.q.71.art.3.ad tertium docent S.Antonin. p.2. tit.1. c.9. §.vlt. Nauarr. c.25.nu.28.vers.quarto.Couarr. lib.var.resolut.c.2. nu.1.

2 Limita vero hoc dictum, quando hoc faceret absque mẽdacio,deffendendo caussam iustam,vtsi v.g. occultaret ea, quæ Aduersario prodesse possent,vel non manifestando ea, quæ possunt impedire procesſũ, vel honeste simulando suum aduersarium fallere,& similia,sine tamen aliqua falsitate, quia hoc potius prudentiæ, quam falsitati adscribitur, vt ex dicta doctrina D. Thomæ sequuntur DD. supracitati,& notat Gloss. in c.ne quis 22.q.2.& gloss.in c. Dominus 23. q.2. & de communi testatur Ala. de aduoc.Chris. p.2. q.58. cui addo Io.Valer. de differ. Vtr. fori V.Deffensio, differ.5.

3 Secundo limita, quando altera pars iniuste procedit, & vtitur dolo,& simulatione,tunc enim & alius Aduocatus vti potest cauillationibus, & simulationibus; Simulare enim secundum Canonistas licitum est aduersus insidias malorum tollendas,cum naturale sit homini vim vi repellere, vt notat Pater meus in Prefatione nu.13. & DD.commun. in c.per tuas qui fil. sint legit. Io:Andr. in c.cupientes de elect.in 6. & ibi etiam gloss. in Verb. malignantium, quæ dicit quod consueuit dici, quod ille, qui habet ius in principali, potest cauillationes, & malitias per alias repellere;idem sentit Archidiacon. in c.Dominus 23.q.2. in Rubr.81. lib.1.nu.5. quem sequitur Siluest. in Verb. Aduocatus q.12. & docent Pelbartus V.Iudex p.4. §.3.tit.de Iudiciis cart.172. Salonius in fine quæst.71. art.4. Sanch.opusc.moral.lib.6. c.7. dub.8. nu.1. Nald.in Summ.Verb.Aduocatus nu.6.Fornar.

nar.Instruct.Confessar.c.7.nu.4.Vnde poterit Aduocatus in coscientia vti cauillationibus,nulla tamen falsitate,vel mendacio intercedente; habet enim ius ad suum Clientem tuendum,& iniustas aduersarij partes repellendum. Ant. Mar.Corat. de Comm.opinion. lib.1. tit.6. nu.52. & alij per Alam. de Aduoc. Christ. p.1. cap.30. quibus adde Bannes 2.2.q.71.art.4.& Zambell. Resol. cas.consc. V.aduocatus nu.16.

Aduerte tamen,quod si Aduocatus per suas iniustas cauillationes abstulit aduersario bonam causam,vel eum in aliquo grauauit petendo dilationes superfluas,vel allegando falsa, vel faciendo positionem duplicem,vel cauillosam, vel per Instructionem falsi testis, vel quia induxit Clientulum suum ad negandam veritatem,& similia, in ijs omnibus peccauit mortaliter, quia falsitate vsus est,& contra rectam iudicij rationem deffendit, ita Pater meus in dicta Præfatione, qui etiam testatur ob hanc causam numquam ipsum allocutum fuisse cum ipsis testibus, nisi peracto examine. Vide Host.in Sum.lib.5. de pœnit.n. 12.col.1784. Graffiũ decis.aur.p.1.lib.2.c. 3.n.10.S. Antoninum, Nauarr. & alios vbi supra,quibus adde Couarr.lib.1. var.resolut.c.2.n.1. Alex.Angl. in Sum.p.4. cap. 2. † qui dicit,quod per mendacia, & falsas subtilitates Aduocati Deum à Iudicijs expellunt,& Diabolum introducunt, qui est Pater mendacij, & ideo vocat eos falsarios legum, & decretorum. Vide etiam eundem Graff. in Append. ad p. lib.3.cap.8. num.2., qui dicit Theologos asserere non licere vti dolo, & cauillatione,& probationes mentiri,quia nõ sunt facienda mala, vt eueniant bona,† & potius omnia mala quis debet subire, quã modo aliquo consentire etiam ad veniale peccatum; & hæc opinio sequenda est in Coscientia.Summ. Astens.col.1.Ang.§.bel ...m. n.19. Silu.n.4. Tab.n.13. omnes in v. Aduocatus. Archid.in c.Dominus, 23.q.3. Sum.Confess.q.172. Butr. in c.per tuas,in fine,qui fil.sint legit.Abb.in c.olim de ref. spoliat.in fine, Imolens.in c.1.n.11.vers.an autem.de mut. petit. Est Glossa in d.c.exceptionem.de except.in 6. quæ assignat rationem,& dicit quia oportet prius animas deinde linguas eruditas facere.

7 Nota igitur, quod si dicta mendacia, & falsitates non essent in damnũ aduersarij, & esset certus de iusto,& indubitato iure sui Clientis, peccaret Aduocatus solum venialiter; mendacium enim quod non est in damnum alterius,vel sine iuramento est tantum veniale, quia in huiusmodi mendacio cernitur solum macula falsitatis, per quam sola non tollitur Charitas, cum non sit,nec contra religionem, nec contra Iustitiam,vt ex doctrina D.Thom.2.2.q.7[illegible]. art.4.sequuntur omnes comm. Vide Caiet. in v.mendacium.& Regina d.lib.24.n.13. tom.2.cum Salon. in fine d.q.71. art.4. & aliis per Alam.p.1.q.24. si vero nullum adsit mendacium, nullum erit peccatum; immo æquiuocando nec peccaret, dummodo aliter Iustitiam sui clientis saluare non posset,vt DD.communiter per Bonac.tom. 2.disp.4.q.1.punct.12.n.2. & Filliuc.tract. 25.cap.11.q.1.vide infra n.10.

8 Quæres modo an teneatur ad restitutionẽ damni,& interesse allati aduersario? & respondetur quod si erat certus de Iustitia causæ sui Cliẽtis,licet peccauit mẽtiendo, tamen nõ tenetur ad restitutionẽ,cũ faciat tantum contra Charitatem,si verò erat dubius de iustitia suæ causæ, & postea reperijt esse iniustam ex sententia Iudicis, tenetur ad omnia damna, & interesse, quia fecit contra Iustitiam,cum ex officio solum iustum, & iuste tenetur deffendere, ita Sayr.in Clau. Reg.lib.12.c.22.n.12. Graffius loco citato,n.10.& alij. vbi supra.

9 Aduertant tamen Aduocati pro deffensione suarum conscientiarum, quod cum producunt positiones, quia tunc censentur fateri ea omnia,quæ in illis continẽtur vt dicit glos. in c.1 de Confess.in 6.& notat Alex. cons. 71.nu.4. lib.2. Et mox adiungunt Iuramentum Calumniæ; Ne aliquid falsum deducant; nam si mendacia aliqua in dd. positionibus deduxerunt non possunt excusari a peccato mortali ratione d.Iuramenti ita Aragon. Salon.Imol.Alex. Paccian. & alij, quos congerit Io. Pet. Ala. de Adu. Christ. p.1.c.29. qui de praxi testatur obseruasse in iudicijs hoc sæpe euenire.

10 Secundo quæres,an saltem possit Aduocatus

catus

catus ambigue loquendo celare veritatem & resp. quod quãdo necessitas vrget, & iusta causa adest, vt si hoc faceret ad saluandam vitam, honorem, vel res familiares, clientis, aut ad celandum aliquid, quod faceret contra prædicta in causa, potest sine peccato, immo debet vti ambiguitate, & Amphibologia, dummodo absit animus, tum mentiendi, tum nocendi alteri ita S. Anton. 2. p. tit. 10. c. 1. §. 1. vers. videtur Silu. verb. mendacium, q. 6. Couarr. lib. 1. resolu. var. c. 2. n. 4. Reginal. d. lib. 24. n. 10. in fine Sanch. in sum. tom. 1. lib. 3. c. 6. n. 15. Nald. verb. interrogatus. n. 12. Rodriq. in summ. tom. 1. c. 246. n. 4. P. Nauarr. de restit. lib. 2. c. 42. dub. 9. n. 47. & alij per Dian. p. 3. tract. 6. resolut. 30. quibus adde Nauarr. c. 12. nu. 18. Clau. Reg. lib. 12. c. 17. n. 26. Laym. lib. 4. tr. 3. c. 13. n. 5. Immo nec iurando peccaret iuxta rationem adductam per Bonacin. vbi sup. disp. 4. q. 1. p. 11. n. 4.

11 Tertio obiter quæres an Aduocatus possit inducere clientem, vel testem ad iurandum falsum, quod tamen ipse ex ignorantia verum putat? & Respondeo secundum veriorem, & probabiliorum opinionem, quod non, ea ratione, quia præceptum de non committendo crimine obligat etiam ad vitandum crimen in altero, seu ad non inducendum alium ad actum materialem talis peccati, vt docet Suar. to. 3. de Relig. l. 3. tit. de iur. c. 14. n. 8. Pontius de matrim. lib. 5. c. 18. §. 8. nu. 59. Azzor. tom. 1. lib. 10.
12 cap. 11. quæst. 2. † Verum si ex iusta causa Aduocatus faceret, vt pro redimenda vexatione iniusti iudicij ab aduersario facta, vel ad inueniendam ex hoc aliam veritatem, & simile, posset ea ratione, quia Proximus nunc nõ inducitur ad actum formaliter malum, cum ille non peccet iurando, nec materialiter, quia materia hic & nunc potius est bona, quam mala, quia est actus Religionis, nec ipse aduocatus inducit ad iuramentum falsum, quia hoc iuramentum moraliter est verum; nec tenetur veritatem illi dicere, cum nec tenetur vitare illius peccatum, cum graui damno, unde multo minus tenetur vitare ignorantiam, quæ non est peccatum cum damno graui alterius qui est Cliens, ita ex Hurtad. in 2. 2. disp. 173. sect. 16. §. 199. & aliis Dian. in p. 5. tract. 7. resol. 14.

13 Sed quid dicendum erit, quando aduocatus induceret d. Clientem, aut alios pro ipso ad iurandum verum, quod illi ignorant? & tunc respondeo, quod prius debet persuadere illis veritatem, & post ad iurandum inducere, nam iurare sine dictamine practico de honestate iuramenti, est peccatum mortale. ita Mendoz. in 2. 2. disp. 173. sect. 15. §. 200. quem sequitur Dian. d. p. 5. tract. 7. resol. 10. sed nota quod illi non debent iurare aliter, quam sciunt, verbi gratia, Aduocatus vult probare aliquod ad quod eget duobus testibus, adhibet duos amicos Clientis, qui illum non viderunt interesse rei quam probare intendit d. Aduocatus, & satis ex dictis illius persuadẽt, illum interfuisse, possunt iurare illum interfuisse, & non possunt iurare illum vidisse; ad primum enim habent sufficientem cognitionem; vt ponitur; ad secundum vero constat illis esse falsum. Item interrogatur aliquis de nobilitate Cliẽtis insinuantur ab ipso Aduocato fundamenta facientia fidem de illius nobilitate, quibus prudenter creditur rem ita esse, potest licite aduocatus inducere aliquos ad iurandum Clientem esse nobilem, quia ad id asserendum satis est prudens persuasio sine vlla ratione probabiliter dubitandi, sic a simili ex dictis d. Mendoz. a Diana loco citato refertis, valde ad nostrum propositum accomodatis; adduxi.

14 Vltimo nota, quod licet Caiet. dicat in 2. 2. q. 69. art. 1. Omne mendacium in Iudicio quamuis sit in materia leuissima esse mortale eo quod est contra veritatem Iudicij, quæ semper est grauis, nihilominus cum non est firmatum Iuramento dicendum est non esse mortale, siue sit in materia præcipua de qua iudicatur, siue in circumstantijs illi accidentibus dum materia sit leuis, nam non videtur quod non sit par ratio paruitatis materiæ etiam in hoc casu, cum non opponatur obiecto, cuius ratio per se prima sit in certa pecunia graui. ita ex Reginald. d. lib. 24. num. 44. & Turian. de Iust. to. 2. disp. 50. dub. 1. n. 2. tenet Dian. tract. 5. p. 5. resol. 27. & Bon. tom. 2. disp. 10. q. vnic. p. 2. n. 7. vers. quinto, qui & alios allegat.

CA-

CAP. II.

Quam opinionem sequi debet Aduocatus in causis.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus patrocinans causæ patenter iniustæ, peccat mortaliter.*
2 *Idem dic, si causa non sit improbabilis, in quam tamen communiter Iudices non inclinant.*
3 *Secus si multoties in eam Iudices inclinarent.*
4 *Notabilis Doctrina Soti.*
5 *Admonitio Aduocati patrocinantis causæ minus probabili.*
6 *Admonitio secunda.*
7 *Quando est æque probabilis opinio, potest Aduocatus alterutri patrocinari.*
8 *Nec multum curandum, si adsit modicus excessus.*
9 *Vel si Iudex in fauorem alterius iudicium tulerit.*
10 *An possit defendere causam contra propriam opinionem.*
11 *Quomodo intelligatur illud dictum, neminem in dubijs esse condemnandum.*
12 *Potius sequenda vt opinio Theoricorum, quam practicorum.*
13 *Opinio speculatiue probabilis, tuto in praxi amplecti potest.*
14 *Aduocatus in foro exteriori, tenetur sequi opinionem communem.*
15 *In foro Conscientiæ potest sequi minus communem à se tamen veram putatam.*
16 *Quæ dicatur communis opinio.*
17 *Quæ probabilis.*
18 *Quæ Tutior.*
19 *Qui sint Doctores classici.*
20 *Sex Regulæ pro selectione Doctorum,*

1 Conclusio sit quod si Aduocatus partem aliquam iuxta Doctorum opinionem manifeste esse iustam cognoscat, & tamen contra eam patrocinari vult, nullum est principium practicum, vnde possit deduci posse istam partem impugnare sine peccato sub quolibet prætextu aliarum opinionem vnde mortaliter peccabit, vt Doctores communiter per Sayrum in Clau.Reg. lib.1. c.11. num.17. & notat P. Baff. Flor. Theol. Verb. conscientia, num.18.

2 Amplia etiam, quãdo vna pars ita probabilis est, & recepta, vt altera & si aliquod videatur probabilitatis habere, parum tamen, raro, aut numquam in eam Iudices inclinant, tũc enim sine dubio aduocatus si illi parti minus iustæ patrocinetur siue pro reo, siue pro actore, peccabit cõtra Iustitiã; siquidem in moralibus quæ communiter deciduntur, pro certis habentur, vnde qui talem causam suscipit defendendam, non solum probabili periculo se committit iniustam suscipiendi causam, sed etiam ad multa dãna, expensas & interesse sui Clientis, & hoc summopere aduertant Aduocati, vt bene deffendant propriam cõscientiam. ita Michael Solonius in 2.2.q.71.art. 3. controu. 7. cum alijs per Sayr. d.lib. 1. c. 12. nu.17. quibus adde Salas 1.2. q. 21. tract.8. dist.vnica sect.11. nu.104. & alios per Bonacin. tom.2.disp.2. quæst.4.part.9. num.16.

3 Limita vero hanc opinionem primo quando, licet altera pars sit probabilior, ista tamen quam deffendere suscepit est etiam probabilis, & in ea solent multoties Iudices inclinare, quia quilibet in conscientia potest adherere opinioni probabili, tum etiam quia pars, cui causa est probabilis, non peccat se defendendo, aut accusando, ergo nec peccabit Aduocatus illam deffendendo; cum sit par ratio, tam Clientis quam ipsius Aduocati Sayr. vbi supra n. 18. Reginald. lib.25. nu.675. Azzor. p.3. dub.3. q.4. Filliucc. tract. 40. c.10.q.5.nu. 285. Layman. Theolog. moral. lib.1.tract. 1. c.5. nu.17. Sanch. in Sum. tom.1. lib.1. c.9. n.14. qui decem & septem Doctores allegat, & sequitur cum multis alijs Dian. p. 2. tra.13. Ref.1. quibus adde. Bonacin. tom. 2. disp.10.quæst.3. punc.5.nu.8. car.
4 mihi 401. † Sotus autem lib. 5. de Iust. q.8. art.3. distinguit, si.n.agitur de causa mortis, vel sanguinis, aut Honor periclitatur, aut etiam agitur de tota perturbatione bonorum, & similium, non licet reum patrocinari nisi ad minus tanta vigeat probabilitate deffensio, quanta accusatio vnde si vna pars, vel accusatoris, vel

actoris, sit probabilior, non licebit partem alteram deffendere, quia melior est conditio possidentis, maxime in fauorem honoris, & vitæ; immo in his casibus dicit pium magis est suscipere patrocinium rei, etiamsi eius causa esset minoris probabilitatis, dummodo nulla adsit fraus, vel reus pernitiosissimus esset Reipublicæ; ita etiã dicit Iof. Angl. quæst. de Iniust. aduocat. conclus. 2. cart. mihi 380. In alijs vero casibus minoris momenti, si loquamur de rigore cõscientiæ, non est quod omnino condamnetur quod nõ possit patrocinari contra partem probabiliorem, dummodo tamen moneat clientem de tali opinione, & etiam absit fraus, & peruersa interpretatio legum; ita cum Soto conueniunt etiam alij citati à Sayro vbi supra nu. 18. quibus adde Rodriq. part. 1. c. 2. concl. 2. Zambell. resolut. cas. cõsc. Verb. Aduocatus num. 2. Azzorius vero lib. 2. moral. Inst. c. 17. in fine lib. 2. dicit hanc distinctionem Soti esse reprobandam, & quod Aduocatus etiam in magno periculo vitæ possit sequi opinionem minus probabilem pro actore, contra reum; & ratio est, quia licet vnicuique iure naturæ defendere ius suum quando non constat certe de iure alterius, quem sequuntur Dian. par. 2. resol. 4. tract. 13. Sanch. in Sum. tom. 2. lib. 1. cap. 9. nu. 53. & alij apud eos, quibus adde Turrian. 2. 2. to. 2. q. 71. art. 3. Lorca par. 1. tom. 1. disput. 39. membr. 2. & nouissime P. Bassæum Flor. Theol. Verb. Conscientia num. 19.

5 Aduerte tamen ad maiorem deffensionem cõscientiæ, quod in causis minus probabilibus non dicat Aduocatus, aut scribat se ita sentire, aut opinari, aut authoritate sua conetur ducere Iudicem in eã opinionẽ, quam scit à contraria sententia probabilitate superari, sed simpliciter proponat Iudici rationes, & authoritates, quibus adiuuari potest petitio clientis; sic enim effugiet omne periculum iniustitiæ, vt aduertit Io. Petr. Ala. de Aduoc. Christ. p. 2. q. 43. & tangit Filliuc. tract. 21. c. 4. n. 142. & seqq. Et caueat ne traducat Iudicem in eam opinionem, in qua Aduocatus, si esset Iudex, non esset iudicando propensurus; & ne collocet causam in eo gradu dubietatis, licet sit pauci momenti, vt parum discrepet ab iniusta, & ne putet omnia sibi licere propter causæ tenuitatem.

6 Secundo aduerte, quod si immineat aliquod periculum, ad quod vitandum, Prudentia, Iustitia vel Charitas dictet oppositam sententiam eligi debere; & opinio non amisserit suam probabilitatem ob aliquod decretum in contrarium vel ob aliquam rationem nõ excogitatam ab alijs quam putamus à nobis solui non posse, tũc temerarium esset relinquere probabiliorem, & tutiorem opinionem, sequẽdo probabilem. ita Bonaccin. cum multis aliis per eum. d. disp. 4. punct. 9. num. 5.

Tertio aduerte, quod non faciat certum Clientem de sententia ferenda in ipsius fauorem, vel causam omnino iustam esse, nam si postea amittat causam, tenebitur ad omnia damna, nam Cliens cognita causæ incertitudine forsan à lite destitisset. ita sing. Bonacin. loco citato nu. 16. Vers. caueat, quæ omnia valde ab Aduocatis aduertenda sunt.

7 Limita secundo, quando vtraque pars æque probabilis est, tunc potest aduocatus suscipere quamcumque voluerit, quia tũc neque Charitas, neque Iustitia videtur postulare, vt vnam potius, quam alteram deffendat, & sicut actor, in tali casu licite cõfugit ad Iudicem, vt illi ius suum reddat, ita etiam Aduocatus pro illo. Gregor. de Valent. tom. 3. disp. 5. q. 15. punct. 4. Tolet. lib. 5. c. 60. n. 1. & Summistæ omnes. †

8 Immo si vna paulo probabilior sit altera, poterit etiam minus probabilem etiam contra reum suscipere, & non solum in rebus minoris momenti, sed etiam in causa sanguinis, honoris, vel bonorum. Nec in hoc casu potest dici Aduocatum facere contra cõscientiam, quia quamuis sciat causam illam esse paruam minus probabilem intellectu speculatiuo, nihilominus habet etiã Iudicium practicum. f. licitum esse deffendere se, & suam causam, quoties non est manifesta iniustitia pro vna, vel iniustitia pro altera parte, etiam si vna sit parum probabilior altera. Arag. Salon. & alij 2. 2. q. 71. art. 3. Carbo. de restit. quæst. 51. Sayr. Clau. Reg. d. c. 11. num. 21. Homobon. de stat. p. 2. cap. 5. num. 4. & DD. supra citati.

Hinc

9 Hinc infertur quod Aduocatus poteſt patrocinari cauſæ in appellatione tam ciuili, quam criminali contra ſententiam à Iudice latam, dummodo habeat pro parte ſua opinionem probabilem, in cuius fauorem Iudex ad quem, poteſt ſequi dictam opinionem, & ſentire de illo. ita cum Turrian. 2.2. diſp.61. dub.1. num.4. teſtantur Homobon. de Statibus vbi ſupra, & Zambell. Verb. Aduocatus num.14.

10 Quæres modo vtrum Aduocatus poſſit deffendere cauſam contra propriam opinionem ſequendo aliorum opinionem probabilem, quæ magis fauet Clienti? Et reſpondeo quod cum poſſit contingere duobus modis, vno in foro morali, altero ciuili; in foro morali, vt ſi in illa cauſa eſſent duo opiniones inter Theologos, & Summiſtas, vna, quæ affirmat, quod Aduocatus poſſit illam cauſam tueri in coſcientia, altera quæ negat; in foro vero ciuili, vt ſi inter Iuriſtas eſſent duo opiniones, vna quæ dicit in illa cauſa ius eſſe ad tuendam, altera quæ negat; & in vtriſque modis dico, quod poteſt relicta vna probabili magis ſibi propria, ſequi alteram; & ratio eſt, quia prudenter agit is, qui aliquid facit veriſimili, & probabili ratione permotus, licet contra propriam ſententiam, vt dicit S. Antonin. p.2. tit.4. c.8. num.28. Sylu. Verbo Aduocatus q.10. Nauarr. c.25. nu.28. Az-
11 zor. lib.2. cap.17. quæſit.12. † Nec obſtat dicere neminem in dubijs eſſe condemnandum, quia reſpondetur id locum habere in Iudice, cuius eſt rem huic parti, vel illi per ſententiam addicere; vel illi, qui adeo dubitat, vt neutri parti quæſtionis aſſentiat, quod locũ non habet, quando probabiliter hoc, vel illud ſentimus, vel quando ſolum ambigimus de iure cauſæ, vel litis. Vide Doctores adductos à Diana p.2. tract.13. reſolut.14.

12 Secundo quæres, an ſit ab Aduocatis potius ſequenda opinio Practicorum, an Theoricorum? & reſpondeo potius Theoricorum; Praxis enim ex Theorica oritur. ita Sanc. in pract. diſput. diſput.44. nu.60. Dian. tract.13. part.2. reſol.5. Zambell. V. Aduocatus num.9.

13 Tertio quæres, an opinio ſpeculatiue probabilis ab aduocato in Praxi tuto amplecti poſſit? Et reſpondeo affirmatiue, dummodo non adſit aliquod ius vel conſuetudo in contrarium, & ſit vere probabilis; id enim, quod quis opere exequitur iuſte vel iniuſte, ab eo naſcitur, quod ſcilicet ſpeculatiue iudicauit poſſe agi licite, vel illicite; quod magis procedit in caſu noſtro, in quo adeſt Iudex, cuius eſt cognoſcere de veritate. Vide Sanch. in ſelect. diſput.54. nu.11. quem citat Dian. p.2. tract.13. reſol.12. licet dubitet de hac ſententia cum Sanchez de matrim. lib.7. diſp.7. in fine.

14 Quarto quæres, an Aduocatus poſſit relinquere opinionem communem, & ſequi alteram receptam ab vno vel altero ex Doctoribus? & diſtinguo, aut loquimur in foro exteriori, aut in foro conſcientiæ. In foro exteriori dico, quod ſemper ſequi tenetur opinionem communem, ex text. in c. nouimus de Verb. ſignif. c. de Iudicijs. 3. q.3. Io. Andr. in c.1. de Conſtit. qui dicit eſſe communem. Dec. conſ.481. nu.12. Sylu. Verb. opinio §.2. Sot. lib.3. de Iuſt. q.6. art.5. ad quartum. Ant. Mar. Corn. in tract. de Comm. opin. poſito in 3. tom. commun. opin. pag.195. nu.16. vbi citat pluſquam ducentos Doctores. Et ratio eſt, quia in re tam graui, & morali nulla ratione poſſumus à communi ſententia recedere, quæ licet non haberet aliud fundamẽtum præter communem omnium acceptionem, ſufficienter eſt fundata, vt dicit Suar. de Cen-
15 ſur. diſput.16. ſect.1. nu.5. † In foro vero interiori & coſcientiæ, dico, quod ſi altera opinio innitatur ſubtiliori, & meliori rationi, & eam Aduocatus iudicet veram, & tunc licet ſequatur à pauciſſimis, tamen poteſt ab eo ſequi, & allegari; nam licet ex parte rei ſit eius opinio falſa, tamen quia id aperte non conſtat immo ex rationibus veram eſſe putat talem opinionem, non peccat eam ſequendo. ita ex D. Thom. Salon. quæſt.63. nu.4. contr.2. Emm. Sa. Verb. num.3. Henriq. de matrim. lib.2. c.6. §.4. Cordub. in quæſt. Theolog. lib.2. q.3. per totam, & alij multi citati nouiſſime à Valer. tract. de differ. vtr. for. Verb. opinio. diff.1. quibus adde Vaſq. 1.2. diſput.62. c.4. in princip. Sanch. conſ. moral. lib.1. c.9. n.9. Reginald. lib.13. nu.93. Bonac. de peccat.

disp.2. q.4. punct.9. nu.11. vers. hinc patet. Azzor. tom.1. lib.2. c.17.quæsit.6. ex c.capellanus de fer. qui etiam notat,quod si Doctores dissentiant,& alij affirmant vnam, & alij alteram esse communem, tunc si ex lege,vel ex more nihil certi eligi potest, tutior est sequenda & aduertit, quod sæpe opinio quæ cõmunis erat, modo non sit ex scriptoribus, qui postea successerunt quæ omnia aduerti debẽt ab aduocato pro suæ conscientiæ defensione.

16 Hinc subquæres quæ nam dicatur communis,quænam probabilis,& quæ nam tutior opinio? Et respondeo communem opinionem illam esse,quæ plures habet Classicos Doctores,qui adhibitis, & perpẽsis rationibus eam sequuntur,& quinque sufficiunt dicit Filliuc.tract.21.c.4.quæs.5.nu. 141. Reginald. loco cit.nu.42.& 105. Azzor. vbi supra,& alij per Bonac.d.punct.9.

17 n.12.† Probabilis vero est illa quæ adheret rationibus firmis vel authoritate insignium Doctorum,& sufficit etiam authoritas vnius valde periti, & bonæ cōscientiæ, quæ non leue fundamentum inducit Nauar.c.27.nu.88. Valent.p.2.disp.2.q.12. pun.4.Sanch.cons.mor.lib.1.c.9.n.7.& 10.

18 Sà Verb.dubium.n.3. † Tutior tandem illa dicitur opinio, in cuius electione nullũ potest esse peccatũ. Azzor.p.2. lib.2.c.18. q.4. Bonacin. to.2.disp.2.q.4.punct.9.n.2. & nota,quod potest dari opinio tutior sed minus probabilis,& probabilior,quæ minus tuta sit, vt si aliqui Doctores grauiter adducti rationibus afferant aliquam opinionem, & plures alij insignes oppositum sentiant freti rationibus non ita firmis & validis; vnde qui sequitur primam dicitur sequi tutiorem,qui secundam probabi-

19 liorem. † Doctores Classici vero illi dicuntur,quos sæpe legimus & assidue reuoluimus, & eorum testimonio frequenter vtimur. Azzor. lib.2. c.13. cart.145.

20 Tandem aduertendum est, quod adhoc vt Aduocatus in delectione opinionum Doctorũ bene deffendat propriam cōscientiam,& sit tutus in ea,debet obseruare sex Regulas.Primo quod illa opinio,quæ tangit pertinentia ad fidem,& præcepta Dei, est omnibus præferenda. Secundo est illa, quæ magis innitur sensu, & intellectu legis, aut consuetudine & vsu magis probatur. Tertio in pœnalibus benignior est amplectenda. Quarto in paribus,vt plurimũ tutior est amplectenda. Quinto Præponenda est communis illorum,qui in illa re versati sunt,vt si de re Canonica Canonistarum,si de Legali Iuristarum,& sic de singulis,& sexto illa quæ magis fauet pietati & Religioni,nisi maior ratio,vel authoritas repugnet.ita Azzor.lib.2.c.13.col.154. cum seqq. cart. mihi 147. quem sequitur Filliuc. d.tract.21.c.4.nu.140.

C A P. III.

Quòmodo peccet Aduocatus manifestando merita causæ Aduersario.

S V M M A R I V M.

1 *In Aduocato requiritur fidelitas.*
2 *Aduocatus manifestans merita causæ quibus nominibus appelletur,* & *num.3.*
4 *Potius debet causam relinquere, quam merita illius manifestare.*
5 *Non tenetur illa reuelare etiam facto monitorio sub pœna excommunicationis.*
6 *Iudex caueat,ne credat Aduocato,qui dimisit patrocinium, vt merita causæ manifestaret.*
7 *In quibus casibus possit Aduocatus secreta Clientis reuelare.*
8 *Et quid prærequiratur.*
9 *Et an possit esse testis contra Clientem,* & *causam Aduersarij defendere.*
10 *Limitatio prædictæ doctrinæ,* & *num.*11.
12 *Quatuor ab Aduocato aduertenda.*
13 *Quod peccatum committat manifestando indebite secreta clientis.*
14 *Et quid si manifestatio sit de re leui.*

1 VLtra iustitiam dicit Filliucius to.2. moral.quæstion.tract.40.c.10.n.28. requiri in Aduocato fidelitatem, quæ potissimum respicit personam clientis,& est, ne manifestet merita causæ Aduersario, quando causa cõmunis est,aliter tamquam

2 præuaricator infidelis puniendus est, † vt bene disposuit Benedictus Papa XI.in sua Constit.2. §.4. & notat in scholijs Cherubinus Compẽd.Bullarij supra Bull. Pij V. quæ est 150.& in Appendic.prima in scol. 1. vbi vocat eum Proditorem causæ cum

aliis

aliis per eum,& S.Antonin. p.3.tit.6. c.2. §.5. vocat eos infames,tamquam proditores iuxta textum 2.q.3. in c. infames §.notandum 2. vers. præuaricator, & Sebast. Guazz.Pater meus in sua Præfat.dicit eos pœna falsi esse puniendos, & ex antiquis
3 † Aluar.Pelag.lib.2.c.35.de planct.eccles. vocat ecce præuaricatores,nam qui præuaricat ex vtraque parte consistit, immo ex aduersa,& nouissime inter falsarios ponit P.Bassæus Flor.Theol. V.Falsarius num.2. vers.Decimo qui.
4 Quod amplia licet Aduocatus cognoscat causam esse iniustam; nã potius debet deserere eam, quã dicta merita manifestare; nam secretũ est veluti quoddam depositũ alteri commissum,quod seruandũ est ex Iustitia,nec potest reuelari,nisi cũ graui peccato; Sot. de secret.membr. 1.q.1.concl.2. quem sequitur Filliuc.tract.40.c.3.nu.60. ex doctrina D.Th.2.2.q.71.art.3.ad secundum,& notant Rodriq. in Sum.p.1. cap.3. concl.1.Valent.tom.3.disp.5.q.15.punct.5. ante fin. Clau.Reg.lib.12.c.22.n.3. & nouissime Barbos.de pot.Episc.p.3. alleg.79. nu.25. cum aliis per eum allegatis.
5 Secundo Amplia licet à superiore sit factum monitorium reuelandi sub pœna excommunicationis, quia talia monitoria non extenduntur ad personas, quæ habent iustam causam non reuelandi. Notat Nald. in Sum.Verb.Aduocatus n.5. qui citat Na-
6 uarr.cons.16.de pœn.& remiss. † Immo & Iudex debet esse cautior, ne credat Aduocato attestanti se demisisse patrociniũ ad effectum manifestandi merita causæ,quam deseruit, forsitan dicendo quod cognouit causam esse iniustã sed debet supplere sua diligentia,vt monent Paul.de Castr. in l. rem nouam circa fin.C.de iudic.& Afflict. ad Constit. aduocator. num.11.
7 Limita quando verteret in damnũ spirituale nõ reuelando,vel in pernitiem Communitatis,vel alterius etiam priuatæ personæ,vt si esset res de qua agitur causa sanguinis, vel maximi dedecoris, & similis, tũc aduocatus tenetur iudicem admonere de causæ iniustitia, & potest secreta sui
8 Clientis reuelare; † quod intellige tamen post factam correctionem ipsi vt desistat, qui noluit desistere. ita Lazzar.de monit. secret.2.q.16.Ala.q.27.p.1. Reginal.li.25. c.55.sect.3.docum.4. Roderiq.in Sum.p.1 c.3.Vnusquisque.n.tenetur quantũ potest. damnũ proximi impedire Sayr.Clau.Reg, d.lib.12.c.23.n.21. Less.lib.2.c.31.Azzor.. p.3.lib.13.c.29.dub.3. Reginald. lib.24.n. 668.& 674. dub.8. Val.2.2.dispur.5.q.15. punct.4. Aragon.eo.art.2.& 3.Sotus lib.5. de iustit.q.8.art.3.Filliuc.tract.40.cap.10. q.1.nu.295. Laym.lib.1.tract.1.nu.18.c.5. Bonac.tom.2. disp.10. q.3. punct.4. nu.5.
9 Immo in tali casu si valeat fieri sine graui scandalo potest etiam esse testis contra illum, & causam aduersarij deffendere, si opus esset, Sot. vbi supra art.3.ad 2. Aragon. d.art.3.ante finem.& Rodriq.loc.cit. concl.2.& Sayr.in Clau.Reg. d.num.21.
10 Quod intellige dummodo ex hac reuelatione non incurreret aduocatus damnũ notabile; tunc.n.non teneretur cũ tãto detrimento manifestare.Charitas enim ordinata incipit à seipso, nec iubetur cũ tanto onere,vt bene notat Salon.2.2.q.71. art.4. fol.mihi 305. Nald.V.Aduocatus nu.7.Filliuc.d.tr.40.n.295.Laym.lib.1.tract.1. c.5. num.18. Reginald. lib.25.c.35. sect.3. docum.4.nu.668.dub.8. Bonac.to.2. disp.10. q.3. punct.4. num.5.
11 Secũdo intellige dummodo alia via præuideri non possit, & tunc tantũ reuelandũ est,quãtum est necessarium, nam ista detectio est in subsidiũ omnium aliorũ remediorũ,vt notant Nau.c.25.sub n.42.Gutier. de Canon.qq.lib.1.c.11.nu.55.Genuens.in Prax.Neapol.c.2.n.2.vers.quar.Aduocati.
12 Cœterũ ad deffensionem animæ Aduocatus debet quatuor summopere aduertere in hac conclusione. Primo,quod ex certissima scientia cognoscat de Iniustitia suæ causæ.Secundo quod hoc facere possit sine scandalo.Tertio faciat præmissa prius fraterna correctione sui Clientis, & quarto quod speret sua authoritate aliquid profuturum; his concurrentibus, non dicitur agere contra Iustitiam, sed potius deffendere ipsam Iustitiam liberando innocentem ab iniusta vexatione,& periculo,prout de iure naturæ vnusquisque obligatur. ita prædicti Doctores communiter.
13 Quod peccatũ vero cõmittat d.Aduocatus manifestãdo indebite secreta Cliẽtis,& merita causæ? Respõd.peccare mortaliter cũ ad celanda secreta obligemur ab ipsa &

teneri

teneri ad interesse & damna, cum vt supra diximus, faciat contra Iustitiam, & proditor esse dicatur, vnde tenetur ad omnia, quæ tenentur proditores, & falsarij, ita S. Anton. p.3.tit.6. c.2. §.5.per text. in c.si
14 quem penituerit, 2.q.3. † Intellige tamen dummodo, ita manifestando damnum fecerit, nam si est de re leui, & absque damno, non peccat mortaliter, nisi Cliens grauiter, ferret, idque rationabiliter, & prudenter Azzor.tom.3.lib.13.c.31. Caiet.q. 70.art.1.Nau.c.18.n.52.Filliuc.d.tract.4.c. 3.n.63. Sanch.cons.mor.lib.6.c.6.dub.1.& 3. Lazzar. de monit. sec.2. q.16. Tolet.in sum. c.60. vers.dico tertio. Ludouic.Carbo.de restit.q.51.vers.Tertium dictum Reginald.vbi sup.docum.4. Rodriq. d.p.1.c. 3.Homobon.de Stat.p.2.c.5.n.4.in fine, Bonac.tom.2. disput.10.q.3.punct.4.n.5.Fornar. Instr. confess. tit. de Aduoc.c.7. n.5. cart. mihi 95.in Opusculo.

CAP. IV.

An liceat Aduocato aliquando tueri eamdem causam in vtraque parte.

SVMMRRIVM.

1 *Non licet Aduocato pro parte Clientis, & aduersarij patrocinari.*
2 *Potest vnam falsam cognoscens, ad aliam se vertere cessante scandalo.*
3 *Et sub eadem cautela posset in articulis, & in diuersa instantia.*
4 *Sed tamen prohibitum est per Constitutionem Pauli V.*
5 *Potest in causa omnino dubia.*
6 *Et quomodo se debet gerere in tali casu.*
7 *Et similiter si multum tẽporis intercederet.*
8 *Vel quando ipsamet pars illum relinqueret, & alium Aduocatum adiret.*
9 *Pessimum est infidelitatis vitium mutare, propter munera, sententiam.*
10 *Et quod peccatum committant ita faciẽtes.*
11 *Potest Aduocatus vtramque partem tueri, quando scandalum est mere passiuum.*
12 *Doctrina Diana de scandalo pusillorum.*

1 AD fidelitatem Aduocati etiam spectat primam causam semper tueri, quare Conclusio sit, quod propter scandalum infidelitatis, & propter periculũ iniustitiæ non liceat ei, ex vtraque parte patrocinari.s. Clientis, & Aduersarij, quod eo magis procedit, si nouit iustitiam, vel iniustitiam causæ, nam tunc necesse est, quod ex vna parte tueatur iniustam. ita Silu.Verb. Aduocatus, q.13. D.Anton.3.p. tit.6.c.12.§.fin.cart.83.col.2.Sanch.opusc. moral. lib.6. c.7. dub.7. Pelbart.verb.Iudex, §.1.vers.vtrum possit.

2 Limita tamen, quod si causa anceps est, & Aduocatus vnam partem deffendens, & cognoscẽs se male allegasse, reuocat suum consilium, & ad aliam se conuertit. Et ratio est, vt dicit Nald.verb.consilium, n.11. hæc opinionis variatio, causa tenuitatis, potest suspicione carere; ita etiam Pelbartus loco citato, §.2. cart.172. Caute tamen propter scandalum.

3 Secundò limita, quando faceret in diuersis articulis, & in diuersa instantia, licet esset in eadem causa; vt, si pro vna parte aduocat in causa principali, pro altera in causa appellationis, modo vitetur scandalum, quod non videtur posse de facili oriri, nisi appareat clare de iniustitia causæ, aut de auaritiæ, aut amicitiæ suspicione Sanchez.cons.moral.d.li.6.c.7. dub. 7.n.3. Nota tamen, quod hodie est prohibitum etiam in diuersis instantiis in eadem causa postulare, adest enim Constitutio Pauli V. edita anno 1612. vbi espresse prohibet, vt qui pro vna parte patrocinium suscepit, pro altera numquam patrocinetur; Vnde qui fuit Aduocatus actoris in prima instantia, non poterit esse rei in secũda; & vice versa; ita notauit etiam cum Sanch.loco citato Bernard.Gueuæ lib.1.in Proem.n.41.quem refert, & sequitur Barbos.de pot.episc.p.3.alleg.79. n.27.

5 Tertio limita in causa omnino dubia, tunc enim concludunt Doctores in rigore conscientiæ non peccare Aduocatum vtrãque partem patrocinantem; quia in vtraque est eadem ratio, donec de veritate cognoscatur Angel.sum.§. Aduocatus, n.17.post Rosel.& alios Vide Regin.lib.25. n.673. Azzor.p.3.lib.13.c.29.dub.3. quæst.4. Laym. lib.1.tract.1.c.5.n.17.& Filliuc.quæst.mor. tract.40.c.10. quæst.5. n.385. cum Bonac.

tom.

tom.2.disp.10.q.3.punct.4.n.8.

6 Sed aduertant in hoc Aduocati pro deffensione coscientiæ, vt in tali casu non affirment coram Iudice se pro vtroque cliente ita sentire, sicut scribunt, vel loquuntur, quia hoc facere non possent sine manifesta contrarietate, & esset scandali inter eos, sed simpliciter suggerant rationes vtriusque partis, & tunc ad Iudicem pertinebit cognoscere merita causæ sine scandalo, & periculo. Verum difficile videtur, posse contingere in praxi talem casum, quod detur causa adeo dubia, vt Aduocatus non possit aliquo modo cognoscere saltem in progressu illius, in quam partem pendeat Iustitia; vnde sequitur quod in cosciemtiæ nisi cum magna difficultate contingere possit, quod Aduocatus licite possit vtramque partem tueri. ita Io.Petr.Ala. part.1. quæst.97. c.103.

7 Limita quarto, quando fuerit in magna temporis distantia; & ratio est, quia quanto magis Aduocatus senescit, tanto magis cognoscere iudicatur; debet tamen in hoc esse valde circumspectus, propter scandalum. ita Nald. in Summa Verb. consilium num 11. & Verb. Doctores num.12.

8 Limita quinto, quando vna pars ostenderit illi iura sua, & postea renuerit iustam mercedem ei præstare, vel eum dereliquit, & ad alium aduocatum adijt, tunc poterit Aduocatus pro altera parte patrocinari, si ex vtraque parte potest dubitari, & sic in hoc casu poterit pro vna parte consulere, pro altera patrocinari, vt dicit Peregrin. de iur. fisc. lib.7. tit.2. nu.11. & sequitur cum alijs per eum allegatis. Barbos. de pot. Episc. p.3. alleg.79. num.26.

9 Aduertant tamen Aduocati, ne mutent sentētiam propter dona, vel interesse, quia hoc pessimum infidelitatis vitium est, & magnam occasionem scandali, & iniustitiæ præbent, vt dicit Sayr. in Clau. Reg. d. lib. 1. cap.11. quem refert, & sequitur nouissime Zambell. resolut. casuum cosceint. Verb. Aduocatus num.10.

10 Quod peccatum vero committant tales Aduocati, & Procuratores. Respondeo ex supradictis peccare mortaliter si cum magno scandalo faciant; & si cum iniustitia, tenentur etiam ad restitutionem, contra quos potest dici illud Euangelij. Expedit eis vt suspendantur mola asinaria, & demergantur in profundum maris; Væ mundo à scandalis, quia non absque pusillorum scandalo, cupiditate, & auaritia ducti sunt pro, & contra ad consulendum in eadem causa, quod eo maxime abhorrendum est, quod ex hac causa faciant, vt iudices Appellationis velint, nolint, ferant sententiam iuxta eorum captiosam consultationem, contra quos Nald. verb. Doctores num.13. exclamat Væ væ vobis à tali statu.

11 Nota vero, quod si scandalum esset mere passiuum; & Aduocato esset iustissima ratio causam ex vtraque parte tuendi vt supra diximus limit. prima & seqq. si dictus Aduocatus assignauit illis rationē Iustitiæ, & docuit ipsū male non agere, poterit vtrāque partem tueri, sed debet differre illum donec præuideat proximū occasionem peccādi non suscepturum: immo si reddita ratione, nō vincitur dicit Caietanus, quod debet se abstinere: sed Dian. p.5. tract.7. res. 24. cum Lorca in 2.2.q.43. art.8. n.11. dicit

12 † quod quādo aliqua actio omitti non potest sine magna iactura propriæ vtilitatis tam spiritualis, quam temporalis, potest contemni scandalum pusillorum, postquam admoniti sunt, si non ex ignorātia, vel infirmitate; sed ex malitia, aut ignorantia culpabili scandalizantur, & citat Gordon. tom. 1. libro 6. q. 16. c.6. n.15. Sanch. Sum. tom. 1. lib.1. c.7. n.1. Suar. disp.10. sect.3. n.10. & alios, cui addo Filliuec. tom.2. tract.28. cap. 10. nu.236.

C A P. V.

An Aduocatus teneatur de culpa leui, & quando de lata.

S V M M A R I V M.

1 *Triplex Aduocatorum culpa.*

2 *Aduocatus non tenetur de culpa leuissima, aut de leui.*

3 *Exponens se periculo committendi plures culpas leues non peccat.*

4 *Non tenetur ad restit. pro leui, & leuissima.*

5 *Culpandus est etiam de leui, quando alijs Aduo-*

Aduocatis diligentiorem se profitetur.
6 *Culpandus de leuissima, quando Aduocatum peritissimum exclusit.*
7 *Et quid si patrocinetur absque salario.*
8 *Semper autem tenetur de damno illato ob latam culpam.*
9 *Docens quis aliquem errorem in aliqua scientia, peccat contra Iustitiam, & tenetur ad restitutionem damni illati.*
10 *Fingens se peritum in scientia, & dans consilium damnosum, tenetur de quacumque culpa.*

1 IN triplici culpa potest cadere Aduocatus, dum patrocinatur causis, Graui seu lata, leui, & leuissima; In graui, quando non adhibet debitam diligentiã, vel nescit ea, quæ omnes sciunt etiam minus docti, & experti; In leui si pro viribus, & diligentiori modo non patrocinatur; & in Leuissima, quando licet adhibeat omnem diligentiam possibilem moraliter, & scit ea quæ secundum statum scire debet, tamen aliquando non habens in promptu vsum
2 scientiæ, aliquem errorem committit. His positis dico quod de leuissima aduocatus numquam tenetur; de graui seu lata semper; De leui vero est dubium. Attamen sit conclusio quod Aduocatus neque tenetur; de leui culpa in patrocinandis causis; & ratio est, quia nemo tenetur in officio esse prudentior, & diligentior, quam passim esse solent homines eiusdem conditionis. ita Less. lib. 2. c. 7. dub. 7. n. 31. seq. Azor. p. 3. lib. 13. c. 29. dub. 5. Malder. in 2. 2. tract. 6. c. 3. dub. 10. Fernand. in exam. Theol. mor. lib. 4. quæst. 44. nu. 3. Graff. decis. aur. p. 1. lib. 3. c. 8. nu. 4. Rodriq. in Sum. tom. 1. c. 6. nu. 6. Turrian. tom. 2. in 2. 2. disp. 11. dub. 4. nu. 2. & 5. Homobon. de stat. p. 2. c. 5. n. 3. tit. de statu, officio, & obligat. Aduocat. Quidquid dicant alij citati à Io: Valerio in diff. vtriusque for. Verb. damnũ diff. 1. n. 7. fundati in eo, quia accipiunt salarium, & ideo sunt obligati etiam ad leuem culpã, quia respondetur quod nõ est salariũ quod obligat hominem ad debitam diligentiam, sed officium, vnde si ex officio non tenentur, nec propter salarium debent teneri de dicta culpa, vt notant Nau. c. 25. nu. 28. & alij per Dian. p. 2. tr. 15. res. 59. quibus adde Paul. Laym. sect. 5. tr. 4. c. 2. n. 5. vers. & quod dixi, qui post alias rationes, quas reddit pro nostra opinione, dicit quod numquam videntur tales obligari in acceptatione officiorum, vt in cõscientia teneantur ad omnia damna quæ ex humani ingenij infirmitate præter omnem eorum voluntatem euenerint, vnde accipiendum est de culpa non mere ciuili sed Theologica. Sed quid officij prætermissum sit conscientiam melius docebit. Reginald. p. 1. lib. 13. nu. 64. Homob. loco cit. nu. 3. in fine.

3 Ex his videtur posse inferri, quod Aduocatus admittere paratus plures causas iustas, quando se exponit periculo morali committendi culpas leues ob plura negocia, non peccat, quia nemo tenetur in officio de culpa leui, vnde licet in eis non præstet omnem diligentiam quam diligentissimus, & sapientissimus præstitisset, si tamen bona fide præstitit illã diligentiam, quam solent alij docti, & diligentes præstare in huiusmodi negocijs, & causis, sufficit; nec tenetur ad restitutionem. Ita d. Diana loco citato resol. 59. contra Villalobos, Sayrum, Reginaldum, & alios per eum allegatos in parte affirmatiua; qui tamen hanc negatiuam non minus probabilem esse existimat pro tuenda cõscientia Aduocatorum, cum Lessio, & alijs ab ipso citatis quibus adde Naldum in Verb. Aduocatus n. 11. qui cum alijs ibi per eum ad
4 ductis testatur etiam de communi † quod scilicet nemo teneatur ad restitutionem pro leui, vel leuissima culpa; & ratio est, quia illa culpa non habet necessario annexum defectum diligentiæ, & cautelæ coniunctum cum peccato, maxime in re, & opere licito, & hæc quidem in cõscientia.

5 Limita, quando quis profiteretur se diligentiorem, vel peritiorem alijs, propter quod illum qui talem aduocatũ quærebat, ad se protraxit, nam in hoc casu videtur etiam de leui esse culpandum; & ratio est, quia tunc promittit saltem implicite amplius quam alij, & hanc ob causam cessat cliens meliorem quærere; & ideo videtur etiam causa damni, quod alter non incurrisset, nisi ita illectus fuisset iuxt. text. in c. 2. de Depos. Silu. Verb. culpa q. 4. Less. vbi sup. dubit. 7. n. 42. Azorius lib. 4. c. 6.

cin. vbi supra num.22. Sylu. verb.Culpa. q.17. Sot. lib.4. de iust. q.6. art.2.

7 Sed queres quid dicendum si patrocinares absque salario? vtrum teneatur de lata culpa? Vide infra nu.12. vbi de Aduocato patrocinãte cum modico salario diximus.

8 Secũdo quæres, an teneatur Aduocatus ad damna illata, etiam alijs ob suam negligẽtiam & latam culpam? & respondeo affirmatiue, vnde si dixit non teneri aliquem ad soluendum, & de Iure tenebatur, & ipse est obligatus ad illud interesse aduersarij, & ratio est, quia hoc damnum debet illi imputari causa culpæ latæ, vt notant Medina q.7.de restit. Less. loco citato num.33. Reginald.n.12. Emm.Sà Verb.restitut. num.2. Bonacin. de restitut. disp.1. q.2.punt.6. nu.23. & Bass. vbi supra nu.6.

9 Et hic obiter nota, quod docens aliquem errorem in aliqua scientia, peccat contra Iustitiã, & tenetur ad restitutionem damni alijs inde subsecuti, & tenetur ad se retractandum & errorem reuocandum; & hoc facit pro Doctoribus studiorum. Ita Medina, Nauarr.& alij apud Rebell. de Contract. lib.1.sect.4. n.26. quem sequitur Bonacin. loco citato num.24.

10 Tertio quæres an qui se fingit peritum in scientia, dat cõsilium damnosum, vel omittit aliquid ex necessarijs in causa, teneatur de omni culpa, & respõdeo affirmatiue, & tenetur ad omnia dãna, & interesse. ita Ios. Angl. Flor. Theol. quæst. quis sit lib.à rest. diffic.18.concl.1. Silu.V.consil.q.7.& Nau. c.25.n.29.cẽsetur.n.causa dãni per fraudẽ.

11 Quarto quæres an Aduocatus semper peccet, & teneatur ad restitutionem ob latã culpam? & respondeo affirmatiue. Aduocatus enim si non vtitur debita diligẽtia, vel nescit ea, quæ necessaria sunt ad eius officium peccat mortaliter vt alibi dictum est & tenetur ad restitutionem; sicut etiam, cum per ignorantiam crassam, vel grauem negligentiam in considerando fuit causa alicuius damni. ita Aragon. 2.2. q.71.art.3. col.2.Viuius decis.123.num.2.Bonacin.disput.10. q.3.punct.4.n.3. Laym. lib.1.trac. 1.c.3.n.19. Filliuc. tract.40.n.280. & 282. & P. Bassæus. Flor. Theol. V.culpa nu.6.

12 Vltimo quæres, an Aduocatus qui nõ habuit iustũ vel nullũ salariũ, possit aliquando negligere causas, ita vt non teneatur de lata culpa? & respondeo negatiue, nam post receptionem causæ tenet ad eã tuendam tam diligenter, & accurate, quam potuisset, si totã mercedem habuisset. Et ratio est, quia opera Aduocati est indiuidua ex dispositione iuris, non affert enim tantam vtilitatem respectu partis, quantam respectu totius & sic non potest dimidiare suam diligentiam, ex eo quod dimidiata ei fuit merces, vnde sequitur non afferre tantam vtilitatem Clienti v.g. labore duorum dierum, quãtam afferret integra Hebdomada, cum vtilitas operarum ipsius aduocati consistat in puncto indiuisibili, scilicet in perfecta deffensione suæ causæ, vt in puncto docent Bald. in l.vnica num.7. vers. quia non affert. C. de suffrag. Curt. Iun.in l.dum functo nu. 21. ff. de offic. Asses. Lãcell.Polit.tract.de off. Aduoc.tit.debeat esse officium Bonac. de Contract. disp.3.q.1.p.6.num.6.& loco supracitat.n.20. vers.respondeo, cũ alijs per eum allegatis.

13 Vnde ex his colligitur, quod Aduocatus qui aliquam mercedem recepit à Cliente, tenetur in foro cõscientiæ ad integras operas, & tenetur de lata culpa, quia nullo modo potest elaborare ad ratam illius parui honorarij; nam qui facit partem alicuius rei indiuiduæ, nihil fecisse videtur vt ex multis DD.notat Ala p.1.q.15.& p.2.q.58. in fine. Quod rogo maxime aduertere debere Aduocatum pro deffensione suæ cõsciẽtiæ, nam in ijs crebro erratur; & multi auaritia ducti existimant posset contemnere causas, ex paruitate mercedis.

C A P. VI.

Aduocatus male consulens ad quid teneatur?

S V M M A R I V M.

1 *Aduocatus male consulens ex ignorantia & malitia ad quid teneatur?*

2 *Consulens sine ea diligentia, quam adhibent alij periti, peccat contra Iustitiam.*

3 *Quomodo se gerere debet in consulendo.*

4 *Dubitans de suo consilio ad quid teneatur?*

5 *Cõsulẽs trãsactionẽ parti, qd aduertere debet.*

6 *Consulens contra ius vel contra factum ad quid teneatur?*

G Et

7 *Et quid, si non intendat per hoc ruinam spiritualem.*
8 *Consulens debitor vt neget totam summam petitam à creditore, an peccet.*
9 *Item si consilium det suo Clienti ad subtrahenda instrumenta.*
10 *Laudatur Episcopus Racagna in sua Synodo.*
11 *Consulens ad occultanda bona, quæ debentur Creditori, quando peccet.*
12 *Quomodo consulens teneatur ad damna, & num. 13.*
14 *Aduocatus tenetur tantum de excessu, si Aduersarius erat iam paratus.*
15 *Inaduertentia in supradictis an excuset.*
16 *Omittens consulere illos, qui non sunt proprij clientes an peccet.*
17 *Aduocatus requisitus de sua opinione quomodo respondere debet.*

1 QVia multoties euenit, quod Aduocati requirantur ad solum cõsilium in causis tam in voce quam in scripto, ideo, vt occurramus malis, quæ ex dicto consilio accidere possunt, & remedia offeramus conscientiæ ipsorum Aduocatorum; est notandum, quod dupliciter errare possunt Aduocati in consulendo, aut ex ignorantia, aut ex malitia; ex ignorantia propter defectum scientiæ, & de ista iam supra dixi, quando de scientia necessaria Aduocati quæstionem habui; ex malitia vero propter defectum aduertentiæ vt si ex abrupto, & absque consideratione, & studio consulant; vel malitiose inducendo ex suo consilio Clientem, ad aliquod malum faciendum; vnde dico, quod Aduocatus licet solum habuerit animum defendendi Clientem, & non nocendi alijs, semper peccat in malo consilio, siue ex inaduertentia culpabili, siue ex malitia fecerit.

2 † Ratio est, quia tenetur ex officio scire, & præstare ea, quæ sciunt, & præstant homines eiusdem conditionis; vnde consulens sine ea diligentia studio, & bonitate quæ adhibent, vel adhibere debent alij eiusdem conditionis, peccat contra Iustitiam, & dicitur esse in lata culpa, & reus efficitur omnium malorum, & tamquam infidelis in suo officio est puniendus. ita ex doctrina D.Tho.2.2.q.71.art.4. qui dicit quod consulens dicitur quodammodo faciens Medin. q.7. de restit. Less. lib.2. c.13.dub.7.nu.33. Emman.Sa V.restitutio nu.2. Molin.tom.3. poster. disp.730. Layman. sect.5. tr.2. c.5. de restit. lib.3. nu.3. vers.Nomine, cart.mihi 44. Nald. V.Consilium num.15. Azzor. part.3. lib.2.c.11. Rebellus p.1. lib.1. d.Contr.9. 10.nu.12.

3 Ex hoc fit, quod in consulendo semper aduertere debet magis forum animæ, quã externum bonorũ, & corporis; sicut etiam magis ius canonicum, quam ciuile, quia hæc nobiliora sunt & tutiora. ita Nauarr. c.27. nu.193. Valer.tr.de differ.vtr.fori in Præludijs num.14.

4 Sed quæres quid dicendum, quando dubitat an Cliens, cui malum consilium dedit, illud posuerit in executionem? Et respondeo, quod si est certus de damno secuto, sed incertus an sit factum ex suo consilio, tenetur ad omnia damna tamquam, si esset certus, quia damnum stat in possessionem rei; si vero est incertus de damno, & tunc non tenetur, quia possessio stat pro sua libertate; & in foro externo condemnari non posset, & forum externum idem est cum interno, quando non innitur falsæ præsumptioni. ita Sanchez & alij per Bonacin. de restit. in gener. tom.2. disp.1. q.2. p.4. num.3.

5 Hinc infertur, quod Aduocatus consulens translationem parti, dũ aduertit prosequi ab altera parte causam iniustam, peccat mortaliter, nisi inducat sine deceptione, & damno, & sine vi, vel metu, sed solum ex bono fine sibi præsumpto. ita Valent. Azzor. Less. & alij per Bonac. tom.2. disp.10. q.3. p.4.nu.6. quibus addo Io.Petr.Alam. de Aduocat.Christ. par.1. c.42. qui & alios allegat.

6 Secundo infertur, quod consulens Clientem in causa contra ius, vel contra factum aut ficte contra positiones illi factas subiungendo responsiones quæ sane abhorrẽt à doctrina Christiana, vel ad denegandam veritatem, & similia, peccat mortaliter, & ad damna tenetur per Gloss. in c.exceptionem de reg.iur.in 6.circ.fin. & facit text. in §.fin.Proem. ff.quod etiam gen.resp. cũ DD. per Alam d.p.1.quæst.29. Et Amplia licet hoc tacite consuluerit, Ratio est, quia inducere

inducere aliquem etiam tacite ad agendũ id quod ab illo sine peccato fieri nõ potest repugnat præcepto negatiuo iuris naturalis ne proximum in peccato inducas, vnde nullo casu est licitum. Sebast. Guazz. Pater meus in defens. 6. c. 1. cum alijs per eum, quibus addo ex moral. S. Antonin. p. 2. litter. L. c. 9. §. 14. Nauarr. c. 17. nu. 26. Suar. p. 3. to. 1. disp. 18. sect. 1. Ægid. à Coninc. in 3. p. D. Thom. q. 64. dub. 2. concl. 4. Laym. lib. 2. tr. 3. c. 12. nu. 3. cart. mihi 210.

7 Item Amplia licet ruinam spiritualem nõ intenderet, sed tantum bonum, vel vtile sui Clientis cui consulit. Io. Maior. in 4. dist. 38. q. vlt. §. 3. principaliter. Nauarr. c. 6. n. 19. Silu. V. scandalum q. 3. S. Antonin. p. 3. tit. 7. c. 4. §. 4. Valent. tom. 3. disp. 3. q. 18. p. 2. Suar. de Charit. disp. 10. sect. 2. Ratio est quia in omnibus peccatis quæ ex damno proximi malitiam accipiunt, voluntarium indirectum seu implicitum ac virtuale æquiparatur voluntario directo, seu explicito; vnde licet non committat speciale peccatum scandali, committit tamen illud genus peccati in quo facit alterum labere suo concilio. ita ex doctr. D. Thom. 2. 2. q. 34. art. 2. Palud. in 4. dist. 38. q. 6. concl. 2. Duran. q. 3. art. 3. Vasq. 1. 2. disp. 102. c. 4. Azzor. lib. 4. c. 7. q. 1. Sanch. lib. 1. c. 6. n. 3. Valent. loc. cit. p. 2. §. accedit quarto ex Becan. 2. 2. q. 2. cap. 27.

8 Tertio infertur ex ead. causa peccare dũ consulit Clientem ad negandam totam summam Creditori, quando agitur de re diuidua, nam licet in foro fori possit, attamen in foro conscientiæ non potest, quia sola veritas & simplicitas in hoc foro attenditur. Vide quæ dixi supra defens. 2. c. 1. quibus addo ex DD. Tab. V. confessio, n. 9. Pacian. de probat. lib. 1. c. 18. in fine & Io. Valer. de differ. Vtr. for. Verb. debitum different. 9.

9 Quarto infertur peccare etiam consulendo Clientem ad subtrahẽda Instrumenta, & testes, quibus Aduersarius potest suam causam defendere, quod factum sane detestabile dicitur à DD. vt notant Abb. in c. cum causam col. pen. de test. Innoc. in c. intimauit, circa fin. eo. tit. Felin. in c. olim col. 3. de Accus. Nau. c. 25. n. 28. vers. 4.

10 Ideo D. meus Cæsar Zauagna olim Episcopus Ciuitatis Casteli Præsul prudentiæ, & meritorum eximius qui ab Vrbano VIII. post varia munera Vrbis Gubernator electus fuit, in sua prima Synodo promulgata me assistente, & ordinante, die xv. Aprilis 1644. in tit. 28. decreuit quod asportantes scripturas, Instrumenta, & similia bonorum ecclesiarum mala fide sint ipso facto excommunicati, & non possint absolui nisi prius facta restitutione; quod valde laudabile fuit ad tollendas fraudes quæ fieri solent in ijs, vt non possint in Iudicio cõueniri. Vide tradit. à Mars. in Rubr. C. de Probat. Cyn. & Paul. in l. prouidendum C. de post. Cagnol. in l. 2. n. 204. ff. de Orig. ver. & ab Ang. in l. satis aperte C. ad l. Corn. de fals.

11 Quinto infertur neque licite posse consulere vt occultentur bona Creditori debita, dum debitor vult cedere bonis; quia si aliqua celauerit, multa minora alimenta à Iudice consequi debet; immo si d. Cliens Debitor iniuste acquisierit bona quæ cedere debet, non potest Aduocatus ei consulere vt minimum quid sibi relinquat; & in hoc quæso sit cautus. Salom. in d. ar. 8. §. vt qui cedunt bonis vbi de comm. DD opin. testatur. Ludouic. Carbo. de restit. q. 83. Nauar. c. 17. n. 86. Sot. lib. 4. de Ius. q. 7. in fine. Tolet. in Summ. lib. 5. c. 26. n. 4. Poterit tamen consulere vt seruet ea quæ tantum ad sustentationem sunt necessaria spectata conditione sui status de rebus iuste acquisitis; etiamsi in foro fori, cogeretur omnibus bonis cedere. ita DD. citati à Paulo Laym. in lib. 3. sect. 5. tr. 2. c. 12. nu. 5. Vide etiam Filliuc. tr. 32. nu. 152. & Bonac. de restit. d. 1. q. vlt. p. 1. n. 37.

12 Quæres modo quomodo male consulens teneatur ad damna? & Respondeo quod tenetur ad damna & interesse. Saltem in defectum exequentis non tantum si dolo, sed etiam si ex inaduertentia culpabili, & lata culpa errauerit; Culpa enim in delictis, dolo æquiparatur ita DD. supracitati nu. 2. quibus addo nunc Bonacin. de rest. in gen. tom. 2. disp. 1. q. 2. p. 8. n. 19. Et si plures fuerint ad d. consilium omnes tenentur ex æquo; nam singuli efficaciter cooperantur ad damnum Bonac. eo. p. 3. n. 8.

13 In delictis vero non tenetur ei cui consilium dedit, sed ei contra quem consilium dedit, illi enim iniuriam intulit. Nauar. cons. 1. de fideiuss. post gloss. in reg. nullus de reg. Iur. in 6. Bonacin. in Verb.

tom.2. disp.1. q.2. p.8.nu.20. de restit. in gen.Nald.in Sum.Verb.Cõsilium n.15. qui dicit quod in delictis tenetur etiamsi ex ignorantia consulat modo non sit inuincibilis; in Contractibus autem tenetur si est peritus,& tũc etiam tenetur ad leuem culpam,si propter cõsilium mercedem recepit.

14 Et nota quod si Aduocatus ex suo consilio causa fuit,vt maius damnum inferretur parti quam aliter factum fuisset à Cliente parato ad tale damnum inferendum,tenetur tantum de excessu; solum enim obligatur ex eo in quo fuit causa efficax damni ita Nau. c.17.n.20. Less. lib.2. de Iust.c.13. dub.4.n.6.Molin.d.q.8.§.sequitur amplius. Maior in 4.dist.15.q.26. Couarr. in reg. Peccatum p.2.§.12. ad fin. Petr.à Nau. lib. 3.c.4.n.48. Rebell. lib.2.q.14. sect.4. n.20. Bonacin. d.disp.1.n.20. & Elig. Bass. Flor. tot. Theol. V. restitutio §.2.n.8.

15 Secundo nota, quod si Aduocatus consulens dixerit se non satis studuisse quid in ea re sit dicendum, videtur excusari, sibi enim imputare debet qui ei credit Silu.V. Aduocatus q.24. Nau.c.25.n.29. Bass.d.V. restitutio.n.8.

16 Tertio nota quod in alijs quos Aduocatus non suscepit sub propria tutela, & eius Clientes non sunt,nec ab eis aliquam mercedem accepit, si eis omittat d. Aduocatus consulere,& admonere,dummodo non adsit fraus,vel malitia non tenetur ad restitutionem. ita Nauarr. c.17.nu.21. quia illis tantum ea charitate est obligatus.

17 Quarto nota quod Aduocatus si est requisitus de suo consilio, seu opinione propria, tenetur respondere secundum illam & non secundum aliorum etiam probabilem,quia qui petit ab eo consilium, petit vt sequatur eius opinionem iuxta extimationem suæ doctrinæ & bonitatis; Posset tamen,si eius opinio dubia esset, singularis, vel similis, & propter hanc causam deposito proprio dictamine aliorum opinioni potius adhærere velit, respondere esse talem opinionem doctorum,qui dicunt hoc &c. Et hoc intellige in petente cõsiliũ in particulari. Vide ea quæ refert Sayr.in Clau.Reg. lib.1. c.11.in Append.n.3. Sal.1.2.q.21.tr.8.disp. vnic.sect.10.n.91.Sanch.in Sum.l.1.c.9.nu. 21. Et Bonac.de peccat. disp.2.q.4.p.9.n.7.

DEFENSIO IV.

Circa ea quæ agere debet Aduocatus finita causa.

CAP. I.

An Aduocatus possit prætendere salarium finita, sed non perfecta causa.

SVMMARIVM.

1 *Differentia Honorarij quod datur Aduocato.*

2 *Aduocatus finita causa semper potest prætendere Honorarium.*

3 *Conductor non viens re conducta ob suam culpam, tenetur pensionem soluere.*

4 *Salarium etiam non promissum Aduocato debetur,& quomodo.*

5 *Regula iuris quod salarium non promissum non debetur, quomodo intelligatur.*

6 *Quod de Vicario Episcopi,& similibus etiam intelligitur.*

7 *Culpa Clientis non debet nocere diligentia Aduocati.*

8 *Prosequens causam vltra appellationem, an aliud salarium petere possit.*

9 *Quando Aduocatus infirmus possit petere salarium.*

10 *Quando Aduocatus possit prætendere salarium contra Pragmaticam de non petẽdo.*

11 *Aduocatus salariatus de anno in annum quomodo debeat salarium accipere.*

12 *Aduocatus minus laborans, minus accipere debet.*

13 *Declaratur opinio Bonacinæ.*

14 *Aduocatus recipiens stipendium singulis vicibus quomodo se gerere debet.*

15 *Quantitas salarij regulatur iuxta consuetudinem loci, & num.16.*

17 *Transactio facta à Cliente non debet nocere Aduocato.*

18 *Aduocatus in propria causa, an possit prætendere salarium ab Aduersario.*

19 *Quando possit aliud assumere & expensas requirere ab Aduersario in propria causa, & quando possit recuperare damna ex hoc ei prouenta num.20.*

21 *Aduocatus fungens offitio Procuratoris, an possit*

possit accipere duplex stipendium.

22 *Aduocatus an possit exigere salarium ab Aduersario, quando illud remisit Clienti.*

23 *Aduocatus à duobus salariatus, cuius istorum debet patrocinium sumere, si inter se habeant occasionem litigandi. & num.24.*

25 *An sit obligatus vni dare substitutum, si alterius accipiat causam.*

26 *An Aduocatus paciscens de aliquo sibi dando, possit illud accipere in conscientia sine obligatione restitutionis.*

27 *Hæredes an possint conueniri ad restitutionem salarij, & num.28.*

29 *Aduocatus itinerans potest petere salarium pro diebus etiam in quibus itinerat.*

30 *Alia circa salarium remissiue.*

1 TRibus modis solent Clientes præstare Honorarium, siue mercedem Aduocatis, vel per assignationem Salarij singulis annis, mensibus, vel paciscendo cum Aduocato de soluendo illud in fine litis; vel dãdo certam pecuniæ quantitatem singulis vicibus quoties de Aduocati patrocinio necesse habent in eorum causis, & de singulis dicendum est.

2 Et primo si salarium debetur ex pacto in fine litis, dico quod quãdo ipse iam inchoauit litem, & totis viribus incubuit causæ, & mente sua iam designauit omnia fundamenta Victoriæ; si postea Cliens vult cum Aduersario trãsigere, vel Princeps ei gratiam facere; nihilominus totum salarium ei debetur; ratio est quia per ipsum non stetit quominus operam nauauerit necessariam in tota causa. ita Speculat. tit. de salar. Aduoc. §.1. nu.7. Guido Papæ decis. 102. Dec.cons.70.n.2. & ita fuisse iudicatum testatur Caualcan. lib.1. decis.41. nu. 48. Io.de Amicis cap.148.in dub.1. Et hoc procedit etiam in cõscientia. Bonacin. to. 2.disp.10.q.5.p.4.n.11. qui & alios allegat & assignat aliam rationem à simili de re conducta.

3 Conductor enim, qui re cõducta non vtitur ob culpam ipsius conductoris tenetur integram pensionem soluere l. qui operam ff.locat. & Locator licite eam potest accipere; ita & Aduocatus, qui operam suam locauit, potest integrum salarium accipere assignatum pro sua locatione. ita Molin. Regin. Azor. & alij relati à d. Bonacin. tract.de contract.disp.5.q.7.p.4. n.11. quibus addo Filliuc.tr.40.c.10. nu.493. Clau. reg. lib.12.c.23. n.33. & Basseum Flor. tot. Theolog. Verb. Aduocatus. n.9.

4 Amplia primo etiam in casu quo salarium non fuit promissum, sed per statutum loci, vel consuetudinem ei debetur, & licite potest peti quidquid succedat in causa, & quoquomodo à Cliẽte relicta sit, cum semper vrgeat ead. ratio quod. s. per eum non stetit quominus sequatur iusta sententia & studendo laborauerit in causa.

5 Et in hoc fallit Regula quod salarium non promissum numquam debetur, in Aduocato enim non verificatur, nam licet nõ promissum, tamen semper debetur ex Iuris dispositione. ita Seraphin. decis.65. nu.1. Viuius comm. opin. lib.1. opin.37.num.6. Nald. in summa. V. Aduocatus num.1.

6 † Quod etiam intelligitur de Vicario Episcopi, de Vicario Capitulari, & de Assessore vt notat idem Seraph. decis.74.

Filliuc. vero in tr. 40.n.10.c.292. distinguit. Aut ad transactionem factã inter partes interuenit industria Aduocati, aut non, si interuenit; & debetur ei totum salarium; quia non videtur æquitati consonum quod bonum clientis ex diligentia Aduocati causet damnum d.Aduocato; si non interuenit, & tunc videtur non posse Aduocatum accipere nisi pro rata, quia merces non debetur nisi pro labore, vnde quomodo accipiet mercedem pro eo quod non laborauit? Et hæc opinio satis probabilis est & tutior in conscientia, licet & alia non sit reprobanda.

7 Amplia secũdo etiam in casu quo Cliens aliquid confessus est. Vnde Aduocatus ex hoc cognouit causam esse iniustam, & ideo eam deseruit; & antea fuit per Aduocatum diligenter interogatus, quia culpa Clientis non debet nocere diligentiæ Aduocati. Silu. V.Aduocatus q.22. Tab. eo. in fin. Clau.Reg.lib.2.cap.23.nu.33. Reg.lib.25. num.678.

8 Amplia tertio, quãdo supra appellationẽ diffinitiuę sentẽtię cõsulere debet, tũc vltra salarium conuentum, alterum nouũ petere potest, vt supr. dixi def.4. Nisi sit aliter inter aduocatũ & Clientem conuentum.

Vide

Vide Graff.decis.aur.lib.3.c.8.nu.12.& Fr. Leo.in resolut.cas.consc.V.Aduocatus n.7.

9 Quarto amplia, quando Aduocatus litem perficere non potuit ex infirmitate, in quam incidit, licet Cliens coactus fuit alium conducere Aduocatum, tunc poterit salarium acceptum retinere, & non solutum exigere ita post Matth. de Afflict. tenet Guttier. pract. qq. lib.2. q.32. Nald. Verb. Aduocatus nu.9. qui tamen restringit hanc opinionem solum in casu quo infirmitas paruo tempore durasset; vt à simili notat de famulo ægrotante, cui non est denegandum salarium solitum, quādo pro modico tempore dicta Infirmitas durauit. ita Camill.Borell.de Magistr.edict. lib.1. c.13.nu.56. Petr.à Nau. lib.2. c.2.nu.213. Azzor. p.2. lib.2.cap.29. licet de rigore iuris aliud dici possit, vt testatur Viuius comm.opin. lib.1.opin.275.& sequitur Capell.Philos. quæst.360. Moneta q.3. nu.6. Bonacina de contract. disp.3.q.7. punct.4. num.13. Filliuc.to.2. tract.36.cap.6. quæs. 7. nu.109. Reginald.lib.25.cap.40.nu.517.

10 Quinto amplia licet esset pragmatica, vel statutum de non recipiendo dona facta dd. Aduocatis; quia potest esse quod ista Pragmatica iuxta temporum varietatem effecta sit iniusta ex aliquo accidenti, ex quo hodie non sit amplius obseruanda; quod remittitur arbitrio boni viri; Vide in hac doctrina Sanch. tom.1. lib.1.c.14. num.14.

11 Circa secundum dico, quod si Aduocatus est salariatus de anno in annum, vel de mense in mensem, tunc etsi pro vno anno ex accidenti nihil consulat, potest tamen accipere totum salarium illius anni, quia ita ex consuetudine, & tacito consensu ob-

12 seruatur, † Intellige tamen quod si dictus Aduocatus esset ingenio ita perspicax, vt magis otium, quam laborem existimaret, tunc ex quadam æquitate vnam tantam partem deberet recipere arbitrio boni viri; nam certum est quod salarium datur pro labore, qui cum non adsit, nec videtur in conscientia posse recipere mercedem illius saltem totam, & in rigore. ita ex Rebell.de oblig.iust.p.2.lib.14.quæst.14.n.7. & Bobad. in polit. tom.2. lib.3.c.14.n.63. notat Zamb. resolut. cas.cons. Verb. Aduocatus num.12.

13 Ideo mihi placet distinctio Bonacinæ in tom.2.disput.10.q.3.punct.4. à num.12. Videlicet quod si pro tota lite fuerit promissum stipendium, possit Aduocatus integrum recipere salarium, & si breui tempore lis perdita, vel superata fuit. Si vero stipendium non fuerit assignatum simpliciter pro labore litis, seu pro tota lite, sed in singulos menses, tunc stipendium retineri poterit ad ratam temporis, nam censetur tantummodo constitutum pretium habita temporis ratione.

14 Circa tertium dico, quod si Aduocatus recipit per singulas vices stipendium iuxta operam, quam impendit scribendo, aduocando, informando, tunc standum erit consuetudini, quæ ordinarie se habet, vt quando Aduocatus recepit mercedem, & per ipsum non stetit quominus laborauerit in lite, & erat paratus ad scribendum, informandum, & simile, non sit amplius obligatus ad restituendam d.mercedem si postea non fuit per aliquod accidens necessaria dicta scriptura, vel dicta informatio; nam in conscientia debet se gerere, vt in alijs laboribus, ex doctrinis supradictis. de alijs vero stipendiis quæ futura erant, si secuta fuisset causa, non debet haberi ratio in hoc casu. Filliuc. tract.40.nu. 243. in fine. tom.2. vers. dices secundo.

15 † Circa quantitatem vero d. Salarij standum est consuetudini, quæ si non adesset debet Aduocatus se gerere secundum quantitatem iusti pretij naturalis, vnde si excedatur rigorosum, & supremum notabiliter peccabit eo modo quo in alijs materijs vbi tractatur de Iusto pretio natura-

16 li; id autem non ipsorum † Aduocatorum arbitrio in proprijs causis, sed aliorum vel prudentum Iudicio æstimandum est. ita Filliuc. d.tom.2. tract.4.cap.10. quæst. 8.num.291. ex Sayr. lib.12.c.8. nu.33. sed hoc in praxi difficilime potest contingere, cum Clientes vix assignent firmum pretium pro laboribus Aduocatorum.

17 Nota vero quod si transactio facta esset in fraudem Aduocati, posset integrum accipere salarium. quia fraus non debet ei nocere cum per se non stetit, si tamen parum abfuisset ab initio causæ, vix obligandus esset promissor ad totum ob magnam mutationem quæ facta est, ita Filliuc. vbi

supra

supra num.292. in fine.

18 Quæritur modo. Vtrum Aduocatus propriam causam deffendēs, & in ea obtinēs, possit ab aduersario petere salarium suæ aduocationis sicut petere potuisset alienā causam deffendendo; & videtur respondendum affirmatiue; nam per accidens se habet quod causa sit propria, labor enim & opera eadem est, quod magis procedit, dum deffendit causam iustam, quia indebite Aduersarius eum molestat, & ita ob omnia onera, & damna est obligatus, & nō paruum damnū est amissio operis; nihilominus cōmunior opinio est negatiua; nam vnusquisque tenetur se deffendere, & pro sua causa laborare ita DD.commun.in c.finem litibus de dolo & contum. teste Ant. Nald.in Summ.verb.Aduocatus, num.2. & decidit Rot.decis.434. in antiq. & decis. 41.de re iudicata; quibus adde Ios.Ludou. Perus. decis.111. num.13. Surd.de Alim. tit.9.quæst.36. nu.11. Viuium comm.opin. tom.1. lib.2.tit.6.nu.21. Grat.discept.for. c.33. nu.46. Paul. in l.stipulatus ff.de Fideiuss. & nouissime cum alijs per eum allegatis Barbos.de pot.Episc.p.3. alleg.79.

19 nu.36. † qui etiam dicit quomodo possit d.Aduocatus alium aduocatum assumere, & expēsas requirere, licet illi dictus alius aduocatus gratis patrocinium præstiterit. Vide quæ dixi supra in deffens.1. cap.3.

20 Aduerte tamen quod Aduocatus posset damna recuperare ex eo quod non potuit in aliis causis incumbere; quando aduersarius condemnatus fuit in expensis Abb.in d.c.fin.litibus.n.3. Paul.vbi supra Asin.in Praxi.§.32. limit.19. Mising. obseruat.2. cēt.1. Carroc.tract.de locat.tit.de fruc.& lit.expens.n.27. Boer.decis.210.n.3. Scrader. tr.Feud. p.2. nonæ part.princ. sect.2. n.36.Menoc.de arbitr.lib.1. cas.154.cent. 2.Nald.v.Adu.nu.2. qui etiam testatur de communi contra Baldum.

21 Secundo quæres. Vtrum Aduocatus, qui functus etiam est munere Procuratoris, possit petere salarium duplex Aduocati scilicet, & Procuratoris. & Respondeo affirmatiue, qui enim duplici fungitur officio duplici etiam mercede honorari debet ita Andr.Gail. lib.1.practic. obseruat. c.44.n.8. Granut. theorem.12. nu.9. Paris de Put.de sindic.§.salarium,c.1.n.3.& alij quos refert.Io.Petr. Ala.p.1.q.22.

22 Tertiò quæritur. Vtrum Aduocatus, qui remisit salarium suo clienti, & is in causa obtinuit, possit illud exigere ab aduersario succumbente, & in expensis condemnato? & Respondeo negatiue; nam non potest repetere damnum quod non accepit, expensæ vero repetuntur ob recuperationē damni, & interesse iniustè ab aduersario dati, ita Sayr.Clau.Reg. lib.12.c.24.& Nald.in sum.verb.Aduocatus, & reus.n.17.nisi tamen remisisset dictum salarium ob amicitiam, vel ob beneficium alias ab ipso receptum, vel recipiendum, & sic remunerationis causa; tales enim expensæ non petitæ in hoc casu non cederent ei omninò in lucrum, & ideo tuta conscientia posset illas petere Ioan. Andr. & Panorm. in d.c. finem litibus. col.14. de dol. & contum. Speculat. tit.de expens. §.fin. vers.quid si victor Rota decis.38. De sent.& re iudic. & Nald. d.n.17.

23 Quartò quæritur si Aduocatus esset salariatus a duobus, qui postea habent inter se occasionem litigandi, cuius istorum debeat sumere patrocinium, & in Conscientia exigere salarium finita lite? Respondeo antiquioris, & primi salariantis, nam prior in tempore potior est in iure ita Cephal. cons.468.nu.19. Alex. cons.118. n.15. lib.5. Rip. in l.priuilegia, n.56. ff.de priuil. cred. quibus & Canonistis addo Nald. verb.Aduocatus, n.12.qui citat Rol. a Valle cons.44.n.24. & Barbos. de potest.

24 Episc.p.3.alleg.79.n.36. † Quod intellige quando causa primi Clientis esset iusta, vel saltem vtraque omninò dubia vt declarant Barthol.Brixiens.in q.69.& sequitur Alberic.in l.quisquis, n.7.C.de postul.Speculat.tit.de Aduoc.§.1.n.24.Io.Andr.in c. contractus quæst.1. de Reg.iur. in 6. Roman. cons. 47. n.2. Roland.cons.44.n. 24. lib. 2. Decius in c.cum parti, n.31. de appellat. Card.Alex. in c.Episcopum.7.q.1.

25 Vtrum autem d.Aduocatus sic accipiens deffendendam causam primi Clientis, sit obligatus alio Clieti dare substitutum, & respondeo affirmatiue quando causa esset iusta ob verā dubietatem sicut dictum est; at si aduocatus cognosceret esse vere iniustam

ftam poft admonitionem non eft obligatus nec per fe,nec per alium; quoniam in generali promiffione deffendendi caufas non comprehenduntur iniuftæ. Abb. in c.breui in fine de iureiur. Iacob. Benius de Priuil.Doctor. priuil.71.num.15. Iaf.conf.94. lib.3. quibus addo notata per Io. Petr. Ala. de Aduoc. Chrift. part.1.q.23.

26 Quinto quæritur vtrum Aduocatus fi pactum fecit de aliquo fibi dando, fi detur teneatur ad reftitutionem? & refpondeo negatiue, nam licet ftipulationes turpes nullius fint momenti l. generaliter ff. de Verb.oblig. id procedit ad effectum vt promittens non teneatur foluere; non tamen ad hoc vt fi foluatur fit reftituendum. Nau. c.17. num.30. fic in cafu vide Sanch. conf.mor. p.1.lib.3. c.vnico dub.42. nu.2.

27 Vltimo quæritur an Hæredes poffint conueniri ad reftituendum falarium datũ Aduocato qui poftea defunctus eft, & an ipfi fint obligati reftituere illud in cofcientia. & ex fupradd. patet refponfio; nam in cafibus in quibus non erat obligatus reftituere ipfemet Aduocatus,nec hęredes erũt obligati vt notat Nald. vbi fupra nu.12. & fequitur nouiffime Zambell. eo. V. Aduocatus num.15. cum alijs comm.

28 Limita tamen quod fi nihil à dicto Aduocato in caufa factum fuerit, aut erat in principio caufæ; Ex æquitate erit reftituẽdum falarium in totum vel in parte iuxta arbitrium boni viri ita Soar. de Pax thef. recept. fent. litt.A. n.102. & litter.M. nu. 237. Sebaftian. Medices tract. mors omnia foluit p.3.n.36. Borell. in Summ.omn.decif.65. n.123. tom.1. Barbof. de poteft. epifc. p.3. alleg.79. nu.40.

29 Et nota quod fi contingit quod Aduocatus fit rogatus vt deffendat caufam in aliena Vrbe certo falario ei in dies affignato, vt folet in multis locis occurrere faltem quoad Procuratores d. Aduocatus poteft petere dictum falarium etiam pro illis diebus quibus eft in itinere tam in eũdo quam in redeundo, etiamfi difcederet hora vefpertina vt de confuetudine teftatur Io. Petr. Ala p.1. cart.100. cum alijs per eum allegatis.

30 De hac materia falarij vide etiam quæ dixi fupra in deffenf.2. c.4. caf.2.

CAP. II.

An Aduocatus poffit effe teftis vel Iudex in caufa in qua fuit Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus non debet effe Iudex in caufa, in qua fuit Patronus.*
2 *Limitatur hoc dictum primo.*
3 *Limitatur fecundo.*
4 *Monitio ad procuratores.*
5 *Poteft quis effe Patronus in caufa,in qua fuit Iudex.*
6 *Ampliatur dictum.*

1 Conclufio fit quod propter affectionẽ, & præfumptionem quæ femper eft cõtra Aduocatũ nõ debet effe Iudex in illa caufa in qua prius fuit Aduocatus iuxta textum in l.prætor ff.de Iurifd. omn. Iudic. quod magis procedit fi fententiam fuam iam euulgauit Abb.in c.irrefragabili in fine ff. de offic.ordin. Dec. in c. poftremo notab.3. de appellat. Io.Andr. in c. fi contra de off.deleg. in 6. Franc. in c. poftremo de appellat. nu.20. in 7. caufa recufationis; quibus adde ex Theologis S.Antonin. p.3.tit.6. c.1.§.in fine. Sanchez cõf. moral.tom.1. lib.3.c.vnico dub.26.nu.1.& P. Baffeum Flor. Theolog. V. Aduocatus num.1.

2 Limita quãdo ceffaret omnis inordinatus affectus erga fuam opinionem, & effet in confcientia paratus in eam venire fententiam, quæ melior & iuftior apparebit, etiam altera parte infcia; ceffante enim, fraude, præfumptiones legis, vt alias, dixi, non attenduntur in foro confcientiæ, Corduba in fumma q.159. quem fequitur Dian. part.3. tract.1. mifcell. refol.56. cui adde Zambell. refol. caf. confc. Verb. Iudex n.39.

3 Secundo limita quando iam fuit ei commiffa caufa, & Aduerfarius fciebat in illa eum fuiffe Aduocatum, tunc enim non poteft poftea eum reuocare, vt in indiuiduo refpondet Paul. de Caftr. conf. 441.n. 4.lib.2. præfumitur enim tunc dictum Aduerfarium cognouiffe quod in dicto Aduocato non erunt præfumptiones inordinati affe-

affectus; & ideo acquieuisse commissioni, vnde si postea vult reuocare censetur facere fraudulentur, vel ex mera voluntate;

4 † & in hoc Procuratores aduertant, & deponant factiones & odia erga aduocatos; & quando agitur de aliqua causa compromittenda, & bene sciunt Aduocatum eruditione, diligentia & fide præstare, non permittant quod obicijantur istæ præsumptiones quod scilicet fuit in causa Aduocatus, quia faciunt contra Charitatem, vt bene aduertit Io. Petr. Ala de Aduocat. Christ. p.2. q.46. in fine.

5 Et nota quod à contrario nullo iure prohibetur, quin possit esse aduocatus in causa, vbi antea fuit Iudex, quia cessat dicta præsumptio affectionis ita Speculat. in tit. de Iudic. de leg §. superest vers. quid è cõuerso Franc. Tigna. & alij per d. Alam. loco citato cui adde Sanch. cons. moral. lib.3. c. vnico dub.26. n.6. & alij cum eo.

6 Amplia hanc conclusionem procedere etiam, quando Aduocatus vult esse testis in eadem causa, quia qui in prima instantia alicuius causæ patrocinium suscepit, licet postea delinat esse Aduocatus; attamen quia adhuc affectus causę præsumitur, in Iudicio appellationis non est recipiendus in testem. ita Lancellott. Perusin. Instit. Canon. de Probat. lib.3. Et etiam quia Aduocatus videtur offendere eum, contra quem aduocat, vnde tamquam non amicus repellendus est à testimonio per ea quæ tradit Anton. in c. cum Sacerdotis de Postul. & notat Lancell. vbi supra in Glossa littera. D. Vide tradita à me in libro de Iudice Deffens.1. c.7. vbi de hac quæstione iterum differui in deffensionem Iudicum.

CAP. III.

An Aduocatus qui scripturas gratis obtinuit, possit finita causa stipendium illarum petere à Cliente.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus non potest petere pretium scripturarum gratis obtentarum.*

2 *Nisi quando illas gratis habuit in gratiam suimet.*

3 *Non potest Aduocatus alium substituere dato minori pretio, nisi cũ certis clausulis*

4 *Et præsertim de consensu partis.*

5 *Diligẽtia substituti in dubio censentur facta potius in gratiã Clientis quã substituẽtis.*

6 *Cliens victor an petere possit expensas pro Aduocato, quem non conduxit.*

1 SOlet multoties euenire, quod Procuratores, Notarij, scriptores vel alij inseruientes in causis, parum aut nihil accipiant de mercede scripturarum, & laborum quos faciunt; & tamen Aduocati petunt pretium illarũ, pretẽdentes, quod totum debeat cedere ad vtilitatem, & cõmodum ipsorũ; vnde ad deffensionem ipsorũ, animæ debent aduertere, quod si prædicti parum aut nihil receperunt, quia illis sic placuit pro charitate, vel alio fine simili, Aduocati non possunt accipere pretium, & mercedem ipsorum, quia talis beneficentia semper censetur & præsumitur cedere in fauorem eius, cuius causa in iudicio tractatur, sic Panorm. in c. finem litibus n.19. col.14. de Dol. & contum. & etiam Io. Andr. Reginald. in Prax. for. pænit. lib.25. c.51. n.681. Nald. in Summ. Verb. Aduocatus n.2. & 12. Sayr. in Clau. regia cap.24. n.5. Bonacin. disp.10. q.3. punct.4. n.13. tom.2. Paul. Laym. lib.25. n.681.

2 Si vero dicti Notarij, scriptores, & ceteri fecerint hoc in gratiam, & amicitiam ipsius Aduocati, tunc potest petere mercedam dd. scripturarum & operum, quia tũc vt supra dixi in cap. præced. præsumitur datum in remunerationem Beneficiorum acceptorum vel recipiendorum à d. Aduocato. vt DD. locis citatis quibus adde Boer. decis.210. Rota in antiq. decis.180. & facit quod tradit Bonacin. de Contract. disp.3. q.5. punct. vnic. n.5. cu alijs per eum.

3 Ex his infertur quod si Aduocatus constitutus assignando ei certum salarium in annum, vel pro tota causa, isque postea substituat sibi alium Aduocatum; non possit tuta conscientia retinere aliquid de dicto salario dando tantum vnam partem substituto; nisi quando ipse principalis Aduocatus accipiat nihilominus in se periculum negligentiæ, vel ignorantiæ alterius substituti, substineatque onus admonendi d. substitutum, & scribendi ad locum, vbi

H com-

commoratur Aduersarius, & similia facere; tunc enim potest retinere partem salarij correspondentem quantitati, & qualitati laboris, & periculi arbitrio boni viri. ita Reginald. d.lib.25. c.56. num.883. ad
4 finem. Laym.lib.25.nu.603.; † & sic etiam dici potest si hoc consensu saltem tacito partis faciat, & sine damno ipsius, vt loquitur Bonacin. tom.2. disp.10. quæst.3. punct.4. num.12. vers.respondeo. vbi rationes etiam assignat.

5 Nota vero quod quando dubitatur an fecerint intuitu Aduocati, an Partis semper censetur magis intuitu Clientis factum, quam ipsius, quia melior conditio suam pecuniam possidentis. ita Bonacin. loco citat. vers.quando autem, & Laym. d.lib.25. num.681.

6 Secundo infertur, quod Cliens si non conducit Aduocatum, vel Procuratorem non potest finita causa sibi retinere expensas quas fecisset si Procuratorem vel Aduocatum conduxisset, nisi ratione damni emergentis, vel lucri cessantis, nam tunc poterit tantum iustam compensationem exigere. ita cum Panormit. in d. c.finem litibus num.30. Reginald. vbi supra n.683.

CAP. IV.

Quomodo dilatio causarum in Aduocato sit peccatum.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus adhibeat fidelitatem ad tuendam propriam conscientiam.*
2 *Dignitas officij Aduocati.*
3 *Aduocatus damnatus propter captiosum consilium.*
4 *Querela Innocentij III. contra Aduocatos.*
5 *Constitutio Benedicti XI. ne Aduocati suscipiant multitudinem causarum defendendam.*
6 *Aduocatus causas differens ex passione, peccat mortaliter.*
7 *Sicut & postponens primas causas posterioribus.*
8 *Et tenentur ad restitutionem.*
9 *Nequidquam excusante ignorantia.*
10 *Idem dicendum est, si fallaciter promittat incumbere ad aliquam causam pro certo tempore.*
11 *Ex vi deceptionis.*
12 *Limita in Verbis generalibus.*
13 *Peccat etiam mortaliter & tenetur ad restitutionem differens præsentare exceptionem peremptoriam vsque ad finem causæ.*
15 *Idem si petat prorogationes superfluas animo differendi sententiam.*
16 *Exempla prædictæ dilationis.*

1 Certa conclusio est, quod ad tuendam propriam animam, & deffendendam conscientiam Aduocati summopere in omnibus aduertere debent fidelitatem erga suum clientem adhibere, cui suam operam cum omni sinceritate agendam promise-
2 rũt; † quid enim dignius Aduocationis officio, quod peregrinum negocium ad suas trahit molestias, vt alienis laboribus subueniat; sed heu misera conditio nostri temporis; ob infidelitatem multorum Causidicorũ, potius ad subuersionem veritatis, & ruinam Reipub. & Ciuitatum, quam ad iuuamen, & elucidationem exercetur d. veritatis, vt ait Ripa de remed. ad conseru. Vbert. nu.217. vnde Angelus in l.1. C.de fals.caus. & Cened. in Collectan. Iur. Ca-
3 nonici collect.28. nu.25. † referunt quemdam Sanctũ virum I.C. retulisse sibi fuisse reuelatam condemnationem cuiusdam Aduocati ad inferos, eo quod lucri causa captiosum & infidele consilium dederit; quid dicemus si ead. lucri causa lites & causæ in longum adeo protenduntur vt immortales, sicut dici solet, euadant vt notat text. in l.properandum. C.de Iudic. contra quos S.Bernard. lib.1. de Considerat.exclamat.Dies diei eructat lites & nox nocti indicat malitiam, & Innocent.tertius Pontifex in tract. de Vilit.condit. human. hanc infidelitatem sic deplorat dicendo;
4 † sæpe causas tantum differunt quod litigantibus plusquam totum auferunt; & est maior expensarum sumptus, quam sententiæ fructus; nec terminantur negocia pauperum cœpta, quousque eorum marsupia sint euacuata, lucrum in arca, Damnum in cosscientia. sic ille, & Homobon. de bon. tract.de stat.hum.vitæ p.2.c.5.nu.6. contra eos dicit. Vt foresi lucro se sustẽtent, lites

ex

ex se claras & expeditas repetitis ambagibus seriosas reddunt,& vsque ad mortẽ protrahunt,& quæ nam est causa adeo deperdita, vt pro ea non inueniatur Causidicus qui menses & annos per illam non faciat litigiosos,& sic causæ in longum infideliter magna Clientum iactura & totius Reipublicæ detrimento protrahuntur.
5 † ideo Benedictus XI. in constit. superius allata statuit, quod Aduocati, multitudines causarum euitent. Oh Vtinam hoc aduerterent Aduocati nostri temporis, quo aliud non quæritur quã lucrum,& pecunia,& illi soli estimantur boni Causidici qui maiores sciũt inuenire captiones & cauillationes ad effectum causas etiam iniustas elongandas.

6 Quid ergo dicendum de peccato talium Aduocatorum? Dico quod aduocati qui ratione lucri, vel affectionis particularis causas aliqua passione moti differunt consulto,& iniuste,peccãt mortaliter quia faciunt cõtra propriũ officiũ in quo obligantur ad agenda vtiliora pro Cliẽtibus,& ad fideliter patrocinandum causas, tamquam proprias vitãdo ea omnia quæ ipsis & eorum bonis detrimenta afferre possunt; & est præceptum Iuris naturæ quod tibi non vis alteri ne feceris. ita Panormit. in d.c. fin.litibus n.29.de dol.& cont.Boer.decis. 210. Tolet.lib.5.c.61.n.5.& 8. Reginald. lib.25.nu.680. Sayr.in Clau.reg. lib.12. c. 24. Bonac. tom.2.disp.10.q.3.p.4.n.16.

7 Quod amplia etiã quando differunt,quia causas prius acceptatas aliis postponũt,aut quia plures causas accipiunt, quam possint intra præfixum terminum absoluere,& expedire,nisi hoc faciant scientibus & cõsentientibus eorum Clientibus quia tũc nulla esset iniuria, vt dicit Bonacina cum supracitatis Doctoribus ibi & Filliuc. notat. in tom.2. tract.41.c.10. nu.295.

8 Sed quæres an teneãtur ad restitutionem; & Respondeo affirmatiue,cum hac tamen distinctione videlicet aut causa fuit iusta, aut iniusta; si iusta sed ad hoc solum in longum protracta, vt maius lucrum ex illa dilatione acciperetur vel gratũ fieret Iudici, vel Procuratori, aut ipsimet Aduersario & tunc Aduocatus tenetur ad restitutionem iniustæ lucri acceptationis pro illo tẽpore,& ad omnia damna & interesse quod propter dictam dilationem Cliens passus fuit; si vero causa fuit iniusta tenetur vt supra dixi non solum ad restitutionem totius Salarij, si scienter, vel alia culpa fecerit, sed etiam ad omnia damna & interesse tam litis, quam dilationis temporis Parti, & Aduersario, Clienti enim tenetur ex peccato omissionis quatenus ipsum nõ admonuit de Iniustitia causæ,imò distulit propter lucrum. Aduersario vero ad restitutionem ex peccato commissionis quatenus fuit illi causa positiua dãni, per adnotata à me in supradictis deffensionibus quibus addo hic tradita ab Host.in c. alumnum de pœnit. & in Sum.lib.5.eo.tit. nu.32.col. 1784. V.Tolet. vbi supra nu.8. Reginald. d.lib.25. num. 680. S. Antonin. p.3. tit.6. c.2.§.5.vers.tertio. Filliuc.tract. 28.c.10.n.153. to.2. Bonac.vbi supra n.4. Clau.Reg. lib.12. c.34. & alios per test. in c. infames §.tria vers. præterea 3. q.7.

9 Nec in hoc excusat ignorãtia vt dicit Ala p.1.q.33. quia nascitur ex culpa, & vocatur consequens ad actum, & voluntaria per indirectum iuxta notata per Nau. in c.sciendum n.3.de pœnit.dist.2. Alciat. lib.12.§.vlt. Pereg.qui ex hoc reprehẽdit quemdam I.C. nomine Patritium qui solitus erat in suis consilijs se excusare ex temporis breuitate;respondet ei Alciat.& dicit quis coegit te peccare vt veniã petas? quasi diceret quod poterat si volebat minus scribere sed maiori diligentia, nam causas citius expedire non est culpa sed vitium, & solet dici non admitti excusationẽ necessitatis quãdo quis in eam spõte se coniecit. Vide Alban. cons.759. nu.19. cons.156.nu.9. Surd.cons.215.nu.29.lib.2.

10 Ex his infertur quod Aduocatus promittens clienti incũbere in causam suã absque proposito seruandi promissa pro tempore, quo promittit,non audens pudore affectus, quod vere cupit aperte significare.s.maiora honoraria; & hoc vtitur artificio cum maximo damno, & periculo Clientis,grauiter peccat, & tenetur ad restitutionem tum ex mendacio pernitioso, tum ex iniuria illata Clienti, & certum est quod ficte promittẽs tenetur satisfacere illi cui promittit cum ei dammum intulit, & tenetur

netur de iniuria in eum illata, vt dicit Salon. 2.2. post quæst.61. q.5. de donat. rer. art.3.sub rubr.an promissio ficta,& notant etiam Silu.Verb.pactum q.4.Rosell. Verb. promissio col.3. Nau. c.6.nu.14.& cap.18. nu.6. Rocc. de Curt. tract. de stat. num.9. Vital. Camban. de Clauf. tit.de Absol. à Iuram. num.10. Emm. Sà Verb. promissio ad finem cum alijs per eum allegatis.

11 Nec obstat si dicatur quod ficte promittens absque animo obseruandi, non obligari ad promissionem, quæ de sui natura vera debet esse,& per se loquendo, vt notant DD. communiter, quia respondetur quod licet non teneatur ex vi promissionis præcisè, tenetur tamen vi deceptionis, ex qua damni alterius reus efficitur, ita Rebellus ex Societ.Iesu lib.18.q.12. nu.5. Henriq. lib.11.c.13.nu.2. Azzor. p.3. lib. 11.c.15. quæst.7.& 8. Less. tit.de promiss. lib.2. c.18. dub.5.num.59. Sanch. lib.1. de matrim.disput.9.& Reginald. lib.25. nu. 89. & 91.

12 Limita vero quando Vrbanitatis causa proferret verba tantum generalia, faciam præstabo,promitto facturum quidquid dicis, & similia, quæ potius sunt simplices quædam assertiones,quam promissiones;& Clientes sciunt dici potius gratia gratis faciendi, quam vere promittendi ita DD. allegati per Bonacin.de contract.disp.3.q. 12. p.1.nu.13. quibus addo Nald. in Sum. Verb.sermo.nu.4.& Verb.Verba nu.3. vbi dicit quod Verba generaliter prolata generaliter etiam intelligenda sunt.Rodriq. Summ.p.2.c.27. nu.3. Beia p.2. cas. consc. pag.278.& Io.Valerium de differ. vtr.for. verb. promissio differ.11. cum alijs per eum.

13 Secundo infertur, quod Aduocatus habens aliquam exceptionem peremptoriam vel aliquod Instrumentum,quo potest imponere finem liti, attamen in odium vel Lusionem Actoris non exhibet nisi metu sententiæ imminẽtis, peccat mortaliter,& tenetur ad restitutionem expensarum refectionis,licet vincat in causa, quia ei fecit iniuriam indebite illudendo eum. ita Bald. in c.exceptionem in princip. de except. Felin.in c.significantibus num.49.de lib. oblat. Bellamer. decis.226. vbi dicit, quod si Clericus captus distulerit allegare priuilegiũ Clericale malitiose, tenetur ad expensas. Crauett.cons.693.nu.1. & cons. 839.nu.9. lib.5. Et licet in foro fori sit admodum difficilis probatio huiusmodi malitiæ,& nunquam exigi soleant dd.expensæ, remanet tamen obligatus in cosciẽtia tam Aduocatus quam Cliens si ex suo consensu hoc faciat,vt dicit Cyn.in l.vnica.C. vt quæ des.aduoc. Riminald.cons.646.nu. 19. Natt. cons.16. nu.8.

14 Tertio infertur quod Aduocatus petens dilationes superfluas, hoc est quãdo re vera nihil probare intendit,vel potest, licet concedantur eis de iure communi,vel municipali, petit eas vt tantum differat litẽ, peccat, & tenetur ad restitutionem, quia non conceduntur in fraudem & damnum litigantium dd. dilationes, sed solum ob commoditatem eorum ad probationes, & similia ita Silu. Verb.Aduocatus num.16. Host.in Sum. lib.1. de postul. nu.32. Graff. decis.Aur.lib.3.c.8.nu.8. p.1. summ.Confessor. rubr.de Aduoc.q.172. Nat. in Clement.sæpe de verbor.signific. Astens.Ver. Aduocatus col.1.

15 Quare si denunciat absentiam,& Cliens non abest, petit terminum ad informãdum & Cliens non eget informatione, & similia facit,peccat secundum grauitatem damni quod affert retardando exitus Iudicij, nam cessante causa dilationis,cessat & ipsa dilatio, vt notat Tiraquell. in tract.cessante causa nu.36. cum alijs per Alam, de Aduoc.Christ. p.1. c.43. vbi late exclamat contra tales Causidicos vt quantum enituntur indebite retardare exitus Iudiciorum, tantum difficultatis inijciunt quantum ad seipsos diuinæ misericordiæ in die Iudicij.

CAP. V.

Quando Aduocatus, vel Notarius incurrat in Irregularitatem.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus fit Irregularis, si eius dolo Reũ det pœnam sanguinis.*

2 *Et*

2 *(Et sic obligati ex officio ad reuelanda facinora perpetranda, si id negligant.)*
3 *Item ex morte, vel Mutilatione Accusatoris ob Reum ab ipso iniuste defensum.*
4 *Item si petat pœnam talionis contra accusatorem quæ sit mors, aut mutilatio.*
5 *Non ita si ad Rei defensionem, & cum debita protestatione obijciat Accusatori delicta grauia.*
6 *Fit etiam irregularis, si ex negligentia, vel imperitia ipsius, Reus morti datur.*
7 *Vel quando agente ipso pro Accusatore Reus occiditur, vel mutilatur.*
8 *Nec suffragatur protestatio.*
9 *Nec coactio, aut metus.*
10 *Quid si dederit tantum consilium?*
11 *Et reuocauerit.*
12 *Et quid si consilium inuenisset voluntatem deliberatam.*
13 *Aut esset causa deliberationis.*
14 *Seruanda ab Aduocato in dandis consilijs.*
15 *An si ex verbis eius generalibus sequatur Rei accusatio, & mors, fiat irregularis.*
16 *Et vniuersaliter quando ex influxu eius morali in mortem, fiat irregularis.*

1 PRimus casus in quo Aduoc. & Causidicus incidit in irregularitatē in causæ patrocinio est quādo susceptam a se causam dolose deserit, & ob eam desertionem reus damnatur, & pœna sanguinis punitur, sicuti etiam testes si examinati reticent dolose, quæ dicēda sunt de veritate & Notarius qui occultat dicta testium vel alia ad fauorem faciētia, vel dolose ommittit propter quæ reus morte punitur, nam in ijs omnibus dicitur dari occasio propinqua mortis. ita Reginald. in Praxi for. pœn. lib. 30. tract. 2. nu. 170.

2 Et nota quod quando aliqui tenentur ex officio reuelare Iudici facinora perpetranda, siue ex pacto, siue ex iuramento ad id obligentur, siue ex officio, si tractatum aliquod homicidij dolosè non reuelāt, & homicidiū interim perpetratur, irregulares sunt, tamquam subtrahētes Iudicis auxiliū quod occisus habebat ad mortem vitandum. ita Nauarr. c. 27. nu. 232. Reginald. vbi supra vers. sextum. Coninch. de Sacram. disput. 18. tit. de Irregular. num. 71. Filliuc. tom. 1. tract. 19. cap. 4. quæst. 9. & 10. Tolet. lib. 1. c. 38. nu. 4. ex text. in c. quæsitum de pœnit. & ibi Cardin. quibus adde Suar. disput. 45. sect. 4. num. 8. & Bonacin. tomo 1. tit. de Irregularit. disput. 7. quæst. 4. punct. 8. proposit. 5. numero 37.

3 Secundus casus est quando Aduocatus iniuste deffendit reum, & iniustam ipsius deffensionem secuta est mors, seu mutilatio Accusatoris; tunc enim actione sua iniusta censetur causa malorum inde prouenientium, nisi hoc bona fide faceret credens accusationem fuisse iniustam, tunc enim ratione bonæ fidei sicut excusatur à delicto, ita etiam videtur excusandus ab Irregularitate, ita Suar. de Censur. disput. 47. sect. 4. num. 6. Filliuc. tract. 20. tom. 1. nu. 250. & alij quos retuli in deffens. 1. cap. 1. num. 21. quibus adde hic P. Bass. Flor. tot. Theolog. Verb. Irregularitas 5. numero 14.

4 Tertius casus est quando Aduocatus qui causam Rei suscepit, petijt accusatorē puniri pœna talionis, vel sanguinis, & sequitur postea mors, vel mutilatio dicti Accusatoris, qui compertus fuit calumniator; nec illi prodest protestatio, quæ fit in Iudicio coram Iudice sæculari iuxt. textum in c. prælatis 2. de homicid. quia non agitur de proprio interesse, nec de rebus ipsius protestantis sicut agit ipse Accusator cui soli prodest. Vgolin. de Irregular. c. 9. §. 1. ad fin. Molin. disp. 74. num. 11. Suar. d. disput. 41. sess. 4. num. 6. & dixi in d. 1. defens. c. 1.

5 Secus vero esset si non petijsset dictam pœnam; Immo verisimile videtur neque incurrere in irregularitatem si in progressu causæ obijciat contra Accusatorem delicta grauia, quando necessarium est, sic agere in deffensionem Rei, alioquin grauiter periclitantis, cum debita tamen protestatione id facere ob solam deffensionem, non autem ad punitionem, quia id nomine alterius iuste se deffendentis agit; at si proprio marte ex odio vel alia simili passione faceret, & sequeretur mors, vel mutilatio, in dictam irregularitatem incideret. ita Præposit. in 3.

in 3. part. D. Th. q. 5. dubit. 13. num. 105. quem refert Dian. p. 4. tr. 2. ref. 14.

6 Quartus casus est quando reus imperitia, vel negligentia Aduocati fuit adiudicatus morti, quam euasisset sit d. Aduocatus munus suum ritè obijsset, quia dicta mors imputatur suæ culpæ vt à simili patet in medico ex prætermissa debita diligentia erga ægrotum. ita Nau. d. c. 25. nu. 228. Filliuc. tr. 19. n. 257. & alij per Bonacin. d. disput. 7. q. 4. punct. 3. nu. 6. quibus adde alios relatos à P. Bassæo d. V. Irregularitas 5. n. 14.

7 Quintus casus est quando agit pro Accusatore, & reus contra quem agit condemnatur morte, vel mutilatione, nam tūc cēsetur ipse causa sanguinis cū ob eius deffensionem reus punitur. Bonacin. vbi supra proposit. 3. nu. 7.

8 Et nota quod non videtur eis suffragare protestatio, nam text. in c. prælatis de homic. loquitur tantum de Accusatore, siue denunciatore ad effectum vt ipse non patiatur iniurias in rebus suis, & possit se deffendere; nec obstat dicere quod qui per alium facit per seipsum facere videtur & sic Aduocatus facit nomine alieno, idest Accusatoris licite se deffendentis, quia respondetur quod Priuilegia numquam extendantur nisi ad personas nominatas vt notat Bonac. de leg. disp. 1. q. 3. punct. 7. nu. 11. vers. respondeo Priuilegium extendi non posse; & Priuilegia odiosa, quæ continent dispēsationem Iuris communis stricte intrepretanda sunt, nec extendi debent vltra verborū proprietatem & mentem concedentis. ita Sanch. lib. 8. de matr. disp. 1. n. 4. Suar. lib. 8. de leg. c. 27. num. 5. Salas eo. disp. 17. sect. 6. nu. 41. Et ita Doctores communiter dicunt quod protestatio eis non iuuat. ita Couarr. p. 2. §. 2. Henriq. in summ. c. 12. nu. 8. Vgolin. c. 6. §. 9. de Irreg. & c. 3. vbi alios allegat, quem refert & sequitur Bonacin. d. disp. 7. q. 4. punct. 3. n. 6. quibus addo Nald. Verb. Irregularitas. nu. 11. Villalob. tom. 1. tract. 21. diff. 27. n. 1. ex Dian. p. 4. tract. 2. Resolut. 21. cum Præposit. in 3. p. D. Th. q. 5. dub. 13. n. 104. & Io. de la Crux p. 2. dub. 7. conclus. 3. licet teneant etiam contrariam opinionem probabilem quod scilicet quando dicta Protestatio iuuat accusatorem iuuet etiam Aduocatum & ego supra dixi. Vide Suar. disp. 47. sec. 4. n. 8. & nouissime Ægid. de Coninch. de Sacram. disput. 18. tit. de Irregular. dub. 10. n. 95. & Bassæum d. V. Irregularitas. 5. nu 14. in fine.

9 Quæ omnia procedunt licet Aduocati faciant per metum & vim, & sint coacti ad eorum munera præstanda, quia non per hoc excludit, voluntarium saltem in officio, cum sint soliti voluntarie seipsos offerre ad hæc munera ita Bonacin. d. punct. 3. n. 82. vers. obijcies.

10 Sed quid dicendum est de Aduocato cōsulente? & respondeo tunc teneri, quando sequitur homicidium ex vi consilij; quod si homicida dicat non occidisse, vel Cliens non se motum fuisse ob dictum Aduocati ad procurandam mortem hoc sufficit; In dubio tamen debet se reputare Irregularem etiam quod casus post multos dies cōtingat Corn. in 3. p. tract. 5. disp. 1. dub. 2. Tab. verb. consilium, & alij per Dian. p. 4. tract. 2. resol. 23.

11 Quod amplia licet reuocauerit consilium, nisi fecerit omne posse ad tollendum influxum quem antea præstiterat, ad impediendum effectum dicti consilij, & Aduocatus admonuerit eum cui consilium dedit. Petr. Nau. lib. 3. c. 4. Sylu. Verb. Homicidium 1. n. 12. Suar. disp. 44. sect. 3. n. 12. Filliucc. vbi sup. n. 34. & alij contra Bonacinam Azzorium, & alios.

12 Nota tamen quod si Cliens, cui Aduocatus consilium dedit, iam paratus erat ad procurandam mortem Aduersarij, quæ postea secuta est, non efficitur d. Aduocatus consulens irregularis, tunc enim non censetur causa homicidij, quamuis peccaret ratione affectus, si odio, aut mala voluntate consuluisset; est tamen irregularis si voluntatem dicti Clientis auget; nam vere dicitur influere in mortem Couarr. Clement. vnica p. 2. §. 2. & alij per Bonacin. vbi

13 supra n. 19. v. 23. vbi etiam dicit † quod si fecit in gratiam consulentis, & ob propriam volūtatem, incurrit in irregularitatem quia aliquo modo commisit etiam ex ratione illius consilij. Vide Molin. disp. 33. membr. 6. lib. 5. de Iust. Vgolin. de Irreg. c. 14. §. 3. Henriq. lib. 14. c. 16. nu. 4. in Sum. Zambell. resolut. Cas. cōscient. Verb. Irre-

Irregularitas nu.9. & Sayr. de Cens. lib.7. c.3. num.6.

14 Aduertant igitur Aduocati quod in dãdis dd. consilijs non veniant ad particulare, sed tantum in generale consulant quid quid leges dicunt contra illud delictum abstrahendo voluntatem ab illa persona, contra quam pro illo tunc consilium quæritur, nam sic non erunt irregulares, vt dicit P. Bassæus Flor. Theol. V. irregularitas nu.4. cart. mihi 210.

15 Sed quid dicẽdum si Aduocatus diceret, Deffende te ipsum circa honorẽ tuũ. Presto sis honori tuo, & ex his verbis sequeretur accusatio, & postea pęna mortis, & respondeo quod non per hoc efficeretur irregularis dũmodo non haberet animũ ad inducendum Cli ntem ad accusationem, & ad procurand cu eo dictam pœnam, nam con sulere aliquid, quod non ordinatur ad homicidiũ, licet per hoc sequatur d. homicidium non efficit con ulentem irregularem, ita Maiol. de irregular. t. lib.5. c.48. Suar. disp.45. sect.2. n.6. Filliuc. tract.20. c.4. quæsit.4. Sayr. de Censur. lib.7. c.3. n.1 . Aduerte tamen quod si ipsi in genere aperiant ius & doceant veritatem licet interrogati an teneatur quis accusare, non efficiuntur irugulares nisi inducant ad accusandum vel denunciandum vt mors inde sequatur Molin. tom.4. tract.3. disp.74. nu.5. Nau. c.27. nu.212. P. Bass. V. irregularitas 5. n.4. in princ. Filliuc. tr.19. nu.104.

16 Postremo esse aduertendum quod quotiescumque Aduocatus est causa moralis licet indirecta, quamuis non efficitur multoties irregularis ex homicidio voluntario, potest effici ex casuali, & tunc quando debebat cogitare, & non cogitauit Dian. p.4. tract.2. resol.17. & 14. Zambell. verb. irregularitas. nu.7.

C A P. VI.

Additio de Procuratore, & Notario.

S V M M A R I V M.

1 *Procurator ignarus vsurpans munus Aduocati peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem.*
2 *Non sic, si sit habilis.*
3 *Aut faciat Aduocatorum consilia, & Notariorum Instrumenta absque praeiudicio partis.*
4 *Non procuret causas vltra vires.*
5 *In multis Procurator est similis Aduocato.*
6 *Sponte se ingerens in negotijs, non potest petere, nisi damnum emergens.*
7 *Notanda à Notarijs.*
8 *Notarius scire debet clausulas necessarias Instrumentorum.*
9 *Laedens directe vel indirecte Ecclesiasticam libertatem, excommunicatur.*
10 *Debet seruare originale omnium Instrumentorum.*
11 *Non debet accipere pretium, vbi non debetur, aut plus quam debetur.*
12 *Pro quibus licentijs Episcopi nihil Notario debeatur.*
13 *Et quæ taxa illi imposita sit à Gregorio XIII.*
14 *Tenetur occultare dicta testium, & responsiones Reorum.*
15 *Ad quid teneatur Notarius accipiens aliquid supra taxam.*
16 *Et quid in dubio an auctarium gratis detur.*
17 *Et quid si pretia axata essent nimis parua.*
18 *Si aliquid sponte detur.*
19 *Vel augeatur labor.*
20 *Notarius errare potest in octo casibus.*
21 *Notarius in creatione plura iurat.*
22 *Quibus constitutionibus subijciatur.*
23 *An sit excommunicatus conficiens Instrumentum vsurarium.*
24 *Et quando.*
25 *Et an possit absolui ab Episcopo.*
26 *Et teneatur ad restitutionem.*
27 *Et quid si Vsura sit tantum palliata.*
28 *Confessarij Notariorum quæ illos monere debent.*
29 *Acta Tabellionis, vel Notarij putatiui nullius valoris.*

1 Licet & quæ dicta sunt superius de Aduocato possint etiam, imo debeãt fere omnia extendi ad Procuratores ex Causidicos vt dicit S. Antonin. tit.6. c.3. §. in fine, cum militet eadem ratio, nihilominus alia quoque particularia aduertenda sunt

sunt Procuratoribus magis spectantia ad
1 illos, quarum Primum est quod † Procurator aduertat ne vsurpet munus Aduocati in præiuditium eiusdem capiendo lucrum pertinens ad illum, & in præiudicium etiam clientis euenire potest non habendo sufficientem scientiam aduocandi; quare peccat grauiter cum obligatione restitutionis secundum qualitatẽ damni quod ipse ex hoc tam vni, quam alteri affert. ita Tolet. in sum. cap.62. in fine. Reginald. lib.25. cap.56. nu.680. vers. quarto, & S. Antonin.d.c.3.§.8.ex c.tua de homicid.

2 Filliucius vero to.2.tract.41.c.10. n.297. & Bonacin. Decalog.præcept.disp.10. q.3. punct.4. n.15. tenent quod quando est sine præiudicio clientis, & Procurator sit satis eruditus, potest sine peccato aduocationis officium exercere; nisi aliter sit de cõsuetudine; vel de promissione ipsorum in Collegijs. Vide notata per Tolet. lib.5.c. 61.n.5. & 8. Et ratio est quia nullum ius violatur, nullique fit iniuria; vnde potest etiam accipere salarium huius muneris, & est opinio tuta in conscientia.

3 Et nota quod Reginald. lib.25.n.680.dãnat illos Procuratores, qui Notariorum Instrumenta, & Aduocatorum, consilia faciunt, & rogant dd. Aduocatos vt subscribant tamquam si gesta fuissent per ipsos notarios, & Aduocatos, & producta subscriptione modicam mercedem soluũt, quam ipsi recipiũt existimantes melius esse parum lucri habere quam nihil, & Bonac. vbi supra eos excusat, nisi adsit præiuditium partis ob paruam sufficientiam, vel modicam dignitatem personæ. Ego tamen dicerem quod nisi inducant per sugestionem, promissionem, metum, & simile Clientes, & illi sponte consentiant, & adsit moralis sufficientia, nullo modo peccant; vel, licet dicti Clientes manifeste ignorent de dicta Industria Procuratoris potest præsumi, quod si scirent, libere cõsentirent, & tunc non peccarent; & hoc tutius iudica in conscientia; quia sic non videtur illi facere iniuriam, nec causare dãnum, cum idem sit quoad eorum vtilitatẽ, quod ipsi faciant, vel Aduocati, dummodo recte faciant.

4 Secundum est ne tot causas procurent quod non possint intra fines debitos producere, nisi clientes sciant, & tamen instent quod acceptent, aliter cum damno illorum peccarent mortaliter, & tenerẽtur ad restitutionem, quod sæpe ob hanc causam euenire solet vt dicunt supracitati Doctores, quibus adde Zambell. Resolut. cas. cosc. in Verb. Procurator nu.2. & 6. Reginald.lib.25.c.56. n.680.& hic aduertant Procuratores pro deffensione eorum cosciẽtiæ quod tenentur omnia damna resarcire quæ per ipsorum negligentiam, imperitiam, vel culpam Clientibus eueniunt.

5 In reliquis videant ea quæ supradiximus de Aduocato tam in procurandis causis iustis, quam in non inducendo clientem vel testem ad negandam falsitatem; ad inducendas partes ad iniquam concordiam; ad peruertendos Iudices; ad accipienda salaria iusto maiora, & similia, † & hic nota
6 quod si litigans non conduxit Procuratorem sed hic sponte se ingessit in causa illius, non potest d.Procurator absolute mercedem exigere, quia negocium alienum suscepit tantum ex charitate; poterit tamen retinere pretium damnorum, quæ ipse accepit ex dicta lite, quia Iustitia non patitur, vt quis ex benefacto reportet damnu sine rationabili causa, sed si nihil damni recepit vel lucri cessantis, vel ipsius dãni emergentis, nihil sibi poterit retinere post litis victoriam. ita Panorm. in c. finem litibus nu.30. de dol. & cont. quem refert & sequitur Reginald. d.lib.25. cap. 56. num.682.

7 Circa vero ea quæ ad Notarios pertinent illud in primis aduertere debent pro eorum cosciẽtiæ deffensione, vt obseruent recte & fideliter omnia ea quæ in Principio officij promisserunt & iurauerunt, ne periurij crimen incurrant & teneantur ad pænas & ad restitutionẽ damnorum. Præsertim autem in criminalibus aduertant vt non modo recusent dare Processus, aut scripturas quãdo legitime hoc ab eis exigitur, sed etiam vt in eis nihil addant aut imminuant, sed sincere, & fideliter se habeant, aliter pęna falsarij tenẽtur cũ obligatione ad omnia damna, & interesse parti aduenietia vt notant Reginald. d.lib.25.c.57. n.688

n.688. & Bonac. tom.2. disp. vlt. quæst.1. púct.1. per totum post Guazzinum Patrem meum part.2. diff.24. c.3.nu.14.

8 Item quod habeant scientiam mediocrem saltem earum rerum, quæ ad suum officium pertinẽt, nec ignorare clausulas necessarias solitas poni in instrumentis, & diligentiam adhibeant moralem, ita vt pars nõ patiatur damnum, vel per amissionem Protocolli ex sua culpa, vel per omissionem diei, aut alicuius actus in processu, quia per hoc solent causari multa dãna in causis & litibus, & eorũ cõscientiæ in magno discrimine salutis ponũtur, vt bene notat Angel. in Verb. Tabellio §.6. cũ alijs Sũmistis, & S.Anton. p.2. tit.6. c.3. cum Nauarr. cap.25. nu.25. & 52. seqq. Petrus Nau. lib. 2. de restit. c.5. nu.11. seqq. Tolet. lib.5. Instruct. Sacerd. cap. 61. & Reginald. d. lib.25. cap. 57. sect. 1. num.684. Bonacin. in præcept. decal. disput.10. quæst.3. p.vlt. num.1. seq. Bass. Verb. Notarius num.4. tr.Flor. tot. Theolog.

9 Tertio quod nihil faciant directe vel indirecte contra libertatem ecclesiasticã, quia vltra peccatum sunt etiam excommunicati c.nouerit, & c. grauem de sent. excomm. Ang. in Verb. excommunicatio in 7.cas.5. Silu. eo.nu.21. in 9. Tab.5. in casu 20. & Reginald. lib.19.c.23.sect.vlt. Ideo Concil. Trid. sect.22.c. 10. sanciuit vt Episcopus possit sufficientiam Notariorum scrutari, & eos reppellere, si minus idoneos inuenerit à negotijs ecclesiasticis, vt notat etiam Panorm. in c. 1. de fid. Instr. Ang. in Vèrb. Tabellio. nu.6. & Filliucc. tom.2.tract.40. c.10. quæst. 10. n.298. & seqq.

10 Quarto vt seruent apud se originale omnium Instrumẽtorum, neque ipsum dent alicui sed petentibus concedant solummodo transumptum, quod tenẽtur apud se diligenter custodire, & redigere eum in registrum, vt vim semper, & authoritatem habere possit & reponant in Archiuio iuxta Constitutiones & Decreta Summorum Pontificum maxime Vrbani VIII. & hic aduertant quod si alicui detrimentum ex eo obueniat, vel quia originale non inuenitur, vel quia non sit extensum, & vim non habeat, tenentur ad omnia damna, & interesse, sed væ væ miseris; ita Tolet. lib.5.c. 61. & Reginald. d.cap.57. num.686. cum alijs communiter.

11 Quinto aduertant Notarij ne pro illis actibus qui nullum habent pretium, exigãt stipendium, & pro alijs nihil exigant vltra statutum, siue taxam, quia tenentur ad restitutionem c.statutum §. notarium de rescript. in 6. Concil. Trident. sess. 21. de reformat. c.1. sed heu quantæ inuentiones, prætextus, & simulationes pro exigendis stipendijs in perpetuum detrimentum ipsorum conscientiæ.

12 Hinc Aduertant Notarij Episcoporum ne aliquid ex illi titulo vel laboris, vel expensarum accipiant pro Licentijs ad audiendas Confessiones Sacramentales, Administranda sacramenta, ad deseruiendum beneficijs, ad sepeliendum defunctorum corpora, ad celebrandam primã Missam, ad colligendum elemosinas, etiam mandata publicandi ordinandos in ecclesijs, nam adest Decretum sacræ Congregationis quod in ijs nihil accipiant, etiam pro scriptura, teste Dian. p.5. tract.13. miscell.1. resolut.70. Et Barbos. de iur. eccles. lib.... c.... n.... In alijs vero, vt pro litteris testimonialibus, pro quæstuandis elemosinis, & similibus, si eis nullum salarium constitutũ fuerit, congruam tãtum sui laboris mercedem exigãt vt ex Conc. Trident. sess.23. c.15. notant idem Diana, & Barbosa locis citatis. An vero accipiens aliquid pro dimissorijs, vel pro sigillo vltra taxam Cõcil. Trid. 21.c.1. de reform. sint tamquam simoniaci excommunicati? Vide Bonacin. de excomm. extr. Bullam disp. 2. q.3. punct.24.nu.15. qui probabiliter affirmat nisi sit post collationem ordinis nullo ante præciso pacto.

13 Sed hic non desinam notare quoddam Decretum Sacræ Congregationis super Episcopos, & regul. negocijs editum die 10. Aprilis 1615. & directum Illustrissimo D. meo Torniolo tunc temporis Episcopo Ciuitatis Castelli quod ego vidi ex Cancellaria dictæ Ciuitatis signatum manu publica Notarij, quia & refert illud Romæ inuenisse Barbos. de iur. Eccles. lib.1. cap.11. num.72. In quo inter alia Episcopo imponitur, quod à suis Notarijs obseruare faciat taxam Gregorij Decimitertij, etsi aliquam aliam taxam

denuo cõstituere vult nopossint nisi iuxta illá d. Gregorij,& quod Notarij pro labore in concedendis licentijs quæstuandi pro locis pjis,non exiga nisi grossum vnum pro qualibet licentia, & in alia directa Vicario Apostolico Ciuitatis Castelli 4. Septembris 1595. declaratur non posse notarios Episcopi participare de pænis criminalibus, vt notat idem Barbos. loco citato. num.131.

14 Quinto aduertant ne dicta testium, aut respõsiones Reorum in Criminalibus absque Iudicis decreto partibus patefaciant, aut acta abscondant, vel reiceant quando necessaria sunt patefacere, vel cum parte aliqua se concordent lucri vel amicitiæ causa, quia tamquam falsarij, infames, ac Periurij puniendi sunt, vt est in Bulla Pij V. edita anno 1568.incip. licet contra in nouo Bullar. cart. 264. quæ innouat pœnas l. Corn. de fals.& addit alias etiam vltimi suplicij, & S. Antonin. p.3. tit.6. §.3.cap. 3. nominat eos inhumanos. Vide Nauar. c.25. nu.53. Tolet. lib.5. c.6. nu.5. Reginald. lib.25. c.57. num.186. Sayr. in Clau.reg. lib.12.n.8.& 9.cap.25. Bonacin. vbi sup.d.punct. vlt. nu.3.

15 Quæres modo ad quid tenentur Notarij non seruantes supradicta, & accipientes aliquid supra taxas vt adnotauimus? & Respondeo quod si fuit in notabili quantitate quod acceperunt, peccãt mortaliter & tenentur ad restitutionem, & de certis debent Dominis restituere, de incertis vel pauperibus, ita Bonacin. tom.2. disp.vlt. q.1. punct.1. num.6. vers.addo Reginald.

16 d.lib.25.num.693. † qui etiam addit quod si dubitetur an quod ei datur supra taxam, gratis ei detur, peccat recipiendo vt pote agens contra conscientiam, & exponens se periculo peccandi contra Iustitiam & faciunt etiam quæ dixit d. Reginald. in lib. 10. c.11. Bass.in Flor.tot.Theol.verb. Notarius n.5. cum alijs per eum citatis & Roderiq. p.2. cap.2. in summ.

17 Limita quando pretia taxata essent propter antiquitatem tam parua, quod modo iniusta viderentur arbitrio boni viri, sed in hoc caute procedant ne auaritia ducti decipiantur Vide S. Antonin. p.2. tit.10.c. 6.§.6.Azzor.p.1.lib.11.c.8.q.8.Codronch. de tut. ac Christ. med. rat.lib 1.c.39. Molin. lib.5. de Iustit. disp.83. Menoch. de arbitr. lib.2. cent.6. c.519. Sanch. De præcept.lib.3. c.14. n.14.

18 Secundo limita in donis sponte,ac libere datis nisi sit speciale statutum hoc prohibens,& tunc peccarent, sed non essent obligati ad restitutionem, quia lex videtur prohibere receptionem, non autem iubere restitutionem rei acceptæ, & Notarij non retinẽt contra voluntatem Domini,P.Nau. lib.3. c.3.n.15. de restit. Rodriq. p. 2. c.2. Filliucc. vbi supra n.301.Tolet.lib.5.c.71. ad finem & alij apud Sayr. in Clau. Reg. lib.12.c.25.n.18. & de Censur. lib.13. c. 19. n.18. contra Salon. 22. q.71. in fine,& Medin. lib.1. c.19. §.6. Vide etiam Reginald. d.lib.25.nu.142. Bonacin. in Decalog. Præcept.disp.10. q.3. punct.vlt.nu.7. & Bassæum loco citato num.vlt. Sed aduertant quod dolose non inducant dictos sponte dantes; vt scilicet retardando scripturas quoadusque illi donent; & simili.

19 Tertio limita in his casibus. primo si auctus est labor supra his quæ ex lege Iustitiæ debebat. secundo quando datur respectu personæ, vt pote quia amicus, vel excellentior. tertio vt si qui offert esset vir magnæ qualitatis vt Princeps. quarto quãdo, vt citius scriberet cogeretur noctem insomnem ducere, vel alios perpeti labores. quinto si ad locum distantem, & eo magis hora importuna proficisci cogeretur. sexto si operam suam officio suo extrinsecus impertiret vt pro componenda lite vel simili. ita docent Sayr. in Clau. reg. lib. 12. c.25. n.19. Reginald. lib.25. n.143. & part.1. lib. 10. c.11. n.143. Homobon. de statib. p.2.c.6. nu.4.& Egid.Bass.vbi supr. nu.vlt. in fine.

20 Quinto aduertant octo casus in quibus errare possunt dd.Notarij notati à D. Antonino loco citato §.6.quæ libenter ad verbum hic ponam,vt ex dictis tam sancti Archiepiscopi melius aduertant, & credant veritati pro deffensione eorum coscientiæ. Primus est quãdo conficiuntur Instrumẽta inepta, confusa seu deffectiua, & non habẽtia debitas solemnitates, secundus quãdo ex certa scientia conficiunt falsa Instru-

stru-

strumenta, & tunc à legibus grauiter puniuntur. Tertius si ex malitia occultant scripturas & præcipue ad instantiam aliorum quibus obsunt. Quartus quando perpendunt cõtractum fieri per extorsionem vel fraudem, & tamen rogant, & non declarant factum illi, qui non intelligit. Quintus quando componunt Vsuraria Instrumenta. Sextus quando rogati de aliquo Instrumento, nolunt ne displiciant amicis, vel potentatibus, & alius Notarius aperte non potest inueniri. Septimus quando pauperibus non habentibus vbi soluant nolũt rogari de Instrumentis, vel confecta nolunt eis dare in publicam formam vt possint se in Iudicio iuuare. Octauus quando de ministerio suo nimium salarium extorquent, in quo attenditur labor, industria, quantitas causæ, taxa, & consuetudo. In his omnibus vbi adest damnificatio dicit S. Antoninus tenentur ad satisfactionem læso ex c.fin.extr. de Iniur. & dam.dat.& ita etiam dicit Reginald. d. lib.25. & nu.
21 687. Vide etiam Nauarr.c.25.n.52. seq. † qui etiam ponit ea quæ à dictis Notarijs iurãtur in eorum Creatione.s. Quod conficient Instrumenta de quibus rogati fuerint nil veritatis tacendo, vel falsitatis miscendo. Secundo, quod non reuelabunt quod secreto ipsis commissum fuerit nisi iusta de causa. Tertio quod non conficient scienter aliquod Instrumentum Vsurarium, nec de alia re quouis illicita. Quarto quod retinebunt apud se de omnibus Instrumentis Protocollum, seu registrum. Quinto quod erit fidelis ei à quo fuerit vocatus admonendo ea quæ sciuerit in eius damnum urgere, & Vltimo quod nullo amore, spe, aut odio abutentur officio suo. De quibus uide etiam Host. in c.sicut de Cler. recepe. & Io.Andr.Panormit.& alios. Fernand.p.4.cap.13.§.2. Couarr.cap.9.pract.qq. & c.24.n.52. Carbo.q.51.de restit. Medin.lib.1.c.16.§.5.Bursatt. cons.149. n.6. & Abb. in c.sicut te extr. ne Cler.

22 Sexto aduertant ea quæ posita sunt in reformationibus summorum Pontificum præsertim videantur ab eis Bullæ Pij V. 44.cum alia quæ est 58.Greg.XIII.quæ est 26.confirmatæ, declaratæ, & auctæ à Paulo V.constit.71. pag.274. in nouo Bullar. cum alia postea edita anno 1612. declaratoria primæ incip.cum sicut accepimus vbi ponit 127. Regulas quibus vti debent in eorum officio exercendo.

23 Sed quæres in quam pænam incidat Notarius Instrumẽtum conficiens vsurarium? & Respond. plerumque in excommunicationem per Clem. vnicã de Vsur. vbi glos. Et notant Summ. in V.excomm.vt est Ang. in 7.cas. §.43. Silu. n.82. Tab. nu.50. Caietan.n.51. S. Antonin. p.3. tit.25.cart.39. Nau. c.25. n.22. §.42. Suarez tom.5. in 3. part. D. Thomæ disput.33. excomm. 9. Reginald. lib.24.n.490. Bonacin. in præcept. Decalog. disp.10. q.3. punct. vlt. nu. 4. vers. an vero peccat.

24 Dixi plerumque; quia non semper incidunt in dictam excommunicationem vt videre est per Tolet. in Summa lib.5.c.61. nu.5. cum Silu. Verb. vsura 7. q.7. & Io. Medin. q.4. de reb. per vsur. acquis. qui dicunt quod Notarius non peccat nec tenetur ad restitutionem si conficit Instrumentum Vsurarium explicando solum veritatem, & nihil aliud agendo, quia scriptura illa non dat causam exactioni, & acceptioni vsurarum. Azzor.vero lib.8.c.2[illegible]. q.16. dicit quod si Notarius conscribens Instrumẽtum vsurariũ inter fidelem & Iudæũ, si à Iudæo vocatur, peccat, si à Christiano, nõ peccat. Rebell.2.p.lib.8.q.16.sect.2. Less. lib.2.de Iust.cap.20. dub.21.n.180. & sic non peccando nec incidit in excõmuni-
25 cationem; † quæ tamen potest ab Episcopo absolui vt dicit idem Toletus loco citato quibus adde Thesaur. de pæn. Ecclesiast. p.2. cap.6. qui multa alia circa pænas contentas in d. Clem. vnica de Vsuris declarat. Intellige tamen solum incurrere in d. excommunicationem quando conficit, Instrumentum Vsurarium iuxta statuta edita à Dominis temporalibus permittentibus, ita DD. citati.

26 Secundo quæres an sit obligatus ad restitutionem? & respondeo negatiue, quia ex tali Instrumento Vsurario non accipitur authoritas repetendi vsuras; cum sit per se ex ipso iure nullum ut notat Salas de leg. dub.44. n.7. & post eum Zambell.
27 resolut. cas. cons. V.notarius.nu.5. † Nota vero quod si faciat Vsurarium non manife-

nifestam sed palliatam vsuram continens non est excommunicatus Notarius, sed peccat mortaliter & tenetur ad restitutionem quam tamen facere non tenetur, si faciat rogatus à parte læsa, quæ indigens pecunia consentit in contractum vsurarium eius, qui non vult dare mutuo nisi per vsuras. Reginald. lib.25. nu.490. & alij vt supra.

28 In reliquis aduertant Notarij omnia diligenter agere & Confessarij Notariorum aduertant quæ sint eorum partes, vt notat Lazzar. de monitor. cap.99. sect.2. q. 16. ad effectum non illaqueandi animas eorum, nam peccant mortaliter, & sunt periurij, & ad restitutionem tenentur. Vide Graff. decis.aur. lib.2. cap.57. num.21. P.Nauar. lib.3. de rest. c.3. 11. Nauar. c.25. num.94. vbi de peccatis notariorum, & Homobonus. de bon.tract. de Statib.Hum.Vitæ p.2. c.6. num.4. cart. mihi 459.

29 Nota hic obiter quod gesta à Tabellione vel Notario putatiuo non valent, quia talis à nullo est creatus. Bald. & Ias. in l. Barbatius num.45. ff.de offic.Præt. & sequitur nouissime Io.Valer. de diff.vtr.for. V.nullitas diff.7. num.4.



LIBER SECVNDVS DE IVDICE.

INDEX

Deffensionum, & Capitum.

Cap.36.

LIBER SECVNDVS

DE IVDICE.

DEFFENSIO PRIMA.

Circa Iurisdictionem Iudicis.

CAPVT PRIMVM.

Quomodo sit necessaria in Iudice iurisdictio.

SVMMARIVM.

1 *Quot Personæ concurrant necessario ad formandum Iudicium.*
2 *Iudex est Basis Iudicij.*
3 *Differentia inter Iudicem, Arbitrum, & Arbitratorem.*
4 *Arbitrator non est Iudex, & ideo non debet sequi formam Iudicij, & num. 5.*
6 *Laicus non potest esse Arbitrator in causa spirituali.*
7 *An Religiosus possit esse arbitrer vel Arbitrator remissiue.*
8 *Quomodo cognoscatur an quis sit arbitrer, vel Arbitrator.*
9 *Quid sibi vult hoc nomen Iudex.*
10 *Iudex alter ecclesiasticus, alter sæcularis, & quomodo.*
11 *Iudex ordinarius & delegatus quomodo differant inter se.*
12 *Iudex debet habere iurisdictionem, & qualem.*
13 *Iurisdictio accessoria quæ sit?*
14 *Quomodo Iudex potest punire non sibi subditos, & nu. 15. 16. 17.*
18 *Qui sint Iudices competentes, incompetentes, & prorogabiles.*
19 *Differentia inter potestatem, facultatem, ius, dominium, & titulum.*
20 *Quomodo, & in quibus modis quis efficitur alteri subditus.*
21 *Iudex quomodo peccat iudicans exemptos, & nums. 22. & 25.*
23 *Iudex non potest exercere iudicium in Ecclesia, non in die festo, & num. 24.*
26 *Allegati exemptionem ipsi incumbit probare.*

27 Re-

27 *Religiosi degentes extra Monasterium ab Ordinarijs puniuntur.*
28 *An Religiosi possint subijci iudicio ordinariorum remissiue.*
29 *Quod peccatum committat Iudex vsurpando iurisdictionem aliorum.*
30 *Sententia lata à non habente iurisdictionem inualida est.*
31 *Defectus iurisdictionis est exceptio nullitatis.*
32 *Iudex sine iurisdictione competenti iudicans tenetur ad restitutionem.*
33 *Amplia tam de Iudice quã de parte sciente.*
34 *An quis possit esse Iudex in causa propria.*
35 *Vir doctus in foro conscientiæ potest in re dubia sibi ipsi declarare.*
36 *Enumerantur peccata Iudicum.*

1 SEptem Personæ concurrunt ad perfecte formandum Iudicium. Aduocatus, Procurator, Notarius, Iudex, Actor, Reus, & Testis. Tres primi dicuntur adesse per accidens, quia magis remote se habent, & sine ipsis & Iudicium stat, & de ijs iam dictum est. Alij vero quatuor stant per se, & sine illis Iudicium fieri non solet, vt bene notat Sot. lib. 5. de iust. q. 4. art. 1. & Bonacin. tomo 2. disput. 10. quæst. 2. vers. ad iudicium publicum, & de ijs dicendum est in sequentibus, & primo de Iudice, vt persona principalis & nobilior in ipso iudicio, vt notant DD. in Rubr. tit. de Iudic. & in c. forus de Verb. signif. & sequitur Sayr. in Clau. Reg. lib. 13. c. 7. Azzor. p. 3. lib. 2. c. 12. Maldell. 2. 2. tract. 6. c. 1. Reginal. in prax. for. pœnit. lib. 25. c. 54. Homobon. de Bon. tract. de stat.
2 hum. Vit. p. 2. c. 3. † Dicitur n. Iudex Imperator, Dux, Basis ac fundamentum iudicij ita Pater meus deff. 1. c. 1. n. 1. cum alijs per eum allegatis.
3 Et differt ab Arbitre, & Arbitratore. Arbitrer. n. licet eius arbitria ad iudiciorum nomina redigentur l. 1. ff. de recept. Arbiter non est proprie Iudex; eligitur. n. non à Potestate publica, sed à parte priuata, vt procedat iuris ordine seruato, & secundum ius: Ideo in l. 1. ff. de Arbitr. dicit, quod arbitria reducta sunt ad instar iudiciorum & ita colligitur ex l. si societatem §. Arbitrer. ff. quo socio. & tradit Innocent. in c. Quintauallis n. 4. & 5. de iure iurando, & ibi etiam Abb. n. 7. Sylu. Verb. Arbitrer. q. 3. & Summistæ omnes eo Verbo, Sanch. de præcept. dæc. tom. 2. lib. 6. c. 13. nu. 52.
4 † Arbitrator vero nõ solum nõ dicitur propriè Iudex, sed neque quasi Iudex; nam solum eligitur tamquam amicabilis compositor, & vt procedat extra Iudicium, & partes componat. Ita ex text. in cap. nisi essent de Præbend. & docet Rosell. V. Arbitrer nu. 6. Ang. eo. n. 6. Siluest. q. 2. differ. 20. Tabien. q. 9. nu. 13. Armil. nu. 8. Alciatus & alij quos refert Menoch. de
5 Præsumpt. lib. 2. præsumpt. 76. n. 14. † Vnde Arbitrator non debet sequi formam iuris vt Arbitrer. Emman. Sa in Aphorism. verb.
6 Iudex n. 23. † Vbi etiã subdit, quod non per hoc Laicus potest esse Arbitrator in causa spirituali, neque arbitrer sine licentia Episcopi. Quomodo vero cognoscatur Arbi-
7 ter, ab Arbitratore † & Religiosus an possit esse Arbitrer vel Arbitrator. Vide Sãch. vbi sup. d. lib. 6. c. 13. & Tabien. V. Arbitrer nu. 3. Qui ponit inter eos quinque differentias, licet sæpius hæc nomina confundantur vt bene notat Bonac. tom. 2. disp. 10. q.
8 2. nu. 2. vers. ex quo † & ideo ad cognoscendum an is in quem compromittitur, sit Arbitrer, non est attendendum Nomen sed potius modus compromittendi, & potestas, quæ traditur a parte, ita Panorm in d. c. Quintauallis n. 7. de iureiur. Siluest verb. Arbitrer quæst. 3. Sanchez vbi sup nu. 53. & alij.
9 Iudex igitur, qui ius dicens significat, est persona publica ad hoc constituta, vt secundum legis præceptum, vel loci consuetudinem populo, & personis ius dicat, ita colligitur ex c. forus de verbor. significat. & notatur per Paulum Laym. lib. 3. tract. 6. de iudic. c. 2. nu. 1. cart. mihi 231. & Medin. p. 1. q. 59. art. 1. in exposit. vers. sed videamus vbi dicit, quod Iudex est is qui ius dicit, si iurisdicendi potestatem habeat, vel ex se, vel ab alio: iudicare autem est ius dicere super controuersijs: iudicium vero est iuris, iustique deffinitio. Vide etiam Tab. V. Iudex num. 1.
10 Hic est in duplici differentia: Alter dicitur Ecclesiasticus, alter secularis: Ecclesiasticus habet potestatem ordinis, & iurisdictionis siue in foro exteriori, siue interiori:

teriori: secularis vero tantum in foro exteriori circa res sæculares. Ita Regin.tom. 2.lib.32.c.5. n.26. & istorum alij sunt ordinarij, & alij delegati. Ordinarij sunt illi qui tanquam ex officio Vniuersitati causarum præsunt, siue proprio iure, si est supremus Iudex, siue ex Principis beneficio, si est subordinatus. Delegati vero sunt illi quibus vices suas Ordinarius cõmittit: siue ad vniuersitatem causarum, siue ad specialem caussam terminandam, ita ex Text. in l.solet. cum seqq. ff. de iurisd. omn.iud. Et notant Couarr. vers.3.prop.20. n.6. Azzor.p.3.lib.13.cap.13.Suar.de Censuris.tom.3.disp.2.sect.2.Filluc.tract.11.q.6. c.2. Bonac. tom.2. disp.10. q.2. punct.1. num.30.

12 Sic stantib. Dico hoc primũ esse summopere aduertendum Iudici pro deffensione suæ conscientiæ, siue sit ecclesiasticus siue secularis an habeat competentem iurisdictionem, scilicet an ordinariam, an delegatam in causis, de quibus decidere, Iudicare aut sententiare debent. Nam cum Iudex, sicut diximus, aliud non significet quam Iusdicens, vt notat etiam D.Antoninus p.3. cap.6. lib.3. Quomodo ius dicere poterit qui in alios de iure dictum ius non habet? Et certum est quod nemo potest iudicare, nisi habeat vim coactiuam per quam vtraque pars compellatur ad seruandum suam sententiam, alioquin iudicium non est efficax; & istam vim coactiuam non habet licite in rebus humanis, nisi ille, qui fungitur, publica potestate, siue ordinaria, siue delegata, sed superiore respectu illorum; in quos sicut subditos potestatem recepit.sic cum d.Th.2.2.q.71.a.c.de comm. DD. opinionem testatur. Filliucc. tract.40.c.6. nu.154. quibus adde Graff.decis.aur. p.1.lib.3. c.6.nu.1. Iulium Caluum Sinach.Cur.anim. p.2. q.61.nu.1. Sot.lib.5. de iust.q.4.n.1. Less. lib.2. c.29. dub.6. Clau.Reg. lib.12. c.5.

13 Et nota quod præter d.iurisdictionẽ ordinariam vel delegatam est & alia, quæ Accessoria dicitur, & hæc est ratione delicti; quando quis in alieno territorio deliquerit, tũc enim Iudex illius territorij acquirit in eo iurisdictionẽ; & ab eo puniri potest, c.postulasti. & c.fin. de for.compet. Et Ratio est quia exemplum & timor qui sumitur, ex delicti punitione necessarium est quod concipiatur, vbi fuit scandalum; & quia illi Ciuitati vel Populo facta est iniuria, & melius ibi quam alio loco potest examinari delictum. Ita Sanchez. opusc.moral.lib.6. c.1.dub.15.n.1.Et tex. in c.1.de Rapt.Clement. Pastoralis de Iudice cum Couarr. pract. qq.c.11.nu.6.

14 Vnde infertur quod qui mandat aliquod delictum committi in alieno Territorio, puniendus est in loco, vel delictum fuit commissum, licet ibi non habeat domicilium vt dicit Pater meus deff.p.c.14.super quæ vide Bonaco.tom.2.disp.1.q.1. punct. 6. qui dat ex intelligentiam huius materiæ, cum aliis per eum allegatis.

15 Secundo infertur quod Alienigena, qui deliquit in Territorio Episcopi extranei euadit eius subditus, & potest ab eo excommunicari, dummodo maneat in eius diœcesi; vel & in sua propria, si post citationem discessit, vel in ea citetur postea à proprio Episcopo ad requisitionem alterius, quod faciendum est ab eo. Notant DD. in c.fin.de for.compet. quos sequitur Hurtad. de Censur. disp.6. dub.2.q.3.cum aliis citatis à Diana p.5. tract.9. resol.36.

16 Tertio infertur quod delinquens in Cõfinio duorum Iudicum, potest ab vtroque puniri, & similiter existens in vno Territorio, & iacens ictum sclopi in existentem in alio Territorio, potest ab vtroque puniri, & est locus præuentioni, quia in vtroque deliquit. Iulius Clar. pract. crim. q. 38.n.9. Gutier. pract.ciuil.q.1.n.19. lib.3. Nald. in sum. Verbo mixtũ nu.1. vers. vel tiam dicitur.Sed limita in Iudice Ecclesiastico pro inferendis pænis spiritualibus, vt infra dicemus.

17 Quarto infertur quod is, qui facit iniuriam alteri, si non puniatur à suo superiore, iudicari potest à Iudice, cui subiectus est ille, qui passus est iniuriam, tunc enim videtur habere potestatem necessariam in eum ratione iniuriæ illatæ in subditum Less.de iust.lib.2.cap.19.dub.6. Quem sequitur Bonac.tom.2. disp.10.q.2. punct.1. num.4. vers. secundum cum.

18 Sed ad maiorem intelligentiam supradictorũ aliqua aduertenda sunt primo quod

Iudex

Iudex tripliciter considerari potest. Alij enim dicuntur simpliciter competentes: alij incompetentes, sed prorogabiles: Alij incompetentes & improrogabiles. Simpliciter competentes sunt qui secundum ius absque vlla prorogatione vel consensu litigantium adiri possunt, & debent, ita vt simpliciter illorum forum competens sit, qualis est Iudex illius loci. per text. in l.2. ff. si quis in ius vocat. Incompetentes sed prorogabiles sunt illi, quorum iurisdictio prorogari potest: vt est Iudex ecclesiasticus respectu secularium. Nam licet incompetens sit Iudex ecclesiasticus in causis temporalibus respectu laicorum c. cum ad verum. dist. 86. Attamen si in illum laici consentiant, competens efficitur l. Episcopale. C. de Episcopis. Incompetentes vero & improrogabiles sunt illi qui omnino incapaces sunt & prohibiti directe ad cognoscendũ de illis. Etiã si partes consentiã. Vt sũt seculares respectu spiritualium. C. si delegat. & c. signific. de for. cõp. Vnde sequitur quod ad effectũ cognoscẽdi de causis incidẽtibus; illi qui omnino vetiti, & incapa es sunt nequeũt cognoscere Anton. in c. cũ Ecclesia n.11. de caus. posses. Capt. decis. 7. nu. 4. Barbos. de pot. Episc. p.3. alleg. 7. nu. 4.

19 Secundo aduertendũ, quod aliud est potestas, aliud facultas, aliud ius, aliud dominium, & aliud titulus, quæ omnia in Iudice sunt aduertẽdæ. Potestas. n. conuenit omni, qui vim aliquam potest in aliquo negocio exercere, seu de eo disponere, iuxta textũ in l. Potestatis verbo ff. de Verbor. signific.

Facultas est minus latè patens, quam potestas, & quæ non significat omnino potestatem, sed tantumodo expeditam, aut nullo iure impeditam, & videtur hoc verbum deriuare à facilitate, & idem sit facultas, & facilitas; illa enim Rerum, hæc morum est, ita Festus de verb. signif.

Ius, in quantum quod significat nõ scientiam, sed potestatem quæ est coniuncta cum iustitia; nihil aliud est quam iusta potestas. c. Ius de verb. signif. Et conceditur à lege siue naturali, siue positiua; & ideo dicitur iusta, nam quæ non competit secundum leges, ius non est, sed iniuria.

Dominium est ius perfecte disponendi de Rè, nisi lege prohibeatur. Et titulus est causa & ratio, ex qua nascitur dominium. Vnde in Iudice debet considerari tam potestas, quam facultas, ius, Dominium, & titulus, sine quibus nõ est verè Iudex, & iurisdictionem competentem non habet. Vide tradita à Regina d. Prax. for. pœnit. lib. 25. tract. 1. c. 1. nu. 1. seqq.

20 Tertio aduertendum est quinque modis posse quempiã esse alteri subiectũ, vt ab eo iudicari & sentẽtiari possit secundũ Less. lib. 2. c. 19. dub. 6. n. 50. & à Filliuc. tract. 40. c. 6. nu. 155. to. 2. ex dicto Lessio replicatis. Primo ratione potestatis ordinariæ vt sunt omnes fideles Pontifici; subditi Episcopis; Ciues Regi, seu Domino suo. Secũdo ratione potestatis delegatæ vt Prouinciæ Legato Apostolico: & Ciues Gubernatori. Tertio ex consensu partiũ, & vocatur potestas arbitraria. Quarto ratione delicti, & quinto ratione iniuriæ illatæ subdito alterius, vt diximus sup. vide Sanch. opus. mor. to. 1. lib. 6. c. 13. n. 52. Bon. in Decalog. prec. disp. 10. q. 2. pũc. 1. n. 3. Quicũque igitur iudicat aliquẽ, qui in vno ex dictis modis nõ est ei subiectus peccat vsurpatioue Iudicij, vt dicit Azzor. p. 3. lib. 13. c. 13. Reginal. lib. 24. n. 641. Sayr. lib. 12. c. 7. Tol. lib. 5. c. 56. nu. 4. & Filliuc. vbi sup. vers. hinc patet; nemo enim potestatem habet, & sic consequenter ius dicere potest in non subditum.

21 Hinc infertur hoc modo peccare Iudices seculares audentes temerarie iudicare Clericos, vel res spirituales, quæ omnia sũt ab eorũ iurisdictione exempta non solũ iure humano, sed diuino, vt dicũt DD. per Bonac. loc. cit. num. 4. in fin. Et patet ex cap. si cõponatur dist. 96. & causa 11. q. 1. per tot. Et ex decretali de immun. Ecclesia, & ex Concil. Trident. sess. 23. cap. 20. de reform.

22 Secũdo infertur simili modo peccare Iudices tã seculares, quã Ecclesiasticos Reos extrahentes ab Ecclesia, & tenẽtur eos Ecclesię restituere, vt DD. late in c. inter alios de immun. Eccl. in quo vidẽdus est latissime post Patrẽ meũ in tract. ad defens. Reorũ. f. Anton. Dian. in resol. mor. qui doctissime & religiosissime hanc materiã pertractat; & Barbos. de immun. Eccl. lib. 2. c. 3. in tract. de iure Ecclesiastico, qui & omnes alios Doctores hanc materiam tractantes allegat, & nos inferius dicemus.

K Tertio

23 Tertio infertur simili modo peccare Iudices iudicium exercentes in Ecclesia: Nam eo in loco id faciendi potestatem non habent. c. decet ordinarij de immunit. eccles. in 6.

24 Quarto infertur contra exequentes dictum iudicium in die festo: Nam Placita, idest causæ fori iudicialis tam ciuiles, quã criminales prohibentur fieri in Festo c. 1. de ferijs. c. Placuit. 15. q. 4. c. decreuit. 23. q. 5. Immo irritantur si eo die fiant. l. vt in die. ff. C. de fer. & c. fin. eo. de qua materia tractant Aluar. de Planct. Eccles. lib. 2. c. 41. vers. 81. Filliuc. p. 1. lib. 1. c. 27. quæsit. 12. Suarez de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 2. c. 30. nu. 1. Reginald. lib. 19. num. 4. sed de hoc iterum erit sermo in fine.

25 Quinto infertur contra ordinarios, qui exemptorum causas discutere præsumunt in ijs, in quibus Concilium Tridentinum eos non subiecit. De qua materia latè tractat Barbos. de potest. Episc. allegat. 34. Lezana de Regul. & nouissime Pellizzar. eo. & Thesaur. de pœnis Eccles. p. 2. c. 5. nu. 8. V. Iurisdictio: Ego autem dico cum Sanchez. cons. moral. lib. 6. c. 1. dub. 16. Quod cum duplex sit exemptio: Altera personalis respiciens Personas; Altera localis respiciens loca; videndum est cui sit concessa exemptio. Nam si Personis: vbique exẽptæ sunt; si locis: In tantum eximuntur personæ in quantum in dd. locis commorãtur. Hodie tamen ferè omnibus Priuilegiatis, vt sunt Mendicantes, concessa est vtraque simul vt bene notant Præfati Doctores. In multis tamen casibus etiam in Regulares exemptos Episcopus habet iurisdictionem, vt est videre Henriq. l. 7. c. 24. nu. 2. & Barbos. loc. cit. alleg. 74. & est v. g. in loco nullius Diœcesis, quoad visitationes, si est vicinior; Quoad licentiam extractionis Reorum de loco sacro; & in casu præscriptæ iurisdictionis vel priuilegij. Thes. vbi

26 supra. Aduerte tamen quod alleganti exemptionem ipsi incumbit onus illam probandi. Vnde dum Iudici non est nota dicta exemptio, potest examinare dictæ exemptionis Priuilegia. Et exempti tenentur ea ostendere. Quod si non ostendant dato termino, potest Iudex ordinarius contra eos procedere. Est Text. in c. cum Personæ, de Priuileg. in 6. Et notant. S. Antoninus p. 3. c. 9. §. 1. Caietan. 22. q. 67. art. 1. Siluestr. Verb. exemptio. §. 56. & seqq. Riccard. 4. distinct. 18. & alij. † Item aduerte quod

27 dicti exempti si vitam agant extra Monasterium possunt puniri ab ordinario ob delicta, & conueniri apud eum in causis, notant præfati Doctores, & nos infra dicemus cum de Episcopi iurisdictione erit sermo.

28 An vero exempti possint subijci Iudicio Ordinariorum vide Sanchez. in Sum. lib. 4. cap. 39. per totum. Cui adde Bonac. de Cons. quæst. 21. punct. 1. num. 15. Sayr. lib. 3. c. 24. nu. 5. & Suarez disp. 21. sect. 2. num. 104. Cochier. de iurisd. in exempt. p. 4. q. 75.

29 Modo quæritur quod peccatum cõmittant Iudices alienam vsurpantes iurisdictionem, vel iudicãtes eos, qui subditi non sunt. Et respondeo quod peccant mortaliter; & in criminalibus, si spoliant Reum bonis; latrones sunt, & si eos condemnant in pęnam sanguinis homicidæ sunt. S. Th. 2. 2. q. 164. art. 6. Sot. lib. 3. de iust. q. 4. art. 2. & lib. 5. q. 4. art. 1. Iacob. à Graff. decis. aur. p. 1. lib. 2. c. 6. nu. 1. Nau. c. 12. nu. 22. Regin. lib. 25. c. 54. nu. 641. Et damnati per sententiam diffinitiuam sunt infantes, & consequenter irregulares, & in rebus Ecclesiasticis excommunicati. Vide nouissime Thes. de pen. eccles. p. 2. c. vltimo. Verb. vsurpatio. & Io. Val. de diff. vtr. for. Verb. peccatum differ. 29. num. 1.

30 Item lata sententia per eos inualida est. Quia nihil fieri potest sine potestate. Actus enim elicitur à potentia, vt dicit D. Thom. 2. 2. quæst. 60. & 67. art. 1. Caiet. Salon. & Arag. ibi. Valent. 2. 2. disp. 1. q. 11. Filliuc. tract. 40. cap. 6. q. 1. Azzor. p. 2. lib. 1. c. 12. Bonacin. tomo 2. disp. 10. q. 2. punct. 1. num. 1. Franc. Ghisler. de Iud. Reg. c. 2. Carbo. de restit. q. 51. Homob. de Statibus p. 2. c. 3. num. 9. & confirmatur à iure canonico in cap. & si Clerici de Iudic. vbi dicitur sententia à non suo Iudice lata non tenet. & c. animar. de Constit. in 6. Extra Territorium ius dicẽti non paretur impune tradit ex Iuristis late Reginald. iun. cons. 494. num. 1. seqq. cum Guazzin. Patri meo deff. 1. & notat Aluar. Pelag.

Pelag. de planct. Ecclef. lib. 2. cap. 41. num. 67.

31 Deffectus.n. iurisdictionis maxime censetur exceptio nullitatis, quæ impedit exequutionẽ sententiæ quãuis pro eius violatio ne altiorem requirat indaginem. Vide Paitellum Dominum meum Vicarium generalẽ Illustrissimi & Reuerendiss. Domini Francisci Boccapadule Tipherni Episcopi & Nuncij Apostolici apud Heluetios. In tract. Expeditionum ciuilium expedit. 95. nu. 16. cum alijs per eum allegatis.

32 Secundo quæritur, an teneatur ad restitutionem damnorum & interesse parti. & Respondeo affirmatiue contra Iustitiam enim peccauit, cum in alienam messem falcem miserit, ita DD. comm. in cap. super eo de officio Deleg. & Theologi ex Doctrina d. Th. 2. 2. q. 60. art. 2. & 6. Vide Tolet. summ. lib. 5. c. 57. Carthus. de Reg. Prin. c. 11. Anton. Ferrand. in examin. Theolog. moral. par. 4. c. 10. Less. lib. 2. de iust. & iur. c. 19. dub. 6. nu. 53. in fine. Boet. lib. 4. de consol. Philos. prou. 7. Homobon. de stat. p. 2. cap. 6. nu. 3. c. 422. Filliucc. vbi sup. c. 6. quæsit. 1. nu. 135.

Amplia quod cum fecerit iniuriam tam legitimo Iudici, cuius potestas, & officium sibi assumpsit; quam Partibus se ingerendo causæ illarum; tam vni, quam alteri tenebitur ad restitutionem damni, & iniuriarum, ita Less. vbi supra tit. de Iudic. lib. 1. c. 29. dub. 6. nu. 48. vers. Tertio authoritatem, & Bonacin. lib. 1. nu. 4.

33 Tandem nota, quod licet nemo possit esse Iudex in causa propria, nec sibi dicere ius, etiam si causa videatur esse clara, & sine dubio cap. ex parte de Verb. signific. Vbi DD. comm. & præsertim Speculat. tit. de Act. Vers. item, quod vult propria, & Aluar. Pelag. de planct. Ecclef. lib. 2. c. 1. nu. 41. vers. 54.

34 Attamen hoc fallit in Principe non habente superiorem vt est Papa, Imperator & Rex qui possunt in suis causis sententiare, & ita quotidie practicatur. Vt à simili de viro docto dicitur, qui in foro conscientiæ in re dubia potest sibi ipsi declarare, vt bene notant Ledesm. p. 1. q. 20. art. 4. Henriquez in summ. tit. de Pœnit. lib. 2. c. 22. §. 1. in final. in litt. P. quos citat & sequitur Io: Valer. in different. vtriusque fori. Verb. Iudex. differ. 9. c. 1. & seq. & Verb. dispẽs. differ. 7. & Verb. Possessio. differ. 5. cum alijs per eum allegatis. Barbos. de iur. Eccles. lib. 1. c. 2. nu. 68. ex notatis in c. 1. de immunit. Eccles. lib 6. Nald. V. Papa. num. 2. An vero vnusquisque teneantur suscipere compromissum, & esse Arbitrum. & Respondeo tunc in cosciẽtia obligari, quando diu litigatum fuerit, & non potuit dirimi lis, sine tali compromissu, & est sine proprio incommodo. Valer. de differ. vers. fin. verb. iurisd. disp. 14.

35 Non omittam, hic etiam pro deffensione animarum DD. Iudicem notare; quod docet Caiet. in Summul. Verb. Iudex scilicet peccata Iudicum principaliter esse quinque. Primum iudicium iniustum siue in toto, siue in parte. Secũdum iudicium, quod dicitur temerarium, quando scilicet sine sufficientibus testibus, documentis, & iuris ordine seruato, quoad necessaria iudicant, etiamsi inde euenerit iusta sententia; quia nõ debet iudicare nisi ex sufficientibus ad iudicium. Tertium iudicium quod dicitur vsurpatum, quando. s. vel non sibi subditũ, vel opus non sibi subditum, puta quia occultum iudicant. Quartum iniusta remissio pœnæ in damnum Reipublicæ, seu partis: nec excusat commutatio dictæ pœnæ. Nec pax à parte habita, quia Princeps est custos iusti. Vnde efficitur reus delictorũ inde consequẽtium. Quintum negatio, seu dilatio iustitiæ præsertim petitæ. Dico (petitæ) quia tenetur etiã nõ petitã iustitiam facere vigilando & inquirendo. Et quodlibet horum quinque peccatũ mortale est, quia iniustitia est, quæ de suo genere est mortale. Et adde quod etiam tot peccata committit, quot trãsgrediuntur ab eo prohibita à iure siue canonico, siue ciuili, siue municipali in rebus grauibus, & perniciosis. Ita Caietanus, cui subiungit Aluar. Pelag. de Planct. Eccles. lib. 2. c. 41. in fine post enumeratos nonaginta deffectus, in quibus possunt incidere Iudices contra canones, quod quandocunque Iudices vel per dolũ, vel per ignorantiam, vel per malitiam, vel per negligentiam, vel per metum, vel aliàs qualitercunque corruptus aliquid omittit de ijs, necessarijs, quæ debet facere in Iudicio,

dicio, vel fecit quod non debuit, in præiudicium partium, vel partis, tenetur eis ad damna, & interesse in vtroque foro, tam animæ, quam Iudicij, iuxta adnot. per text. in c. statuendo 2. q. 6. c. temerarium 11. q. 3. c. quoniam contra de Probat. & notat etiã Innoc. in c. in nostra de Procurat. sed de his omnibus inferius dicẽdũ erit diffusius.

CAP. II.

An Iudex excommunicatus dicatur vsurpare iurisdictionem, & an eius acta sint valida.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati sunt in triplici differentia.*
2 *Iudex excommunicatus occultus non peccat iudicando, & eius acta sunt valida.*
3 *Euitare publice excommunicatum occultum, est ei iniuriam inferre.*
4 *Iudex notorie excommunicatus, sed tolleratus peccat, sed eius acta sunt valida.*
5 *Contra Iudicem excommunicatum tolleratum potest excipi.*
6 *An peccet ita iudicando mortaliter.*
7 *Non peccat quando id facit coactus ob bonum aliorum.*
8 *Iudex Ecclesiasticus excommunicatus vitandus peccat iudicando, & eius acta sunt inualida limita, quando faceret officio iurisdictionis non propria.*
9 *Excommunicatus vitandus est inhabilis ad noua officia obtinenda.*
10 *Nec potest per se, vel per alium aliquid iurisditionaliter exercere.*
11 *Episcopus non tolleratus non potest approbare confessarios, & similia.*
12 *Assistere vero Matrimonio potest Parochus.*
13 *Iudex sæcularis vitandus peccat iudicando, & eius acta sunt nulla.*
14 *Amplia, vt ibi.*
15 *Limita vbi non habetur pro excõmunicato.*
16 *Quid dicendum sit de Arbitro, Arbitratore, delegato, & sub delegato, & nu. 17. 18. 19.*
20 *Acta facta à Notarijs, & Procuratoribus excommunicatis valent.*
21 *Instrumentum factum à Notario excommunicato potest annullari.*
22 *Quinam status Notarij considerari debeat ad effectum cognoscendi, & acta ab ipso facta possint annullari.*
23 *In conscientia non potest opponi contra acta Notarij excommunicati, nisi quando est suspicio fraudis.*
24 *Quando dicti Notarij peccent.*

1 PRæmittendum est, quod excommunicati sunt in triplici differentia. Alij sunt occulti; Alij publici, sed tollerati, & alij non tollerati. Occulti sunt quorum delictum ignoratur; Publici quorum delictũ publicum est, sed tollerati quia non fuerunt denunciati: Nõ tollerati vero, qui aut sunt publici percussores Clericorum, aut sunt publice denuntiati & nominati. ita DD. communiter.

2 His stantibus dico, quod Iudex excommunicatus, si excommunicatio sit occulta, & est tolleratus, non peccat iudicando, & eius acta sunt valida, quia nõ est priuatus, aut suspensus ab officio: soli. n. publici excommunicati suspenduntur ab officio per Canones, vt tradunt DD. in c. ad probandũ de sent. & re iudic. Et excõmunicatus occultus non est nisi occulte vitandus. c. cum
3 ab Homine de sent. excomm. † Imo fieret ei iniuria sic euitando, & detrahendo publice eius cõmunionem propter infamiam, quæ inde ei sequeretur, vt dicit Less. lib. 2. c. 29. dub. 7. n. 55. & dub. 8. n. 66. ex gloss. in d. c. ad probandum §. innodatus. & de commun. testatur Silu. verb. excommun. 3. nu. 3. & 5. licet in 2. nu. 1. putet contrariam esse veriorem. vide S. Anton. p. 3. tit. 24. c. 77. eff. 10. seq. Couar. in c. Alma Mater p. 1. §. 7. nu. 9. Sot. 2. 2. q. 2. art. 1. & 4. Riccard. in 4. sent. dist. 18. punc. 7. q. 1. Paludan. eadem dist. q. 4. & dist. 17. q. 6. art. 2. Valer. de diff. Vtr. for. Verb. nullitas diff. 6.

4 Si vero excommunicatio sit publica & notoria, sed tamen est tolleratus, tunc licet peccet, tamen eius Acta tenent, & sunt valida; & ratio est, quia ab Ecclesia prohibemur euitare tantũ publicè denũtiatos, vel notorios Clerici percussores; Cũ alijs vero excõmunicatis possumus tam in diuinis, quam in humanis rebus, tam publicis, quã priuatis cõmunicare, ita ex Concil. Constantiense notat Caiet. V. excomm. ad fin.

Nau.

Nau.c.27.num.1.& 21. Sot. in 4.dist.2.q.2. art.1.Less.loc.cit.nu.57.Auil.p.2.de Cens. disp. 6. c. 6. dub. 3. Henriq. lib.13. cap.8. Vgol. tab.1. cap.3. in initio. Suar. disput. 14. art.1. nu.8. Filliuc. tract.17. c.6.q.2.n. 144. Ægid.Coninch. de Sacram.tit.de Excommun.disp.14.dub.10.nu.89. Reginald. lib. 32.nu.27.& 31. Bonac. loc. cit.nu.4.& tit. de excom.to.1.disp.2.q.2. pũct.8.n.1.2.

Ideo excommunicatus tolleratus valide potest alium excommunicare, quamdiu contra eum non excipiatur, ita Vasq.de excom.dub.17.n.4. Auil. p.2.c.6.disp.5.dub. 2. & Coninch. d.dub.10. nu.91.

5 Aduerte tamen neminẽ teneri admittere iudicem excommunicatum, potest.n.contra illum excipi, licet non sit publicatus & denunciatus, sed tantum sit publicus per text. in c.exceptionem in fin.de Except.etiam si eius excommunicatio illi loco non sit manifesta, modo alibi sit publica gloss. in c. eo Verb. publice. Et ratio prædictorum est, quia Concil. Const. licet concedat, vt eorũ Iudice excommunicato quis possit habere communionem & ius ab illo petere, non tamen cogit, vt bene notat Less.lo.cit.n.38. & Bonac. d.punct.5. nu.3. ver. addo. eod. punct.7. nu.2.

6 An talis Iudex peccet mortaliter sic iudicando? Quidam tenent, quod Iudices peccent tantum venialiter. ita Caiet. V. excommunicatio. Vbi docet actus iudiciales excommunicati (si absit iniustitia) non esse nisi peccata venialia, quia solum prohibent, secundario. Quæ sententia probabilis est, & eã sequuntur. Ledes.dub.6.de excom. Henriq.& alij per Less. vbi sup.n.59. Quibus adde Laym. lib. 2. tract.5. part.2. c.3. num. 2. Et Dianam in p.3. tract.9. de excom.reso.131. Verior tamen, probabilior, & communior sententia est, quod nisi excusetur ratione paruitatis materiæ ignorantiæ, aut inconsiderationis peccet mortaliter, & ratio est vt dicit Less.ibid.n.59. Quia Ecclesia prohibet illã nõ solũ ratione generali communicationis humanæ, sed etiam vt est vsus Iurisdictionis, & potestatis quandam dignitatem continens, At si Cõcil. non suspendit Iudices ab officio, Hoc facit propter bonum aliorum. Hoc tamen intendit eos in aliquo releuare, vt expresse idem Concilium protestatur. Vnde cum ista materia sit grauis, sufficit ad incurrendum peccatum mortale. ita Less.loc.cit.n.61.cui adde Coninc. dub.11.n.103. Reginald.lib. 32.tract.1. nu.31. ver. septim. cum Soto in 4.distinct.2. q.1. art.4. col. 5. & Vgolin. vbi sup. §. 3. & sequen.

14 Quod amplia licet habeat opinionem probabilem non esse incursum in dictam excõmunicationem. Nam in conscientia tenetur se habere pro excommun. DD.communiter in c.pen.& vlt.15.q.6. Less.lib.2. c. 29. dub.7. nu.62. Suar.disp.13. sect.1.n. 16. Quibus adde Dian. p. 5. tr. 1. resol. 33. §.tandem & resol.72.& 108. cum alijs per eum allegatis

15 Aduerte tamen quod si talis excommunicatus denunciatus conferat se in aliam ciuitatem vel locum vbi eius delictũ nõ sit cognitũ, & censura non publicata uel si in aliquo loco suæ Iurisdictionis vbi non haberetur pro denuntiato, Acta eius essent valida licet peccaret mortaliter, & grauius quam alij non denunciati, & Ratio est, quia in loco illo vere est excommunicatus occulte, & licet sit etiam vere suspẽsus, tamen Ecclesia ob communem vtilitatem saltem tacite hanc suspensionem ad singulos actus ei relaxat supplendo deffectus, qui ex parte ipsius sunt, ne cum damno aliorum actus sit irritus. Ita Less. loc. cit.n.63. cum Salon.tom 1.q.67. art.1. quibus adde Sanch. de Matrim. tom.1. disp. 27. Nald. in sum.verb.excom. nu.36. Nau. 5.27.n.3. Mantuan. lib.3. comm.c.1. Suar. tom.1. disp.14.sec.1.nu.4. vers. vbi supra diff.6. q.6.

16 Et hæc omnia intellige etiam de Arbitro & eius Arbitrijs, quæ ad Iudiciorum nomen rediguntur vt supra diximus. iuxt. l.

17 1. ff. de recept. † Arbitratoris vero sententiam esse validam docet Vgolin. de censuris tab.1.c.9. §.6. nu.37. & sequitur Reginald.d.lib.32. n.31. vers. vbi aduerte. Et Ratio est quia ea quæ sunt quid facti, vt est arbitrium Arbitratoris, valent acta ab excõmunic. c.ueritatis. & ibi Panor.n.42.

18 de dol.& contum. † Circa uero delegatũ dico quod delegati iurisdictio non tollitur delegãte in excõmunicatione incurrẽte, quia excõmunicatio nõ adimit ius quod quis

quis habet, sed impedit, ut eo vtatur; Imo ubi delegatio facta est ab ordinario, si delegatus quid egerit, vnde Res integra esse desierit; Is, delegante in excommunicationem incidente, nō impenditur quo minus causam prosequatur, quia nec morte ipsius impeditur iuxta Text. in c. licet. de
19 off. delegat. † Quod idem dicendum est de subdelegāte delegato excommunicato quod si res est aduc integra quia scilicet delegatus nondum cæperit vti Iurisdictione incidente delegante in excōmunicationem delegatus non potest amplius causam cognoscere, quia Iurisdictio in ipsum adhuc non transiuit efficaciter c. quamuis de off. deleg. nu. 6. & hæc omnia habes apud Vgolin. d. tab. 2. c. 11. §. 5. & Reginald. seq. lib. 32. tract. 1. num. 132. cap. 6. cart. mihi 289.
20 Acta vero publica facta in Iudicio ab Actore, Procuratore, Aduocato, Teste, Notario & alijs similibus Personis publicæ excommunicatis sunt valida, quia illa tantum Acta sunt irrita, quæ ex officio tanquam Iurisdictionis propriæ, fiunt ab excommunicatis vitandis. Isti autem non habent propriam iurisdictionē; sed agūt tanquam Personæ priuatæ. Ita Suar. de Cēs. disp. 15. sect. 5. Vgol. c. 11. vbi supra §. 6. Reginald. Coninch. Filliucc. & alij citati per Bonaccin. loc. cit. nu. 8. Quibus addo Præposit. in 2. p. D. Th. dub. 10. num. 89. & alios per Dian. p. 5. tract. 9. resolut. 112. Vide etiam Valer. de diff. vtriusque fori. V. nullitas diff. 8. qui dicit quod partes tenentur in conscientia stare Instrumēto facto ab excommunicato si ab eis fuerit dictus Notarius excommunicatus concorditer rogatus. V. Suar. de Censuris tomo 5.
21 disp. 16. sect. 3. nu. 5. † Vnde instrumentum factum à Notario excommunicato hac solum ratione potest dici inualidum, quatenus contra quem profertur potest excipere. Vnde si illius excommunicatio non est probabilis in Iudicio, instrumentum vim suam obtinet, ita Coninch. loc. cit. nu. 111.
22 113. cart. mihi 58?. † Qui etiā dicit, quod non considerat, statum Notarij, quando Instrumentum profertur in iudicio, sed quando illud confecit: Vnde si confecerit quando erat excommunicatus: tunc bene poterit obijci de excommunicatione; Non autem si fuerit excommunicatus, quando profertur in iudicio; Contra vero Iudicem excommunicatum occultum non potest à superiore excipi & eius sententiam elidi, & hoc ob publicam vtilitatem: vt dicit Valer. vbi supra Verb. nullitas diff. 2. nu. 5. in fine, nisi quando is, qui eam obtinuit sciebat Iudicem esse excommunicatum tunc enim potest irritari. Valer. vbi supra nu. 5. in princip. vbi alios allegas.
23 Aduerte tamen quod in foro conscientiæ non semper licite excipitur contra Notarium, vel textem excommunicatum; sed tantum quando sit suspicio fraudis. Quare ij, quibus Dei veritas perspecta est non possunt in petitione debitorum contra huiusmodi excipere. Si autem agatur ad euitandam aliquam pœnam, tunc licite excipit. contra testem excommunicatum ex rationibus adductis per d. Coninch. d. num. 111. Vide etiam tradita à Bonac. disp. 2. de excomm. quæst. 2. punct. 7. nu. 4. in fine.
24 An queat talis excommunicatus Notarius, requisitus, facere Instrumentum. Respondeo quod si est excommunicatus, denunciatus, vel publicus Clerici percussor, peccat mortaliter; tum propter communionem illi denegatam, tū propter periculum faciendi Actum inualidum in præiudiciū tertij; si vero sit tolleratus, peccat si se ingerit: sed si sit requisitus, non peccat; & ratio est, quia cum possint alij cum ipso agere, consequenter etiam ipse poterit cū alijs. Ita Filliuc. tom. 1. tract. 12. c. 7. nu. 188. & alij per Dian. p. 5. tract. 9. resolut. 122. in fine.

CAP. III.

De quibusdam casibus in quibus potest dubitari de iurisdictione Iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Crimen Heresis, Proditionis, & simile suspendunt Iudicem ab officio.*
2 *An teneatur ex hac causa statim dimittere illud?*
3 *An eius acta sint valida?*
4 *In casu manifesto acta sunt ipso facto nulla.*

5 An

5 *An Iudex habens titulum coloratum validè iurisdictionis.*
6 *Opinio probabilis constituit opinantem in bona fide.*
7 *In dubio nemo est suo iure priuandus.*
8 *Titulus inualidus de iure diuino, licet coloratus, non validat actus.*
9 *Iudices constituti à Tiranno rectè iudicant, & quomodo.*
10 *Iudex habens scienter titulum coloratum, si iudicat, peccat mortaliter.*
11 *Iudex putatiuus an, & quomodo validè iudicet?*
12 *Iurisdictio prorogata quos effectus habeat.*
13 *Prorogatio tacita an procedat in criminalibus?*
14 *Iudex an teneatur de culpa leui, & leuissima?*

1 PRæter excõmunicationem in qua Iudex priuatur & impeditur ab officio, sunt etiam alij casus, in quibus est ipso iure priuatus titulo, & sunt crimina Hæresis, proditionis, læsæ maiestatis & similia; in quibus lex eos priuat ipso facto, vt notat Henriq. in Sum.lib.13.c.56.num.1. litt.H. Molin. tom.3. disp.661. nu.42. Castrens. cons.462.num.2. tom.1. Et non formaliter etiam aliquando ob crimen proprium, sed aliam ob causam vt propter hæresim paternam, &c. vt notant supradd. Doctores, & nouissime Thesaur. de pœnis eccles. p.1.c.28.quæst.1. Vnde quæritur in his casibus an teneatur Iudex dimittere officiũ ante sententiam declaratoriam. & secundo an eius acta sint valida.

2 Et quoad primum dico, quod quando Iudex propter crimẽ est ipso iure priuatus titulo nõ tenetur dimittere officiũ ante sententiam, etiam si in lege diceretur, ipso facto sit priuatus vel absque alia declaratione, nisi tamen aperte constaret illam fuisse Legislatoris mentem, vt si addatur teneatur in conscientia dimittere, vel non possit absolui nisi dimittat, vt in casu c. dudum 3. de elect. Et ratio est, quia vt dicit Filliuc. tract.40. c.6. num.159. leges humanæ statuentes priuationem officij nõ habent eam vim vt statim commisso delicto officiũ vacet. Sed tantum posse declarare esse incursum, & sic intelligitur illa clausula (ipso facto) quando scilicet declaretur esse incursum. Vnde ammittitur titulus, non autem possessio, qua non priuatur nisi causa cognita c. sicut de Præbend. in fin. & hæc est communis Doctorum sententia ex Doctrina S.Th. 2.2.q.62. a.3. Vbi Caiet. & alij. Sot. lib.1. de iust.q.6. ar.6. Adrian. quodlib.6. a.1. Couarr. de matrim. p.2.c.6. §.8. & 13. Molin. tomo 1. de iustitia disp.96.§. quod attinet. Sanchez in Decalog. lib.6. cap.15.n.65. & de communi testatur Less. lib.2. c. 29. nu.62. Ianuar. de Apost. c.4. n.13. Quarant. Bullar. verb. Sodomia Litt. vlt. Barbos. de potest. Episc. Alleg.44.n.29. Reginald. n.12.n.28.

3 Quoad secundum dico, quod sententia & alia à tali Iudice acta non sunt irrita, neque potest dici Iudicium vsurpatum, quia vt dixi Iudex habet ius possidendi & vtendi iurisdictione donec per sententiam ei auferatur. Less. d.c.29. dub.8. nu.64. vers. ex his.

4 Limita in iudicibus Ecclesiasticis quando casus est manifestus, quia tunc statim superioris Acta inijciunt esse nulla, vt in praxi obseruatur, & dicit Thesur. de pæn. Eccles. p.1. c.18. q.3. vers. media tamen sententia.

5 Secundus casus est, quando Iudex habet titulum coloratum, & communi errore putatur legitimus superior. Et tunc si non est intrusus, qui. s. sit positus à non habente potestatem, & error est probabilis non autem crassus, & supinus, eius sententia & eius acta sunt valida, ita DD. in c. nihil 44. de elect. Caiet. summul. V. Absolutionis impedimentum. Nauarr. in c. placuit. de pænit. dist.6. nu.180. Aragon. q.60. art.6. Medin. c. de conf. q.22. & colligitur ex Sinodo Rom. in c.1.3.q.7. Et ratio est, quia nisi huiusmodi acta essent valida magnæ sequerentur in Republica & populo Christiano perturbationes. Omnes enim sententiæ & Acta deberent rescindi tamquam inualida, ita Filliuc. tract. 403.c.6.n.162. Cui adde Io. Valer. de differ. vtr. for. verb. nullitas diff.7. cum alijs per eum citatis nu.3.

6 Amplia etiam si error sit probabilis, licet forte illa opinio sit falsa; probabilis enim opinio constituit opinantem in bona fide: Vnde sic acta per eum bona fide facta cen-

consequenter etiam valida Henriq. lib.2. de pænit.c.14.num.3. seq. Sanch. lib.3. de matrim. disp.20. nu.85.

7 Secundo Amplia etiam si populus dubitet an superior sit officio priuatus. In dubio enim nemo est suo iure priuādus, cum melior sit semper conditio possidētis. Panor. in c.nihil 44.de elect.Rosell.V.Confess.3. in fine. Silu.c.1. q.19. & Sanch. vbi supra nu.56. Less. lib.2. c.29. num.67. vide quæ dicetur infra c.50. nu.17.

Tertio Amplia licet postea appareret non fuisse vere Iudicem vt post Abb.Silu. & alios Suar. tom.5. ad 3.p. D.Th. disp. 7.diff. vltima V.nullitas.

8 Limita in casu quo Titulus esset inualidus ex impedimento Iuris diuini; tunc.n. licet esset coloratus cum communi errore non valerent gesta per eum; vt esset in Episcopo, qui non esset sacerdos: In hoc enim casu Ius positiuum non potest supplere deffectum iuris diuini.Ita Filliuc.tract. 40.c.6.n.164. tom.2. ex Lessio vbi supra.

9 Secūdo limita in tirāno; Inferiores tamen Iudices ab eo constituti valide iudicant, modo omnia iuridice faciant, & non adijuuent Tirannidem, & substineāt eam quia posito tali statu Rerum censetur tacite Populus consentire in eos propter bonum commune. Ita Filliucc. ex Lessio loc.cit. num.165.

10 An vero Iudex qui habet Titulum coloratum, & scit, sic iudicando peccet peccato iniustitiæ, & vsurpationis Iudicij. Et respondeo affirmatiue, nam in quantum sibi est potestatem iudicandi, quam non habet vsurpat. licet in quantum ad acta Ecclesia suppleant propter bonum publicum. Less. vbi supra nu.68.

11 Quod idem dicendum est de Iudice delegato putatiuo ad vnam vel alteram causam destinato vt patet ex c. infamis.3. q. 7. & notat Filliuc. nu.164.

12 Tertius casus est in iurisdictione prorogata, quando scilicet ventilatur inter partes coram Iudice non suo de consensu ipsarum; siue ista prorogatio sit de Persona ad Personam vt loquitur. Text. in l.1. & 2. ff. de iudic. Vel de re ad rem l.de qua re.§.1.eo vel de tempore ad tempus. l.2.§. sed si Iudex ff.de Iudic. Vel de loco ad locum, vt dat casum Bald.in l.si quis ex consensu col. penult. vers. quartamveo, vel de casu ad casum vt Foller. in add. ad Marāt. dist.1. nu.5. Et tunc dicta iurisdictio non extenditur vltra dictas partes prorogantes, non autem contra alias personas vt notat noster Merolla tom.3. disput.7. c.2. num.298. cum alijs per eum allegatis.

13 Et nota quod hoc fit etiam tacite, quādo scilicet patitur conueniri in alieno foro, & tacet; nisi sit clericus: sicuti etiā quando fit per reconuentionem; sed aduertendum est, quod in criminalibus non procedit dicta tacita Prorogatio, & sic quando adest præiudicium expressum Iudicis cōpetentis, nec contra contumacem vt notat Bald. in d.l.si quis Surd.decis.26. Marant. in specul.4. parad.12. nu.14. & 16. Bald. decis.159. & Merolla loc. cit. dub.14.

14 Vltimo nota, quod damna data per Iudicem ex ommissione, & culpa leui, vel leuissima non obligant ad restitutionem in foro cōscientiæ; sed tantum quando adest dolus & lata culpa. Vnde text.in c.fin. de iniur. est intelligendus de foro exteriori non autem interiori, vt docent Doctores ibi. & Dec. in c. quoniam nu.3. & Bern. nu.224. de Probat. & alij.

C A P. IV.

Quæ Personæ repellantur à Iudicio in iudicando.

S V M M A R I V M.

1 *Surdus mutus & cæcus repelluntur à Iudicio, & quomodo.*
2 *An intelligatur de singulis per se.*
3 *An idem intelligi debeat de Arbitro, & Arbitratore.*
4 *An Iudex cæcus effectus post susceptum officium possit sequi Iudicium.*
5 *Quid sit dicendum de Arbitro & Arbitratore in eodem casu.*
6 *Parum orbati possunt esse Iudices.*
7 *Impeditus impedimento non innato, sed contingenti an possit esse Iudex.*
8 *Pubertas in Iudice quomodo consideretur.*
9 *Princeps potest constituere Iudicem etiam puberem.*

10 Ar-

10 *Arbitrer quam ætatem habere debet.*
11 *Defectus approbationis impedit quem posse esse Iudicem.*
12 *Infames non possunt esse Iudices.*
13 *Quomodo sit excipiendum, & quando de infamia Iudicis.*
14 *Serui iudices esse non possunt.*
15 *Extranei & ignoti non possunt esse Iudices.*
16 *Inimici & consanguinei non possunt esse Iudices.*
17 *Clericus an possit esse Iudex, & num. 27. & 28.*
18 *Clericus exercens Iudicium sæculare est excommunicatus.*
19 *Limita tantum in Sacerdotibus.*
20 *Secundo de Iudicibus ordinarijs, non delegatis.*
21 *Clerici an possint esse Gubernatores.*
22 *Acta facta per Clericum Iudicem quomodo sunt valida & quando.*
23 *Quod peccatum committat Clericus exercens Iudicium criminale.*
24 *Quomodo incurrat in irregularitatem.*
25 *Clericus quomodo in ciuilibus per se possit exercere officium Iudicis.*
26 *In criminalibus possunt exercere Iudicis officium per alios quando habent iurisdictionem, & quomodo.*

1 QVinque Personarum genera repellunt ab officio Iudicis. Quidam enim repelluntur propter Impedimentum permanens vt sunt muti, surdi, & cæci. cap. tria. 3. q. 7. c. cum cit. dilectos extr. de excess. Præl. Alu. Pelag. de Planct. Eccles. lib. 2. c. 35. Io. Menoch. in diff. Vir. in tit. cont. Iudic. nu. 6. Sebastian. Medices de fortuit. cas. p. 2. q. 6. num. 61.
2 † Et intelligit, tam de muto & surdo simul quam de muto tantum, vel de surdo tantum: Blanc. de comprom. q. 2. nu. 282. Vnde si surdus vel mutus quis effectus fuisset post compromissum recusari vtique potest, Nam magnum incommodum sequeretur in Iudice surdo suas rationes proponere, & sententiam expectare à muto,
3 † Idem intelligendum est de Arbitro, qui loco Iudicis esse dicitur, non autem de Arbitratore, qui non dicitur procedere Iudicialiter, sed amicabiliter, & ad componendum differentias, quod nemini prohibetur, ita Io. Battista de Blas. de Arbitr. & Arbitrat. nu. 26. Molin. tom. 5. de Iust. & Iure tract. 5. disp. 39. nu. 5.
4 De cæco vero, licet non possit iudicandi officio fungi, tamen est dicendum quod si adepto officio effectus fuerit cæcus ad quam adeptionem sufficit etiam sola electio, potest dictum officiū retinere, & Iudicem exercere. Abb. cons. 47. per tot. lib. 1. Cardinalis Tuscus in litt. C. concl. 178. nu. 3. Paris. de Resign. Benefic. lib. 5. q. 3. n. 24. per tex. in c. 1. ff. de postul. ibi senatorium ordinē retinet, & iudicandi officio fungitur vt obseruat Dian. pract. 5. tract.
5 6. resolut. 36. † Et intelligitur idem esse de Arbitro non autem de Arbitratore vt dictum est supra etiam de muto & surdo, quod scilicet primus non possit esse Iudex: secundus vero sic & notat Blanc. de Comprom. q. 2. n. 30. Medi. vbi supra nu. 31. Io. Battista de S. Blas. de Arbitr. & Arbitrat.
6 nu. 32. † Item intellige de ijs qui omnino orbati sunt; secus si parum viderint vel vno tantum oculo caruerint vt notat Dian. vbi supra ex gloss. in l. 8. C. de decurionibus lib. 10. cui adde nouissime. Michalorium tract. de cæco, muto & surdo c. 15. nu. 12. in fine.
7 Secundi repelluntur à Iudicio propter impedimentum non innatum sed contingens vt furiosus & Impubes: quomodo enim iudicabunt, qui in lege minus apti cēsentur ad minora officia propter paruam rerum experientiam, iudicia Alc. Pelag. de Planct. Eccles. lib. 2. c. 31. per text. in l. cum præter. §. non autem omnes ff. de iu-
8 dic. & c. tria. 3. q. 7. † Sed hanc pubertatem intellige considerari ante vigesimum annum. c. cum vigesimum ff. de off. Iudicis
9 deleg. † Et nota quod Pubes in quacunque ætate à Principe Iudex tam ordinarius quam delegatus constitui potest: non item ab alio inferiori delegato, nisi dum vigesimum annum ætatis compleuerit; præter quam si partes scienter consentiant in eum qui saltem annum decimum octauum ætatis suæ transcenderit. Ita & d. c. vigesimum & l. quidam consulebat ff. de
10 sententia, & re iudic. † Arbitr. vero nec quidem ex partium consensu constitui potest nisi annum ætatis vigesimum exegerit

L. l. cum

l. cum lege. ff. de Arbitr. vbi doctores communiter.

11 Tertij repelluntur à iudicando propter defectum approbationis Vitæ vel bonitatis, quod tripliciter contingere potest propter crimen erroris, vt sunt hæretici: propter scandalum conuersationis vt sunt infames & propter contagium communionis ut sunt excommunicati, ut supra dictum est in alio Capitulo.

12 Et circa infames notandũ est quod licet infames non possint esse Iudices, quia sunt incapaces officiorum, & dignitatum c. infamis. 6. q. 7. c. hi qui. 3. 44. & cap. constitutiones q. 5. Arbitratores tamẽ esse possunt, quia Arbitrator nullam dignitatem assequitur, sed tantum meram & simplicẽ causæ cognitionem gloss. in c. infamibus de Reg. iuris in 6. ord. Lusit. p. 7. tit. 6. lib. 7. & ibi Lopez, & Montalucius quos sequitur Sanch. cons. Moral. lib. 6. c. 3. dub. 5. n. 11. & 18. & refert Couarr. q. 5. pract. c. 19. & S. Antoninus p. 1. tit. 20. c. vnico. Reg. infamib. littera O. cum Siluestro V. infamia q. 3.

13 Secundo nota, quod licet infamia impediat iudicium Ordinarium, tamen non potest repelli per exceptionem vsque quo ab Ecclesia tollerantur. Et sententia ab eo lata tenet & est valida, ita ex c. nonne 8. q. 4. docet Sanch. vbi supra num. 11. quod idem dicendum est de seruis, qui Iudices esse non possunt, tamen si ignoratur eorum seruitus ita ut credantur liberi, sententia ualet. d. c. tria q. 7. uers. uerum Aluar. Palag. de Planct. Eccles. l. 2. c. 25. post principium.

14 Quarti repelluntur à iudicando propter ignorantiam conditionis: ut sunt extranei & omnino ignoti propter periculum Iacob. à Graff. decis. aur. in Append. lib. 3. c. 9. & hoc spectat magis ad forum fori.

15 Quinti uero per suspicionem Personæ ut est inimicus, consanguineus. Et hic nota pro defensione conscientiæ quod Iudices, si per odium, vel per inuidiam condemnant aliquem pæna sanguinis vel mortis, licet dictus Condemnatus sit Reus illius delicti, & mereatur dictam mortem, tamen

16 peccant mortaliter non peccato homicidij, sed peccato odij vel Inuidiæ, vnde si non peccabunt contra Iustitiam peccabũt contra charitatem. Ita Reginal. in Prax. for. pœn. c. 54. sect. 3. n. 657. vers. quintum. Graff. vbi supra n. 40. quibus adde Doctores citatos per Patrem meum in deffens. 1. c. 22. per totum.

17 Modo videndum est an clericus possit esse Iudex & distinguo. Aut loquimur de Iudicio sæculari, aut de Iudicio ecclesiastico. Si sæculari, aut ciuili, aut criminali: Si de seculari & ciuili non solum non possunt esse Iudices, & peccant mortaliter propter inobedientiam, sed etiam sunt excommunicati latæ sententiæ c. cler. ne cler. vel Monach. vbi glos. & Barbosa notant. Caiet. V. excommunicatio 16. Nauar. c. 17. n. 117. Tol. l. 1. c. 37. Suar. de censur. disp. 23. sect. 2. nu. 12. Sayr. lib. 3. c. 32. num. 6. Molina tract. 3. de Iustit. & iur. disp. 8. & alij communiter per Thesaur. de pænit. Ecclesiast. p. 2. V. Iudex vers. nota quod hæc vbi etiam dicit cum

18 Suar. loc. cit. nu. 23. & Paulo Laym. lib. 1. de censur. c. 6. nu. 4. quod ad incurrendam d. excommunicationem requiritur trina monitio, & non est reseruata c. sacro cum gloss. in Verbo competenti de sententia excommun. Clem. Ver. de stat. Monach. & ibi gloss. in fine.

19 Nota tamen quod hodie ex veriori opinione tãtum intelligitur de sacerdotibus, non autem de alijs Clericis inferioribus Sayr. d. num. 6. in fine. Suar. Filliucc. cum alijs supracitat. & Barbos. in d. c. Clericis Ne cler. vel Mon. & nouissime Thes. loc. cit.

20 Secundo intellige tantum dici de Iudicibus ordinarijs non tamen de legatis semel vel iterum in causa ciuili. hi enim non prohibentur in seculari foro Iudicare. Vnde possunt vti commissione vel Consensu Principis secularis: Et non prohibentur esse consiliarij dd. Principum in d. c. Clericis. §. Iubemus Abb. ibi num. 15. seq. Barbos. n. 6. Tol. vbi supra §. aduerte Caiet. V. excomm. Silu. nu. 28. & Thes. notat 2.

21 Prohibentur tamen esse Gubernatores Administratores Prouinciæ, Vice Reges, & locum tenentes Principum secularium pro exercenda iurisdictione seculari. Ita

Naua-

Nau. c.27.n.177. verſ.7. Albert. tract. de Ver. & perf.Cler. lib.3.c.54.num.1. Boet. deciſ.17. nu.1. Et alij per Barboſ. de iur. Eccleſ. lib.2. c.39. num.7. ait, quod ſi in Hiſpaniæ Regno id paſſim fieri videatur debet putari ex conſenſu Papæ fieri.

22 Acta tamen per dictum Clericum facta ſi non fuerit denunciatus aut niſi Pars excepit contra eum, ſunt valida. Textus.n. ibi non irritat acta; facit etiam Textus in c.exceptiones de exceptione & c.1. eo.tit. in 6. Imo etiamſi fuerit denunciatus, quia vt ait Sanch. conſ.mor. lib.3.c.1. dub.18. ſententia excommunicati denunciati eſt vallida in foro conſcientiæ dubio alias ſit iuſta. Abb. in d.c.decernimus nu.7. de iudit. deciſ.16. nu.782. Couar. in clem. furioſus parte 1.§.5.n.8.in fin. Nauar.c.27.n. 1.Grat.can.99.lib.1. c.1.n.82. Leſſ.de iuſt. lib.2. c.29. nu.57.

23 Si autem loquimur de iudicio criminali non ſolum peccat mortaliter ſe ingerendo in dd.officijs Principum ſecularium & eſt excommunicatus, ſed etiam fit irregularis, ſi ſe immiſceat in pena ſanguinis ſecuto effectu. c.ex litteris5. Nos autem & ibi gloſſ. vlt.de exceſſ.Prælat.Canoniſtæ communiter in d. c.Clericis, & eſt doctrina S. Th.2.2.q 40.art.2.Et notant Sayr.de Cenſ. lib.6.c.18.n.1. Suar.diſp.97.ſect.1.Valent. tom.3.diſp.3.q.16.punct.4. Tanner.tom.4. diſp.6.q.10.art.21.Auila p.7.diſp.6.ſect.5. dub.5.Theſ. vbi ſupra num.2.

24 Et nota quod ſit dicta irregularitas, vt dixi non incurratur niſi ſecuto effectu,attamen præſumptiue dicitur irregularis, ſtatim atque accipit officium, tum ratione periculi effectus huiuſmodi futuri,tum ratione ſcandali, cum ſemper poſſit iudicari eſſe irregularis,niſi docuerit mortē,& mutilationem non eſſe ſecutam,& in hoc ſenſu intelligitur opinio antiquorum aſſerentium dictam irregularitatem contrahi in ipſa acceptatione officij ita Theſ. d.nu.2. verſ. contraria tamen. Vide Henriq. l.14. n.8. c.12. Suar.diſp.47. ſeſſ.1.n.3. & Sayr. c.16. lib.6. nu.15.

25 Si vero loquimur de Iudicio Eccleſiaſtico, & tunc in Ciuilibus poſſunt per ſe illud exercere, ſi huiuſmodi iuriſdictio,vel officium ſit aduentitium perſonæ, vt quia annoſa ſit iuriſdictio perſonæ,vel ſi de nouo annectitur dignitati Eccleſiaſticæ vt contingit in Epiſcopis, & Prælatis habentibus vtramque iuriſdictionem ſpiritualem & temporalem, vt notant comm. Doctores; vide Sayr. de cenſ. lib.3. c.29.n.7.

26 In Criminalibus vero non poſſunt per ſe exercere,ſed per alium,cui committere debent cauſam in qua poſtea pœna ſanguinis iungatur, vt alibi dictum eſt; ſiue iſta iuriſdictio ei competat ratione dignitatis; ſiue ratione Patrimonij vt.ſ.quia ſit Comes; Marchio; vel Dominus; ſed aduerte quod in illa commiſſione non exprimatur in quo conſiſtat cauſa ſed tantum generaliter committatur cauſa perſonæ,ne committendo in ſpecie pænam ſanguinis,efficiatur irregularis tamquam cauſa efficax illius ex textu in c.ſit. Ne Cler. vel Mon. Fuſch.de Viſitat. lib.1.c.32.n.5. Maio. de irregular. lib.2. c.7. nu.11. Sayr. in Clau.Reg. lib.7. c.11.n.3. Auil.p.7. diſp.5. ſect.2. d.dub.4. Barboſ. de iur.eccleſ. lib.1. c.40. nu.110. Molin. tom.4. de iuſt. tr.3. diſp.79. nu.9.

27 Si autem non habent dictam iuriſdictionem annexam perſonæ, ſed eliguntur ad iudicandum, & tunc in Ciuilibus poſſunt vt Arbitri potius quam Iudices, vel vt iuriſdictionem habentes in illo actu iudicare; quamuis ſimilia onera Clerici,maxime illi qui curam habent animarum, deberēt omnino euitare, vt bene aduertit Barboſ.

28 loco citato. † In criminalibus vero numquam iudicare poſſunt etiamſi ab alijs eis delegatur,vt ſententiam ferant, niſi à ſolo Papa. ita Reginald. lib.21. nu.13. Belleſſ. diſq.Cler. p.1. tr.de diſc.Cler. §.26. nu.3. & nouiſſime Epiſc. Sperell. deciſ. for. eccleſ. deciſ.86. nu.16. ſeq.

CAP. V.

De iuriſdictione Iudicum ordinariorum, & primo de Pontifice.

SVMMARIVM.

1 *Iudices Ordinarij in duplici ſunt differentia, & quomodo.*

2 *Papa omnium ſupremus eſt Iudex.*

3 *Papa omnia poteſt iudicare, & à nemine eſt iudicandus.*
4 *Papæ ſententia ſtandum eſt.*
5 *Papæ omnes parere debent.*
6 *Sententia Papæ prævalet ſententiæ omnium aliorum Epiſcoporum.*
7 *Quod Papa approbat omnes approbare tenentur.*
8 *Papæ Iuriſdictio duplex eſt.*
9 *Papa eſt Iudex ſiue regula infallibilis controuerſiarum fidei.*
10 *Papa an poſſit ab Inquiſitoribus iudicari.*
11 *Papa poteſt diſpenſare in iure poſitiuo, & Canonico.*
12 *Vtrum Papa poſſit diſpenſare in primo gradu conſanguinitatis, & in omnibus irregularitatibus, num. 13.*
14 *Papa in iure naturali poteſt interpretare.*
15 *Vtrum Papa poſſit aliquando diſpenſare in iure diuino.*
16 *Vtrum Papa poſſit irritare, vota, & iuramenta, & ſeqq.*
17 *Papa poteſt diſpenſare promotos ad ſacros Ordines vt matrimonium contrahant.*
18 *Ita etiam in Religioſos, & Moniales.*
19 *Conditio tacita ſi Papæ placuerit, quando includitur in votis.*
20 *Papa poteſt diſpenſare Abſtemios.*
21 *Papa diſpenſans vere, & non ficte diſpenſat.*
22 *An diſpenſans ſine iuſta cauſa peccet, & nu. 23. & an in propria perſona num. 24.*
23 *Papa poteſt libere diſponere de omnibus bonis eccleſiaſticis, & num. 33.*
26 *Superior non eſt alligatus legi inferioris.*
27 *Papa poteſt eximere Laicos à iuriſdictione Laicali.*
28 *Vtrum poſſit Laicis iuriſdictionem Eccleſiaſticam committere.*
29 *Quomodo poſſit ad ſe aduocare cauſas ſecularium Iudicum, & quomodo eorum leges abrogare. 30.*
31 *Papa quæ poſſit decernere circa decimas, & num. 32.*
34 *Papa an poſſit diſpenſare ſuper pluralitate beneficiorum.*
35 *Iudices Laici quam poteſtatem habeant ſuper litteris Pontificis.*
36 *An Papa poſſit conferre beneficium excommunicato.*
37 *Papa an poſſit ſeparare præbendas ab officio ſpirituali, & num. ſeq.*
38 *Quomodo aſſertioni Papæ ſit ſtandũ in cauſis.*
39 *Papa apponens manum in aliqua commiſſione ſignanda cenſetur voluiſſe totum negocium ad ſe aduocare.*
40 *Enumerantur caſus ad Papam reſeruati vſque ad num. 48.*
49 *Caſus in Bulla cœnæ reſeruati pertinentes ad forum.*
50 *Cenſuræ in quas incidere poſſunt Iudices. vſque ad num. 55.*
56 *Conſtitutiones Pontificis ſufficit quod ſint Romæ publicatæ niſi Pontifex aliud ſignificet; & non eſt neceſſaria populi acceptatio. n. 57.*
58 *Leges reuocatoriæ priuilegiorum debent promulgari in loco particulari ad effectum vt obligent.*

1 IVdices ordinarij in duplici ſunt differẽtia; alij ſint ordinarij ex ſe & abſolute; alij dependentes vel à Iure, vel ab homine ordinarij abſolute, & ſimpliciter ſunt Princeps ſupremi quorum alij ſunt eccleſiaſtici & ſunt Papa, Cardinales, Primates, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Parochi in ſpiritualibus qui licet à Papa accipiant poteſtatem, attamen quoad Iuriſdictionem dicuntur ordinarij abſolute ex ſe; alij ſæculares Laici & sũt Imperator, Rex Duces, Reſpublicæ, & ſupremi Magiſtratus. Dependentes à iure ſunt Vicarij Epiſcoporũ, Vicarij Capitulares Conſeruatores, Inquiſitores & Prælati Religioſorum in ſuis Religionibus; Dependentes ab homine ſunt Gubernatores Ciuitatum, Barones, Congregationes Cardinalium, Proreges, Poteſtates, Vicarij temporales Iudices Sacræ Rotæ Romanæ, & aliorum Tribunalium, & omnes illi quibus vices ſuas Princeps ſupremus ex priuilegio ſubordinauit; & de ijs omnibus dicendum eſt ſed non illa omnia quæ ad eorum officium ſpectãt, ſed tantum quæ ad eorũ iuriſdictionem circa pertinentia ad forum conſiderantur. & primo de Pontifice non ad defenſionem ipſius cũ Sanctiſſimus ſit Iudex, ſed potius aliorũ, vt ſciant quam reuerentiam, & obedientiam habere debeant tantæ ſedi Maieſtatis.

2 Primus ergo & ſupremus omniũ Iudicũ eſt Summus Põtifex, Ordinarius ordinariorum, caput totius Eccleſiæ, Vicarius Chriſti, & qui ſuam poteſtatem ſuſcepit immediate

diatè à Deo; & ideo omnibus præest, & vnum constituit cum ipso Deo tribunal c. cuncta. qq.3. DD. in c.1. & 3. de Transl. Episc. Host. in c. quanto. eo. tit. Victor. de ecclesl. magistr. lib.2. c.4. Aluar. Pelag. de Planct. Ecclesl. lib.1. c.29. Rodulph.C upersl. comm. ad c. oportebat. dist.79. art.2. n.14. Troil. Maluet. de Canonizat. Sanct. dub.2.n.10. Barbat. de pot. Card. p.1. q.2. n.3. & q.8.n.5. Nauarr.in Repetit.c.nouit. de Iudic.not.3.n.12. Card.collect.47.in fine. Cæsar.de ecclesl.Hierarch. disp.1.n.12. cum Concilio Niceno ibi relato. Bellarmin. de Roman.Pontif. tom.1. lib.2. c.12. Fr.Leo.in Thesl.for.eccles.lib.1. c.2. nu.15. Tusch. tom.6.litt.P.concl.42. nu.8. Borell. in sum.omn.decisl.tom.1.tit.4.n.10.ac propterea concurrit cum omnibus ordinariis vt dicit Gonzal.ad reg.8. Cancell.§.1.Proem. ex n.32.cum Marta de iurisd. p.3.c.21. nu.15. & Michel.Ferr.de præced.q.31.n.2. qui & alios allegat.

3 Hinc est quod potest omnia iudicare, & ipse à nemine est iudicandus. c.inferior dist. 21. c.si à Papa dist.40. Clement.ne Romani de elect.Chassanæ.in Catol. glor.mund. p.4. concl.13. in fine. Boer. de Auth. mag. consl.n.49. Bellarm.vbi supra c.26.in princ. Seraph.decisl.639.n.10. Menoch.consl.51.n. 13. Aug.Barbosl.de potest.episc. p.3. alleg. 50.nu.1.vbi alios multos allegat. Nullum enim in terris Papa superiorem habet c.cũcta 9.quæst.3. c.licet de elect. Flam. de resignat.lib.7.q.5.n.1. Mastr.de mag. lib.1.c. 2. num.4.

4 Secundo eius sentẽtiæ standum est contra alios omnes, cum eius authoritas in iis quæ à priuatis Iudicibus, vel etiam ab vniuersali Concilio aguntur, semper excepta intelligãtur glosl.in c. in istis. dist.4. Concil. Trid.sess.7. de reform. in princ. & c.6. & sess.24. de reform.c.1. & sess.25. c.vlt. pariter de reform. Vide Valenzuel. de monit.Pauli.V.p.6.nu.97. cum Dian. p.5.tr.2. resl.4.

5 † Vnde omnes ei parere tenentur tam ecclesiastici quam sæculares quia plenam habet potestatẽ in omnibus ad finem supernaturalem assequẽdum c. ego de Iur. Clement.1.eo.Trident.d. sess.25. c.2. Barbosl.de iur.ecclesl. lib.1.c.2. n.73. cum aliis per eum quibus addo Thesaur. de pen. ecclesl. p.1.c.20. differ.10.

6 Tertio sententia Papæ præualet sententiæ omnium aliorum episcoporum, nec eius sẽtentia potest ab alio retractari nisi ita ab eo sit lata vt valeat immutari c.cum patet

7 9.quæst.3. c.nemini, 17. q.4. & ideo quod ipse approbat omnes approbare tenentur & eius declarationi standum est c.si Romanorum dist.19. DD.vbi supra.

8 Hæc Papæ iurisdictio duplex est alia spiritualis, alia temporalis; spiritualis per totum mundum extenditur, nam cum totius Ecclesiæ sit caput, omnes ei obedire tenentur glosl. in c. antiqua de Priuileg. S. Anton. p.3. tit.3. c.1. S.Bonau. 4. dist.37. in exposl. lit. dub.4. Io. de Capestr. de Auth. Pap. §.3. in princ. num.66. Castald. de Imper. q.103. nu.2. Duard. in Comm. ad Bull.Cænæ lib.1.c.4.q.2. nu.2?. Thom. Bon. Sacerdos nostræ Congreg. & vnus ex sociis S.P.nostri Philippi Nerii de Ruin. gent. & regn.c.2. Temporalis vero directe in statum sibi subiectum, indirecte quatenus ad ecclesiæ quietem & conseruationem subordinantur cum sit omnium Pastor, & de omnibus ei incumbat cura spiritualis S.Anton.vbi supra Aluar.de Planct. eccl.lib.1. c.13. Bellarm. contr.3. lib.5. c. 6. Diana p.1.tr.2. resl.121. Barbosl. de pot. episl.p.1.tit.3. c.2. nu.24. cum viginti duo Doctoribus ab eo relatis. S.Thom. in opusc.de Regin.Princ.lib.3.c.2.& alii cõm. Vnde nihil ab eius iurisdictione excluditur nisi quæ contra catholicam fidem facere notat Tusc. litt.P. conc.49. num.54. Barb. de iur.eccl. lib.1.c.2. nu.96.

9 Item in ecclesia Dei Pontifex est Iudex siue regula infallibilis cõtrouersiarum fidei; certum est enim quod Christus reliquit in sua ecclesia certum ex visibilem Iudicem qui ipsius nomine & consequenter irrefragabili authoritate nobis controuersias fidei exortas decideret, & ita clare, vt partes intelligerent, cui veritas adiudicanda esset, quod proprium est Iudicio; & hic est Pontifex cui tamquam Christi Vicario hoc Iudicium commissum est, vt visibiliter ecclesiam nomine ipsius regat. ita de commun. Catholicorum opinione testatur Ægid.à Coninch.disp.12. tit. de pot. ecclesl. dub.5.num.50.& seqq. & ante eum tenent

Aluar.

Aluar. de Planct.eccles. lib.1. c.16. quem sequitur Homobon. de stat. Vit. hum. part. 1. c.4. vers. primum locum.

Sed quæres. Vtrum Papa possit ab Inquisitoribus iudicari dato quod vt persona priuata in hæresim incideret? Et respondeo negatiue, sed tantum posset citari & examinari à Concilio generali; & si induratus persisteret deponi, & tunc à Deo immediate deponeretur vt dicit Dian.p.4.tr. 8.res.58. qui & alios allegat; licet putet Papam etiam vt personam priuatam non posse esse hæreticum contumacem, sed tantum errare ex ignorantia, ita cum Suar. Bonac. Bellarm. Pigh. Sot. Turrian. & aliis cart.mihi 241. Et sic de Ioanne XXIII. loquitur Villan.Hist. lib.10. c.vlt. & Card. Bellarm.de Roman.Pont. lib.4.c.14.vers. 30. relati à Barbos.de iur.eccles. lib.1.c.2. nu.40.seqq. qui & alios allegat, & multas rationes adducit, & dicit quod Papa in decretis morum quæ ad statum totius Ecclesiæ spectāt, errare nō potest, nam in ijs quæ vt Summus Pastor decernit, & necessaria sunt ad spirituale omnium salutem ineffabili Spiritus sancti assistentia ex Christi promissione iuuari, & gubernari certissimum est; quæ vero vt priuatus decernit, pium esse & probabilius videri posse, errare ex ignorantia; & hoc magis cedit in Ecclesiæ Rom. splendorem. Vide Suar. de fide disp.10. sect.6.nu.11. Sanctar. de Hæres.c.31.nu.5. Coninch.disp.12.dub.5.nu. 57. Homob. loc.cit. in princ. vers. & cum ad Ecclesiæ.

11 Secundo quæres. Vtrum Papa posit iudicare relicto iure positiuo & Canonico? Respondeo affirmatiue: Pontifex enim habet omnimodam facultatem super iure positiuo est text. in c.innotuit vbi DD. de elect. & c.proposuit de concess.præb. Inferior enim potestas non obligat nisi cum dependentia à superiore, quod idem cēsetur, moraliter loquendo, de æquali in eadem sede & iurisdictione, vt est Papa qui æqualis est suis antecessoribus immo & Concilio includenti etiam ipsum Pontificem, vt dicit Diana in part.8. tract.2.resol.3. cum Magdalen. de mun.test. in testament. requis. p.1. c.23.nu.1. Vega ad c.4. §.de ad vlt.nu.34. de iudic. Borgos. de irregular. tit.de Homicid. nu.3. Vasq. disp.178. c.2. nu.13. Clau.Reg. lib.3.c.10. nu.6. Azzor. tom.1. lib.5. c.15. q.5. Dionis. Paul. de Ver.quatuor Patriarch.sed erect.c.3.n.54.

12 Hinc infertur quod potest dispensare in quouis gradu consanguinitatis transuersalis etiam in primo gradu, sicuti in primo gradu affinitatis rectæ ea ratione quia affines in primo gradu non efficiuntur idem per vnitatem carnis sicut consanguinei in primo gradu rectæ lineæ, vt est Pater filia qui efficiuntur vna caro media carnali copula, vnde ex hoc de iure naturæ prohibentur contrahi. ita Sanch. de matrim. tom.2. lib.7. disp.66.n.6.seq. Bonacin.eo.tit.q.3. punct.12.nu.7. Filliuc.tom.1. tr.10. par.2. c.6. n.109. Baun. theol.mor. tom.1.tr.12. q.2. Perez.de matr.disp.28.sect.6.p.4.Bas. Pont.eo.lib.7. c.22. nu.2. Diana p.4. tr.4. resol.93. & nouissime p.8. tr.2. res.70. & seq. cum alijs per eum.

13 Item in omnibus irregularitatibus prouenientibus ex defectu vel delicto etiam ex homicidio iusto, vel iniusto, voluntario, vel casuali ea ratione quia Papa in omnibus iuris humani impedimentis potest dispensare, cum vt supra dictum est habeat omnimodam facultatem super iure positiuo, ita Bonacin. tit.de irregul.tom.1.disp. 7.q.4. punct.vlt. nu.1. qui & alios allegat quibus addo Barbos. de pot.Episc. p.2. alleg.39.nu.63.contra Borgas in tr.de irreg. p.1. in princ.q.2. qui ausus est dicere non posse Papam dispensare in irregularitate proueniente ex homicidio voluntario; & ita colligitur ex Conc.Trident. sess.24. c. 6. & resoluunt Vgol. de irreg. c.32. Suar. de Cens. disp.44.sect.4.nu.35. & alij communiter.

14 Item quæritur vtrum posit dispensare super iure naturali? & respondeo cum Filliuc. tract.31.c.1.nu.16. quod licet Pontifex in primis principijs rerum agendarum qualia sunt caste viuendum, recte agendū, & similia non posit dispensare; tamen in alijs quæ etiam sunt de iure naturali tamē ob rerum euentus æquum fuit relinquere in Ecclesia potestatem eximendi aliquem ab eorum obligatione, Papa posit dispensare, licet potius interpretatio quā dispensatio dici potest, ita Filliuc. & cum eo Azzor.

zor.tom.3.lib.1.c.3.q.3.quem sequitur Bonacina de legib. disp.1.q.1.pun.3. num.13. Sanchez de matr. lib.8. disp.6. Guttier.de matrim.c.122.nu.1.& alij multi cum Nau. Felin.Pan. Decio contra Suar.lib.2.de leg. c.14.

15 Denuo quæritur vtrum posit dispensare super iure diuino. & Respond. quod cum ius naturale,quatenus naturale est,nō sit proprie diuinum,quia proximè,& immediate non est à Deo, sed remote, & media ratione naturali iubente, vel prohibente; aliquod tamen dicitur diuinum,quia proximè præceptum à Deo est vel per se ipsum, vel per alium suo nomine, vt sunt Præcepta Decalogi quæ dicuntur de iure naturali diuino quia & recta ratione dictantur & à Deo in veteri Testamento mādantur; ita etiam votum & iuramentum sane de iure naturali diuino,quia vltra rationem naturalem præscribentem esse dicta vota seruanda,adest etiam præceptum Dei;dico ergo quod in iure diuino potest Papa ex iuxta causa dispensare. s.declarando in hoc vel in illo casu non obligare,& sic dicimus dispensare improprie in Voto, iuramento Matrimonio Rato, & similibus; potius.n. declarat quam dispensat; quia propriè in iure naturale diuino dispensare non potest S.Thom.2.2.q.88.art.10. Sot.lib.1.de iust. q.7. art.3. ad tertium, Dian. part.8. tr.2. resol.2. Azzor. vbi supra c.1. q.4. quem refert, & sequitur Filliuc. d.tract.31.c.1. n.16.18.& seq. Vide Sanch. de matr.lib.8. disp.6.n.1. & Barbos. cum alijs multis per eum nu.120. & seqq. & nouissimè Ægydium Bassæum in Florib. totius Theolog. V.Dispensatio num.4. & 9.

16 Ex his sequitur posse irritare Vota,& iuramenta, sed tali modo videlicet quod circa iuramenta; irritare potest multa ratione materiæ quia. s.versantur circa materiam, quæ per se subest potestati Pontificis, vt est iuramentum Clerici de dandis certis fructibus consanguineo, Canonici de seruando statuto præiudiciali Ecclesiæ, & denique in omnibus illis, quæ possunt impedire liberam administrationem circa beneficia, & gradus Ecclesiasticos. ista.n. omnia Pontificis iurisdictioni subiiciuntur, ita Caiet. q.89.art.4. Suar. de iuram. c.38.n.4. & Filliucius tract.25.c.9.nu.259. Circa Vota vero,& non omnia vota Christianorum irritare potest, sed tantum illa in quibus tacite est simul annexa voluntas Pontifices vt sunt vota Religiosorum,

17 qui speciali modo Papæ subiciuntur,& sic

18 potest dispensare vt promoti ad sacros ordines matrimoniū contrahant sicuti etiam Religiosus professus,& Monialis D. Tho. in 4.dist.38. q.1. art.4. circa med. S.Antonin.p.3.tit.11. c.2.§.2. vers.de Sacram.ordin.Coninch.de Sacram.disp.20.dub.10.& 12. Perez.de matrim. disp.17.sect.1. Barbos.de pot.Episc.p.2.alleg.45.n.22.seqq.vbi quadraginta circiter authores cum multis exemplis in praxi,allegat. & nouissime Dian.p.8. tract.1. De pot.Pont.ad Sacram. resol.72. Includitur.n.in multis votis ista

19 condicio tacita, si Papæ placuerit; aliter enim nulla essent quia forte includerent præiudicium vniuersale, vel particulare Ecclesiæ Suar. loco cit.c.2.n.3.dub.3.& 6. qui & alios adducit.

20 Et hic nota quod stante opinione probabili quod Papa possit dispensare vt sub vna tantum specie cōsecretur vt dicit Fagund. de præcept.Eccles. præc.2. lib.3.c.5.nu.5. cum Dian. d.p.8. tr.1. resolut.23. posse etiam sub irregularitate Abstemij dispensare sic Bonacin. de irregular. disput.7. q. 2. punc.2.nu.27.vbi nu.37. dicit. Quod ad Papam pertinet dispensare super omnibus irregularitatibus nisi forte sint coniunctæ cum impedimento iuris naturalis iuxta rationes, & allegationes per eum ibi.

21 Secundo nota,quod quando Papa dispensat vere & non ficte dispensat ita vt vere, & proprie quis remaneat in eodem statu quo ab initio erat ante impedimentum,ita Barbos.loco citato alleg.47.n.20.cum alijs per eum.

22 Dispensans verò absque iusta causa licet
& peccare venialiter dicatur à multis & præsertim à Dian.p.1.tract.10.resol.55. qui & confirmat hanc opinionem in p.8. tract.2. resol.6. & subditus petens dictam dispensationem peccare eodem genere peccati, sicuti & superior vt dicit Barbos. vbi sup. nu.124. attamen dictus superior potest excusari ab omni peccato.s.putando esse causam; cū tamen subditus non excusetur quia

optime

optime nouit causam non adesse; & e contra potest excusari subditus ex ignorantia inuincibili, & non excusari superior sciens causam non adesse. Sed hic aduertendum est quod quando cognosceretur damnum graue Ecclesiæ vel scandalum inter fideles tunc dispensare sine causa esset peccatum mortale tam concedenti, quam impetranti, ita Diana loco citato, & Barbos. de pot. Episc. p. 2. alleg. 39. n. 63. seqq. quibus adde Reginald. lib. 31. cap. 26. n. 194. part. 2. & Sanch. disp. 17. q. 1. de Matrim. & disp. 18. nu. 8. cum Merolla tom. 3. c. 6. dub. 21. n. 29. Vasquez c. 2. disp. 178. c. 3. n. 17. & Bassæo V. dispensatio nu. 9.

24 An vero possit dispensare circa suam propriam personam; Dian. p. 8. tr. 3. resol. 10. dicit quod sic; ne deterioris conditionis esse quam subditi, videatur: licet Io. Valer. in differ. vtr. for. in V. dispens. diff. 7. cũ aliis per eum dicat quod quando faceret absque rationabili causa non esset tutus in cosciẽtia; sicuti etiam Filliuc. tract. 14. c. 5. n. 35. dicit circa iuramentum quod Pontifices faciunt de non alienando bona Ecclesiæ ditioni subiecta quod si id confirmauit postquam fuit Papa creatus non possit absolui à seipso à dicto iuramento.

25 Ex his infertur posse Papam pro libito suæ voluntatis disponere de bonis omnium Ecclesiarum etiam in præiudicium alterius subsistentibus causis; & in beneficialibus præsertim, in quibus liberam dicitur habere dispositionem c. licet de præb. in 6.; licet in rescriptis & Constitutionibus ordinarie & regulariter numquam intendat tollere alias consuetudines, & Constitutiones; nec præiudicare tertio, præsertim in priuilegijs Ecclesiæ alicui cõcessis, nisi hoc exprimat Ganz. de Benef. p. 5. c. 1. n. 1. Sanch. opusc. Moral. lib. 2. c. 2. dub. 37. nu. 7. Filliuc. tract. 41. c. 2. nu. 2. & 45. n. 14. c. 5. Barbos. de iur. eccles. p. 1. lib. 2. n. 98. & n. 106. seqq. Sicuti etiam in Constitutionibus Episcoporum dispensare potest, nam vt dicit Reginald. lib. 31. nu. 194. Inferior ligatus est à lege Superioris, ita vt in ea dispensare

26 non potest; secus autem Superior; qui legi inferioris numquam est alligatus, & de eis disponere potest, ita etiam Vasq. 1. 2. disp. 178. c. 2. & alij per Bonacin. de leg. disp. 1. q. 2. punc. 1. nu. 6. vers. ex quo infertur.

27 Secundo infertur posse eximere Laicos de potestate, & iurisdictione Laicali, quandocumque interuenit iusta causa; & laicis delegare iurisdictionem Ecclesiasticam tam in Ciuilibus quam in criminalibus; immo etiam & in spiritualibus, dummodo non

28 adsit impedimentum iuris diuini ex parte subiecti, vt esset, quod Laicus possit Sacramentum Pœnitentiæ exercere, ita Nauar. c. 27. n. 6. & alij per Dianam p. 1. tract. 2. resol. 113. & sic etiam potest dictam Authoritatem eis subtrahere quandocunque ei placuerit Dian. p. 5. tract. 1. resol. 74. cum alijs.

29 Tertio infertur posse in casu ad spirituale bonum necessario iniquam sententiam à Iudice sæculari latam reuocare, vel ad se aduocare causam temporalem, vel originaliter cognoscere, & sententiam coactiue etiam proferre in qualibet graui causa etiã temporali Sot. in 4. dist. 25. q. 2. art. 1. concl. 4. Molin. de iust. tract. 2. disp. 29. vers. ex dictis. Soar. de deffens. fu. cathol. lib. 3. c.

30 22. n. 14. Ad eundem finem spiritualis boni potest etiam Pontifex leges ciuiles scriptas, & non scriptas abrogare, vt si dictæ leges approbarent peccata subditorum, licet essent venialia; laicos ad temporalia dispensare, & similia c. per venerabilem §. insuper qui fil. sint legit. Ludouic. Corr. in priuat. Suol. ad c. vlt. de præscript. super illis verbis. Cum generalibus. Exempla autem huius boni spiritualis alia multa habebis apud Sayr. de censur. lib. 6. c. 11. n. 19. Sanch. de matr. d. lib. 8. disp. 7. nu. 1. & nouissime ab August. Barb. de potest. Episc. p. 1. tit. 3. c. 2. à nu. 101.

31 Quarto infertur posse obligationem decimarum tollere quoad quotam, licet non quoad sustentationem, nam quoad quotam sunt de iure humano Ecclesiastico, ita Suar. lib. 1. de diuin. eccl. c. 14. quem sequitur Filliuc. tract. 27. p. 2. c. 7. n. 153. Vnde in particulari potest aliquos à dictis decimis eximere, ita Azzor. lib. 7. c. 37. q. 6. & 7. vbi etiam dicit de priuilegijs Religiosorum ab exemptione decimarum, sed quomodo hæc priuilegia intelligẽda sint iuxta Constitutiones Summ. Pontific. præsertim latas in fauorem Patrum Iesuitarum, & an sint derogata

rogata ab Vrbano Octauo. Vide Barbos.de iur. Ecclesiast. titul. de decimis latissime. potest etiam d.Decimas iusta de causa Laicis applicare Filliuc. vbi sup. nu.158.

33 Quinto infertur, quod eum habeat, vt supra diximus in Beneficialibus supremam & plenissimam potestatem, cum habeat pro propria Diœcesi totum orbem, vt ex textu in c.2.de præb.in 6.& Clem.in fine. Vt lit. pend.notāt Paris.cons.82.n.22.lib.5.Ganz. de benefic.c.1.n.1. Rota apud Farinacc. in recentiorib. decis.778.nu.1. part.2. Molin. de iust. tract.2. disp.29. q.2. Less.eo.tract. lib.2.cap.4.dub.4. Filliuc.tract.41.c.2.n.6. & alij communiter ideo ipse solus potest

34 dispensare super pluralitate Beneficiorum etiam curatorum, vt dicit Barbos. p.3. de potest.Episc. alleg.52. nu. 18. cum aliis per eum. Et reuocare iurapatronatus laicorū, & alia similia facere, vt dicit Bonacin. de leg. disput.1.q.2.punct.1.§.1. num.13. qui etiam aduertit propter hoc non esse libe-

35 rum Magistratibus, & Iudicibus sæcularibus litteras Pontificias reicere, quarum authoritate Beneficia exteri concedunt, sed solum possunt apud Iudicem Ecclesiasticū de subreptione opponere si adsit; aut si expresse derogetur iuripatronatus, remittere libellos suplices ad Pontificem, & interim executionem suspendere; qui si tamen dd. litteras Collationis vult habere ratas, debent Iudices Laici obedire etiam obstantibus Principibus, & eorum Legibus; & in hoc aduertant summopere dd. Laici ad deffensionem propriæ cōscientiæ ne animas eorum illaqueant Censuris ecclesiasticis quæ contrahūtur ab inobedientibus.

36 Ex hac causa etiam potest conferre beneficium excommunicato, & collatio valebit, nam potest suspendere effectus censuratū Suar.de censur.disp.6.sect.4.& de com muni testatur Bonacin. tom.1.de cens. in comm.disp.1.q.1. pun.vlt. nu.4.

37 Item potest separare præbendam ab officio spirituali, & sic eam vendere ead.ratione qua potest præbendam adnectere officio temporali, ita Suar.tom.1. de Relig. lib.4.c. 24.n.23. vbi n.25. dicit ex hac causa posse extinguere beneficium non separando præbendam ab officio quem sequitur Filliucius tract.45.c.6.nu.14.& seqq.vbi etiam dicit

38 posse Papam dare beneficium cum onere soluendi partem fructuum, & posse existimare valorem pensionis quam Beneficio imponit, & eam simul accipere, & num.18. quod facta separatione Præbēdæ possit dare Beneficium exhibenti pecuniam, iuxta rationes per eum ibi assignatas. Vide etiam de hac materia tractātes. Reginald.lib.23. nu.282. Sot.de iust. q.7.art.2. & Bonacin. tract.de Simon.disp.1.q.4. §.11. nu.13. & seqq. vsque ad finem Capituli prædicti.

39 Tandem ad deffensionem conscientiæ subditorum tria adnotanda sunt principaliter circa hanc Papæ iurisdictionem, primo quod Assertioni Papæ semper standum est quādo narratiua ab eo est facta de facto proprio, & per verba cēsemus, arbitramur, nos attēdentes, & similia; quia censetur procedere non solum tamquā Iudex, sed etiam tamquam Pontifex, & ea quæ de ore Pontificis procedunt sint obseruanda, & honoranda, tamquam si ex ore Dei procederent, vt dicit Barbos. de pot.iur.eccles. p.1. tit. de pot.Pap. nu.106. Secus tamen est, quando dicta narratiua est ad instantiam partis, & non motu proprio, vel est facta per verba, vt asseritur, & similia, vel est de facto alieno non secū gesto, vt notant Tusc.to.6. litt.P. concl.62.nu.2.10.20.34.& alibi cum alijs per Ag. Barbos. vbi sup. n.146. seqq. & fuit dictum in vna Sorana iurispatron. 28.April.1603. coram Pamphilio Santissimi D.N.Innocentij X. consanguineo, & in vna Pacten. pensionis 5.Decembr.1595.coram eod. Rota in vna Paduan.pension. 28. Iun.1581. prout refert Beltram. in addict. ad decis.239. Gregor.XV. sub litt.D. vers. aut vero. & notat nouissime Io.Valer. de diff.vtriusque fori verb.testis differ.5.vers. fallit in Papa.

40 Secūdo adnotandū est, quod quādo Papa apposuit manū in aliqua Cōmissione signāda, censetur voluisse per talem signatura, totū negotium ad se auocare, vnde inferiores nō possunt in illis agere, nisi determinate ad solū aliquē effectū, & nō ad totā causā manum imposuisset; vt est in Beneficio signato nā si fuit signatū ad totalem resignationem remanet affectū, nec potest per obitū illius qui resignare intēdebat, ordinarius cōferre, secus si nō ad resignationē, sed ad aliquam

particularem commissionem, ita Gonzal. ad 8. Reg. Cancell. gloss. 25. n. 31. Cam. Borell. in sum. omn. decis. tit. 4. n. 11. & alij per Barbos. de potest. Episc. p. 3. alleg. 57. n. 34.

41 Tertio adnotandum est multos adesse casus, quos sibi reseruauit Pontifex tam circa iurisdictionem & ordinem, quam circa collationem ordinum & Beneficiorum, sed quia non omnes faciunt ad rem nostrã, & satis clare, & diffuse scripserunt moderni ideo vide Barbos. de potest. Episc. p. 3. alleg. 50. à n. 3. vsque nu. 56. vbi postea etiam ponit omnes excommunicationes tam reseruatas quam non reseruatas Pontifici; ego solum afferam quæ ad forum Iudiciale pertinent & sunt sequentia.

42 Primo solus Papa dirimit & cognoscit causas maiores Episcoporum, & Superiorum Antistitum ex Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 5.

43 Secundo solus ipse potest eximere aliquos à Iurisdictione Episcoporum, licet non autem à propria ipsius Papæ, cum per hoc eximerentur à potestate Dei Innoc. in c. bonæ de post. Mandos. de signat. gr. tit. exemptiones vers. eximere. per text. in c. frater, & ibi glos. 16. q. 1. & alibi.

44 Tertio Causæ maiores vt sunt quæstiones spectantes ad Articulos fidei; sensum sacrarum litterarum declarandũ, explicandum quæ ad Sacramenta pertinẽt omnes ad Papam referuntur c. 1. de iuram. Calumn. c. maiores de Bapt. & c. 1. de Translat. Episc.

45 Quarto solus Papa generales canones condere potest c. ideo permittentes §. si ergo. 25. q. 1. itẽ dubia, & obscura in rescriptis interpretare c. pastoralis. de fid. instrum. Item Concilium generale confirmare, & eius Constitutiones probare reprobare, & interpretari c. 1. §. etiam dist. 17. & aliorum scripta damnare c. damnam. de sum. Trinit.

46 Quinto ipse solus suplet quod in cõtractibus deficit omissa aliqua Canonica solẽnitate c. illa quotidiana de elect. item ipse solus relaxat, cõmutat, & interpretatur ius iurandum in rebus c. venerabilem §. eos de elect. & remittit pænas ob simoniam contractas c. qui simoniacis. 1. q. 1. Sicuti etiam ipsi soli conuenit commutare pias testamentorum voluntates Clem. quia contingit de Relig. domib.

47 Sexto nemo potest agere in iudicio nomine Ecclesiæ Romanæ circa bona quæ Fratribus Franciscanis relinquuntur sine speciali Rom. Pontif. mandato Extrau. si conditorem de Verb. signif. quæ est Ioannis. 22.

48 Septimo sunt in Bulla Cœnæ Domini septem casus pertinẽtes ad hunc forum. primo cõtra afficientes aliquibus iniurijs eos qui ad Sedem Apostolicam accedunt, & sibi vsurpant iurisdictionem ordinariam vel delegatorum non habentes à Papa vel Iudicibus eius: Secundo contra eos qui percutiunt, vel spoliãt eos qui in Romana Curia causas agunt occas. earundem causarum. Tertio contra appellantes ad Laicam potestatem in causis Ecclesiasticis ad impediendam executionem litterarum Apostolicarũ. Quarto contra aduocantes ad se causas spirituales prætextu litterarum Apostolicarũ vt illarum exequutionem impediant. Quinto contra personas sæculares trahentes ad sua Tribunalia personas Ecclesiasticas. Sexto cõtra impedientes Prælatos Ecclesiasticos ne sua iurisdictione vtantur aut vsurpantes iurisdictionum & fructus ad illos pertinentes, & septimo contra se interponentes in causis Capitalibus contra Ecclesiasticas personas. Et sunt omnes Papæ reseruati.

49 † Et præter hos casus in Bulla Cœnæ contentos sunt & alij etiam Papæ reseruati. & Primus est contra ferentes grauamen siue in personis siue in rebus per actionem iniuriosam contra iustitiam in Iudicem qui sentẽtiam excommunicationis tulit, vel contra eum qui dedit occasionem ferendi dictam sententiam, vel contra eum qui talem sententiam obseruat. c. quicunque de sent. excomm. in 6. Bonacin. de excom. extr. Bull. disp. 2. q. 3. punct. 15. Secundus est contra Inquisitores scienter, & ex passione aliqua falsò crimen hæresis alicui imponẽtes, & innocẽtes infamantes Clem. 1. §. verum. de Hæret. Tertius est contra Iudices suscipientes querelas Fratrum aut Monialium Ordinis Prædicatorum ex Bulla propria. Quartus est contra Laicum, qui Ecclesiasticũ relegauerit. Vrban. VI. cõst. 6. incipit quia sicut. Quintus cõtra quemcumque Ecclesiasticum & alium etiam laicum auxilium consiliũ fauorem dãtem vt alium Ecclesiasticum ad forũ laicale trahat. Martin. V.

tin. V. const. 5. incip. ad reprimendas. Sextus contra ministros Papæ & omnes officiales etiam Episcopos exceptis Cardinalibus in terris Ecclesiæ officium quodcunque exercentes n. 116. qui munera accipiunt præter esculenta & poculenta quæ biduo consumi possunt Pauli II. Gambar. de cas. reseru. c. 7. num. 18. Item contra Gubernatores locorum ecclesiæ qui licentiam ferendi arma tribus palmis breuiora etiam ab breuissimum concesserint Pius V. const. 145. in c. cū vices in Bullar. tom. 2. pag. 556. & contra eosdem Gubernatores, & alios Officiales, qui aliquem homicidam vel exulem ab exilio reuocauerint vel saluum conductum ei fecerint etiam ad diem vnum Pius V. constit. 19. Septimus contra omnes Iudices, & quoscumque alios quouis nomine nuncupatos etiam Cardinales, qui in obligationibus in forma Cameræ illarumque exequutione, aut in alijs causis ad officium Auditoris Cameræ spectantibus se quomodolibet intromittere, ipsummet Auditorem eiusque Locumtenentes super præmissis molestare præsumpserint Pius IV. Const. 38. incip. ad eximia. Octauus contra quoscumque Iudices etiam Laicos in quibuslibet locis mediate, vel immediate subiectis ditioni temporali Sedis Apostolicæ accipientes aliquid pro Iustitia vel gratia obtinenda apud sedem Apostolicā, & contra dantes vel promittentes Clemēs VIII. Constit. 100. incip. pro commisso. Nonus contra impedientes vel conturbātes Inquisitores vel Episcopos in officio Sanctæ Inquisitionis Pius V. Const. 83.

50 Sunt & aliæ censuræ quæ licet Papæ nō sint reseruatæ, quia nemini reseruantur valde vtiles erunt si hic à nobis apponantur pro deffensione cōscientiæ Curialium.

51 Quarum prima est contra omnes Principes & officiales qui tertio admoniti ab Episcopis vel Ecclesiasticis personis recusāt facere Iustitiam super eorum causis c. administratores, 23. q. 5. Suar. tom. 5. disp. 29. sect. 2. n. 1. Filliuc. tom. 1. tract. 14. n. 164.

52 Secunda est contra Clericos habentes officium Vicecomitis vel Iudicis secularis, si admoniti non desistant Bonacc. disp. 2. q. 4. pun. 5. ex c. clericis. Ne cler. vel mon. & ego dixi sup. li. de Aduocato. deffen. 1. c. 3.

53 Tertia est contra eos qui impediunt Iudices ecclesiasticos ordinarios, vel delegatos quin sua iurisdictione non vtantur cap. quoniam de imm. Eccles.

54 Quarta contra omnes habentes iurisdictionem temporalem, qui nolunt obedire Episcopis vel Inquisitoribus in requirēdis hæreticis, & alijs præstandis de quibus ea c. vt Inquisitionis, de hæret.

55 Quinta contra officiales locorum quocumque nomine censeantur, qui faciunt statuta de vsuris soluendis, vel Iudices iudicantes vsuras esse soluendas, aut solutas non esse repetendas nisi infra tres menses deleuerint talia de libris Communitatum c. vnico de vsuris.

56 Vltimo nota quod constitutiones Pontificiæ ad hoc vt valeant sufficit quod sint Romæ publicatæ nisi Pontifex aliud signi-
57 ficet & † secūdo nō requiritur acceptatio, siue consensus populi, sed etiam renuente populo obligant nisi aliter Pontifex suam voluntatem declarasset Azzor. tom. 2. lib. 5. c. 3. q. 3. Sal. de Leg. disput. 12. sect. 2. n. 10. Suar. li. 4. c. 15. n. 3. Filliuc. tract. 21. c. 11. n. 397. Molfes. in summ. tom. 1. tr. 9. c. 8. nu. 51. Præpos. in p. 2. q. 95. disp. 1. punc. 12. n. 1. & alij per Dian. p. 7. tr. 1. resol. 28.

58 Leges tamen reuocatoriæ priuilegiorū & indulgentiarū vim obligandi non habent quousque promulgatæ sint in Ciuitati, vel oppido ita DD. apud Siluium. 1. 2. q. 96. art. 4. q. 3. concl. 1. quæ sequitur Bass. Flor. tot. Theol. v. Lex. 2. n. 4. in fine.

CAP. VI.

De Iurisdictione Cardinalium.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio Cardinalium multipliciter sumitur, & consideratur.*
2 *Quare Cardinales dicātur fratres Pōtificis.*
3 *Papa speciali modo dicitur, caput Cardinalium.*
4 *Dignitas Cardinalium maior est post Pontificem.*
5 *An iurisdictio Cardinaliū sit de iure diuino.*
6 *Cardinales dicuntur gremium Ecclesiæ.*
7 *Officium Cardinalium quod nam sit.*

M 2 8 *Papa*

1 CArdinalium Iurisdictio dupliciter considerari potest, in communi, & in particulari. In communi prout sunt omnes simul, & vnum efficiunt corpus; In particulari prout singuli. In communi iterum (est in duplici differentia) primo vt est Collegium omnium Cardinalium, & secundo, vt sunt congregati ad singulas Congregationes super negotiis spectantibus ad Ecclesiam Romanam à Pontifice destinatas. In particulari iterum est in duplici differentia. primo vt est vnusquisque titularis habens Iurisdictionem in ecclesia sui tituli, & secundo, vt sunt Legati Papæ, in earum legatione.

2 Vt est Collegium Cardinalium notandum est quod dicuntur Fratres Pontificis, & sic tamquam inter fratres non datur alter gradus medius vt dicit Menoc. cons. 257. n. 25. Homob. de stat. p. 1. c. 5. Roderic. Arch. Bracch. super Decret. in c. 5. nu. 5. d. 71. Vnde dicuntur facere vnum corpus cũ Papa sicut Canonici cum Episcopo, ita Roman. cons. 498. n. 10. seq. Martin. Lauden. in tract. de Cardin. p. 2. q. 5. Carol. de
3 Graff. de effect. Clericatus. in prælud. nu. 307. Et licet Papa sit caput omnium, & omnes tamquam membra Papæ sint. attamen Papa speciali modo caput Cardinalium esse dicitur, & ipsi specialia membra eius vt dicit Tusch. in littera C. cons. 90. n. 13. quia habent quandam Communicationem cum Papa sicut membra cum capite; tũ maioritatis curæ assistendo Papæ, tum maioritate Tribunalis, quia Collegium Cardinalium vna cũ Papa est maius Tribunal in Ecclesia, & tum etiam authoritate, & iurisdictione respectu causarum

nam

nam maioribus causis præsunt totius Ecclesiæ vt per multos textus notat Graff. decis. aur. p.2. lib.3. c.27. n.17. Villad. de Cardin. leg. n.11. Barbos. de iur. eccles. lib.2. tit. de dign. Cardin. cap.4. n.20. & Dian. p.5. tract. 2. resolut. 1. qui dicit, quod per hoc dignitas Cardinalatus est maior in Ecclesia Dei post Pontificem & adducit decem & octo Authores, & testatur de communi; & statuit Eug. IV. in sua Constit. quæ incipit. Non mediocra in Bullario nouo tom.1. pag. 282. Licet tamen ordine sit inferior Episcopatui vt dicit Homobon. de Statib. p.1. c.6. § nec dubium; non reperitur. n. ordo maior quam Episcopalis Grat. disc. for. to. 3. c.590. n.24. Barbos. de pot. Episc. par.1. tit.1. c.6. num.4.

5 Secundo notandum est, quod dignitas Cardinalium omnem sæcularem, etiam regiam antecellit, & eorum officium de iure diuino quoad suã primariam originem & ad vmbrationem esse dicit S. Anton. p.3. tit.21. c.1. & 2. Aug. Triumph. de pot. Eccles. q.102. Azzor. p.2. lib.4. c.1. q.3. Dian. part.5. tract.2. res.2. Cœtum enim Apostolicum representant, ita Eugen. IV. in dicta const.15. incip. non mediocris §.6. Rodulph. Cupers. comm. ad c. oportebat dist.79. art.1. & seqq. Barbat. de Præst. Card. 1.92. q.1. nu.24. Manfred. de Cardin. c.8. punct. 14. Cæs. de Eccl. Hier. disp.2. §.2. num.2. Roman. cons.498. nu.11. Tusch. Verb. Cardinalis concl.100. nu.3. Card. Baron. nostræ Congregationis & vnus ex primis discipulis S. Filippi Nerij Patris nostri to.1. annal. anno Christi 881. vers. quod autem. Fernand. in exam. Theolog. p.3. c.11. §.4. n.6. Paris. de resignat. benef. lib.12. q. 4. n.6. & 13. Moncta qui & alios refert de conseru. iudic. c.5. num.38. Decian. resp.8. nu.64. vol.1. & nouissime Michael Ferr. de Præced. quæst.13. nu.1. †

6 quare simul cum Pontifice iudicant totum Orbem, & dicuntur gremium Ecclesiæ cum aliis priuilegiis traditis à DD. supracitatis quibus adde Staph. tract. de appellat. q.2. art.2. nu.30. & alios per Barbos. vbi supra de iur. ecclesiast. lib.1. c.3. nu.5. & cap.4. per totum. Isidor. Mosson. de maiest. milit. Eccles. lib.1. c.5. Germon. de Sacror. immun. lib.3. c.6. Lancellot. Conrad. in templo omn. iudic. lib.2. c.2. quos refert Homobon. loco citato p.1. cap.5. paulo post principium, & in vers. Porro est dicit ex Baldo, Saliceto Paul. de Castro, & alijs, quod si Cardinali forte occurrat aliquis ad mortem condemnatus si ipse ponit Pileum super caput eius, statim à morte liberatur, & hoc propter reuerentiam eius eminentissimæ dignitatis, cui adde Barbos. num.61.

7 Tertio notandum est, quod præcipuum officium Cardinalium est Reipub. Christianæ consulere, & Romano Pontifici assistere, & ei in negocijs arduis rectum consilium præbere, & cuncta quæ eis ab eodem Pontifice pro vtilitate Ecclesiæ iniunguntur fideliter adimplere c. per venerabilem vers. sunt autem. qui filij sint legit. c. fundamenta §. decet. de elect. in 6. vnde quæ sciunt in Concistorio, reuelare nõ possunt, sed arcana concilij silẽtio obsignare Crau. c.27. n.110. cum alijs per Thesaur. de Pœn. Eccles. Verb. Concistorium p.2. c.1.

8 Sed quæritur vtrum Papa de necessitate debeat adhibere consilium Collegij Cardinalium in decidendis causis fidei, alijsque arduis negocijs, & Respondeo negatiue; nã etiam sine eis decidere potest, vnde quando dicit de fratrum nostrorum consilio decentiæ magis est quam necessitatis. Chassan. in Cathal. glor. mund. par.3. consid.47. Mascard. de probat. concl.262. nu.56. Cardin. Iacobat. de concil. lib.7. art.5. & aliis per Barbos. de iur. eccles. lib.1. cap.4. num.89.

9 Notandum autem est, vt dicit Coninch. de actib. supernatur. disp.12. dub.5. nu.52. & seqq. quod in spiritualibus capita Ecclesiæ, & successores Apostolorum sunt Episcopi, inter quos sunt etiam Cardinales; & præcipue Romanus Pontifex omnium Episcoporum Episcopus vnde quidquid tam Summus Põtifex quam legitima Concilia vna cum eo circa res fidei ac scripturarum interpretationem tamquam fide credendum definiunt, id deffiniunt ex dictamine, & directione Spiritus sancti qui ex promisso Christi Ioannis 16. eos per se, & non per eos docet omnem veritatem; Vnde sunt de fide, & omnes credere debent. ita Coninchius.

Secun-

Secũdo quæritur vtrum à Collegio Cardinaliũ possit appellari? respondeo quod à sententia vnius Cardinalis potest appellari nisi in causa illi commissa sit Clausula omni appellatione remota; à cœtu vero Cardinalium non potest appellari Alban. de Cardin. q.94. priu.3.& 4. Dian.p.5.tit. 2.resol.37. Recusari vero numquam possunt, ita Guazzin. Pater meus deff.1. c.19. n.100.cui adde DD. relati a d.Dian.vt supra resolut.30.

11 Tertio quæritur an in sede vacante Pontificis Cardinalis possint condere leges & alia Iurisdictionalia facere, & Resp. cum Abbat. in c. cum se nu.12. ex Clement. Ne Romani de Elect. quod non possunt; & ratio est, quia eis conceditur tantum, quod permittitur in c.vbi pericula de elect. in 6. ea scilicet quæ pertinẽt ad electionem Pontificis ad deffensionẽ Ecclesiæ, & ad imminẽtia pericula obuiandũ;sic etiam ex const. Pij V.quæ incipit in eligendis tradit Dian. p.5. tract.2.resol.4. Bonac.de legib. disp.1. q.1. p.3. n.26. & Barbos. d.c.4. n.91.

12 Ex his infertur quod non possunt corrigere, immutare,vel modificare Cõstitutiones Summorum Pontificum,nec alia similia facere quæ Papa facere poterat, quia eis non conceduntur a Iure; & licet repræsentent totum corpus Ecclesiæ tamen non represẽtant totam iurisdictionem Pontificis, vide Manfred.de Cardinal.dec.261. Azzor.p.2. lib.4.c.3.q. 1.Iud.Lauor.var.lucubrat.to.1. tit.3. c.3.

13 Si tamen aliqua vrgeret necessitas defendendi Ecclesiam vel terræ ipsius partem aliquam prouidendi,& similia faciendi ad Beneficium,& sustentationem ipsius poterunt Cardinales simul congregati illi occurrere, ita ex Constit.Pij IV.incip. in eligendis Bullar.noui tom.2. pag.92. & cum ea nota alios allegatos à Barbos. vbi supra num 91.

14 Quarto notandũ est iurisdictionem Cardinalium esse in multis priuilegiatam, & primo ipsis solis competit electio Summi Pontificis.Sed hoc nõ facit ad rem nostram considerando eos vt Iudices,dico igitur primo solum Cardinales possunt priuatum carcerem habere ad punitionem familiarium, quod in alijs est crimẽ læsæ maiestatis propter vsurpationem iurisdictionis; habent enim potestatem iudicandi eos priuatiue quoad alios, vt tradit Clar.Praxi lib.5. §. fin.q.66.n.72. cum alijs contra Bonac.to.3. disp.1.q.16.punct.3.nu.7. Et possunt habere familiam armatam per rationes, & authoritates allatas à P.Dian. p.5.tract.2. re-

15 sol.35.& aduerte † quod Cardinales cẽsentur tamquam ordinarij suorum Comensalium & quasi proprij Sacerdotes suæ familiæ,& per se,& per alios munus hoc Parochiæ exercere & per consequens eamd. familiam non subiici Parochiali quoad Sacramenta ab illis suscipienda,& solum habent Cardinales quasi propriũ Sacerdotem Pontificem,vt notant Vgolin. de cens.tab.1.c. 2. §.20. in fine. Azzor.& Suar.citati ab An

16 ton. Naldin sum.V.Cardinalis nu.8. † Secundo possunt in extrema necessitate Concilium congregare quod esset magnæ authoritatis; licet non legitimum,& perfectum, quia dicta legitimatio est propria Papæ, & in dd.Concilijs, & in aliis habent ius præsentiæ & Iudicis; licet non sint Episcopi. Dian.d.p.5.tract.2.resolut.3.& resolut.62. cum aliis per eum.

17 De Cardinalibus vero Regularium Protectoribus eorumque facultatibus, Iuribus & Priuilegiis,vide Lezanam in Summ.qq. Regular. tom.2. cap.9.

18 Quæ attinent verò in secundo loco ad iurisdictionem Cardinalium vt sunt destinati à Pontifice per diuersas Congregationes negociorum in Vrbe,quæ sunt quindecim institutæ à Sixto V.vt habetur in Constit.ab ipso edita anno 1589.quæ incip.Immensa fol.611.Bullar.noui, quibus additæ sunt, & aliæ ab alijs Pontificibus & præsertim Congregatio de propaganda fide tam vtilis, & necessaria Reip. Christianæ est quærendum an declarationes quæ emanant a dd.Congregationibus habeant vim legis & si faciant probationem necessariam,ac si essent Papæ responsa? & Respondeo affirmatiue ex veriori & communiori opinione,vt tradit Barbos.de iur.eccles. lib.1. c. 4. n.83. cui adde Bonacin.de legib.disp.1. q.1. punct.3.nu.26. qui & alios multos allegat.

19 Et ratio est,quia Cardinales in dd. Congregationibus habent iurisdictionem à Papa

pa declarandi, interpretandi, & responden di, vt habetur in Bulla Sixti Quinti quæ est septima in 2 part. Bullarij, & ita declarauit ead. Sacra Congregatio consulto Papa teste Garz. de Benefic. tom. 1. in Præfat. & notant nouissime post alios Lexan. Summ. qq. Regul. tom. 3. Verb. Sacra Congregatio nu. 8. Modern. de suplicat. ad Sanctiss. p. 2. cap. 2. nu. 7. & ex multis Rotæ Romanæ decisionibus Ferentill. in Annotation. ad decis. 474. Buratti nu. 20. & seq.

20 Sed quia multi Doctores dubitant in hac opinione vt est videre per Paul. Laym. lib. 1. tract. 4. c. 7. §. 7. nu. 28. & per nostrum Meroll. to. 2. disp. 4. c. 4. dub. 12. n. 172., ideo concordando has opiniones dicam dupliciter se haberi dd. Declarationes; vno modo antequam publicentur, altero modo postquam publicatæ fuerint.

In primo modo, scilicet antequam sufficienter proponantur, publicentur, & per Sedem Apostolicam declarentur certum est quod vim legis nõ habeãt, sed tamen maximi ponderis & authoritatis sunt, & ab eis nulla ratione recedendum est sine firmissimis fundamentis, & vrgentissimis rationibus sicut notat Bonacin. de leg. disp. 1. q. 1. punct. 8. nu. 4. vers. prima est cum alijs per eum cui adde Ledesma in Sum. tom. 1. de Sacram. Pœnit. cap. 13. diff. 7. ibi ex idiomate Hispano ad Latinum permutato. Determinatio Cardinalium est magnum argumentum in fauorem illius sententiæ quam approbant Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 2. n. 10. ibi; magnam habent authoritatem & alij communiter contrariam opinionem deffendentes.

21 Ex quo infertur quod Iudices sententias ferre debent iuxta Declarationes Cardinalium, quia sunt maximæ authoritatis & vicem gerũt Interpretationis generalis in omnibus entibus consimilibus, vt notant Rodrig. tom. 1. q. 11. Molfes. tract. 9. c. 13. n. 44. & Salas. de legibus. disp. 2. sect. 4. n. 53.

22 Aduerte tamen quod ille qui coram Iudice, cui alias non sufficienter innotuit Cardinalium Declaratio, litigat, & suam causam tuetur declaratione Cardinalium; ipsi incumbit onus probandi eam, vt dicit Salas vbi supra quem refert cum alijs. Bonacin. de Legib. disp. 1. q. 1. punct. 8. nu. 6.

23 Si vero dictæ Declarationes publicentur tunc habent vim legis & tamquam leges sunt obseruandæ, & habent vim obligandi in vtroque foro tã in casibus in illa expressis quam in alijs consimilibus, nam vt dicit Zip. in Analatic. postr. Iur. Eccl. enarr. in Epist. ad Lectorem Cardinalibus ea authoritas data est quæ olim in Republica Christiana prudentibus quorum responsa accipiebantur pro iure vnde illorum Resolutiones in vtroque foro seruãdas, & iuxta eas iudicandum esse videtur, vt bene notat etiam Barbosa de Iur. Eccles. lib. 1. cap. 4. nu. 81. cum alijs per eum.

24 Quæres modo quãdo dicũtur publicatæ? & respõdeo quod tres debent habere condiciones, prima. Vt pronuncientur consulto Pontifice; secundo, vt exhibeãtur in forma authentica, solito sigillo, & subscriptione Cardinalis Præfecti, ac Segretarij d. Congregationis & tertio, vt sint Declarationes, & interpretationes non autem dispensationes vel restrictiones, ita nouissime Machad. lib. 4. part. 7. tract. 3. doctr. 2. in fin. & Dian. p. 5. tract. 2. resol. 96. qui dicunt extare peculiarem declarationem d. sacræ Congregationis circa hoc, & de ea etiam mentionem facit, Modern. in suplicat. ad sanctiss. p. 2. c. 30. §. 4. & idem Dian. in resolut. 12. testatur de alia declaratione sacræ Congregationis Card. Interpret. Concil. Trident. publicata die 2. Augusti 1631. in quaditur quod dd. Declarationes quando sunt in forma Authentica solito sigillo munitæ cum subscriptione Cardinalis Præfecti, & segretarij, Fides est eis adhibenda à quocũque siue in Iudicio siue extra; & eam refert etiam in nouissima editione Lugdunensi Barbos. de iure ecclesiast. lib. 1. cap. 4. nu. 83. per extensum.

25 Modo quæres Vtrum d. Publicatio sufficit quod sit facta Romæ vel necesse est eam publicari in singulis Præcibus; & respondeo quod sufficit quod Romæ sint publicatæ; eaque eorum, obligatio pendet ex acceptatione populi; vnde Episcopi & Iudices debent punire reos non obseruantes, vt ex multis rationibus probat Dian. p. 6. tract. 6. res. 38. & seq.

26 Secundo quæres. Quando sunt duo Resolutiones contrariæ, quarum vni standum

dum sit? & respondeo standum esse secundæ, quia semper censetur scientia de prima, & ita voluisse dictam sacram Congregationē reuocare aliam, sic requirentibus aliis temporis circumstantiis & conditionibus ita Dian. loco cit. resol. 96. in fine cui adde Sanch. lib. 8. de Matrim. disp. 2. n. 10. Laym. lib. 1. tract. 4. cap. 9. §. 7. Rodr. tom. 1. q. 11. & nouissime Zābell. resolutor. Cas. consc. Verbo. lex. n. 7. Sed aduerte quod si illos bene consideraueris non inuenies contrarietatem nisi ex aliquo accidenti, quod in hoc summopere adnotandum est.

27 Tertio quæres an dd. Constitutiones siue Declarationes teneant etiam, & obligare dicantur quoad præterito & respondeo quod sic, & ideo obligare non solum quoad futuros sed etiam quoad casus præteritos, nisi adsit de præterito aliqua alia Contraria declaratio vt supra diximus; vel adsit probabilis doctorum opinio in contrarium; nam licet d. Declaratio præcisè non obligat ad præterita, obligat tamen lex quæ declaratur; nam qui declarat nil noui inducere dicitur ita Nald. V. declarare n. 1. cui adde Salas de leg. disp. 21. sect. 12. & alios per Bonac. vbi supra nu. 7. qui loquitur in terminis.

28 In particulari vero Cardinales habēt Iurisdictionem titularē, in ecclesijs suorū titulorū, quos titulos instituit Marcellus Papa in Vrbe, quasi Diœceses quasdam Præsbiteris & Diaconibus assignatas ad Baptismum Pœnitentiam, & Martirum sepulturas, & postea aucti fuere a diuersis Pontificibus, & postremo accommodati & designati a Clemente Octauo, & a Sacra Rituū Congregatione approbati sub die 30. August. 1602. ac a Paulo V. confirmati de anno 1618. & sunt Tituli Prebiterales 51. & Diaconiæ quindecim, vt dicit Barbos. de Iur. Eccles. lib. 1. cap. 3. n. 48. Vers. Ecclesiæ tituli.

29 Et nota quod hæc iurisdictio est eadem quā habent Episcopi in sua Diœcesi excepta potestate conferendi ordines ei sublata per concil. Trident. sess. 23. cap. 9. vt notat Sanch. opusc. moral. tom. 2. lib. 7. c. 1. dub. 19. possunt tamen minores cōferre suis subditis ac familiaribus Paris. de resign. Benef. lib. 4. q. 2. nu. 88. Lexan. in qq. Reg. tom. 3. Verb. Cardinalis. num. 5.

30 Vnde possent in dd. Titulis etiam si non sint Episcopi cognoscere de causis criminalibus, & si reus sit Clericus depositione dignus sententiam contra ipsum ferre, ita asserunt Germon. de Indult. Cardin. §. tam ratione num. 32. Fr. Leo. thes. fori ecclef. p. 2. c. 1. nu. 7. Azzor. p. 2. lib. 4. c. 3. q. 2. Squill. de priuil. Cleric. c. 2. n. 2. in fine.

31 Item possunt in dd. titulis leges ferre ligantes in cōscientia, excommunicare, suspendere & interdicere per se, & per eorum Vicarios, & reliqua facere quæ sunt Iurisdictiones Episcopales ita Roman. consf. 498. num. 11. Sbron. de offic. Vic. lib. 1. q. 3. n. 23. & textu in ex his qui de Maior. & obed. & notant etiam Monet. de Conseruat. n. 34. c. 5. & alij per Dian. p. 5. tract. 2. resol. 12. 55. 57. seqq. & 71.

32 Item possunt in illis ecclesijs titularibus vti Pontificalibus, commutare vltimas voluntates dispensare in Irregularitatibus, vt Episcopi, conferre beneficia dum sunt in Vrbe, suscipere subsidium Charitatiuum, derogare fideicommissis, dare licentiam assistendi matrimonio & alia omnia quæ Episcopi facere possunt. Vide late Azzor. Inst. moral. p. 2. c. 3. q. 2. lib. 4. Sanchez de matrim. lib. 3. disput. 28. n. 7. & Dian. vbi supra in multis resolutionibus cum Barbos. de pot. Epis. p. 3. alleg. 87. nu. 14. & seq. & de Iur. eccles. c. 4. lib. 1. a n. 25. cum alijs per eos allatis quibus adde Paul. Layman lib. 1. tract. 5. p. 3. c. 2. n. 1. Suar. lib. 4. de Legib. c. 5. nu. 4. & Bonacin. de legib. disput. 1. quæst. 1. punct. 3. nu. 26.

33 Et nota quod Cardinales in cōmissis sibi ecclesijs a sede Apostolica possunt Iurisdictionē exercere etiam ante captā possessionem & ostensionem litterarum non obstante decisione extrauag. iniunctæ. de elect. in comm. ita testantur Serafin. decis. 1144. n. 3. Machad. tom. 2. lib. 4. p. 7. tract. 3. docum. 5. nu. 4. & alij per Barbos. de pot. Episc. par. 3. alleg. 111. nu. 35.

34 Vltimo loco habent Cardinales Iurisdictionem prout singuli in eorum legationibus, sed nota quod soli Cardinales nuncupantur legati à latere extra Curiam missi, vt dicit Alban. de Cardinal. quæst. 42. priuil. 22. & 23.

Secundo

35 Secundo nota, quod Cardinali asserenti se esse legatum creditur circa ordinariam potestatem, etiamsi litteras suæ legationis testes non exhibeat, c. nobilissimus dist. 7. Tusch. litter. C. conclus. 103. n. 5. Azzor. li. 5. c. 27. quæst. 8. & nouissime. Io. Valer. de differ. vtr. for. verb. obedientia differ. 4.
36 n. 4. Sicut etiam creditur, si attestetur de mandato speciali Sedis Apostolicæ aut de de mente Pótificis absque litteris sui mandati, ita Rot. decis. 33. de probat. in antiq. Lap. alleg. 32. n. 3. vers. an credatur. Et de stilo Curiæ statur dicto Cardinalis de his quæ dicta vel facta sunt coram eo. c. constitutis de appellat. & ibi Host. Dian. p. 5. tract. 2. resolut. 31.
37 Limita circa ea, in quibus requiritur speciale mádatum, vel quando sunt talia, quæ principaliter diriguntur ad præiudicium tertij, vel quando de se ipso asserat ita Nauar. cons. 6. nu. 8. de testam. Tuschus d. litt. C. concl. 103. n. 8. & 18. seq. & nouissime Laurent. de Peyrin. de Priuileg. Regular. ad constit. 3. Gregorij XV. n. 2. seqq. cum aliis per Barbos. de iur. eccles. lib. 1. c. 4. nu. 63.
38 Et hæc iurisdictio extenditur in Prouincia Legationis eo modo quo extenditur iurisdictio Episcopalis in sua diœcesi Garz. de Benef. p. 1. c. 5. n. 283. Sanch. de Matrimoni. lib. 8. disp. 9. nu. 25. Mandos. reg. 34. quæst. 50. nu. 5. Gonz. ad reg. 8. Cancellar. glos. 25. n. 15.
39 Imò dd. Cardin. Legati possunt excommunicatos pro violenta manū iniectione in Clericum absoluere, etiam si lesio sit enormis cum omnibus alijs excommunicationibus Papæ Reseruatis, præterquam ab illis in quibus dicitur præcise & exprese, quod à nullo absoluatur nisi à Papa Azzor p. 2. li. 5. cap. 32. q. 6. ex cap. quod translatione & c. ex connumeratis vbi glos. verb. mittitur de offic. Legat.
40 Item in causis Iudicialibus quæ ad rem nostram attinēt, possunt illas committere, & delegatus ab eis potest Iurisdictionem exercere antequam sint ingressi Prouinciam, vbi delegantur Gambac. lib. 8. n. 56. de offic. & potest. Legat. Azzor. d. p. 2. c. 31. quæst. 2. Paris. de resign. Benefi. lib. 1. q. 11. n. 4.
41 Item possunt cognoscere causas contra exemptos, ita gloss. in Verb. reseruata. vers. ego credo in d. c. quod translatione de offic. legat. & DD. per Dian. p. 1. tract. 2. resol. 16. Et ratio est, quia Papa eximendo à iurisdictione ordinarij non eximit à iurisdictione legati, vt dicit Nau. de dat. & promiss. notab. 4. num. 10.
42 Et nota, quod licet habeant iurisdictiones in exemptos; eximere verò non exemptos nō possunt cum nihil agere valeant in præiudicium, & violationem iuris communis Abb. in c. fin. nu. 2. cum additt. de const. vtil. & eximere multum præiudicat Ecclesiæ, vt notat Baron. tom. 8. Annal. anno 676. & resoluit Cochier. p. 1. q. 3. n. 13. cum alijs
43 qui eum sequuntur. † Prout etiam nō possunt se ingerere in causis alteri à Papa specialiter delegatis, nisi vt sententiam iustam exequi faciant c. studuisti de off. leg. quia speciale mandatum generali detrahit Narbon. de appellat. à Vicar. p. 1. nu. 152. Gig. cons. 86. num. 2. Neque possunt se ingerere causæ ab eo alteri commissæ, quia desinit esse Iudex illius c. licet. de offic. legat. Reginald. Prax. for. pænitent. lib. 30. tract. 3. cap. 17. sect. 2. nu. 138. in fine.
44 Item possunt statuta facere quæ perpetuo durent etiam finita legatione; quæ tamen Legatio per mortem Papæ non expirat, sed tantum per reuocationem Pontificis, aut finito tempore ei designato c. vlt. de offic. leg. & c. legatos de offic. leg. in 6. Azzor lib. 5.
45 part. 2. c. 12. quæst. 1. 2. & 14. † Prout etiam possunt condere statuta contra statuta aliorum legatorum, & facere omnia quæ ad iurisdictionem ipsius spectant, vide late Barbos. de iur. Eccles. lib. 1. cap. 5. nu. 84. & 90. cum alijs per eum allegatis quibus adde Laym. lib. 1. tract. 4. c. 7. § 6. de iurisd. legat. & Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 14. num. 8.
46 Modo quæres an idem dicendum sit de alijs Legatis à latere nō Cardinalibus qui & Nuncij vocātur? & Respōdeo negatiue, nisi sit apposita Clausula cum potestate legati a latere quæ de stilo Curiæ Romanæ apponi solet; sicuti etiam sunt legati qui dicuntur nati, quia cum dignitate quam acquirunt fiunt ipso iure legati qualis est Archiepiscopus Rhemensis in Francia, Eboracensis in Anglia, & Bituricensis in Aquitania.

tania, de quibus vide late Barbos. d. lib. 2. cap. 5. a num. 4. qui & multos alios allegat, & plura circa hanc materiam scribit.

47 Vltimo aduerte, quod in omni dispositione concernẽte publicã vtilitatem Ecclesiæ vt est in prohibitione de non alienando bona Ecclesiastica, comprehenduntur etiam Cardinales, licet nominatim non exprimantur, in alijs vero non intelliguntur nisi specialiter nominẽtur. vide Filliuc. tract. 44. c. 3. nu. 79. vers. dicendum, & de communi testatur Caputaq. decis. 211. lib. 1. Flam.

48 lib. 12. q. 4. nu. 8. † vnde in sententiis suspensionis, & interdicti mandato Papæ aut constitutionem generaliter promulgata minime afficiũtur nisi de eis sit facta specialis mentio. Sic Doctores allegati a Dian. d. tract. 2. part. 5. resol. 46. Barbos. cap. 4. lib. 1. nu. 69. Prout etiam in Regulis Cancellariæ nisi eorumdem factorem cõcernant Latter. de re benef. lib. 1. q. 8. nu. 84. licet alij contrarium teneant, vt per Barbos. vbi supra num. 55.

49 De iurisdictione vero particulari Vicarij Papæ, Camerarij, Summi Pœnitentiarij, Vide eumd. Barb. in fine.

CAP. VII.

De Iurisdictione Episcoporum.

SVMMARIVM.

1 Ordo Episcopalis est maior post Pontificem.
2 Papa quomodo vocatur Episcopus.
3 Barbosa satis docte discutit de potestate Episcopi.
4 Ad Patriarcham omisso alio medio potest appellari.
5 Iurisdictio Patriarchalis in Episcopos suæ Prouinciæ ordinaria est.
6 Patriarchæ possunt absoluere excommunicatos à suffraganeis etiam inuitis.
7 Iurisdictio Patriarchalis ad quæ extenditur.
8 Patriarchæ quando possunt condere leges obligantes totam prouinciam.
9 Inter Patriarcham, & Primatem nulla datur differentia iurisdictionis.
10 Quando fit mentio de Patriarchis non intelligitur nisi de quatuor.
11 Iurisdictio Archiepiscopi quomodo consideratur.
12 Archiepiscopus est Iudex ordinarius suffraganeorum.
13 Potest cognoscere eorum causas, & quomodo.
14 Archiepiscopi iurisdictio in suffraganeos ad quæ specialiter extendatur, num. 15. 16. & 17.
18 An Vicarius Archiepiscopi possit absente illo suffraganeum suspendere.
19 Archiepiscopus quando possit excommunicare Vicarium suffraganei.
20 Quomodo se gerere debet Archiepiscopus in coercendis suis suffraganeis, & num. 21.
22 Episcopi sunt exempti a pœnis communibus, nisi de eis habeatur expressa mentio.
23 Ad quæ extendatur iurisdictio Archiepiscopi circa subditos suffraganeorum.
24 Casus a iure expressi in quibus Archiepiscopus habet dictam iurisdictionem, & nu. seq. vsque ad num. 29. inclusiue.
30 An consuetudo possit dare aliam Auctoritatem Archiepiscopis.
31 Suffraganeus quando possit in Archiepiscopum iurisdictionem exercere.
32 Quomodo Archiepiscopus valeat causas appellationis a suffraganeo iudicare.
33 In causis Sanctæ fidei non datur appellatio ad Archiepiscopum sed ad Papam.
34 Non potest Archiepiscopus cognoscere de nullitate sententiæ suffraganeorum nisi per appellationem, & num. 35.
36 Archiepiscopus non potest recipere appellationem subditi suffraganeorum, quando iam conuentus fuit coram dicto Archiepiscopo.
37 Iurisdictio Archiepiscopi in sua diœcesi est eamdem quam Episcopi.
38 Episcopus Princeps Ecclesiæ vocatur, & Legatus Christi.
39 Episcopus non potest exemptos excommunicare.
40 Limita in sex casibus vsque ad nu. 45. inclusiue.
46 Vtrũ Episcopus possit excommunicare exemptos in casibus in quibus sunt illi subiecti.
47 An Episcopus possit denunciare, vt euitentur exempti excommunicati, & num. 48.
49 Quando Episcopus possit coercere exemptum notorie delinquentem, & num. 50. & 51.

52 Com-

52 *Commorantes extra claustra possunt conueniri ab Ordinario.*

53 *Quando Episcopus possit punire exemptos in causa heresis.*

54 *Quomodo debeat Episcopus procedere contra Pradicantes sine licentia.*

55 *Item in causis matrimonialibus.*

56 *Vtrum Episcopus possit compellere exemptos ad obseruantiam Synodi.*

57 *Episcopus potest compellere laicos, & Regulares ad rationem administrationis locorum piorum, & executionis testamenti.*

58 *Episcopus an possit per seipsum cognoscere de heresi.*

59 *A decretis Episcoporum quando non appellatur.*

60 *Excommunicatio Episcopi quas personas liget.*

61 *Quomodo Episcopus possit absoluere ab irregularitate ex homicidio, & seqq.*

64 *Quid dicendum sit de alijs irregularitatibus, & n.68.*

65 *Episcopus an possit dispensare in Dignitatibus, & in beneficijs, n.66. & 67.*

69 *Dispensatio si fiat tacite non intelligitur facta.*

70 *An illegitimus promotus intelligatur dispensatus.*

71 *An dimissi à Religione incidant in pristinam irregularitatem.*

72 *An Episcopus possit dispensare cum Clerico coniugato ad Beneficia.*

73 *An possit conferre Beneficia Regularia sacularibus.*

74 *An possit dispẽsare in Bigamia. et n.75. et 76*

77 *An possit dispensare in irregularitate orta ex furtiua ordinum susceptione.*

78 *Vel ex admiratione in ordinibus male susceptis.*

79 *An possit dispensare in suspensione à diuinis Religiosos admittentes fœminas intra Claustra Monasterij.*

80 *Episcopus non potest dispensare in iuramentis adiectis contractui turpi.*

81 *Iniustè denegans dispensationem quod peccatum committat.*

82 *Non potest delegare laico causas mere spirituales.*

83 *Non potest citare subditum extra suam Diœcesim.*

84 *Limita in tribus casibus, vt ibi.*

85 *Episcopus quomodo potest excommunicare subditum extra suam Diœcesim.*

86 *Excommunicatio lata ab Episcopo an liget subditos in alieno territorio.*

87 *Reus potest aliquando in duobus territorijs puniri.*

88 *Delictum quomodo potest dici consumatum in se licet quoad effectum inchoatum.*

89 *Excommunicati quando absoluantur à Legato Papæ, non ab Episcopo.*

90 *Episcopus an possit absoluere à reseruatis sedi Apostolica extra Diœcesim.*

91 *Episcopi an possint dispensare ab irregularitate & suspensione extra suam Diœcesim.*

92 *An predicta dispensatio possit fieri per nuncium.*

93 *An possit committere alijs potestatem dispensandi.*

94 *Episcopus non potest locare, vel vendere Cancellariam excepta illa feudorum temporalium Ecclesiæ.*

95 *An possit ad arbitrium distribuere pœnas criminales.*

96 *An Vicarius possit de dictis pœnis participare.*

97 *Et an Notarij Episcoporum.*

98 *An Nuncij Apostolici possint cognoscere causas Episcopis delatas in prima instãtia.*

99 *Quid de Vicario Episcopi, & de Capitolo Sede vacante.*

100 *Episcopus non potest habilitare Symoniacum occultum.*

101 *Quomodo Episcopus possit excommunicare subditum in causa propria.*

102 *Episcopus non potest imponere taleas suis Clericis.*

103 *Episcopus in rebus grauioribus non potest condere leges pro tota Diœcesi.*

104 *Nec illas quæ sunt contra ius commune, & præsertim Canonicum.*

105 *Nec in casibus in quibus debet adesse consilium Capituli.*

106 *An Episcopus sit subiectus suis constitutionibus. remissiue.*

107 *Episcopus habet plenissimam potestatem in sua Diœcesi.*

108 *In quouis loco sua diœcesis ius reddere, & tribunal constituere potest.*

109 *Episcopus est Iudex in rebus suæ Ecclesiæ.*

110 *Omnibus licitum est eligere Iudicium Episcopi.*

Post

1 POst Cardinalium iurisdictionem in locum Iudicum ordinariorum succedunt Episcopi, Archiepiscopi Patriarchæ, & Primates in eorum diœcesibus, Ciuitatibus, & Prouincijs cum non reperiatur post Cardinalatum maior dignitas; immo quoad ordinem nulla post Papam sit maior dignitas, vt notat Gloss. in Verb. pari in c. in nouo 21. dist. & docent Rodulph. Copers. comm. in c. oportebat dist. 79. art. 6. Homobon. de Stat. hum. vit. p. 1. c. 6. §. nec dubium. Grat. discept. for. tom. 3. c. 590. num. 24. Sot. in 4. dist. 24. q. 2. art. 4. concl. 2. Henriq. Summ. lib. 10. c. 7. §. 2. & nouissime Mich. Ferr. de
2 Præced. q. 12. n. 6. † Vnde Summus Põtifex vocatur Episcopus Vrbis, ita in c. statuimus dist. 4. Telesphorus Episcopus Romæ habẽs populum & Clerum, & generalem Vicariũ qui est vnus de Cardinalibus de quo c. sua nobis de off. Vicar. & loquitur Azzor. inst. mor. p. 2. lib. 5. c. 39. Galganeu. de iur. publ. lib. 3. tit. 39. nu. 7. Vestr. in Prax. Rom. Cur. lib. 2. c. 6. & nouissime Machad. tom. 2. lib. 4. p. 7. tract. 3. docum. 3. num. 3. Item vocatur Archiepiscopus Præsidens habens ditioni suæ olim subiectos Episcopos octo Vrbi vicinos, qui postea ad sex sunt redacti, scilicet, Episcopos Cardinales Hostiensem, Portuensem, Sabinensem, Prænestinum, Tusculanum & Albanum Eugenij Tertij authoritate sic ordinatos, vt dicũt Onuphrius lib. de sept. Vrb. Eccles. c. 1. Martin. Lauden. de Cardin. q. 88. Panuin. de Visit. p. 2. q. 2. nu. 15. Item dicitur Patriarcha, & præest omnibus Archiepiscopis, & Primatibus per Italiam, Galliam, Germaniam, Angliam, Hyberniam, & Africam constitutis, vt ex textu in c. Nouitianus 7. q. 1. c. loquimur 24. q. 1. vbi vocatur Episcopus Episcoporum, & ex c. cuncta per mundum, & c. per principalem 9. q. 3. & notant Paris. de resignat. benefic. lib 8. q. 7. nu. 4. & num. 110. Et tandem vocatur primas totius Catholicæ Ecclesiæ vnde omnibus præest, & iura dat, vt per D. Thom. opuscul. 19. de error. Græcorum, Caiet. de primatu Rom. Eccles. cap. 13. ad 5. Seraphin. de Freiras de iust. Imper. Lusit. Asiat. c. 7. nu. 2. Turrecrem. in c. in nouo nu. 6. dist. 21. Tuschus tom. 6. litt. P. concl. 40. num. 2. & 42. nu. 5. & 47. num. 2. Baronius in Annal. Eccl. tom. 8. anno 595. fol. mihi 64. & 68. cum multis alijs per Barbos. de iur. Eccles. lib. 1. c. 2. num. 12. quibus adde Filliuc. tom. 2. tract. 41. tit. de Benefic. Eccles. c. 1. nu. 41. apud quem hæc omnia ferè inuenies. Ex quibus colligitur quanta sit Episcoporum dignitas, & iurisdictio. Vide etiã Michel. Ferr. vbi sup. n. 6.

3 Sed quia de hac materia. s. Potestate, & iurisdictione Episcoporum satis diffuse, & docte disseruit nostris temporibus August. Barbos. Ecclesiasticorum sæcularium ornamentum, & decus qui cum Bonacina Primum videntur habere locum in suis tractatibus magis communiter apud omnes in tanta Auctorum doctissimorum multitudine saltem in Praxi; ideo nihil videtur posse addi pro deffensione animarum dd. DD. Episcoporum. Attamen ne videar aliquid reliquisse quod ad hanc materiam iudicialem necessarium videretur, pauca circa iurisdictionem iudicialem Episcoporum connectam.

4 Et primo circa Patriarchas dico, quod ad eos in omnibus causis suarum Prouinciarum potest appellari cum opus fuerit etiam omissis medijs saluis appellationibus ad Sedem Apostolicam interpositis. Et hoc est speciale priuilegium Patriarcharum, vt ad eos omisso medio quod secundum regulas ordinarias appellationum necessarium est l. Imperatores in princ. ff. de appellat. in omnibus suarum Prouinciarum locis licita sit appellatio sic post alios docent Lælius Zeuh. de Stat. Illust. Patriarch. num. 4. ad finem, & Vgon. de præstant. Patr. col. 26. vers. dixi iam.

5 Secundo dico, quod Patriarcharum iurisdictio ordinaria est in omnes Archiepiscopos & Episcopos suarum Prouinciarum, & est suprema vt colligitur, & can. 39. Concil. Nicen. vnde ex causa possunt Archiepiscopos suffraganeos deponere c. mos antiquus cum gloss. dist. 65. c. quod suspecti. 3. q. 5. licet hodie ista depositio pertinet solum ad Papam ex Concil. Trident. sess. 13. de reform. c. 8. & sess. 24. de reform. c. 5.

6 Et possunt excommunicatos à suffraganeis suis absoluere licet dd. suffraganei absolutionem concedere recusent c. ad reprimendum de off. ordin. & per DD. comm. vt notant Sebast. Cæs. §. 4. p. 1. disp. 4. in re-

lect. de eccles. Hierarch. nu. 3. & nouissime Machado vbi supra p. 7. tract. 1. docum. 1. nu. 1. cum alijs per Barbos. de iure eccles. lib. 1. cap. 6. nu. 26.

7 Tertio dico quod Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi de quibus mox dicẽdum erit qui Capellæ Pontificiæ assistentes dicuntur ex Papæ Priuilegio habent facultatem cognoscendi de causis Criminalibus citra incursum in irregularitatem; Item procedendi cõtra quoscumque etiam exemptos in sua Diæcesi; Item visitandi ecclesias etiam exemptas, vt est Bulla Iulij tertij edita anno 1551. incipiens Romanus Pontifex pag. 704. noui Bullarij vbi etiam eis remittit fructus male perceptos omnemque infamiam & censuram.

8 Sed nota quod non per hoc possunt cõdere leges obligantes totam Prouinciam nisi in Concilio Prouinciali, & in Visitatione ex indulto sacrorum Pontificum vt patet c. nullus 9. q. 3. c. sicut olim. de Accusat. Salas. de leg. disp. 8. sect. 9. nu. 48. Soar. eo. tit. lib. 4. c. 5. n. 3. & alij per Bonacin. disp. 1. q. 1. punct. 3. n. 35. & in tit. de dispens. p. 1. n. 14. & de Censur. disp. 1. quæst. 11. n. 18.

9 Secũdo circa Primates dico quod Patriarchæ, & Primates licet differant nomine, tamen nulla inter eos datur differẽtia quoad iurisdictionem ex text. c. 1. & 3. dist. qq. & c. duo simul de off. ordin. & gloss. in c. coram de integ. rest. & tradunt Cassan. in Cathol. glor. mundi p. 4. cons. 9. Lancellott. Institut. Canon. lib. 1. tit. 5. in princ. Flam. Paris. de Resig. Benef. lib. 2. q. 1. nu. 46. & Dionis. Paul. de Ver. quat. Patr. sed erect. c. 7. n. 9. vnde quæ dicatur de Patriarchis dicuntur de Primatibus notat cum aliis Barbos. de iur. ecclesiast. lib. 1. cap. 6.

10 num. 10. † licet dum de Patriarchis fit mentio solum veniant illi quatuor, licet Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolomitanus vt tradũt DD. citati à Barbosa in tract. de appellat. Verbor. vt à iuris signific. appell. 189. n. 1.

11 Tertio circa Archiepiscopos qui & Metropolitani dicuntur à Matrice ciuitate quæ & metropolis dicta est quasi mater Ciuitatum; & dicuntur Archiepiscopi à personis vndeque Archos Princeps significatur c. clarus dist. 12. & dist. 81. per totum Homobon. de statib. hum. Vit. p. 1. c. 6. vers. hi dicuntur Azzor instit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 13 q. 1. & alij per Barbos. de potest. Episc. p. 1. tit. 1. cap. 6. num. 10. & mihi tit. 4. nu. 1. in nouiss. Lugdun. impr. quibus adde P. Iacob. à Graff. decis. p. 2. lib. 3. c. 27. nu. 109. dico, quod eorum iurisdictio dupliciter consideratur. Primo circa Episcopos suffraganeos, idest Episcopos suæ Prouinciæ & eorum subditos, & secundo circa suam Diæcesim, & proprios subditos.

12 Circa Episcopos suffraganeos aduertendum est, quod Archiepiscopus est Iudex ordinarius suffraganeorum per text. in c. quia cognouimus. 10. q. 3. c. pastoralis. in princip. vbi Abb. n. 2. de offic. ordin. & c. sollicitudine. de appellat. vnde omnibus Prælatis & Clericis Prouinciæ præesse dicitur, & Iudex principalis est in Concilio c. 1. dist. 34. in c. placuit dist. 18. Abb. in c. graue n. 8. & Imol. n. 10. de præb. Bero. in c. 1. de iud.

13 Ex hoc infertur Archiepiscopos posse cognoscere causas dd. suffraganeorum cum. s. ab aliquo ciuiliter conueniuntur, vt notat Quarant. V. Archiepiscopi Authoritas nu. 10. cũ aliis. Attamen Barbos. de iur. eccles. lib. 1. c. 7. n. 46. dicit inuenisse Declarationem Sacræ Cõgreg. Card. super negoc. Epis. & reg. in vna Regien. die 31. Maij 1588. in qua rescriptum fuit Archiepiscopum non posse cognoscere causas ciuiles suorum suffraganeorum, sicuti neque criminales in quibus solus Pontifex est Iudex per Cõcil. Trident. sess. 13. de reform. c. 6. & 7. & sess. 24. de refor. c. 5. & DD. comuniter seq.

14 Secundo infertur posse illis iniungere, vt seruare faciant id quod seruatur in Ecclesia Metrapolitana iuxt. c. dilectus. il 2. de sim. & notant Marc. Anton. Genuens. in Prax. Neapolit. c. 70. nu. 21. Item vt in ecclesiis eorum resideant, & inquirere possunt super eorum absentiam per Concil. Trident. sess. 23. de reformat. c. 1. adest Constitutio Pij IV. incipiens de salute gregis de anno 1560. de qua Quarant. V. Archiepiscopi au-

15 thoritas vers. 12. † Item possunt impellere eos vt Iustitiam subditis ministrent, erigant seminarium, conuocent Synodum, & similia c. conquæstus 3. q. 3. & cum simus 9. q. 3. & cap. fin. de offic. Archid. Quarant. vbi sup. num. 90. Genuens. loco citato num. 3. quibus

quibus adde Sbrozzium de Vicar. Episc. lib.1. q.46.n.4. ex Concil.Trident.sess.23.
16 de reform. c.18. † Item in defectum ipsorum potest eos suspendere, interdicere, & excommunicare quia non per hoc perturbatur sed iuuatur iurisdictio delegati c.1. §.fin. de offic.ordin.in 6. c.venerabilis,vbi Abb.de sent.excomm. S.Antonin.p 3.tit.3.
17 c.4.§.3.& Doctores vbi supra. † Et tandem possunt supplere eorum negligentiam in id quod facere debẽt c.cũ simus 9.q.3.Barbos. de iur.eccles.lib.1.c.7.n.31.cũ alijs per eũ allegatis; & ponit octo casus in quibus potest Archiepiscopus supplere negligentiam sui suffraganei;sed intellige; quando delicta sunt notoria. id.Barb.de pot.Ep.alleg. 126. nu.9.& 10. in nouissima editione, p.3.
18 An vero possit Vicarius Archiepiscopo absente Archiepiscopum suspẽdere, & interdicere dictum suffraganeum.Respondeo affirmatiue immo si Episcopus non fuerit consecratus poterit excommunicare etiam præsente d. Archiepiscopo Sbrozz. de Vicar. Episc. lib.2. q.58. nu.3. cum aliis cita-
19 tis à Barbos. vbi sup. nu.28. † sicuti etiam d.Archiepiscopus poterit excommunicare Vicarium suffraganei quando impedit causam appellationis delatam ad ipsum Archiepiscopum; vel si errat in ijs quæ sunt iurisdictionis; vel non seruat priuilegia Sedis Apostolicæ ; sic vt criminosus, & similes Sbrozz.vbi supra .
20 Sed nota, quod in coercendis dd.suffraganeis debet Archiepiscopus primo prohibere eis ingressum Ecclesiæ,deinde suspendere ab officio,& tandem secundum eorum contumaciã excommunicare,ita habetur in c.2.de offic.deleg.& notãt Genuens.Pract. Neap.c.72.n.5. Azzor. p.2.lib.5.c.34.q.12. quod & facere debent Vicarius d.Archiepiscopi in casu quo supra . Barbos. vbi supra & in eod. lib. 1.c.12.num. 47. vbi dicit
21 quod tamen † officiales Metrapolitanorum omnino deberẽt se abstinere proferre cẽsura in suffraganeos consecratos propter reuerẽtiam gradus Episcopalis iuxta textum in c.1. §.fin. de offic.ordin. in 6. vbi Archid. Domin. & Franch.adde Cuch. Iust.maior. lib.4.tit.de Consecrat.Episc. nu.6. Sbrozz. de offic.Vic.lib.2.q.58.num.3.& alios quos refert id.Barbos. in alio tract. de potest. Episcopi. par.1. tit.4. num.16.
22 Nota hic quod Episcopi numquã incurrunt ipso facto pœnam excommunicationis suspensionis,vel Interdicti nisi de eis expressa mentio habeatur in edictis c.quia periculo eod de sent. excommun. quia sunt personæ priuilegiatæ , & propter dignitatem etiam exemptæ à pœnis communibus V. Azzor. d. p.2. lib.3. c.32. q.8. vers. quæritur Sayr. de Censur. lib.2.c.8.n.25. Henriquez sum. lib.13.c.34. §.2. L.V.
23 Quoad subditos vero suffraganeorum dico quod solum habent illam iurisdictionem quæ a iure comuni conceditur, vnde etiam si dd. subditi aliter consentirent nisi accederet consensus suffraganeorum non possent vltra illud eam extendere c.1. de supl. neglig. Prælat. & notant. S.Anton. vbi supra §.3. vers. item c.pastoralis , in fine, cart. mihi 12. Quar. vbi sup.n.12. Genuens.n.7. Barbos. in Collectan.ad c.pastoralis n.3. de offic.ordin.Scaccia de appellat.q.19.remed. 2. n .54. & q.17. limit.47. membr.3.n.11.
Sed si quæres qui nam sint hi casus in iure
24 expressi in quibus conceditur d.iurisdictio Archiepiscopis in subditos suffraganeorũ . Et respondeo esse sequentes. Primo,vbi dd. subditi,sibi nũcijs & familiæ Archiepiscopi iniuriam,licet occultam,erogauerint tam si ob id iurisdictione impediatur siue non c.1. de pænit.in 6.& ibi Archid.cum Host.Marc. Anton. Genuens. vbi sup.nu.13.secundo in
25 puniendis criminibus notorijs dd.subditorum,& hoc possunt agere omni tempore absque appellatione, & extra Visitationẽ, quia in hoc casu semper censetur Episcopus negligens , & sic Archiepiscopus potest supplere Sebast. Cæs. in relect.ad Ecclesiast.Hierarch.
26 disp.5.§.2.nu.21. Tertio, quando deliquerint in Diœcesi Archiepiscopi , vel si in contractus sit initus,aut res consistat,efficiuntur n.tunc subditi eius ratione delicti, & contractus c.1.3.q.6. c.placuit 6.q.3.& c.fin.De
27 for. compet. Quarto si subditus conqueratur iniuste se esse excommunicatum ab Episcopo,nec ab ipso potest absolutionem obtinere tunc Archiepiscopus accepta cautione iuratoria,cum potest absoluere; licet postea nisi satisfecerit eum potest iterum in excõmunicationẽ reuocare c.ad reprimendũ de off.ordin. c.qua fronte de appellat.

Quin-

28 † Quinto potest Canonicorum excessus iniuste à diuinis contra suum Episcopum cessantium, vindicare, & metu penæ coercere c.irrefragabili §. cæterum de offic. ordin. 29 vbi Barbos.in Collectan.n.14. † Sexto habet Iurisdictionem in omnibus iis, quæ concernunt bonos mores totius Prouinciæ vt in tollendis prauis consuetudinibus; in faciendis exulis à tota Prouincia; in visitando eam,& simile late Barbos. de iur.eccles. d. cap.7. nu. 72. seq.

30 Et nota quod nec prætextu consuetudinis habent aliam authoritatem,quam illam quę est in iure expressa, & ego super adnotaui. & quod tunc solum potest subditos suffraganeorum castigare, quando dictus suffraganeus est negligés, vt tradit Quarant.d.V. Archiepiscopi vers.26. vbi Prosp. de August.in addit.& Barb.de pot.Epis.p.1.tit.7. n.36. quibus adde Flau. Cherub. in Compend. Bullar. in Constit. Pij II. incipiens triumphans. scol. primo qui.

31 Suffraganeus vero nihil iudicare potest de suo Archiepiscopo; sed quando per absentiam trium mensium esset contumax, Antiquior dumtaxat tenetur Papæ dictam absentiam denunciare, & si post sex menses absens fuerit poterit sub pœna Interdicti ingressus Ecclesiæ illum coercere, ita per Trident. Concil. sess.6. c.1. & notat Idem Cherub. loco citato scol.2. tom.1. Comp. Bullar. car. mihi 65.

32 Secundo dico, quod Archiepiscopus potest causas subditorum suffraganeorum, ad se per Appellationem, aut alias delatas, per se vel per suum Vicarium generale, vel alium delegatum cognoscere, & terminare vel in parte, vel in toto, etiam in Diœcesi dd.suffraganeorum, & deputare notarium, & nuncium pro exercenda Iurisdictione, quia & hæc omnia eis à Iure conceduntur; sunt textus in c.pastoralis de off.ord. c.duo simul eo.c.1.eo.in 6. c.conquæstus 9.q.3. c. 1.de for.compet. in 6.c. Romana de appellat. in 6. & notant Seraph. decis.1183. Sebast.Ces.vbi supra n.10. vers. primus Machad. nouissime de perfect. Confess. lib.4. p.7. tract.1.docum.5. in Idiomate Hispano conscripto.

33 Aduertendum autem est, quod in causis sanctæ fidei non est appellandum ad Archiepiscopum, sed ad Papam.ita sacra Congreg.de Episc. & Reg.decernit die 23. Nouembr. 1582. teste Barbos. de iur. Eccles. lib.1.c.7.nu.65. & hoc propter grauitatem causarum Regna in Direct. Inquis. part.3. comm.31.

34 Secundo est aduertendum quod non potest cognoscere de nullitate sententiæ inter dictos absque appellatione, ita si procederetur per viam querelæ, seu nullitatis sententiæ Episcopi, non posset Archiepiscopus cognoscere de dicta nullitate sententiæ vt notant Franch. in c.1. §. post hac sub nu.7. de appellat.in 6. Marc.Anton. Genuens. d. c.70.vers. limita 4.nu.7. Scau. de appellat. q.19. remed.1. concl.6. n.83. Sicuti etiam 35 est aduertendum non posse appellari à delegato Episcopi sed tãtum ab ipso Episcopo nisi dictus Episcopus delegaret causas in fraudem ne appellaretur ad Archiepiscopũ Genuens.d.c.70.nu.7.Vide Philauch.lib.3. c.19.p.1.& Nald.in forma Verb.excommunicatio n.35.circa medium.

36 Tertio est aduertendum quod in casu quo Archiepiscopus conuenisset subditum suffraganei coram ipso, non potest recipere appellationem quia esset appellare ad aduersarium, vnde in eo casu omisso Archiepiscopo appellatur ad superiorem ipsius vt notant DD. citati per Scau. de appellat. q. 7.nu.107.quem sequitur Barb.de iur. eccles.n.70. d.lib.1. cap.7. car. mihi 107.

37 Circa vero suam Diocesim & subditos non est dissimilis iurisdictioni ab illa quã habent omnes alij Episcopi ideo de omnibus dicemus simul. s. tam de Episcopis quam Archiepiscopis.

38 Dico igitur quod Episcopus qui & Princeps ecclesiæ vocatur & Legatus Christi. c.accusatio quoque, in fine, 2.q.7.Clement. prima de pœn. Cardinal. Tusch. tom.3. lit. E. concl.237. nu.8. late Pacian.de Probat. lib.2.c.28. n.30. ordinariam in suam Diocesim iurisdictionẽ habet, ideo & ordinarius dicitur c.pastoralis de offic. ordin. & hoc nomen proprie de Episcopo dicitur licet per extensionem aliquando de alijs Prælatis superioribus intelligatur vt notat Nald. in Verb. Verba. nu.20. Sed quia ista iurisdictio ordinaria multipliciter se habet & fere infinita capita continet ideo solum

lum pro deffensione animarum ipsorũ DD. Episcoporum afferam ea quæ in coscientia facere prohibentur circa forum Iudiciale extra quos casus à me allatos libere agere posse sciant.

39 Et primo dicas Episcopum non posse Regulares exemptos excommunicare, excom. enim non fertur nisi in subditos cum sit actus Iurisdictionis, & ostendat potestatem in excommunicatum ita Quarant. verb. præcedentia vers. an in casu Sanch. de matrim. lib.7. disp.37. n.23. & in præcept. duab. to. 1. lib.2. c.1. n.14. Marcell. vulp. in Praxi iudic. for. eccl. c.42. n.26. Lezana Summ. qq. Reg. c.11. n.14. Intellige dũmodo Priuilegia exemptionis sint nota nam sunt obligati ea ostendere, & dummodo non sint derogata per alias Bullas licet contineant clausulas quod nõ possint derogari. Vide DD. per Sãch. cõs. mor. li.6. c.1. dub.16. n.5. & 7.

40 Limita in sex casus. Primo quando dd. regulares absoluerent subditos Episcopi à casibus sibi reseruatis absque eius licentia tunc posset Episcopus declarare, seu denunciare eos esse excõmunicatos per Clemẽt. relig. de priuil. Quod procedit, etiamsi fictè absoluerẽt, quia agitur de vsurpãtibus, seu agentibus de facto, & nulliter, ideo cõtinetur ẽt casus fictus, ita Suar. de censur. disp. 22. sec.4. à n.22. Coninc. disp.19. n.42. Sayr. lib.3. c.29. n.27. Laurent. de Franc. de Controu. int. Episc. & reg. q.6. vers. quarto fallit. Extat decretũ Sacræ Congregat. Episc. & reg. Iussu Clementis VIII. editum anno 1601. die 9. Ian. & cõfirmatum plenioribus clausulis derogatoriis à Paulo V. an. 1617. die 7. Ianuarij, & Postremo aliud edictum anno 1628. 17. Nouẽbris iussu Vrban. VIII. in quibus excommunicantur absoluentes à casibus reseruatis ab Episcopo. Vide Hombon. de cas. reseruat. p.1. pag.14. Dian. resol. 13. tract.2. p.2. & resol.73. tract.4. Franc. Leo. p.3. c.38. num.189. seq. & nouissime Thesaur. de pæn. Ecclesiast. p.2. verb. Absol. c.3.

41 Secundus casus est si commorarent in locis vbi non vigeret regularis obseruantia, potest.n. Episcopus coercere eos ad dictam obseruantiam cum pœnis excommunicationis vt per Concil. Trident. sess.21. de reform. c.8. & notat Laurent. de Franch. de Contr. vers. inter Episc. & Regni q.6. vers. Decimo.

42 Tertius casus est si admitterent scienter excommunicatos nominatos denũciatos ab Episcopo, eos sepelirent in eorum Ecclesiis ex text. in c. Episcoporum de priuileg. in 6. & amplia licet admitterent ad diuina etiã priuatim celebrata Sayr. de Cẽs. lib.2. c.15. n.21. & lib.5. c.14. n.11. Nau. c.27. n.157. Ver. vndecimo Suar. de Cens. disp.37. sect. 4. n. vlt. sed nota quod requiritur præsumptio scilicet quod scienter admittant, secus si ignoranter, vel ex metu graui, vel leui coacti Suar. disp.4. sect.3. n.15. & alii per Thesaur. de pœn. Eccles. p.2. verb. Censura c.7. qui etiam dicit quod procedit solum contra admittentes authoritatiue. s. si admittunt tamquam ministri Ecclesiæ, non autem tamquam priuatæ personæ.

43 Quartus casus est quando administrarẽt Sacramenta extremæ vnctionis, Eucharistię vel matrimonij absque licentia Parochi, & Clement.1. de priuileg. & conceditur locorum ordinarijs postquam eis constiterit de tali transgressione regularium, vt eos faciant excommunicatos publicè denunciari. Vnde debent Regulares citati in tali casu ab Episcopo ad instantiam parochorum comparere, & dicere quare non debeant declarari excommunicatos. Roderic. tom. 1. qq. Regular. 56. art.2. in fine. Limita vero quando bona fide hoc facerent, vel ignorantia crassa, vel cum licentia Vicarij generalis vel in casu necessitatis quãuis de Sanctissimo Viatico nonnulli dubitent cum nõ sit simpliciter necessarim ad salutem. Vide Thesaur. cum alijs per eum allegatis verb. Parochia. p.2. & Riccium in Prax. resol.210

44 Quartus casus est, quando publicarent Indulgentias absque licentia Ordinarij ex Trident. Concil. sess.6. de refor. c.3. & sess. 24. de refor.

45 Sextus casus est, quando nollent accedere ad Processiones; sed circa hanc opinionẽ est controuersia inter Doctores, vt dicit Diana p.5. tract.2. resolut.76. ego dicerem quod tunc potest Episcopus excommunicare quando esset scandalum in Populi, aut in contemptum Ecclesiæ, vel suæ personæ ex mente Sacri Concilij Trident. sess. 25. de regul. c.13. ibi cogi possint; nam

illa Coactio indicat contumaciam quæ non datur nisi adsit contemptus, & ita bene Resoluit Barbos. in hac vltima impressione Lugdunensi in tract. de pot. episc. p. 3. alleg. 78. n. 25. contra dictum Dianam & alios contrarium afferentes, & testatur de Decretis sacræ Cõgregationis & allegat multos authores, & non est dubitandum.

46 Sed modo dubitatur vtrum in Casibus in quibus sunt Regulares Episcopo subiecti, possit etiam illos per excommunicationem & alias censuras coercere, & Barbos. cum alijs per eum p. 3. alleg. 105. n. 13. respõdet affirmatiue, sed alij dubitant, & dicuntur solum posse in casibus in quibus à iure conceditur & sunt in eo expressi sic Lezana sum. qq. reg. d. c. 11. n. 14. & Nouissime Anton. Cotton. in summa Antonin. Dian. Verb. Episcopi Iurisd. in regulares num. 8.

47 Item dubitatur, An Episcopus possit denunciare vt euitentur Regulares exempti quando inciderent in aliquam excommunicationem; & Respondeo quod quando delictum est notorium, nec alia declaratione opus est, tunc bene poterit episcopus eos denunciare, ad effectum vt ab alijs euitentur, & ne in excommunicationem incidant Barbos. vbi supra n. 73. quem refert & sequitur Dian. p. 3. tract. 2. resolut. 15. in fine,

48 nam quamuis ordinarius nõ possit cognoscere de delictis exemptorum, potest tamen declarare ipsos esse delinquentes, vt notant Tusch. de Visitat. lib. 2. c. 8. nu. 8. & Cened. canon. quæst. 26. nu. 30. quod & maxime procedit quando hæc declaratio fieri potest sine strepitu Iudicij, vt est in declaratione excõmunicationis in delictis notorijs, quæ nulla tergiuersatione celari possunt. Vide Peyrin. in priuil. minim. tom. 1. const. 3. Sixti V. § 16. nu. 13. Vgolin. de pot. ep. c. 29. §. 10. n. 2. & alios per eos allegatos.

49 Secundo principaliter dicas non posse Episcopũ Regulares notorie delinquentes carcerare & contra illos processum facere, vt remittant; sed debet statim illos ad suos superiores remittere. Rodriq. comp. 99. reg. resol. 62. n. 8. Felin. in c. fin. nu. 7. de for. comp. Fr. emm. qq. reg. tom. 2. q. 63. art. 7. vers. 3. & alij per Barbos. de pot. episc. p. 3. alleg. 105. n. 64. vbi dicit quod quando est fugæ periculum tunc potest capere exemptos, & carcerare ad effectum remittendi alias non potest, & iniuriam faceret exempta & Iudici illius.

50 Aduerte tamen quod ex Trident. consil. sess. 25. cap. 14. de regul. Regulares extra Claustra notorie delinquentes cum scandalo populi Episcopo instante à superiore ipsorũ intra tempus ab Episcopo præfigendum, seuere puniendi sunt; & Episcopus ab eod. superiore de punitione facta, debet certiorari, alias delinquentes prædicti ab Episcopo puniri possunt, vt bene notat Nauarr. in c. non dicatis 12. q. 1. n. 95. seq. Sanch. opusc. moral. lib. 6. c. 1. dub. 16. n. 5. seqq. Thesaur. de pæn. eccles. V. Religiosi. cap. 8. & Barbos. d. alleg. 105. n. 18. qui multas affert super hoc declarationes & Constitutiones Pontificum, præsertim nouissimam Gregor. XV. incip. Inscrutabili datum sub Non. Febr. 1622. & ita tenet etiam Nald. Verb. episcopus. n. 28. & Sperell. decis. for. eccles. decis. 38. nu. 12.

51 Quod amplia posse Episcopum carcerare & processum formare in hoc casu etiam antequam appareat negligentia superioris. quia non est super hoc necessaria contumacia sed satis est notorietas, & scandalum, ita de communi testatur Thesaur. d. Verb. Religiosi. c. 8. vers. ampliant. in fine.

52 Et idem dicendum est de illis qui habitãt & commorantur extra Claustra, & non viuunt cõuentualiter sub suo superiore cum regulari obseruantia, licet viuant in aliqua Grangia, seu loco Monasterij Barbos. vbi sup. n. 14. cui adde Thesaur. loco citato n. 2. qui etiam aduertit quod licet in c. volentes de Priuileg. in 6. exempti possunt conueniri coram ordinario loci ratione delicti, vel contractus, vel rei sitæ in loco suæ Diocæsis, id procedit de exemptis tantum ratione loci non autem de regularibus qui sunt exempti etiam ratione personæ, & declarauit Paulus V. Bulla 34. incip. religiosorũ.

53 An vero episcopus possint punire dd. exẽptos in causa Hæresis. resp. affirmatiue extat Constit. Pauli 2. incipiens in Apostolici vt in Bullar. nouo tom. 1. pag. 659. & notant Marcell. Vulp. Prax. for. eccles. c. 42. num. 2. Io. Franc. Leo Thes. for. ecclesiast. p. 1. Vide etiam Sanctarell. tr. de Heres. c. 44. n. 11. & Bonacin. variar. disp. dist. 6. p. 3. nu. 23. c. 8. n. 12.

n.12. Flau.Cherubin.in Compend. Bullar. to.1.pag.126. scol.2. in d.Bullar.

54 Nota hic quod adest decretum sacræ Congregationis editum Romæ anno 1602. à Clemente 8. in fauorem regular. exempt. videndum in Compend. Bullar.tom.2.pag. 46. vbi prædicantes sine licentia episcopi non possunt ab epis.puniri. Vide Rodericũ tom.1.qq.regul.quæst.9.art.10.qui & alios allegat. licet tamen possint ab eis puniri quando errores prædicarent vel scandala disseminarent vt notat cum aliis Barbos. de off.episc.p.3.alleg.76. n.48. & post eum Nouar.in Lucern. regular. verb. Prædicatores nu.1. & seqq.

55 Secundo nota, quod in causis Matrimonialibus si habent dd.regulares iurisdictiones primatiue ad episcopos, vel immemorabilem consuetudinem pro se; non possunt episcopi procedere contra eos vt censuit sacra Cong.teste Flamin.de resignat.lib.3. q.11. nu.7.vers. duodecimo.

56 Tertio principaliter dicas Episcopum nõ posse compellere regulares ad obseruandas Constitutiones Synodales, quæ solum concernunt reformationem Clericorum, quia in iis Regulares sunt tantum subiecti eorum superioribus; licet vbi adest scandalum, & concernitur actio communis totius populi, & non derogatur obseruantiæ regulari, tenentur dd. regulares obseruare, non quidem debito obedientiæ, cum episcopo non sint subditi, sed debito iuris naturalis cũ toti corpori tamquam eius menbra se debet conformari. ita Lezzana Sum. qq.reg. c.21. n.11. cui adde Merollam nostræ Congreg. Neapoli virum eruditissimum to.2.d.4.c.4. dub.27. n.306. & Dian. p.5. tract.12.res.26.& alios.

57 Nota vero, quod Laicos administratores quarũcumque locorum piorum nisi ex consuetudine aut priuilegio, aut ex constitutione aliqua aliter competat Barbos.de potest.Episc.p.3. alleg.82. n.47. & Regulares exemptos in testamentorum executionibus potest Episcopus compellere ad reddendam rationem eorum administrationis, & si male gesserint eos punire Clement.1. de testam. Trident.Concil. sess.22.de reformat. c.9. Rot.decis.355.n.1. apud Farinacc. p.1. recent.siue & sint publica, siue priuata, etiã laicalium, bona Mart. de iurisd. p.2. c.18. Riccius in Praxi,resol.547.n.7.Fr.emm.qq. reg.tom.3.q.70.art.5.

58 Quarto principaliter dicas non posse Episcopum sine Inquisitore cogere suspectũ de repræsentatione ad abiurationem, & cõdemnationem, licet si iniungeret, factum teneret ita cum alijs Dian.p.4. tract.8. res. 49.& seq. Quod idem dicendum est de Absolutione, licet inter se varij sint Doctores, quia absoluere, & cõdemnare eiusdem sunt potestatis per text. in l.qui condemnare ff de re iudicat. ita Barb.de pot.episc.p.2.allegat.40. n.35. qui n.39. dicit quod in regnis Hispaniarum soli Inquisitores cognoscunt de Hæresi, Episcopi vero per se, vel per Vicarios Inquisitoribus tantum assistũt, & nõ possunt separatim de illa cognoscere; sed quidquid de consuetudine sit, vel priuilegio in Bullis tamen Pontificum, vt est in Bulla Greg.XV.cõtra sollicitantes in Confess. & contra Prædicantes in Conceptione B.M.V. aliter habetur. Possunt enim Episcopi per se agere contra suspectos de Hæresi, & id obseruatur in Italia.

59 Aduerte autem, quod à decretis Episcoporum ante deffinitiuam sententiam, & vbi agitur de morum correctione; ad Papam non debet appellari, ita prohibetur per Pium Quartum in Cõstit.edita anno 1560. incipiens de salute, & habetur in nouo Bullar. pag.20. §.5. & in Compend. eius. per Flau.Cherubin. tom.2. cart.9.

60 Secundo aduerte obiter, quod excommunicatio Episcopi per sentẽtiam generalem, non ligat nisi eos, qui sunt eius subditi ratione domicilij & personæ; & semper est referenda ad illud tempus quo pronunciata fuit; vt scilicet liget eos qui subditi erãt illo tempore Auila de censur.p.2.c.3.disp. 2.dub.3.concl.2.& alij per Dian. p.5.tract. 9.resol.36.ex quo infertur quod Regulares exempti non ligantur censuris latis in Synodo, vt notat Bariol.cons.32. cum Diana d.p.2. tract.12. resol.36. in fine.

61 Quinto dicas, quod licet Episcopo ex Trident.Concil.sess.24.c.6. concedatur facultas dispensandi ab omnibus irregularitatibus prouenientibus ex delicto occulto, tamen ex ea quæ oritur ex homicidio voluntario etiam occulto, vel aliis sed dedu-

ctis ad forum contentiosum non potest vt per eund.concilium.Bene tamen poterit si finito Iudicio dicta delicta punita fuerint quia Concilium apposuit supradictam conditionem, ne turbaretur forum iudiciale, sed finito iudicio amplius turbari non potest, & scandalum cessat cum iam delictũ publice punitum fuit. ita Henriq. lib.14. c.2.num.5.& alij per Auson. in Summa V. Episcopi num.17.

62 Quod amplia etiam procedere in homicidio voluntario casuali, nam vt simpliciter voluntarium dicatur necesse est, vt in illo perpetrando adsit voluntas directa & expressa,& non sufficit quod sit voluntariũ in causa ita Turrian. lib.9.disp.63.dub.1. & alij communiter per Dian.p.24. tract.2. Resol.72. quibus adde P.Candid. Disq. mor. disp.17. art.15.dub.4. & Io.Machad. lib.1.p.3. tract.16. docum.13.

63 Sed hic quæres, an possit Episcopus dispensare in irregularitate proueniente ex homicidio casuali occulto, sed tantum in causa,scilicet ex rixa subito orta,vel inimicitia ob iniuriosa verba contracta, ex quibus oritur homicidium.Et Respõdeo affirmatiue, quia tunc nec omnino voluntariũ directe dici potest,vt bene notat Dian. p.1. tract.1. miscell. resolut.19. & Barbos. de iur.Ecclesi.lib.1.c.11.n.148. qui n.121. dicit idem esse intelligendum de illo qui mandauit seruo vt percuteret; ille autem occidit,& n.151.de illo qui occidit,sed nõ intẽdebat occidere,sed tantum verberare. In reliquis Circa irregularitates prouenientes ex homicidio voluntario & volito in se numquam Episcopus dispẽsat.ita DD. communiter per Barbos.de potest.Episc. p. 3.alleg.39.à n.46. & Dian.d.resol.19.vers. sed contrariam,quibus adde Valent.tom.4. d.7. q.19. p.3. §.5. Sayr. lib.7. c.7. nu.22. Suar.d.44. sect.4.n.35. Sà verb.irregularitas in fine,& alios per P.Bassæ.verb. Irregularitas 6. nu.12.

64 Secũdo quæres quid dicendũ sit de aliis irregularitatibus,an possit Episcopus dispẽsare. Et resp.quod in irregularitate proueniente ex illegitimatione licet ad minores ordines,& ad beneficiũ simplex possit,vt cõm.DD.tamẽ si dictus illegitimus aliquod beneficiũ simplex obtinuerit à Papa, nequiret Episcopus super illegitimatione dispensare quia Papa iam manus imposuit, & fit ei reseruatio, ita Simon.de reseruat.q.64. n.6. Massobr.Prax.hab.concurs.prælat.25. In princ.n.4.secundũ Romanorũ impressionem; sicuti etiam non potest dispensare nisi super vnũ beneficium simplex c.1.§.ille vero de fil.Præsb.in 6.vbi Geminian.n.8.Azzor.inst.mor.p.2.lib.6.c.3.q.12. Filliuc.to. 1.tract.41.c.4.sub nu.5. Sanch.de Matrim.

65 lib.8.disp.51.n.6.& 11.Item non potest dispensare in dignitatibus & personatibus etiã sine cura ex text.in c.fin.de fil.Præsb. Azzor.d.c.3.q.31.post Molin.Ledes. Sayr. Less.& alios relatos per Barbos.de pot.Episc.p.2.alleg.40.nu.19.quibus adde nouissime Porolect.in Palestr.Clerical.p.2.sect.1.

66 cap.2. cond.1. declar.3. Item in beneficijs requirentibus sacrũ Ordinẽ gloss.in Verb. tali.d.c.1. Azzor.cit.c.3.q.15.Vnde Canonicatum,illegitimo non potest conferre.Fr. Emm.Sum. to.3.c.38.n.1. quando requirũt sacros Ordines,vt dicit Barbos.loco cit. n. 33. licet Parolett. extendat etiam ad alios licet dd.sacros Ordines non requirant de stilo curiæ cum Azzorio d.c.3.q.11.In Be-

67 neficijs Paternis etiã post mortem Patris; & sufficit quod Pater beneficium illum habuerit etiam si ibi numquam ministrauerit,& possessionem non pacificam,aut titulum minus legitimum habuerit, ita Sacra Congr.teste Vgolin.de off.& pot.episc.p.2. c.70.§.7. quem sequitur & refert Parolett. Palestr.Clerical.p.2.c.2.sect.1.cõd.1. vers. ad Primũ.Vide etiam Lotter.de benefic.q. 48.nu.174.Less.de iust.lib.2.c.34.nu.89.& Laym.in Sum.Theolog.moral. lib.4. tract. 2. c.14. nu.5.

68 Et hæc omnia intellige de irregularitate manifesta,nam si est occulta, poterit eũ dispensare ad sacros ordines,& ad beneficia; licet contraria sententia sit magis certa, & alia à multis improbabilis nominata, vt per Dian.p.4. tr.2. res.64. Tu dic quod si adsit iusta causa dispensandi, & merita illegitimi suffragantia;vel postquam fuerit illegitimus bona fide ordinatus;vel si mala fide tamen factũ fuit ne diffamaretur,quod Episcopus possit dispensare, ita Laym. lib. 2.tr.10.p.1.c.5.nu.2.& alij per Barbos. vbi sup.nu.34. quibus adde nouissime. Io.Machad.

chad.

chad. in suo tract. Hisp. de perf. Confessar. lib. 1. p. 3. tr. 17. docum. 2. num. 4. qui citat Auilam Coninch. & alios.

69 Nota tamen, quod Episcopus debet in Bulla expresse dicere se dispensare, alias tacite dispensatio non intelligeretur facta. ita Abb. in c. diuersis fallacijs de Cleric. coniug. Nauarr. cons. 4. num. 2. de Simon. Marcell. Vulpe vbi supra num. 21.

70 Quid si Episcopus illegitimum promoueret ad sacros Ordines, & beneficium curatum, vel Canonicatum conferret? Et respondeo quod intelligeretur dispensatum; Collatio vero d. Beneficij, vel Canonicatus nulla esset, & peccaret; licet suspensionem, vel irregularitatem vllam neuter incurreret nec Episcopus, nec dispensatus, quia nõ reperitur in iure Azzor. vbi supra, quem refert & sequitur Parolett. Palestr. Cleric. d. p. 2. c. 2. sect. 1. cond. 1. vers. quid si. quibus adde Oldrad. cons. 329. num. 4. seq. & cons. 330. per totum, & præcipuè nu. 6. Barbos. cum alijs, num. 37.

71 De dimissis vero à Religione dicas, quod non incidunt in pristinam irregularitatem ob defectum Natalium; licet de eiectis à Religione dicẽdum sit, quod sint perpetuo suspensi ab exercitio ordinum sublata omni facultate ordinarijs locorum dictam suspensionem relaxandi aut moderandi ex decreto Sacræ Congregationis sub die 21. Sept. 1624. teste Barbos. de iur. eccles. lib. 1. c. 42. n. 192. & Dian. p. 4. tract. 2. resolut. 66. post alios quos ipsi allegant.

72 Nota secundo Episcopum non posse dispensare cum Clerico coniugato ad Beneficia; hoc. n. nõ reperitur expressum in iure Reginald. Prax. for. pœnit. lib. 30. c. 11. sect. 1. n. 149. nisi in casu quo requirat illud Beneficium tantũ officium minorũ ordinum; nec præsto est cælebs, qui eo fungatur Trident. sess. 23. c. 17. de reform. Molfes. Sum. Theolog. moral. tract. 6. cap. 7. num. 2. & alios per Garz. de Benef. p. 7. c. 5. num. 4. & 5.

73 An vero Beneficia sæcularia possit Episcopus conferre regularibus, vel è contra? Respondeo negatiue; nisi deficientibus dd. regularibus quando sunt regularia, tunc. n. posset secularibus Clericis committere, ex text. in c. possessiones de reb. eccles. Alien. c. inter quatuor de relig. Dom. & ex Conc. Trident. sess. 14. c. 10. de refor. & sess. 25. c. 21. de reg. Vide Reginald. dicto lib. 30. num. 158.

74 Nota tertio Episcopum non posse in Bigamia vera, vel interpretatiua dispensare etiam ad ordines minores, aut beneficiun simplex, & hæc est opinio magis probabilis quam sequuta fuit sacra Congregatio in vna Ferretana 13. Apr. 1630. vt refert Barbos. de pot. episc. p. 3. alleg. 49. n. 15. & testatur etiam Armendar. in addit. ad Recopil. leg. Nau. lib. 2. tit. 19. de for. compet. n. 16. & tenent Tolet. in Sum. lib. 1. c. 26. nu. 8. Turrian. de censur. lib. 9. disp. 7. dnb. 3. & alij per Dian. p. 4. tract. 2. resol. 72. Et ratio est, quia cum Bigami arceãtur ab omnibus ordinibus à Concilio Nicæno teste D. Ambr. epist. 82. in c. nuper & c. vlt. de bigam. non inuenitur in aliquo canone hæc facultas Episcopis concessa, ita etiam de decreto Sacræ Cõgreg. testatur Piasen. p. 1. c. 1. ar. 10. n. 11. Et Neapoli decisum affirmat Riccius

75 p. 4. decis. 331. n. 8. Limitant vero hanc opinionem Henriquez & Sanchez citati a Barbos. d. nu. 25. quando vrgeat necessitas ob ministrorum penuriam, nec potest adiri Papa ob loci distantiam; nam in simili necessitate possunt Episcopi dispensare in lege Concilij generalis, & Papæ.

76 Item secundo limitant in Bigamia interpretatiua ex delicto consurgente, vt ex duplici matrimonio contracto, neutro existente valido, aut altero valido, & alio irrito: & Turrianus de censur. lib. 9. disp. 70. n. 5. limitat etiam cum eo qui contraxit cum Virgine. Vide Dian. p. 4. tract. 2. resol. 62. Barbos. vbi supra d. nu. 25. Henriq. in Sum. lib. 12. c. 6. §. 11. Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 86. nu. 14. Graff. decis. aur. lib. 4. cap. 27. num. 28. Bonacin. de censur. disput. 7. q. 2. punct. 7. num. 15. Azzor. p. 2. lib. 5. c. 20. quæsit. 2. Sayr. de censur. lib. 6. c. 6. n. 1. Io. de la Crux Hispanus in Direct. p. 2. de irregular. dub. 1. concl. 1. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 66. artic. 5. conclus. 3. Corneio in 3. par. D. Thom. tract. 5. de irregularit. disput. 10. dub 1. quæst. 5. de his optime scribentes cum alijs.

77 Tertio nota non posse Episcopũ dispensare in irregularitate orta ex furtiua ordinum

num susceptione, licet sit occulta, in casu quo Episcopus prius promulgasset, vt nemo se furtiue ingerat sub pœna anathematis; tunc enim ista irregularitas est reseruata Papæ; & ita hodie obseruatur in Praxi. Turrian. de Cens. lib.9. disp.61. dub.4. Henriq. lib.14. c.6. §.5. Suar. tom.5. disp. 41. sect.3. num.5. Dian.p.4. tract.2. resolut.55. & Coninch tom.2. disp.18. dub.5 num.43.

78 Aduerte etiam Episcopum non posse dispensare in irregularitate prouenicnte ab administratione in ordinibus male susceptis, etiam si sit occulta, quando d.Episcopus fuerit particeps eiusdem culpæ Maiol. de irregular. lib.1.c.30.n.9. Campanil. in rubr.7.c.5.n.2.& alios relatos à Barbos. de restit.episc.p.3.alleg.39.n.41.& de iur.eccles.lib.1.c.11.n.138.& adsunt pœnæ graues impositæ à Sixto V. in Constit.edita anno 1588.incipiente Sanctum & salutare p. 631.noui Bullar.cõtra Episcopos male promouentes, & ante legitimam ætatem, vel sine dimissoriis sui ordinarij, & nouissime ab Vrbano VIII.

79 Quarto nota, quod licet possit dispensare in suspensione à diuinis Religiosos admittẽtes fœminas intra claustra, si sit occulta virtute Cõcilij vt supra, attamen à Censuris incursis propter d.ingressum non potest, etiam si sit occultũ delictum ita Bonac. de clausf. q.1.punct.3. n.1. & alij per Barb. de iur.eccl. d.c.11.n.145.

Quinto non posse dispensare in diffamatis de crimine nefando, Nau.c.24.n.248. Mirand. Man.Prælat.to.2.q.8.concl.1. Alzed. de Præc.Episc.dign.p.2.c.6.n.67.

80 Sexto principaliter dicas non posse Episcopum dispensare in Iuramentis adiectis cõtractui turpi v.g.de soluendis vsuris: licet contraria opinio sit etiam probabilis ea ratione quia per hæc iuramenta non acquiritur ius homini, sed soli Deo qui vocatur in testem, ac proinde æquiparantur iuramentis pijs in quibus, etiam si sint absoluta, potest Episcopus dispensare cum æquiparentur votis Dian. p.1.tract.11.resolut. 41.§.notandum,& p.4.tract.4.resol.19.qui & alios adducit.

81 Nota vero hic pro deffensione animæ Sacrorum Prælatorum, quod Episcopus denegans dispensationes voti aut iuramenti subdito, eam cum iusta causa petenti, peccat, & infidelis dicitur quia ei iniuriam facit, ita text. in c.quanto. 2.q.5. & notat Dian. p.1.tr.11. res.44.

82 Septimo dicas, quod Episcopus non potest delegare causas ecclesiasticas mere spirituales Iudici Laico; quia hoc soli Papæ conuenit; licet quando sunt mere ciuiles, & pecuniariæ in praxi obseruetur quod ab Episcopis committantur dd.Laicis, vt dicit Dian. p.1.tract.2. de immun.ecclesia st. resolut.112. sed Anguian.de legib. to.1. lib. 2.controu.25.n.4. dicit de iure contrarium esse tenendum; & quod neque pecuniariæ, & mere Ciuiles, quando ecclesiasticæ sunt possunt committi, cum in his nulla prorsus competat Laicis authoritas, & iurisdictio; & hæc opinio videtur tutior.

83 Octauo dicas non posse Episcopum citare subditum existentem extra territorium suum, cum non possit exercere iurisdictionem in aliena diœcesi, iurisdictio enim hæret territorio, & Episcopus quoad iurisdictionem extra suam diocesim habetur pro persona priuata, citare autem est actus iudicialis quatenus intimatur à Balio, vnde in Clem.pastoralis de sent.& re iudic. determinatur non posse aliquem citari in alieno territorio; facit text. in c.fin. de Constit. & in c.Episcopum 9.quæst.2. Hurtad. de Censur. in comm. differ.8. Corneio in 3.part. D.Thom. tract.5.disput.6. dub.2.

84 Limita in tribus casibus Primo, quando adest Papæ priuilegium; Secundo, quando adest præscriptio, & tertio, quando iurisdictio non respicit locum, sed personas, vt est in Prælatis Regularium, ita de primo casu loquitur Tasson. in pragm.de antefact 23. obseru.4.De secundo Surdus cons.465.nu. 6. & de 3. Corneio in d.p.3. dub.2. late Dian. p.4. tr.9. resol.44.

85 Sed dices potest excommunicare extra territorium iuxta text. in c. cum sit. §. fin. de appellat. c.euidentia de accusat. & c. manifesta 1. q.1. ergo & citare respondeo quod executio excõmunicationis extra territorium non exegit strepitum iudicialem, sicuti exigit citatio, quia secum trahit effectum suum; & ideo quando ad dictam excommunicationem extra territorium necesse

se est strepitus iudicialis nõ potest subditos excommunicare, sed solum quando crimen est adeo clarum quod non requirit causæ cognitionem, sed tantum monitiones ita Doctores per Dian. p.5. tract.9. resol. 35. Marchesan. de Commiss. p.1. c.6.nu.84. & 118. & Barbos. de potest.episc. p.2.alleg.7. nu.16. seqq.

86 An vero excõmunicatio lata ab Episcopo liget subditos existentes in alieno territorio; & respõdeo quando est lata per modũ sententiæ ligat etiam existentes extra suum territorium, nam tunc lata est non propter bonum territorij directe, sed subditorũ secus si excõmunicatio lata est, pro culpa iam commissa, est in contumaciam, tunc enim non ligat iam existentem extra territorium, quia lata est propter bonum dicti territorij, vt est etiam quando fertur propter crimen in proprio territorio commissum quod intellige de delicto non solum incæpto, sed consumato in eod. territorio Suar. de Censur. disp.5. sect.4.n.7. seq. Gordon. summ.tom. 2. lib. 7. c.2. §.3. nu.34. Coneio in 3. part. tract.5. de Censur. in gen. disput.6. nu.2. Auila de censur. p. 2. c. 3. disp.2. dub.2. concl.1.

87 Sed nota quod non intelligitur de alijs pænis sed solum de excommunicatione, nam circa alias pœnas notum est in iure, quod quando delictum est in vno loco inchoatum & in alios cõsumatũ potest vtrobique puniri & l.1.C.vbi de crim.agi opor. Vterque.n.Iudex censetur iurisdictonem habere vt notat Cordon. vbi supra.

88 Et secundo nota non intelligi, quãdo delictum prout est delictum in se iam est cõsumatum, licet quoad effectum integrum potest dici inchoatum vt est in vulnerato, qui postea extra territorium moritur, nam licet quantum ad vltimum eius effectum, qui est mors, fuerit consumatum extra territorium, tota tamen actio externa, a qua prouenit, scilicet vulnus lethale causata fuit intra territorium, ex quo dici potest homicidiũ secutum fuisse in territorio quantum ad totam actionem, ex quo mors fuit secuta ita Suar. vbi supra nu.10. & 11. & Corneio d. dub.2. quo sequitur Dian. p.4. tract. 9. resol.44. Vers. nel valet.

89 Aduerte autem, quod vbi adest nuncius Apostolicus excõmunicati qui non possunt adire Romam absoluuntur ab illo, & non ab episcopo vt a iure communi recedatur minus quam fieri potest. Nald. in summ. V. excommunicatio num.34.

90 Secundo Aduerte, quod absoluere à culpa peccati in casibus occultis Sedi Apostolicæ reseruatis nõ debet episcopus suos subditos extra propriã diocesim licet videatur habere potestatem a Papa quia habet eam in foro penitentiali quod cum sit actum Iurisdictionis nõ potest exercere extra diocesim secus

91 † est in dispensatione ab irregularitatibus & suspensionibus quia hæc fiat absque vllo

92 strepitu iudicali, nec exteriori, nec pæniten tiali & potest fieri per nũtium. & erga absentem ita Sanch. in præcept. Decal.lib.2. c.11. n.12. Fagundez in præcept. eccles.p.2.lib.8. c.8.nu.35. Præpos.in 3.part. D.Th. q.1. de Censur. in comm. dub.14.nu. 99. Auila. de Cens. p.7. disp.10. dub. 2. Vgolin. de offic. Episc.c.57.§.2.num.6. Suar. de Cens.disp. 41. sect.2. num.10. Nouar. in sing.iur. canic. concl.2.n. 2. Bonac. de Censur. disp. 1. q.3.punct.2.n.1.& disp.7.q.5.punct.1.n.4.& alijs per Barbos.de pot.ep.p.2.alleg.39.n.7.

93 Vtrum autem episcopus possit committere hanc potestatem dispensandi, & absoluendi a dd. irregularitatibus, & censuris. & respondeo tantum posse delegare quando factum occurrit, & tunc de mandato ipsius faciant, secus autem si antefactum in generali commissione Vicariatus, ita Henriquez in sum. lib.14. c.19. in fine. & lib. 6. de pæn. c. 14. §. 7. cunct. comm. Luter. 6. & ideo Azzor.Sanch. & Fagund.citati a Barbos. de Iur. eccles. lib.1.c.11. nu.207. dicunt quod Episcopi faciant de hoc speciali mandatum suis Vicarijs generalibus, nam ita, tollentur omnia dubia vt dixi in c. de iurisdictione Vicarij, & ibi vide.

94 Nono dicas non posse Episcopum locare vel vendere Cancellariam episcopalem nec ex ea aliquam habere emolumentum, sed exercere faciat per suos ministros, excepta Cancellaria feudorum temporalium ecclesiæ, ita sacra cõgregatio episcopo Arimin 22. Ian. 1598. & alia sub die 26. Augusti 1592. tenet Barbos. de iur. eccles. lib. 1. cap.11. §.3.num. 132. & Piapet. in praxi episc.part. 3.n.2.in fine.

Que-

95 Quæres hic an episcopus possit pœnas criminales ad suum arbitrium distribuere. Respondeo quod potest circa loca pia, licet melius faceret distribuere pauperibus loci vbi habitat Clericus códemnatus sicut respondit sacra Congregatio Episcopo Venusino 21. Nou. 1600. & loco pauperum intellige etiam Carceres Ecclesiasticos, quo quarũ edificijs possũt applicari dictæ penæ. ita episcopo Andriensi rescripsit ead. Congre-
96 gatio 25. Iunij 1596. † Vicarius tamen de his pœnis nihil debet participare, sed tantum fiscalis, cui poterit aliqua pars applicari. ead. Congregatio Archiepiscopo Vr-
97 bini 17. Septembr. 1584. † sicut etiam Notarii d. episcopi, qui nec aliquid ex eis habere possunt per d. congregationem in vna directa Vicario Apostolico ciuitatis Castelli 4. sep. 1595. teste Barbos. vbi sup. nu. 128. cui adde Zambell. resolutio. Cas. conscient. V. episcopus nu. 44.
98 Secundo quæres ex Nuncii Apostolici, vel Legati à latere possint cognoscere causas Episcopis delatas in prima instantia. Et respondeo quod nemo quamtumuis superior, nec Auditor Cameræ Apostolicæ nisi habeat à Papa specificam potestatem maiorem vel cum d. Auditor in contractibus firmatis cum obligatione Camerali potest cognoscere causas in curiis episcoporum, pendentes in prima instantia, nec ad se auocare, nisi per viam legitimam Appellationis ipsis deferantur ita fuisse decisum refert Aloys. Ricc. in Decis. Cur. Arch. Neap. p. 4. decis. 296. nu. 5. & in Praxi aur. resol. 126. cum aliis per Barbos. p. 3. alleg. 81. n. 3. & seqq. qui & aliquas Ampliationes & Limitationes ponit super hanc materiam; & idem intelligit posse dici de Vicario episcopi, & de Capitulo sede vacante.
100 Decimo dicas non posse rehabilitare Symoniacum occultum ab beneficia in posterum obtinenda, nec ad retinenda ea ipsæ per simoniam occultã obtinuit, vt per Concil. Trident. sess. 24. de reformat. c. 6. notant Suar. de relig. tom. 1. tr. 3. lib. 4. c. 61. n 11. Less. de iustit. lib. 2. c. 37. nu. 120. Garzias. de Benef. p. 8. c. 1. num. 74. Immo quia Sixtus V. in Constit. sua contra simoniace ordinantes inter alias pœnas, suspensionem imponit, & illius absolutionem Papæ reseruat, non poterit episcopus illam impendere licet sit occulta ita Sayr. de censur. lib. 3. ca. 17. Campan. in diuers. Iur. Canon. Rubr. 11. nu. 27. c. 66. Bonac. de Simon. quæst. 7. punct. 1. n. 5.
101 Vndecimo dicas non posse aliquem excommunicare pro iniuria eidem Episcopo illata, nisi talis Iniuria magis Ecclesiam quam ipsum lædere videatur, ne dubitari possit vti potestate spirituali ad vindictam c. inter querelas, & c. Giusilirius 23. q. 4. vel nisi pro tuendis Iuribus proprijs cotra potestatem temporalem vbi alias temporalis deffensio non sufficit quia tunc est in subsidium c. Dilecta de sent. Excommun. in 6. Vide Ricciull. de iur. person. extr. grem. eccles. existen. lib. 4. c. 61. per totum.
102 Duodecimo dicas nõ posse Episcopos imponere exactiones vel taleas Clericis suis ne videãtur potius exactorũ quam patrum officio fungi in Ecclesia Dei, sic aiunt Patres in Concilio Toletano relato in c. quia cognouimus 10. q. 3. & facit text. in c. nulli Episcoporum cum seq. 16. q. 1. c. Diaconi sunt vers. nunc autem dist. 93. & Tributa iuris publici sunt, & nonnisi à Principe superiorem non recognoscente imponi valent, vel nisi immemorabilis consuetudo sit in contrarium. Molin. de iust. tract. 2. disp. 666. cum alijs per Barbos. de Potest. episc. allegat. 85. part. 3. num. 15.
103 Decimotertio dicas non posse condere leges ecclesiasticas pro tota Diocæsi in rebus grauioribus, quia summo Pontifici sunt
104 reseruatæ c. 1. de transl. Episc. † nec illas quæ sint contra ius commune, & præsertim Canonicũ c. institutionis. 25. q. 2. Vgolin. de offic. episc. c. 48. nu. 4. Marta de iurisd. p. 2. c. 38. nu. 109. Piaser. in Prax. episc. c. 2. n. 7. Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 21. nu. 100. Vide late Roch. de Curte in fin. de consuetud. sect. 3. à nu. 12. 19. seqq. nam inferior non habet potestatem in superiorem c. cum dilecti, & ibi Panorm. nu. 10. & c. fin. nu. 5. de offic. leg. nisi in aliquo casu particulari iusta interueniente causa c. at si clerici, & ibi Dec. §. de Adulterijs. nu. 81. de
105 iudic. † nec in casibus à iure exceptis in quibus debet adesse consilium Capituli, vt in vnionibus Ecclesiarum & in illis causis quæ pertinent ad dictum Capitulum, & alijs

alijs per text. in c. vlt. de fer. vel in casu quo celebret Concilium, vel Synodum iuxta concessionem Tridentini Conc. Vide late Bonacina de leg. disp. 1. q. 1. punc. 3. num. 23. & seqq. qui & multos alios cum rationibus per eum adductis, allegat. Adde Laym. lib. 1. tract. 4. c. 7. §. 4. num. 9. Sanchez lib. 4. c. 5. num. 2. Bassæum Flor. tot. Theol. V. lex. 1. num. 6. Barbos. de potest. episc. p. 3. alleg. 93. à num. 23. nouissime Sperell. decis. for. eccles. decis. 14. num. 21. & Ciarlin. contr. for. lib. 1. c. 61. num. 8. An vero Episcopus teneatur suis constitutionibus, & an in eis dispensare valeat. Vide Barbos. d. par. 3. allegat. 34.

107 Tandem his præmissis sit Conclusio, quod Episcopus plenissimam habet in sua Diocæsi potestatem, & totum ius ecclesiasticum cum totis eius partibus ad eiusdem officium, & iurisdictionem pertinet, ideo super omnes in sua Diæcesi non exemptos liberam habet potestatem scelera inquirendi, & iudicandi absque impedimento alicuius est tex. in cap. eos qui, dist. 52. c. conquirente, & c. dilectus de offic. ordin. & præsertim Concil. Trident. sess. 24. de reform. c. 8. Vnde hodie possunt siue per se, siue per alios ad id specialiter deputatos non solum inquirere, & iudicare, sed etiam absoluere in foro conscientiæ à quibuscumque excessibus etiam Papæ reseruatis exceptis quæ sunt in Bulla Cenæ, & dispensare in omnibus censuris, & irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus excepta ea quæ prouenit ex homicidio voluntario, vt bene notat Graff. decis. aur. lib. 1. Appendic. Tit. de cas. reseru. c. 7. num. 23. §. 2. in fine.

108 Adeo quidem, vt in quouis loco suæ Diæcesis pro tribunali sedere, ibique ius reddere possint, dummodo perpetuo vel ad longum tempus transferre nollet sine causa Cathedram de sua Ecclesia principali cap. cum Episcopus de offic. ordin. in 6. Vgolin. de off. episc. c. 4. §. 14. num. 2. p. 1. cum alij per Barbos. de pot. episc. p. 3. alleg. 8. num. 4. & seqq. qui limitat in Vicario nisi quando esset cum Episcopo, vel ex alia rationabili causa.

109 Modo quæres, An Episcopi possint esse Iudices in causis suarum Ecclesiarum: & Respondeo distinguendo, Aut causa est personalis, aut Realis; si est personalis, quæ scilicet respiciat personam Episcopi, & non potest, quia nemo potest iudicare se ipsum cum Iudicium constet ex actore, Reo, & Iudice, vt diximus in principio libri. Si vero est Realis, & dico, quod potest quia ipse constitutus est Iudex in rebus suæ Ecclesiæ, ita Piasec. in praxi Episc. p. 2. c. 4. de person. iudic. num. 4. Flor. de Mena var. quæst. 13. num. 3. cum alijs adductis per Modern. de supplicat. ad Sanct. p. 2. cap. 5. §. 1. num. 18. cui adde Ricc. in Praxi. resol. 203. num. 2. vers. 7. Zerol. in Prax. Episc. p. 1. Verb. Episcopus vers. 34.

110 Et hic nota quod cuicumque licitum est iudicium Episcopi in quacunque causa eligere, & eius sententia non est retractanda cap. omnes. 11. quæst. 1. & c. quicunque cum seqq. Vide Vgolin. de off. episc. c. 2. §. 2. num. 4.

111 Secundo quæres, an Episcopus habens iurisdictionem temporalem, possit per se ipsum causas criminales cognoscere. Et respondeo quod non, sed debet eas Laico committere, & iste laicus si condemnet pœna sanguinis, Episcopus non efficitur per hoc irregularis, vt dicit Pater meus tomo 1. deff. 13. num. 13. qui & alios multos allegat.

112 Et hic nota, quod omnia Priuilegia, exemptiones, & causæ quæ sunt Inquisitoribus tributa, Episcopis esse etiam tributa censentur, nisi expresse illis denegentur, vt probat Pegna in Direct. Inquisit. q. 56. com. 105. vers. nunc autem quem refert & sequitur Cherubi in Compend. Bullar. const. 15. Innoc. IV. scol. 1. immo absque Inquisitorum mandato possunt capere hæreticos in Ecclesia Clem. 1. § 1. de Hæret. Id. Cherub. vbi supra in Const. 1. Ioan. XXII. scol. 2. Quod si Episcopus & Inquisitor essent in aliquo discordes, Sedi Apostolicæ denunciandum est: ita Bonifacius Octauus in c. per hoc. 17. de Hæret. in 6. Peg. vbi supra comm. 99. in princ. Eimeric. in Direct. Inq. quæst. 50. & Cherubin. scol. 1. in Constitut. 9. Alexand. IV. tom. 1.

113 Tertio quæres, an causa commissa à Summo Pontifice Vicario Episcopi possit ab ipso Episcopo cognosci? Et respondeo negatiue,

tiue, quia in illo casu cum dictus Vicarius sit delegatus à Papa, dicitur in illa causa maior quam Ordinarius per text. in c. studuisti de offic. deleg. Seraphin. decis. 506. num. 3.

114 Quarto quæres, quomodo Episcopus debet procedere in Criminalibus contra Clericos. Et respondeo, quod licet constet sibi de informationibus receptis ex officio fuisse ab aliquo Clerico commissum delictum, si tamen non est infamatus apud maiorem partem Vaciniæ, non potest in Conscientia procedere ad punitionem dicti criminis capturando, & iudicando. per c. inquisitionis. §. tertiæ de Accusat. sed debet secreto corrigere eum, & pœnitentiam salutarem porrigere, quia multum interest Christianæ Reipublicæ, ne sint mala exempla, & vt bona fama de aliquo conseruetur maxime à Prælatis, quia semel amissa licentius solent homines in peccatū irruere; & notent Episcopi quod non sufficiunt duo, aut tres testes, sed necessaria est diffamatio; ideo dicit Less. de iust. lib. 2. c. 29. dubit. 15. num. 140. quod Canones iubent, vt non inquirant ad primum famæ insinuationem, sed tantum demum, quando eorum aures sæpius pulsauerint; & ego vidi multoties maius detrimentum oriri in castigatione Clerici alias bonæ famæ propter scandalum, quam si impunitus relinqueretur. Vide tradita nouissime à Io. Valer. de differ. Var. for. Verb. inquisitio. num. 10. qui & alios allegat; & quæ ego dixi in Deff. 2. c. 4.

115 Quinto quæres, an Episcopus possit compellere partes litigantes ad concordiam, & an peccet negligendo? Et Respondeo, quod Episcopus prius sine coactione, postea potestate sua iudiciaria debet, discordes ad concordiam reuocare, memor quod ipse Pater positus est tamquam Aaron in Populo. c. 1. dist. 90. & ibi Archid. l. illicitas ff. de offic. Præsid. quod Regulariter non possunt agere Iudices sæculares, licet possint suadere debet Concordiam, vt ait Bart. in l. congruit ff. de offic. Præs. & notat Bald. in l. ex stipulatione C. de sent. ea ratione quia æquitas non patitur, vt quis cogatur inuitus parcere iniurianti in foro exteriori Bald. in l. 1. §. quies ff. de offic. Præsid.

116 Aduerte tamen, quod in priuatis iuribus aliorum non potest nec debet cogere litigantes ad concordiam, sed tantum in illis, in quibus ipse habet liberam administrationem, vel nisi aliqua iusta causa subsit, ita Abb. in c. cum pridem de pact. quia non est Dominus iurium aliorum, sed tantum Iustitiæ, & Potestatis.

117 Secundo aduerte, quod procedit in Criminalibus antequam nascatur delictum, tūc potest & debet compellere ad concordiam; vel quando ciuiliter agitur de crimine, vel de crimine iniuriarum, secus vbi ageretur mere criminaliter post delictum nisi Ecclesia iniuriam non respiceret gloss. 1. in c. studendum dist. 90. c. si is qui 32. q. 4. Vide Graff. decis. aur. p. 2. lib. 2. c. 31. nu. 17. qui & alias fallentias inducit, & Barbos. de potest. episc. p. 3. alleg. 79. num. 6.

118 An vero d. Episcopus peccet non concordando in casu, quo concordare debet, & potest; & respondeo, quod quando causa durauit longo tempore, & lis extirpari non potest, etiam in causa ciuili, Episcopus non se intromittendo etiam per censuras ad pacificandos ciues cum scandalo & periculo dissentientes, peccat mortaliter, quia Prælatus ex iustitia tenetur obuiare delictis subditorum suorum, & negligentia in eo etiam in concernentibus pacem est peccatum mortale, vt notat gloss. in verb. neglexerit in c. vnum omnium. dist. 14. Abb. in c. 1. de treg. not. 2. & in c. quantæ de sent. excommun. & sequitur Graff. d. c. 31. n. 21. & est gloss. notab. in c. vnum §. criminis. Ver. ea demum dist. 25. vbi negligentia in Prælato ad reuocandas discordias dicit esse peccatum mortale licet in alijs sit tantum veniale Felin. in rubr. de reg. num. 5. Barbat. cons. 1. nu. 2. vers. & adduco. col. 3. Marta de iurisd. p. 1. c. 48. nu. 4. Marc. Ant. Genuens. c. 41. nu. 14. Reginald. lib. 20. nu. 54. in fine. Barbos. de pot. Episc. p. 3. alleg. 79. num. 1. & Homobon. de stat. hum. vitæ. p. 1. c. 6. num. 1. vers. item inimicitias.

119 Postremo hoc vnum requirendum est ad deffensionem aliorum conscientiæ qui parum Episcopis videntur honorem debitum ac reuerentiam præstare an Episcopi possint flagitari ad testimonium dicendum, & an possint citari, accusari vel moueri?

Et

Et quoad testimonium ferendum, respondeo negatiue propter reuerentiam personæ ex text. in l.nec honore C.de Episc. & Cler. Auth.de Sanctissimo Episcopo §.nulli autem,& notat Roman. sing.169. Gamb. de offic.leg. lib.2. nu.38. Et aduerte quod in causis ciuilibus profanis standum est eius dicto tamquam omni exceptione maioris. Abb. in c.sicut de probat. num.7. & Barbos. de iur.eccles. lib.1. c.12. num.30. vbi etiam ponit duos alios casus similes.

120 Quoad accusationem vero respondeo, quod non omnis de populo admittendus est, sed honesti tantummodo viri & probatæ fidei personæ, vt aduertit text. in c. Accusatio quoque 2.q.7. nec eius accusatio est facile recipienda, vnde in c.si qui sunt. 2.q.7. monetur ne Episcoporum accusatores audiantur, antequam eorum discutiatur existimationis suspicio, vel opinio; ita etiam aduertunt Sixtus Papa in c. accusatio 2.q.7. & Innocentius 3. in Concil. generali de quo in c.qualiter,tit.secundo de Accusationibus.

121 Quoad citationem vel Monitionem respondeo, quod hodie in Practica ex quouis delicto etiam atrociori citari non possunt ad Romanam Curiam, nisi in primis accedat specialis commissio Papæ manu signata ad effectum coercendi maleuolos,& Perturbatores quietis Episcoporum, vt extat Constitutio Pij IV. inde salute gregis pag. 20. noui Bullar. & refert Cochier. de iurisd.ordin. in exempt. p.1.quæst.41. & immo vt notat Pater meus in deff.2. lib.1.nu. 19. neque Auditor Cameræ Apostolicæ potest transmittere Commissarium ad assumendas reformationes contra Episcopos, nisi fuerit manu Papæ signata, & dicit ita fuisse prouisum per reformationem Pauli Quinti, & idem dicit Ricc. in Praxi decis. 203. num.1. quem refert & sequitur Barbos. de pot.ep. p.2. alleg.1. num.20.

122 Et nota quod causæ omnes Criminales contra Episcopos à solo Papa sunt cognoscendæ, ita ex Constitut.Leonis IX. incip. cum ex venerabilium tom.1. Bullar. pag. 10. & ex Concil.Trident. sess.13.cap.8. de reformat.& sess.24.c.5. de reform. vt notat Armendar. in add. ad Recopil. Leg. Nau. lib.1. tit.18. l.7. de episc. num.80. Gambar. de off.leg. tit.de coadiutor. nu.4. Barbos.de pot.Episc. alleg.50.p.3.num.1. Etiam si sint hæresis, Inquisitore enim super Episcopos cognoscere nó possunt,vt dicit Barbos. de potest.Episc. p.3. alleg.112. num.6. 7. & 13. & dicit hoc procedere tam in Episcopis consecratis, quam in electis tantum, & confirmatis, ita etiam in tract. de iur.ecclesiast. lib.1. c.12.num.39. seqq. vbi alios allegat, & Flau.Cherub. in Compend.Bullar. scol.2. super Constitut. 30. Pauli Tertij,quæ incipit cum ex apostolatus. Aduerte tamen, quod si timeretur fuga vel esset in manifestum fidei, vel fidelium detrimentum, tunc potest ab Inquisitoribus capi, & custodiri quousque Summus Pontifex certior reddatur, ita Farinacc.de Hæres. quæst.186. §.5.num.114. 119. & 121. Fugund. de quinque Eccles. præcept. præcep.2. lib.4. c.3. nu.64. Suar. de fide disp.20. sect.4. nu.25. & alij quos refert & sequitur Escouar. in select. tractatib. tract.2. p.3. q.2. num.8. & 9. Vide etiam Constit.67. Pij Quarti, vbi Pontifex dat facultatem Cardinalibus Inquisitoribus generalibus procedendi contra Episcopos,& notat idem Cherub. ibi in Compendio.

123 Item Leo Decimus in vna quæ incipit supremæ dispositionis in tom.1. Bullar.noui pag.479. dat reformationes,& viuendi modum Episcopis, & Cardinalibus tam in Curia quam extra; & Sixtus V. in alia quæ incipit immensa pag.61. noui. Bullar.to.2. prohibet Episcopis posse interpretare inconsulto Pontifice Concilium Tridentinum in Declarationibus deffinitiuis & obligatorijs, vt notant Roderig. de qq.Regul. tom.1. q.11. art.2. & Seraph. in nouis decis.985. & 1442.

Nota secundo, quod si citatur Episcopus ob causam Ciuilem pertinentem ad eius Ecclesiam, citandum est etiam Capitulum quando agitur de aliqua seruitute immittenda,& contra fauorem libertatis quæ illius deffensio pertinet ad omnes. ita Barbos.alleg.125. num.9. cum Farinac. decis. Rotæ 118.p.1. recent. in Apostilla litt.C.

124 Quod pertinet autem ad offendentes personam Episcopi est aduertendum, quod qui Prælatum Ecclesiæ, idest Episcopum,

iam & consecratum vt exponunt comm. Doctores iniuriose vel temere percusserit, aut, cæperit, seu bannierit, vel hæc mandauit fieri, aut facta ab alijs rata habuerit, vel quocumque modo consilium, aut fauorem dederit, vel scienter deffensauerit fauentem, incidit in excommunicationem latam in Concilio Viennesi à Clemente Quarto ut ponitur in Clement. 1. de pœn. & in aliam excommunicationem Bullæ cœnæ in c. 11. quæ extenditur etiam ad alios Nuncios Sedis Apostolicæ, & priuatur feudis, locationibus, officijs; & beneficijs spiritualibus, & temporalibus quæ obtinet ab ecclesia, cui præest Episcopus offensus, & ad dictam ecclesiam libere reuertuntur, & ipsius filij ex linea masculina descendentes vsque ad secundam generationem redduntur ipso facto inhabiles ad obtinenda ecclesiastica beneficia in Ciuitate, & Diœcesi eiusdem Episcopi adempta omni spe dispensationis; Item terra ipsius offendentis, vel cooperantis, vt supra, si non vltra vnam Diœcesim extendatur, subiacet interdicto Ecclesiastico vsque ad condignam satisfactionem eiusdem Domini; quod intellige etiam de terra, vel loco in quo captus Episcopus detinebitur; & est latæ sententiæ, vt notat Bonifac. de Vitalin. in Clem. ead. n. 70. Henriq. lib. 3. c. 43. n. 5. vers. 6. Nauarr. c. 77. n. 169. Suar. de Cens. disp. 17. sect. 1. num. 9.

125 Ciuitas vero quæ aliquid prædictorum commiserit in proprium Episcopum eod. interdicto subiacet latæ sententiæ donec satisfecerit; & eius Magistratus, & officiales culpabiles existentes sunt excommunicati, & si occiderit d. Episcopum priuatur dignitate Episcopali, sed hæc non est latæ sententiæ, & non videtur procedere nisi adsit frequentia similis delicti vt saltem bis occiderit Episcopos & c. ita nos. & ibi glos. in Verb. vsum 25. q. 2. Thesaur. in Tract. de pœn. eccles. p. 2. verb. iniur. c. 4. n. 8. qui etiã dicit quod pœnæ offendentis personam Cardinalis non extenduntur ad personam Episcopi, & notat coram Farinac. quæst. 112. n. 331. & Cherubin. in Compend. Bullar. scol. 2. primæ Constit. Leon IX. Vide etiam Barbos. de pot. episc. p. 2. alleg. 1. n. 29. qui & alios adducit.

Additio de Prælato Regulari.

§. 2.

126 Circa Prælatos Regulares, qui tenent vicem Episcopi pauca notanda sunt circa iurisdictionem iudicialem & primo, quod licet dd. Prælati possint suos subditos etiam nuncios processare carcerare, & torturare, etiam absolutos, si denuo delinquũt, castigare nõ tamen possunt eos consignare brachio seculari pro vltimo supplicio sine licentia Papæ ita Portell. de dub. reg. verb. Præfatus. nu. 10. Immo si eos includunt in carcerem, & aliquis eorum moritur infra decem dies ex nimia rigorositate dicti carceris sunt Irregulares, nisi esset carceratus ex pænitentia ita Sayr. lib. 6. cap. 18. num. 24. Zambell. resolut. cas. consc. verb. Prælatus num. seq.

127 Secundo nota quod Prælatus maior non potest dispensare in pœnis declaratis ab inferiori Prælato, nisi ex ipsius consensu, & nisi sint pœnæ leues, ita Portell. loco citato num. 12. cum eod. Zambell. num. 10. Immo neque potest suo Tribunali adunare causas inceptas ab inferiori in prima instantia, nisi fuisset interposita appellat. ex eod. Portell. num. 8. licet Suar. contrarium teneatur in tom. 4. de relig. lib. 2. c. 12. num. 22. quia inferiores subiiciuntur omnino voluntati superioris, & hæc opinio mihi magis placet, nam in caulis regularium debet spectari magis ordo spiritualis animæ quã temporalis Iudicii. Vide Dian. p. 6. tract. 8. resol. 25. Verum tamen est quod si punitus fuit à Iudice sæculari pœnis ciuibus Prælatus non debet amplius eiusdem pœnis punire, sed alijs Ecclesiasticis; nam contra omnem æquitatum est iisdem pœnis bis aliquam punire, vt notat Sylu. V. Iudex, 1. §. 2. quem sequitur Zambell. vbi supra num. 29.

128 Tertio nota quod Prælatus potest carcerare subditum Romam recurrentem sine licentia c. litteras eius recipere, & aperire etiam directas Papæ Nauar. cons. 33. num. 1. Vide Thesaur. de pœn. ecclesiast. Verb. Religiosi, cap. 7. & quando non potest impedire iniustitiã sui Diffinitorij, & quod omnes contra eum sunt vniti, tenetur

Præ-

Prælaturam dimittere, vt notat Graff. libro 1. Append. ad decis. aur. c. 127. num. 4. & 15.

129 Quarto nota, quod Prælatus regularis relinquens suos subditos frequenter transgredientes constitutionem ordinis, etiam in casibus, in quibus non adest nisi peccatum veniale sine debita correctione propter nimium affectum pacis potens illos commode corrigere, peccat mortaliter quia sibi incumbit ex officio procurare profectum sui ordinis, ita Sanch. præcept. Decal. lib. 1. c. 6. nu. 19. Villalob. tom. 2. tr. 4. diffic. 2. n. 5. Dian. p. 3. tract. 2. resol. 42. Immo eos delinquentes extra Claustra non coercentes incurrunt in pœnam priuationis dignitatum, & beneficiorum latæ sententiæ ex Bulla 19. Clemen. VIII. incip. suscepti muneris. & ex Trident. Concil. sess. 25. c. 14. de regul. vt notat Thesaur. de pæn. eccles. p. 2. c. 8. V. Religiosi.

130 Quinto nota non posse Prælatum eijcere Religiosum delinquentem à sua Religione, nisi sit vere incorrigibilis secundum regulas iuris communis quod tradit Sanch. lib. 6. c. 9. nu. 4. & Reginald. lib. 9. nu. 351. & post pœnitentiam vnius anni in pane, & aqua; & tunc à solo Generali cum consilio sex patrum ex grauioribus eligendis in singulis capitulis generalibus causa expulsionis probata, & ordinario loci expulsionis sententia notificata, vt ex decreto Sacræ Congregationis Concilij contra Apost. edito anno 1624 die 21. Septembr. teste Thesaur. d. v. religiosi, cap. 12.

131 Sexto nota quod Visitatores Religiosi peracta Visitatione Prouinciæ, nullam amplius habent iurisdictionem in illa & ingerentes se in aliquo peccant contra iustitiam vsurpando quod non habent. ex Portell. vbi supra num. 5. & 21.

132 Septimo nota quod Prælatus Religiosorũ licet habeat iurisdictionem quasi Episcopalem, non potest tamen dirigere Monitoria excommunicationum pro rebus deperditis & similibus in suos subditos, hoc enim pertinet tantum ad Episcopos & eorum Vicarios ex speciali commissione, tenet Fr. Emm. qq. reg. tom. 2. q. 59. art. 4. quem sequitur Barbos. p. 3. alleg. 96. n. 13. De potest. episc.

133 Octauo nota, quod dd. Prælati habentes Iurisdictionem episcopalem, vel quasi possunt in Iuramentis, & votis dispensare sicut episcopi, & in omnibus alijs casibus, nec hæc potestas illis competit tam quam delegata sed vt ordinaria, quod intelligitur non solum de Generalibus, & Prouincialibus, sed etiam de alijs superioribus Localibus, exceptis Abbatissis monialiũ quia iure ordinario non sunt capaces iurisdictionis Ecclesiasticæ c. Dilecta de Maor. it. Barbos. De pot. episc. p. 2. alleg. 36. nu. 12. cum aliis per eum.

134 Aduerte tamen hic vnum singulare & est quod Prælati Religiosorum, in quolibet anno feria 5. Secundæ Dominicæ Quadrag. possunt absoluere suos subditos ab omnibus censuris, & casibus Papæ reseruatis exceptis Bullæ Cenæ, & dispensare ab omnibus irregularitatibus etiam homicidij voluntarij & bigamiæ exceptis nouitijs non professis, & hanc facultatem possunt etiam delegare alijs, sicuti etiam dispensare illegitimum ad dignitates sui Ordinis, & alia multa ex Dian. p. 3. tract. 2. resol. 45. 102. n. 4. tract. 2. res. 71. 57. & alij. Vide Lezzan. summ. qu. reg. c. 18. n. 43. Portell. de dub. regul. Verbo dispensare. nu. 2. vsque 20. & & V. Abb. num. 6. & Sebast. Bonan. tract. de Elect. p. 2. c. 4. dub. 71. num. 14.

135 Nono nota quod Prælati regulares non habent facultatem deponendi, vel degradandi suos subditos nisi ex priuilegio, vel consuetudine, ita Sil. Verb. Degradatio 1. Auil. De Censur. p. 3. disp. 5. dub. 4. & alij per Barbos. alleg. 110. num. 25.

136 Et aduerte, quod d. Prælati debent singulis annis sollicite requirere eiectos vel fugitiuos etiamsi iuste, deffinitiue, ac iuris ordine seruato expulsi fuerint, dummodo tamen subsit spes euidens emendationis ex litteris salutem testimonialibus ordinarij sub pænis priuationis officium & perpetuæ inhabilitatis Papæ reseruatis vt habetur in Decret. sacræ Congregationis posito in Bullar. Constit. 26. Vrbani Octaui. & refert Thesaur. de pœnis eccles. p. 2. V. religiosi. c. 14. quod si in domibus eorum religionum custodiri non possunt competenter mittantur ad Ergastulum ab Vrbano erectum.

Circa

137 Circa Abbates vero non exemptos, sed nullius Diœcesis quibus olim vel ex præscriptione, consuetudine, vel aliquo priuilegio Clericorum suæ ecclesiæ, vel cumulatiue cum ordinario, vel priuatiue cognoscere cópetebat de primis instantijs etiam hodie non obstante Trident. sess. 24. de reform. c. 20. eadem iurisdictione vti potest cum Concilium Generaliter de iurisdictione Ordinariorum loquatur, & hæc dictorum Abbatum ordinaria censetur Nauar. cons. 2. tit. de for. compet. in antiq. Sayr. in Florib. dec. eit. eo. decis. 2. Sacra Congr. referta à Barbos. de potest. Episc. p. 3. alleg. 81. n. 5. In reliquis possunt omnia regulariter, quæ Episcopus in sua Diœcesi circa ea quæ sunt iurisdictionis iuxta glos. quam ibi commendant Bonifacius & reliqui in Clement. 1. verb. proprij de reb. eccles. non alienand. & vocat solemnem Nauar. cons. 5. de sponsalib. n. 4. cui adde Quarant. in sum. Bull. V. Abbas.

Nam Abbas comendatarius ordinarius dicitur c. ordinarij de offic. ordin. in 6. & ibi etiam glossa, & notat Barbos. de pot. episc. p. 2. alleg 32. n. 31. & latius in tr. de iure eccl. lib. 1. c. 117. per totum tit. de Abbatibus qui n. 22. intelligit etiam de Abbatib. regularib. qui habent iurisdictionem temporalem, populum & territoriũ qui etiam loco ordinarij dicuntur, vt sunt Abbates Cassinenses Cluniacenses, & alii. Vide de his Ascan. Tãbur. Monach. Vallumbros. in tract. de iure Abbatum in tres tomos diuis. Gauant. in Aphorism. episc. V. Albus Nald. verb. Abb. n. 6. & 9. Dian. p. 4. tract. 4. resol. 211. Homobon. de stat. hum. Vitæ. p. 1. c. 22. & ex antiquis Summistæ omnes in verbo Abb. & Aluar. Pelag. de Planctu eccles. lib. 2. c. 23. titul. de statu Abb. potentia, & iurisdictione, Barbos. de Abbatibus n. 121. & nouissime Mic. Ferrum de præced. q. 1. per totum.

138 Tandem nota, quod exempti alijsque similes Prælati Iurisdictionem prædictam habentes possint leges condere in suis quasi Diœcesibus, nisi aliunde constet hoc illis vetitum, quia potestas condendi leges est adnexa iurisdictioni Episcopali quam supponimus istos habere ita Sebast. Medic. p. 1. de legib. q. 15. Salat eod. tit. de disp. 8. sect. 10. n. 49. & alij per Bonace. de legib. disp. 1. q. 1. punct. 1. n. 28.

De Nuncijs Apostolicis. §. 3.

139 Episcopis coniungitur alia iurisdictio similis, & est legatorum, & Nunciorum Apostolicorum, qui possunt in prouincia, vbi præstat quidquid Episcopus in sua Diœcesi; immò sunt etiam super dd. Episcopos, & Archiepiscopos, vt notat Sanch. de Matr. lib. 8. disp. 9. n. 3. disp. 28. nu. 4. Garz. de Benef. p. 1. n. 283. & ideo dicũtur Iudices Ordinarij vt dicit Azzor. p. 2. lib. 5. c. 27. q. 5. Molin. to. 6. de iust. disp. 9. n. 4. & feud. vbi supra d. n. 4. eorum vero iurisdictio partim in iure communi, & partim per comparationem cognoscitur, ita Barbos. de iur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 5. n. 24. qui etiam cap. 39. §. 4. n. 98. & seq. cum alijs per eũ allegatis notat quod quando fit mentio de Legato intelligitur tam delegato à Latere, quàm de alijs nuncijs per tex. in c. statutum, de rescript. in 6. Vnde exceptis ijs quæ Papa sibi reseruauit, vel aliter disposit. Trident. c. 20. sess. 24. de ref. §. legat. & quod dicitur de vnis intelligitur de aliis Glos. in c. 1. verb. legat. de offic. Legat. in 6. licet sint in triplici differentia, scilicet legati à latere, Nuncij Apostolici, & Legati nati, vt notat Barbos. loco citato. Sed quia aliqua particularia eis conceduntur circa forum iudiciale, ideo hæc mihi adnotando pro eorum conscientiæ deffensione esse opportune visum fuit.

140 Et primo quod Legatus à Latere etiam non Cardinalis qui propriè nuncius dicitur; potest causas committere etiam prius quam Prouinciam sibi traditã ingrediatur cũ illi concedatur iurisdictio statim ac legatus à Papa declaratur ita Gamb. lib. 8. tit. de pot. legat. n. 56. Azzor. p. 2. lib. 5. c. 21. quæsit. 2. Machad. tract. 2. documen. 3. nu. 2. Secus autem est in egressu à dicta Prouincia, tunc enim causam inchoatam non poterit delegatus ab eo perficere, nam cessat Iurisdictio cessante dicta legatione, & hæc cessat reuocato mandato Pontificijs per successorem; vel per regressum vt notat Paris. de Resign. Benef. lib. 1. q. 11. n. 4. per c. nouit de offic. legat. & dixi supra tit. de Iurisd. Cardin.

141 Secundo legatus potest cognoscere de causis exemptorum; nam licet sit de reseruatis Papæ cognoscere de dd. causis, tamen singu-

singulare est etiam legatis habere talem Iurisdictionem in exemptos; vt est text. in c. veniens de Verb. significatione in 6. c. si absente de elect. eo. lib. Et Papa non videtur eximere à Iurisdictione legatos, dum eximit ab illa ordinarios Nauarr. de Dat. & promiss. notab. 4. nu. 10. vers. Secundo per ea quæ est glos. in Verb. Reseruata ver. ego credo in c. quod translatione de offic. legat. & notant Fr. Emmen. de qq. regul. to. 2. q. 62. art. 1. Paris. cons. 28. n. 31. p. 4. Dian. resol. moral. p. 1. tract. 2. resolut. 16. & nouissime Modern. de supplicat. ad sanctiss. p. 2. c. 14. num. 35.

142 Declara tamē quod licet possit de causis exemptorum cognoscere; eximere vero nō potest cum hoc tendat in violatione Iuris communis, & plurimum Ecclesiæ preiudicet, & ideo spectet ad solum Papam Barbos. de Iur. Eccles. lib. 1. c. 5. nu. 80. qui & alios allegat; & ego alibi dixi.

143 Item declara quod non potest per hoc se ingerere in causis alteri à Papa specialiter delegatis nisi vt sententiam iustam confirmet, nam delegatus à Papa est superior in illo casu etiam dd. legatis c. studuisti de offic. deleg. & speciale mandatum derogat generali ita Narbon. de appellat à Vicar. ad episc. p. 1. nu. 152. Dan. Venator. in Analyti Method. iur. Pōtif. lib. 1. tit. 1. axiom. 1. Lel. Zecch. de republ. eccles. tit. de stat. ill. leg. n. 4. vers. vndecimo.

144 Amplia hanc secundam declarationem etiā in causis ad superiorem remissis, quia tunc in illis desinit esse Iudex. c. licet de offic. legat. Dian. vbi supra tit. 20. axiom. 2. Barbos. in l. eum qui temere §. fin. de iudic. Sanch. de Matrim. lib. 8. disput. 14. num. 8.

145 Tertio notandum quod potest statuere, & determinare ea quæ perpetuo durant possint in Prouincia, etiam finita sua legatione, quādo tamen sunt legati à latere, etiam contra statuta aliorum legatorum; quia potest omnia ea facere quæ pertinent ad suam iurisdictionem, & iurisdictio cum sit ordinaria, & suprema habet etiam suprema priuilegia c. vlt. de off. leg. in 6. & notant Azor. d. p. 5. c. 32. q. 1. & 4. Suar. lib. 4. c. 6. Bass. Verb. lex. 1. num. 7. vers. Porro fa- num. 4.

146 Et ista iurisdictio non censetur reuocata eo ipso quod Papa creat secundum Legat. sed necesse est reuocatio, vel missio alterius cum adeptione possessionis per ipsum Azzor. d. c. 32. q. 10. & 13. Barbos. d. c. 5. n. 88. seqq. cum alijs per eum.

147 Quarto notandum quod legati à latere possunt ab omnibus excommunicationibus absoluere etiam à reseruatis Papæ nisi dicatur quod à nullo alio, nisi à Papa possit absolui c. quod translatione, &c. excommunicatis. & ibi gloss. V. mittitur de offic. leg. Azzor. d. p. 2. lib. 9. c. 3. q. 6. Graff. decis. p. 1. lib. 2. c. 49. nu. 58. Barbos. n. 27.

148 Quinto notandum quod habent ius conferendi omnia beneficia quæ sunt in illa ecclesia cuius ipsi titulum obtinent quasi Pōtificalem. Vide Regin. tom. 2. lib. 30. trac. 3. sect. 2. n. 237. & Barbos. de iur. eccles. lib. 1. c. 5. à n. 28. vsque nu. 62.

De alijs Iudicibus Ecclesiasticis. §. 4.

149 Sunt & alij particulares Iudices ecclesiastici destinati à Papa cum iurisdictione ordinaria ad varia negotia; & Primus est Vicæ Cancellarius, & hic præponitur administrationi Iustitiæ, Vnde ad eius officium pertinet cura, & gubernatio Audientiæ Sacri Palatij specialiter circa expeditionem litterarum Apostolicarum super gratiis à sede Apostolica impetratis; de quo Barbos. in Collect. Const. Apostol. V. Vicecancellarius & Cherubin. scol. 1. Cōst. 3. Martini V. in Compend. Bullar.

150 Secundus est Camerarius cuius officium est preesse Erario, seu fisco Pontificis, & Patrimonio Romanæ ecclesiæ gloss. in Clem. ne Romani Verb. Camerariū de elect. Azzo. d. lib. 5. c. 27. Lauor. var. Lucubr. tom. 2. tit. 3. c. 3. nu. 26. Vnde iudicat de causis pertinētibus ad illud etiam summarie ex const. 24. Leonis. x. incip. fel. record. pag. 514. Bullar. noui Vid. Barbos. in dd. Collectan. Verb. Camerarius.

151 Tertius est Vicarius Papæ cuius officium est agere de causis pertinētibus ad ipsum Papam vt sunt causæ ordinādorum, Beneficiorū, & ecclesiarum & dicitur Vicarius, quia Papa tanquam Episcopus Diœcesi suæ Vicarium dat; de eius Iurisdictione loquetur in Const.

Const.1.Pauli 2. incip.licet. tom.1. Bullar. & constit. 18. Pij V. tom.2. Bullar. & notant de eo Azzor.d.6.5. c.39. Barbos. d.c.4. num.49. Filliucc.tract.41.de Benef.c.1. nu. 41.Et dicitur iudex ordinarius in Vrbe Cherub.scol.2. const.57.Pauli V. & Barbos.lib. 1.c.32. n.175. De iur.ecclesiastic.

152 Quartus summus est Pænitentiarius de quo loquitur Cassan.in Cath.glor.mundi p. 4. consid.16. & Sech.de rep.Christ. c.3. de eius Potestate habetur in Constit.23. *Sixti* IV.& const.53.Pij IV. & notat Barbos. De iur.eccles. lib.5.c.4.n.99.

153 Quintus est Auditor Cameræ cuius iurisdictio habet multa priuilegia,præsertim censuras promulgandi vigore obligationis Cameralis,causas spirituales,& causas Curialium communitatum,mercatorũ, & pensionum cognoscendi; monitoria contra Episcopos præuio assensu Papæ decernendi, litteras Apostolicas solus & dato alio executore cumulatiue exequendi; sententias in Curia & extra latas similiter exequendi, miserabiles personas in causis discussionum præferendi,obligationes Camerales contra bona decedentium debitorum exequendi, & alia multa faciendi quæ extant in Bulla 28.Pauli Quinti incipit Eximiæ, vbi etiam dicit, quod excõmunicati ab Auditore Cameræ ab alijs absolui non possunt; vbi Cherub. scol.1. d.Bullæ in comp. Bullar. dicit nomine communitatum contineri etiam pupillos, ita vt non possint conuenti vigore obligationis Cameralis sui tutoris coram Audit. Camer. se tueri priuilegio l.vnica C.quoad impet.ita Gratian.discept.forens. lib.1. c.182. quam sententiam idem Cherub. testatur obseruatam fuisse in contingentia facti per signaturam iustitiæ in vna Bonon. die 12. Maij 1594. coram R.P.D. Robusterio. Vide etiam de facultate & iurisdictione Auditoris Cameræ Apostolicæ const.7.Innoc.VIII.constit.28.Iul.2.& Constitut.33. Pij V. & quomodo dicitur Pater Concilium Iudex ordinarius in Vrbe, & idem Cherubin. in Compend. Bullar. scol. 2. constit. 57. eiusdem Pauli V. & Barbos. in Collect. decis.Apostol. V.Auditor.

154 Et nota quod eius potestas est ordinaria vnde poterit subdelegare, vt censuit Rota in decis. Seraphin. 109. num.3. in nouissimis,& decis.857. nu.17. Cherubin.vbi supra resol.2. const.28. Pauli V.

155 Secundo nota quod nec ipse, nec qualibet alius Iudex Romanæ Curiæ potest cognoscere de causis episcoporum in prima instantia, nec monitoria decernere ad extrahendas partes a suis domicilijs;quod intellige etiam de Vicario Episcopi, & de Capitulo sede uacãte & de alijs Ordinarijs Episcopalem vel quasi Iurisdictionem habẽtes, ita ex Concil. Trident. sess. 24. de reformat. c.22. tradunt Aloys. Riccius in Parenesi,resol.126.& in Decis.Cur. Arch. Neapol. decis.296.n.5.& 273.n.3.& 7. p.4. Zerol. in Praxi Episc. p. 1. Verb. infantia §. 4. Barbos. de potest. episc.p.3.alleg. 81. n.3.& seq. Sanch.de Matrim.lib.3.disp.29. num.5. & 17. Gutier. de matrim. c.66. num. 24.

156 Sextus sunt Inquisitores, fidei, qui & Iudices ecclesiastici ordinarij quoad vtilitates ordinariæ iurisdictionis, & delegati quoad vtilitates iurisdictionis delegatæ sunt & possunt delegare, quorum officium est cognoscere de rebus fidei cumulatiue tamen cum episcopos, Vicario ipsius, & Capitulo sede vacãte præterquã in exemptos, cum Episcopus in hoc casu habent iurisdictionẽ tantum delegatã vnde non veniunt Vicarij,& possunt exercere non solum quæ sibi competunt de iure sed etiam quæ ex consuetudine, sed quia de his satis diffuse, & bene scripsit Doctissimus P. Diana in suis resolut. moral. præsertim in par.4. tractat.8. & satis commode cumulauit Ant. Coton. in Summa Verb.Inquisitores, & de Praxi ac modo procedendi satis diffuse dixit Tabien. V.Inquisitor;& nouissime.Homobon.de Bon.tract. de Stat. p.1.c.8. per totum cum Pegna direct.Inquis.p.3. Azzor.p.1. lib.8. c.18. Simanc. cathol.Inst. tit.34. & aliis, ideo me remitto ad illos, & eo magis cum omnibus pateat religio, & zelus cum quo illud sacrum Tribunal a dd. Iudicibus exerceatur vnde non est cur habeant necessitatem procorum cõscientia deffendenda à me aliquid aduertendi.

157 Hoc tamen notabo quoad Iudices sæculares; quod familiares officiales,& ministri d. S. Inquisitionis qui quauis ratione illi Tri-

Tribunali inseruiunt, sunt exempti à iurisdictione Laicali; & iudicari debent à dd. Inquisitoribus, præsertim in Hispania, & Sicilia, & Ioannes XII. illis concessit familiam armatam, vt notat Dian. p.4 tr.7. resol.37. & tr.8. resol.31. & 55. cui addo Barbos. de iur. eccles. lib.1. c.39. §.3. num.25. vbi alios allegant.

158 Secundo, quod possunt reum capere in alieno territorio absque litteris subsidialibus Dominorum temporalium, quia hæresis est crimen fori ecclesiastici, & nullo pacto spectat ad Iudices laicos; quoad Dominos vero spirituales hoc Inquisitores solent obseruare in Praxi, vt ex quadam congruentia, videlicet alijs Inquisitoribus, & Episcopis litteras requisitorias mittere, præterquam in Hispania, vbi Inquisitores habent iurisdictionem priuatiuè quoad Episcopos ex exemptione Apostolica additis regijs litteris illam obseruare iubentibus, ita DD. per Dian. p.4. tract.8. Reg.2. & resolut.17. Sanctar. de Heres. c.40. dub.2. p.15. & Aloys. Ricc. p.3. decis.279. num.1.

De Episcopo Delegato Sedis Apostolicæ.

§. 6.

159 In multis causis de iure communi datur facultas iudicandi Episcopis cum his verbis vel similibus tamquam sedis Apostolicæ delegati, vt in c. ad abolendum in fine de hæretic. c.1. §. vlt. de statu regul. in 6. & in Concil. Tridentino c.2. sess.5. de reformat. sess.6. c.2. 3. & 4. & alibi, vt habetur in Indice Concilij Verb. Episcopus. vnde videndum quid importent in Iudicio, & an constituat iurisdictionem ordinariam vel Delegatam; & licet variæ sint opiniones apud Doctores vt notat, & congerit Barbos. de potest. Episc. par.3. alleg.92. à num.2. tamen verior & communior opinio est, quod sit Delegata cum non iure officij sui, nec habita ratione ad ipsum, sed ex speciali delegatione eisdem demandetur; si enim non esset delegata, sufficeret quod Pontifex eis demandaret, & concederet posse cognoscere de illis causis, absque quod diceret tamquam Sedis Apostolicæ delegati, vt adest in alijs locis, præsertim in sess.24. de reformat. cap.6. nam concessa à Pontifice facultate agendi in illis, agerent tamquam Episcopi ex iurisdictione episcopali, vt notant glos.1. in c. vlt. de offic. ordin. Sanch. de matrim. lib.2. disp.40. nu.14. & Suar. de leg. lib.6. c.15. nu.1. sed dum Papa adiungit illa Verba voluit restringere facultatem ad illos, & cõmittere causas priuatiue ad alios eligendo Personam cum sint maioris cognitionis, vel exceptionis, ita post gloss. in c. ad abolendum de hæretic. in glos. vlt. & alios Doctores notant Sanch. lib.8. de matrimon. disp.2. num.10. Ricc. in Praxi resol.449. Barbos. loco cit. num.3. Vechij. Prax. obseru. in admitt. Nou. disp.7. dub.1. num.2.

160 Et nota, quod si cum illis verbis adiuncta est hæc Particula, etiam, vt in sess.22. de reform. c.10. vtramque potestatem, & ordinariam, & delegatam Episcopus habere dicitur, nam illa dictio etiam vnum casum exprimit, & alium includit gloss. in Ver. Ecclesiæ in Clement. de Hæretic. Barbos. tract. de Clausul. vsu freq. claus.112. Vnde Episcopus poterit vtraque potestate procedere, vel eligere quæ ex illis magis expedit, vt de cõmtestatur Lotter. de re Benefic. lib.1. q.25. nu.93. Molin. de primog. lib.2. c.10. nu.74. seq. Sanch. præcept. Decal. tom.2. lib.7. c.29. num.181.

161 Si vero non est adiuncta particula, nec Clausula, sed tantum dicitur, nõ obstantibus priuilegijs, seu exemptionibus concedimus, & mandamus. vt in Concil. Trident. sess.5. de reformat. c.2. in fine, & alibi, solam potestatem ordinariam restitutam censetur; nam vigore dd. Verborum fit reductio ad ius commune, ex textu in c. cum aliquibus. versic. si vero. de rescript. in 6. & notat Barbos. vbi sup. num.16.

162 Sed quæres, an Episcopus cogi possit ad declarandum, qua potestate velit procedere. Et respondetur negatiue; ita Innoc. in c. cum ex officij. num.3. de præscript. Ancharan. num.12. Felin. num.23. ad fin. & Abb. sub num.18. vers. ex hoc. Lotter. de re benefic. lib.1. q.25. num.94. quem refert & sequitur Barbos. de pot. Episc. p.3. alleg. 92. nu.12. in fine ex impress. Lugduni 1641. potest enim agere vtraque potestate, vt dictum est num.160. & 144.

3 Secundum ad quem sit appellandum a sententia lata ab episcopo tamquam delegato in ijs quæ potest etiam facere potestate ordinaria,& respōdetur ad Metropolitanū, quia tūc dicitur potius excitata iurisdictio ordinario vt notat Quarant.in sum.Bullar. Verb. Archiepiscopi authoritas n.18. vers. itē si Papa Cened.ad decretal. collect.157. sub n.1.Marcell.Vulp.in prax.Iud.21. n.39.

164 Tertio an si ignoratur qua potestate procedat, sit existimandum procedere ordinaria; & respondeo, negatiue, quia semper censetur procedere maiori authoritate, & delegata, quæ maior est quam ordinaria, nam illa proceditur etiam contra ordinarios quod idem dicendum est quando proceditur vtraque potestate tam ordinaria quam delegata quod agere potest, vt text.c. super quæstionem §.si vero,& ibi Anch.de off.deleg.Menoch.de Præsumpt.lib.2.c.16. & 7. vnde in ijs casibus indistincte ad delegantem est appellandum Molin. tract.2. de iust.tom.3.disput.582. num.2. Sanch. in præcept.Decalog. tom.2. lib.7.c.29.nu.181. Erasm. à Coch.de iurisd.ordin. in exempt. p.2,q.12.n.7.& alij per Barbos.vbi supra n. 14.licet Nau. cons.33. de sent. excomm. dicat quod censetur procedere illa qua magis formatur processus, & ita etiam dicit, consequitur. Prosp. de August.in Addict. ad Quarant. littera F.V. Archiepiscopi authoritas cart.70.

Restat videre de Coadiutore Episcopi, sed de hoc infra,cap.19.§.2.

C A P. VIII.

De Iurisdictione ordinaria Iudicum sæcularium.

S V M M A R I V M.

1 *Qui nam Iudices dicantur habere iurisdictionem ordinariam sæcularem.*
2 *Iurisdictio differt ab imperio.*
3 *Quæ differentia sit inter Iudices habentes merum & mixtum imperium & non habentes.*
4 *Vtrum concesso Castro censeatur semper concessa iurisdictio.*
5 *Episcopus quare possit habere familiam armatam.*
6 *Vtrum concessa iurisdictione censeatur etiam concessum Imperium.*
7 *An Princeps habens iurisdictionem metu extortam possit absque peccato iudicare, & quid si dolo. nu. 8.*
9 *Vsurpantes dominia stant in peccato mortali.*
10 *An dicta iurisdictio præscribi possit.*
11 *Quantum temporis requiratur ad dictam præscriptionem.*
12 *Iurisdictio obedientiæ Episcoporum nunquam præscribitur.*
13 *Vtrum in dubio præsumatur concessa ordinaria vel delegata iurisdictio.*
14 *Iurisdictio ordinaria potest dari in duobus & quomodo.*
15 *Qui nam est Iudex legitimus in feudalibus.*
16 *Quid dicendum quando Dominus nolit cognoscere & vnus excipit se esse Vasallum.*
17 *Item quando oritur lis inter Vasallum, & Dominum feudi.*
18 *Item quando vasalli inuestiti fuerint a Rege, vel Imperatore.*
19 *Quando Dominus feudi non potest iudicare tunc pertinent ad ordinarium.*
20 *Quid si dictus Dominus esset ecclesiasticus?*
21 *Cuius Iudicis sit interpretare leges?*
22 *Iudex non debet esse clementior lege.*
23 *Princeps permittens scandala in Domesticos grauiter peccat.*
24 *Princeps dissimulans peccata subditorum peccat mortaliter.*
25 *Principes non sibi ipsis sed populorum quieti nati sunt.*
26 *Quatuor sunt necessaria Principibus secundum D. Antoninum.*
27 *Iudices Laici an possint condere leges.*
28 *An omnes Iudices ordinarij possint condere leges.*
29 *Quid est aduertendum ad cognoscendum quando leges obligant sub mortali.*
30 *Necessaria sunt Verba præceptiua ad constituendum peccatum in legibus.*
31 *Quando comprehenditur non adesse culpam grauem licet pœna sit grauis, an transgressio legis sit peccatum graue.*
32 *Quomodo cognoscatur quando materia sit grauis.*
33 *Lex pœnalis non extenditur de casu ad casum.*
34 *Lex temporis non est obseruanda.*

An

35 *An lex non obseruata à maiori parte Communitatis obliget.*
36 *Quod necessarium sit ad cognoscendum quando lex sit contraria consuetudo.*
37 *Primi inducentes consuetudinem contra legem sine causa peccant.*
38 *Limita vt ibi.*
39 *Quomodo colligatur voluisse Principem obligare sub peccato.*
40 *Papa non habet suam potestatem dependenter à populo.*
41 *In dubio non præsumitur lex vsu recepta.*
42 *Quando lex ciuilis contraria est canonicæ cui parendum sit.*
43 *An Princeps possit condēnare reū de mādato.*
44 *Princeps quando possit castigare famulos, & nuncios. remissiue.*
45 *An Princeps dispensans in lege sine iusta causa peccet, & n.46.*
48 *Quando non constat in iniustitia causæ semper præsumitur iusta.*
49 *Causæ iustæ sunt in duplici differentia intrinseca, & extrinseca.*
50 *An dispensatus iniuste peccet vtendo dicta dispensatione, & n.51. & 52.*
53 *An petendo dispensationem sine iusta causa peccet mortaliter petens.*
54 *Minus peccatum est vti dispensatione quam petere si non adest iusta causa.*
55 *Quænam sint iustæ causæ dispensandi.*
56 *An posita iusta causa Princeps debeat semper dispensare.*
57 *In Principe seruanda est æqualitas erga subditos.*
58 *An inferior possit dispensare in lege superioris. & nn.59. 60. 61. 62.*
63 *An inferior dispensans in lege superiori, non potest in ea imponere onus.*
64 *Dispensatio inferioris potest fieri in proprijs legibus.*
65 *An Episcopus possit dispensare in legibus synodalibus.*
66 *Princeps an possit dispensare in seipso.*
67 *Sæculares nullam prorsus habent potestatem in ecclesiasticos.*
68 *Principes conuocantes Episcopos peccant contra immunitatem.*
69 *Item si cogant eos ad Residendum.*
70 *Item si expellant à suo Dominio quolibet.*
71 *Item si mittant Clericos facinorosos cum processu ad Papam.*
72 *Item inhibentes Iudices Ecclesiasticos ne aliquem excommunicent.*
73 *Item intromittentes se ad cognoscenda grauamina clericorum illata à Iudice ecclesiastico, & n.14.*
15 *Item prohibentes ne inhibitiones præsententur antequam ipsis offerantur.*
76 *Item statuentes ne bona transferantur in Ecclesiasticos sine facultate regia.*
77 *Quæ obseruari debent ad cognoscendam iniustitiam dictorum statutorum.*
78 *Item auferentes ab eorum statibus legem Amortizationis.*
79 *Item compellentes Clericos, vt vendant frumentum.*
80 *Item minuentes priuilegia concessa rebus vel personis Ecclesiasticis.*
81 *Inducentes impedimenta matrimonij etiam quoad subditos.*
82 *A principibus summopere iustitia colēda est.*

1 IMperator Rex, Duces, Reipublicæ, & alij Principes supremi habentes subditos, & dependentes ab eis, Præfecti, Proreges, Præsidentes, Gubernatores, & similes omnes sunt Iudices ordinarij enim Iudex est qui iure sui officij vel dignitatis iuridicendo præest ita Morla in emporio iuris p. 1.tit.2.in prælud.n.88. Molin.tom.6. de iust. & iure disp.8. n.2. sed quia multa sunt notanda circa eorum iurisdictionem, & officium pertinens ad forum iudiciale. Ideo primo præmittendum quod differt iurisdictio ab Imperio, nam iurisdictio late sumpta diuiditur in Imperium & in iurisdictionem stricto modo sumptam, Rursus Imperium subdiuiditur in merum, & mixtum. Merum Imperium est illa iurisdictio quæ officio Iudicis nobili exercetur respiciens principaliter publicam vtilitatem. Mixtum vero, est illa iurisdictio, quæ officio Iudicis nobili exercetur respiciens priuatam vtilitatem ita Bart. in l.Imperium. ff.de iurisd.omn.iud. Panorm. in c.quod sedem de offic. ordin. Vnde iurisdictio, vt diximus, strictè sumpta differt ab Imperio eo quod hæc exercetur officio Iudicis mercenario, Imperium vero officio Iudicis nobili; & ad imperium pertinet non solum iudicare, sed leges condere, monetas cudere, gabellas imponere punire reos, & similia

facere, ad iurisdictionem vero pertinet solum iudicare Bartol. in d.l. imperium Panorm. vbi supra Alciat. lib.2. cap.9. & alij per Cagnol. in l.1.ff.de offic.eius.num.

3 101. Ex his sequitur quod in iudicium ordinarijs qui habent merum & mixtum imperium, nulla est limitatio iudicij in alijs vero qui habent tantam iurisdictionem, tanta limitatur eis facultas, sui potestas, quanta eis conceditur à iure siue à Superiore Principe ita Merolla Sacerdos Congregationis Oratorij Neapolis disp.9. de iurisd. c.1.tom.3.

4 Sic stantibus quæritur. Vtrum concesso Castro alicui Domino cēseatur semper concessa iurisdictio, & respondetur cum communi opinione affirmatiue quando tamen dictum Castrum habet iurisdictionem annexam, quia concesso principali censentur etiam concessa accessoria ad illum l.1.ff. de offic.prælud.Vrb.III. cum vrbem, & ibi Paul.de Cast.cons.77.vol.1.Iacobin.de inuestit.feud.4. Caspis.decis.28.n.36. Franc. de Ponte decis.2. Cancellar.nu.13. Menoch.de præsumpt.præsumpt.97.num.14.Riccius collectan.2411.Paris.cons.20.num.50. lib.1.

Si vero est dubium, an sit annexa dicta iurisdictio, respondetur etiam affirmatiue si concessio facta fuerit in parte quotatiua, quia in dubio melior est conditio possidentis: Villalobos comm opin. Verb. iurisdict.opin.262. Capiblanc.de auctorit. Baron.pragm.8.n.37.Meroll. d.disp.7. c.2. tom.2.q.1.& alios allegata, & concessa iurisdictione competunt omnia, quæ ad eam tuendam; & exercendam sunt necessaria, nam concesso fine censentur etiam concessa illa media, per quæ peruenitur ad finem, c.cum infirmitas extr. de pænit. cap. quoniam de senten.excom.

5 Vnde infertur quod Episcopi cum ex ordinaria iurisdictione illis concessa cognoscunt etiam causas contra Laicos per bonorum apprehensionem, & personarum carcerationem, vt est text. in c. notandum 17. q.4. cum possit Episcopus in sua Diœcesi ea omnia quæ Papa in vniuersali Ecclesia potest exceptis, quæ pertinent ad vniuersæ Ecclesiæ statum, & quod Papa sibi specialiter reseruauit, vt notant Gambar.de offic. legat.n.10.n.466.Redoan.De Simon. ment. p.1.c.14.n.1. Sanch. lib.1.de matrimon. disput.62.n.3.dicendum quod necessariò habent familiam armatam ad tuendam, & exercendam d. iurisdictionem, vt tradunt communiter Doctores, & in specie Reuerendissimus Episcopus Sperel.in Decis.con.for. Eccles. decis.4. nu.8. & alij per Barbos. de iur. ecclesiast. lib.1.c.3.n.56. Io. Franc. Leo in Thesaur.for. Ecc.c.9.n.24.qui dicunt ita fuisse decisum sub Sanctissimo Pontifice Pio Quinto.

6 Secundo quæritur: Vtrū iurisdictione concessa censeatur etiam concessum imperium, respondeo distinguendo, nam si loquimur de iurisdictione Ordinaria, censetur etiam concessum Imperium, si de Delegata, & non censetur concessum, sicuti etiam habens Castrum in pignus, censetur etiam habere iurisdictionem, sed non semper Imperium, arg. l.eleganter §. fin.de pignor. & Action. Alb. Brunus cum alijs per Meroll. loco citato tom.3.nisi quando fuerit concessum vel tacite, vel expresse.

7 Tertio quæritur. Vtrum Princeps habens iurisdictionem metu extortam possit licite, & absque peccato iudicare, & respondetur affirmatiue. ita Cardin. in c.2. de his quæ vi. num.vnic. vers. quintus casus. Sanch. de Matrimon. lib.3. disput.39. num.13. cont. Azzor. p.1. lib.1. c.11. versic.tertius casus est colum.33.littera P. Lessius de iust. lib.2. c.17. num.37. vers. quintus iurisdictio & ratio est, quia generaliter ea quæ metu gesta sunt valent, nisi ius speciatim irritent gloss. in c.Abbas de iis quæ act. nec obstat text. in l.2. ff. de iudic. quia loquitur in casu speciali quando iurisdictio cōceditur, vel prorogatur, à partibus litigantibus Iudici alicui, cui alias non sunt dd. Partes litigantes subiectæ, illi qui metu extorquēt tunc enim talis iurisdictionis collatio est irrita, & gesta ex illa non valent.ita Less.vbi supra in fine; Et metus grauis non irritat actum de iure naturæ, quia non tollit voluntarium simpliciter; iure autē positiuo irritat, & sic irritantur acta à Iudice electo, vel prorogato per metum à partibus vt dixi secus autem à Principe habēte iurisdictionem metu extortam, cum in iure non reperiatur, & ita intellige quæ refert

fert Filliucc. tract.21. c.3. n.76. ex d. gloss. in d.c. Abbas de ijs quam & Nald. in Verb. metus n.4. Vide Bonacinam tom.2. de contr. disp.3. q.1. punct.2. §.3. n.3. vers. tertio loco qui citat Sanch. lib.3. de Matrim. disput. 39. & alios qui etiam dicit ex probabiliore sententia quod talis iurisdictio valeat ea ratione. s. quia nulla iuris dispositione probari potest iurisdictionem per metum extortam inualidam esse, exceptis aliquibus casibus vt absolutionis censuræ Prorogationis factæ à partibus litigantibus, & similium.

8 Si vero dolo sit extorta dicta iurisdictio tunc distingue; Si dolus aut error est antecedens dans causam concessioni licentiæ; & tunc dicta licentia nulla est; Cõcessio enim fuit inuoluntaria, nam error antecedens causat inuoluntarium ex D. Thoma, & alijs cum eo communiter; si vero est concomitans & tunc valida est Iurisdictio eo quod, licet non interuenisset talis dolus, adhuc licentia concessa fuisset; sed melius & securius est dicere tunc dolum & errorem irritare Iurisdictionem quando falsitas cõtingit circa qualitates intrinsecas ipsius Concessionis; in hoc enim casu vsurpans Iurisdictionem, & sic Iudicans fur dicitur & latro ita D. Antonin. p.3. tit.3. c.1. Merolla tom.3. disput.7. de Iurisd. c.1. n.249. qui &
9 alios allegat. † Et hic nota quod dicit idem S. Antoninus quod scilicet ille qui dominiũ vsurpatum tenet, continuo permanet in peccato mortali, nec saluari potest, nisi restituat d. dominium cum omnibus redditibus vsurpatis, & reficiat damna in occidendis hominibus factis, licet illi fuerint digni morte, nam in hoc casu iudicandus est vt homicida c. si non licet 23. q.5. & in cap.2. col.6. cart. mihi 54. à tergo insurgat contra Confessarios qui absoluunt tales Principes vsurpantes Castra & dominia violenter propria temeritate, nã absolui non possunt nisi prius restituant.

10 An vero dicta iurisdictio præscribi possit, & dicta præscriptione acquiri. Et respondeo cum communi opinione, quod cum adest iustus titulus & bona fides præscribitur; nullibi enim hæc præscriptio reperitur excepta l. more l. Imperium & l. quia ff. de iurisd. omn. iudic. Canonistæ in c. quoniam ne præl. vices suas, & c. conquerente, & cum ab Ecclesiarum de offic. ordin. Balb. de Præscript. p.1. princ.2. q.3. Molin. tom.1. de iust. tr.2. disput.75. Fachin. lib.8. contr. c.23. Tusch. tom.4. litt. L. concl.345. & ea quæ possunt priuilegio acquiri, acquiruntur etiam præscriptione.

11 Quantum vero temporis requiratur ad d. præscriptionem; respondeo quod si est contra Principem requiritur immemorabilis; si vero contra priuatam, tempus 40. annorum, ita Paul. de Castr. in d. l. Imperium col. vlt. & Balb. ibi nu.13. Alber. nu. 40. Ias. nu.22. & alij communiter: Intellige tamen quod ipsi præscripsit vnam speciem iurisdictionis, non censetur præscripsisse aliam, vt si virilem non censetur criminalem, ita d. Paul. loco citato num.4. Balb. de Præscript. p.2. princ.1. num.22. Rosant. de feud. c.5. concl.118. litter. A. Sayr. de Censur. lib.1. c.6. n.30. Suar. eo. to.5. p.3. disp.2. sect.2. in fine.

12 Limita in iurisdictione obedientiali Ecclesiastica, quæ numquam præscribitur; nam iuri publico, & bono communi nocet, eo quod extinguit obedientiam ecclesiasticorum, vnde contra Episcopum non datur Præscriptio iurisdictionis in ijs quæ debitam obedientiam illis iure communi debitam exigunt, etiam ex consuetudine immemorabili c. cum non liceat de præscript. vbi Gloss. & Doctores. Balb. de præscript. 1. part.5. à nu.91. Peregrin. de iur. fisc. lib.6. tit.8. num.9. Barb. de pot. episc. part.3. alleg. 128. num.1. Secus est in alijs iuribus Episcopalibus quæ simul cum iurisdictione, & territorio præscribi possunt ab inferioribus, vt probat text. in c. auditis, & in c. de quarta, & in c. cum olim de præscript. Abb. in c. cum contingat. nu.11. de for. compet. Rota per Farinac. decis.324. num.12. p.1. recent. & p.2. decis.243. nu.9. Et hoc non solum priuatiue quoad Episcopum, sed etiam cumulatiue, vnde si solus possedit, & vsus est iurisdictione, Episcopo, contra quem præscribitur, intra tempus immemorabile cessante, priuatiue præscribit; si vero non possedit solus, sed Episcopo intra id tempus iurisdictionem eamdem exercente, accumulatiue præscribit; nec huic acquisitioni accumu-

cumulatiuæ aduersatur vsus illius contra quem præscribitur, ita vt dicatur Præscriptio interrumpi, nam hoc procedit in priuatiua; in Cumulatiua autem stare potest vsus alterius, ita vt locus sit præuentioni. Abb. in c. auditis num. 14. de præscript. Roland. consl. 439. num. 11. lib. 3. Couarr. in c. Alma mater. p. 1. §. 13. num. 3. Farinacc. in Rotæ decis. recentior. p. 2. decis. 30. num. 3. & decis. 33. num. 1. Vide tradita à Barbos. d. p. 3. alleg. 127. num. 18.

13 Quarto quæritur, vtrum iurisdictio concessa præsumatur in dubio quod sit ordinaria vel delegata? Et respondeo distinguendo, aut conceditur à lege, aut ab homine si à Lege, & semper præsumitur ordinaria, nisi expresse loquatur de delegata, quia verba legis interpretantur semper in ampliori, & excellentiori modo, ita gloss. in l. & quia ff. de iurisd. omn. iudic. Specul. tit. de Inquis. §. impugnatur nu. 25. Peder. de Sen. consl. 130. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 36. num. 2. & alij quos refert Menoch. de præscript. lib. 2. præscript. 16. nu. 8. Et concessio debet intelligi in fortiori significatu l. 1. §. qui ff. si ag. Vestig. Si vero conceditur ab homine; & tunc si à Principe Superiore, & commissio fit sub nomine officij. s. Gubernatori, Vicario an &c.; & intelligitur de ordinaria sic Doctores comm. Menoch. vbi supra quibus adde Couarr. var. lib. 3. c. 30. num. 6. in princ. lat. nu. 9. in fine; Barbos. de pot. Episc. p. 2. alleg. 35. nu. 15. pag. mihi 404. si ab inferiore conceditur & tunc censetur delegata; quia iurisdictio ordinaria non potest dari nisi à iure, vel à Principe non cognoscente Superiorem, ita Roman. consl. 318. & alij per Merollum. d. to. 3. c. 2. q. 3. disput. 7.

14 Nec obstat dicere, quod si iurisdictio concessa est ordinaria sequitur quod eadem sit circa duos in solidum. s. circa Principem, & circa officialem cui à Principe conceditur; & certum est, quod duo in solidum eamdem rem possidere non possunt c. licet causam de probation. cum citatis per Gomez. ad l. 45. Tauri num. 99. Ghilchet. de præscript. p. 1. c. 6. nu. 205. Tusch. tom. 6. litt. P. conclus. 429. quia respondetur hoc esse intelligendum, quãdo duo possident eamdem rem insolidum eod. modo, eodemque respectu, sicut dicit text. in d. c. licet vers. ex præmissis, & notauit gloss. verb. eodem modo post gloss. magnam in l. 3. §. ex contrario in fine, ff. de acquir. poss. quam sequitur Bart. nu. 8. Alex. nu. 28. Ias. 41. & Tusch. nu. 9. loco citato; vnde sequitur quod possit iurisdictio ordinaria residere apud Principem, & hæc naturaliter & principaliter; & secundario in exercitio & comissione legis apud eius officialem, ita Barbos. d. p. 3. allegat. 54. num. 39.

15 Hic quæritur quinam sit legitimus Iudex causæ feudalis. Et respondeo distinguendo; Aut lis est inter vasallos, aut inter Vasallum, & extraneum; item aut est inter Vasallos laicos, vel inter Vasallos Clericos; vel est de Feudo, vel de alijs. Si lis est inter Vasallos laicos non inuestitos à Principe, & lis est de Feudo videlicet quis illorum habeat ius in feudo, & tunc Iudex competẽs est Dominus feudi; quia Dominus feudi constituitur Iudex à iure; Si vero lis est inter Vasallum laicum, & alium extraneum, & tunc Iudicium pertinet ad Iudicem ordinarium loci, sicuti etiam si lis est inter Vasallum & Dominum feudi de re non feudali; quia lex feudorum non confert hanc potestatem Domino feudi, vt dicit Bal. lib. 2. feud. tit. 55. Quando autem est inter Vasallum Clericum, vel Clericum extraneũ, & Vasallum Laicum, & tunc licet sit magna controuersia inter Doctores; attamen communior est, posse cognosci à Domino feudi etiam Laico quia tunc Clericus constituitur laico subiectus non tamquam persona Ecclesiastica, sed tamquam Vasallus ab eo constitutus, & lex feudorum approbatur à Summo Pontifice. c. cœterum de iudic. c. verum de for. comp. lex autem feudorum est, vt lis de re feudali inter vasallos à Domino feudi dirimatur, ita Azzor. p. 3. lib. 10. c. 16. quæst. 11. Bonacin. tom. 2 disp. 10. q. 2. punc. 1. §. 4. num. 4. siue agatur de petitorio siue de possessorio S. Antonin. p. 3. tit. 9. c. 2. §. 3. Tolet. lib. 5. c. 56. Sayr. in Clau. Reg. lib. 12. c. 9. nu. 4. Reginald. in Praxi. tom. 1. lib. 9. nu. 351. Marta de iurisdict. p. 4. cas. 89. nu. 5. Si autem lis est de alijs rebus non vero de Feudo, tunc non pertinet ad Dominum cognoscere, sed ad Iudicem ordinarium loci Bald. d. lib. 2. de

feud.

feud.tit.55. Clar.quæst.90. & Filliuc.to.2. tract.36. c.10.quæst.11. num.202. cum Azzor. tom.3. lib.8. q.11.

16 Nota vero, quod quando Domino volente cognoscere inter Vasallos vnus excipit negando se esse Vasallum, tunc Iudex ordinarius cognoscere debet de veritate, & postquam probatus fuerit, causa de feudo decidenda est à Domino, vt dicunt supra citati Doctores cum Bonacina vbi supra.

17 Si vero inter Vasallum, & Dominum feudi oritur lis super rem feudalem, & tunc est dirimenda per pares Curiæ; idest per Vasallos eiusdem Domini vocatos; modo de hoc inter se cõueniant tam Dominus quam d. Vasallus litigans; quod si non conueniãt; vel pares Curiæ congregari nolint, & tunc Dominus potest certum numerum eligere, & compellere Vasallum collitigantem ad eligendum totidem numero, & non plures, nec pauciores; quando vero non adsunt Pares Curiæ; vel sunt suspecti; lis dirimenda est per iudicem ordinarium loci; At quando Dominus est suspectus, lites dirimendæ sunt per dd. Pares Curiæ, ita Bald. d.l.2. feud. tit.15. 16. 20. & 55. quem refert & sequitur Bonacin.de contract. disp.3. q.8. punct.7. §.9. Azzor. vbi supra quæst.7. ex Abb. quos refert & sequitur Filliuc.d. to.2. tract.36. c.10. quæs.11. num.202. verb. septimo.

18 Nota secundo, quod si Vasalli inuestiti fuerint à Principe. s. Rege vel Imperatore cognitio causæ pertinebit ab ipsos, vt cum Bald. loco citato notat Bonacin. d.§.9.

19 Nota tertio, quod si Dominus feudi nolit aut non possit iudicare pertinebit ad Ordinarium Iudicem loci dictum iudicium, sicuti etiam, quando Pares Curiæ nolunt vel non possunt; nam hic casus non est comprehensus in lege feudorum concedente domino directo facultatem iudicandi; & sic consequenter videtur dicta potestas relicta Iudici ordinario. Casus enim omissus semper intelligitur relictus dispositioni iuris communis c. susceptum de rescript. in 6. quod & obseruãdum est circa formam procedendi in d. Iudicio circa causas feudales; nam seruandum est ius ciuile in omnibus præter illa quæ in contrarium præscripta sunt in dicta materia feudali à iure, vel consuetudine recepta, ita Azzor. d.p.3. lib 10. c.20. quæst.1. cum alijs relatis à Bonacin. d.tom.2. disp.3. q.8. punc.7. nu.2. in fine.

20 Aduerte tamen quod si Dominus feudi, qui non vult aut non potest iudicare est Ecclesiasticus, & agatur de feudo ecclesiastico. Iudex competens non est ordinarius loci, sed superior Ecclesiasticus, vt est Archiepiscopus respectu Episcopi; quia negligentia Iudicis Ecclesiastici nõ est supplenda a Laico, sed ab Ecclesiastico, ita gloss. in c. verũ de for. compet. Filliuc. d.tr.36.c.10.n.202. Azzor. d.lib.10.c.19. quæsit.7. & Bonacin. num.1. vers. dixi. Barbos. de pot. episc. p.3. alleg.126. num.6.

21 Sexto quæritur cuius Iudicij sit interpretare legem secundum Epicheiam, quod est æquitatem? Et respondeo, quod in foro Iudiciali solis Principibus, & Iudicibus supremis non autem alijs Iudicibus priuatis; Doctrina D. Thomæ 1.2.q.96. art.6. & probatur in text. l.1. C. de legibus. Et ideo solis Tribunalibus, & Concilijs supremis, licet præferre æquitatem rigori iuris scripto, & secundum eam interpretari c. fin. de translat. & l.1. §. item Varus in fine. ff. de aqua pluu. arcend. Et ratio est, quia Epicheia seu æquitas nihil aliud est quam mitigatio & interpretatio legis scriptæ ex aliqua circunstantia rationabili personarum, rerum, ac temporum, vt docet Couarr. in reg. Possessor 2.p.§.6.n.3. & eius est interpretari cuius condere c. inter alia de sentent. excom. l.1. C. de legibus. Vide tradita à Io: Valer. de different. Vtriusque for. V. inquisitio. different.1. num.1. cui adde Dian. p.3. tr.4. res.21. & 23. cum DD. per eum, & Ægyd. Bass. in Flor. tot. Theolog. V. Epicheia num.1. & seq.

22 Peccaret tamen Princeps si parte ius petente contra aduersarium non administraret Iustitiam; Iudex enim non debet esse clementior lege, §. oportet in Auth. de re iudicat. Aduerte autem in vno casu licere Principi supremo etiam instante parte non damnare ad mortẽ eum qui illam meretur, videlicet quando persona, quæ debet condemnari esset multum vtilis Ciuitati, vel Reipublicæ, tunc enim data satisfactione parti læsæ potest alteri donare vitam ita Reginal. Præfat. for. pænitent. lib.20. sect.2. n.66.

n.66. vers.decimo præterea to.1. cart.187.

23 Sicuti etiam peccaret grauiter si permitteret domesticos suos licentiosos se gerere erga suos subditos, nec vellet eos punire, aut non permitteret quod dd. subditi ad eũ per hanc causam recurrant, ac ipsum alloquantur & hæc similia, nam de eorum, excessibus, & iniustitijs tenentur apud Deum Syluester V. Dominium q.4. Nauarr. c.25. princ. Azzor. p.2. lib.11. cap.6. Reginal. lib. 20. sect.2. nu.66. vers. Duodecimo peccat.

24 † Et idem dicendum est si dd. Principes dissimularent peccata subditorum suorum, præsertim ea, quæ magis Communitati sunt nociua, vt latrocinia, homicidia, aut si notabiliter essent negligentes in procuranda salute Reipublicæ vt v.g. vsurpando bona communitatis, vel exigendo a subditis seruitium personarũ aut iumentorum sine mercede, aut indignis officia conferendo & similia, quæ omnia maxime Communitati præiudicant, & tenentur ad restitutionem, ita DD. supracitati cum Reginald. n. 68. vide Homobon. de statib. p.2. cap. 1. Aluar. Pelag. de planct. Eccles. lib. 2.c.30. Matth. Scolast. tract. de Principe lib. 1. c. 2. Fab. Alberg. de Card. lib. 2. cap. 6. Principes enim respectum habere debent se sibi minime natos esse, sed ad publicam omniũ quietem Claud. Minoes in comment. ad Alciatum emblemm. 143. ideo malos & criminosos inquirant, & in eos Iustitiam ad Legum normam, & iuris præscriptum exerceant. Io. Cochier. lib.2. polit. aphor. cap.4. Nauarr. c.25. n.9. Ant. Ferrant. Exam. Theolog. moral. p. 4. cap. 16. §.2. Sayr. in Clau. Reg. lib. 7. c.9. num.11. Arag. & Salon. 22. q.64. art. 2. Vide Sebast. Medic. in summ. Peccat Verb. princeps Henric. Fames. in Apoph. de Principe. Aluar. Thes. Christ. Relig. c. 54. n.28. S. Anton. p.3. tit.3. c.1. §.9.

25 † qui notat quatuor necessaria esse Rectoribus, & Principibus Reuerentiam Dei; disciplinam officialiũ; Protectionem subditorũ & cultus sui, Reuerẽtiam Dei tam in corporalibus vt sunt locis sacris, quam in spiritualibus quæ sunt iura quæ sacris rebus cõgruunt & immunitati ecclesiæ; Disciplinam officialium, ne Consiliarij & ministri indigeant, neue aliena immoderatius concupiscant, & quod æquum est iudicent; Protectionem subditorum quæ est amor & beneuolentia; Cultum sui quæ est temperantia, & Iustitia.

26 Septimo quæritur. Vtrũ Iudices Laici sed supremi possint concedere leges, & respondeo affirmatiue, nam actus condendi leges est vnus de præcipuis actibus quibus Respublica gubernatur; Respublica autem gubernatur ab ijs, qui iurisdictionem, & publicam potestatem habent, vt sunt Principes, ergo possunt condere leges, ita Bart. in l. Imperium. ff. de iurisd. omn. iudic. Bald. in l.1. ff. de iust. & iur. est doctrina D. Th. 1.2. q.90. art.3. & q.67. art. 15. quem sequuntur Theologi & Canonistæ commun. vt notat Bonac. de leg. disp.1. q.1. punc.3. num.1. cui adde nouissime P. Bass. V. lex 1. num.1. verb.3. colligitur.

27 Intellige tamen de Principibus habentibus merum, & mixtum Imperium, & non solam iurisdictionem; nam Iudices Ordinarij habentes solam iurisdictionem non possunt leges proprie acceptas condere, sed tantum aliqua præcepta, vel edicta iuxta suę iurisdictionis necessitatem. ita Suar. lib.1. de leg. c.8. nu.3. & alij per Bonacin. loco citato nu.4. Et ratio est, quia leges ferre est actus primarius quo gubernatur populus; ergo solum ab eo debent ferri, qui vel habet potestatem, vel saltem accepit facultatem à dicta suprema potestate. Ita Suar. vbi supra nu.3. & 5. Salas de legib. disp.7. sect.8. num.46. & 68. Vasq. 1.2. disp.152. c. 2. & 3. Nau. c. nouit, notab.2. num.110.

28 Octauo quæritur. Vtrum Principes sæculares possint lege humana ciuili obligare subditos ad obediendum sub peccato mortali. Et respondeo affirmatiue in re graui ita Sot. de iust. tom.1. q.6. c.4. Sanch. lib. 3. c. 9. n.34. Sayr. in Clau. Reg. li.3. n.77. Filliuc. tom.2. tract.22. c.11. q.6. n.411. seqq. Paul. Laym. Theolog. Mor. lib.1. tract.4. c.14. n. 1. Bonac. disp.1. de leg. q.1. punct.7. §.1. quia obediẽtia subditorum erga Dominos est de iure diuino positiuo, vt est 1. Petri. 2. & D. Paul. ad Tit. 2. & ad Roman. 13. vbi dicitur qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit; vnde dum quid graue præcipiunt, possunt obligare etiam cum peccato, licet nulla lex diuina esset, vt bene docent Vasquez p.2. disp.188. c.2. & 4. Salas de legib. disp.

dispут.10.sect.8.num.8. & sect.8. nu.38. & Reginald.lib.13.num.17. & Dian. p.3.tr.6. Res.91.

29 Ad cognoscendum verò, quando dictæ leges obligent sub mortali aduertendũ esse puto intentionem legislatoris iuxta grauitatem, vel leuitatem materiæ, in materia.n. graui cẽsetur obligare sub mortali Sot. lib. 1.de iust.q.6.art.4. Valent. p.2.disp.7. q.5. punct.6.§.3.Sayr.Clau.Reg.lib.3.c.7. n.29. Becan.tract.3.cap.6.q.3.n.11.& 16. Regin. lib.13.c.177. Bonac.de leg.disp.1. quæst.1. punct.7. §.4.n.1. Filliuccius tract.21.c.11. quæsit.7.n.42.Paul. Laym. lib.4.tract.3. c. 14.nu.2.In qua materia graui debent esse etiã adiũcta. Verba præceptiua, vt iubemus, obligamus, mandamus, stabilimus, ordinamus, iniungamus; vel Imperatiua caueant, audiant, faciant, vel similia. Salas de leg.di-

30 sput.10.sect.9.n.29.31.& seq.& alij multi per Bonacin.eo.tit.n.4.& seqq. Vel sub pœna graui corporali vel temporali, quia pœna proportionari debet delicto vnde si est pæna grauis conijci debet delictum etiam esse graue, & sic peccatum mortale, ex Doctr. D.Thom. sup. in lib.1. à me adducta deff.1.c.4.Clau.Reg.loco citato, n.25. Suar. lib.3.c.26.n.4. Zambell. resolut.cas. consc. V.lex.n.1. Vide Ant.Cotton.in sum. Dian. V.lex.n.37. seqq. & nouissime P. Bassæum verb.lex 4.n.3.seqq.qui ponit quinque Regulas ad cognoscendum an obligeat sub peccato mortali omnino videndum.

31 Si verò potest comprehendi quod non adsit culpa grauis etiam quod adsit pæna grauissima, & trasgrediatur cũ cautela, & sine multo periculo, nõ videtur peccare mortaliter trãsgressor licet videatur se exponere graui periculo, vt à simili habemus in irregularitate ex defectu lenitatis; diligentia etiam exterior absque malitia intrinseca operis excusare videtur operantem, namque qui facit quod in se est, ad nihilum tenetur Nauarr.in Man.c.23.nu.51.& 57. Filiar. de offic. Sacerd.tom.1. p.2. lib.2. cap. 3.dist.4.Zambell.d.Verb.lex.n.9.& Bonac. loco cit.n.5.

32 Quomodo debeat fieri vt cognoscatur, quando sit materia grauis, vel leuis dicunt Bonaccin.à num.14. non posse dari certam Regulam, sed iudicio prudentis viri esse relinquendum, qui considerato fine legislatoris, circumstantijs, & modis iudicabit an possit dici materia grauis, vel leuis; vt verbi gratia in asportandis frumentis extra statum, considerata penuria, diligentia, vel distantia locorum potest esse mortale, quod alio tempore, & loco forsitan non iudicabitur peccatum. Vide Suar.d.lib.3. c.25.n.4.& 7. Vasquez, & alij, per Bonacc. vbi sup. n.5.

33 Aduerte tamen quod lex pænalis non extenditur ad casum de casu, quia dicta lex pænalis semper in benigniorem partem est interpretanda, quod non esset si posset extendi Gloss. in cap.pænis, de reg.iur. in 6. Molin.tract.2. de iust. disput.136. Zambell.d.V.lex.n.6.

34 Secundo aduerte quod lex temporis non est obseruanda, nisi sit in tali lege aliqua istarum propositionum in, ad, per, post; aut sit lex pænalis Gloss.in Verb. omnia, & singula in cap. vt circa de elect. in 6. Tusch. tom.2.concl.296.num.8. & 19. Torell.dub. regul.Verbo, annus per totum, & Zambell, d.Verb.lex.n.8.

35 Tertiò aduerte quod lex non est sub peccato obseruanda quando non obseruatur à maiori parte Communitatis licet ab aliquibus obseruetur, quia præsumptio stat pro possidente ita Rodriq. tom.1. quæst.6. art. 10. & 12. Vnde transgredientes illam ad nihilum tenentur etiã quod primi transgressores nullã habuerint causam rationabilem transgrediendi Sayr.lib.3. cap.7. nu. 11.seq. cum Nauarr.in cap.25. num. 50. Less. lib.2.cap.22.dub.13.num.98.Becan.in sum. p.2.tract.3.cap.6.7.8.n.2. Dian.par.1. tract. 10.resol.1.

36 Ad cognoscendum verò quando lex fuerit ex contraria consuetudine abrogata sufficit tempus decem annorum ab inobseruatione ac principio legis publicatæ, quando tamen à principio non fuerit in viridi obseruantia, sed si à principio fuerit obseruata, sed tractu temporis fuit transgressa tunc requiritur spatium quadraginta annorũ, Azz. Inst.Moral.p.1.lib.5.c.4.vers.Tertiò quæritur, qui citat Felin.Imol.Cou.Cald.Abb &

37 alios qui ẽt distinguit inter desuetudinẽ, & non vsũ legis siue consuetudinẽ legi contrariã; nã primi inducentes consuetudinem

137 Circa Abbates vero non exemptos, sed nullius Diœcesis quibus olim vel ex præscriptione, consuetudine, vel aliquo priuilegio Clericorum suæ ecclesiæ, vel cumulatiue cum ordinario, vel priuatiue cognoscere cōpetebat de primis instantijs etiam hodie non obstante Trident. sess. 24. de reform. c. 20. eadem iurisdictione vti potest cum Concilium Generaliter de iurisdictione Ordinariorum loquatur, & hæc dictorum Abbatum ordinaria censetur Nauar. consl. 2. tit. de for. compet. in antiq. Sayr. in Florib. dec. tit. eo. decis. 2. Sacra Congr. referta à Barbos. de potest. Episc. p. 3. alleg. 81. n. 5. In reliquis possunt omnia regulariter, quæ Episcopus in sua Diœcesi circa ea quæ sunt iurisdictionis iuxta glos. quam ibi commendant Bonifacius & reliqui in Clement. 1. verb. proprij de reb. eccles. non alienand. & vocat solemnem Nauar. cons. 5. de sponsalib. n. 4. cui adde Quarant. in sum. Bull. V. Abbas.

Nam Abbas comendatarius ordinarius dicitur c. ordinarij de offic. ordin. in 6. & ibi etiam glossa, & notat Barbos. de pot. episc. p. 2. alleg 32. n. 32. & latius in tr. de iure eccl. lib. 1. c. 117. per totum tit. de Abbatibus qui n. 22. intelligit etiam de Abbatib. regularib. qui habent iurisdictionem temporalem, populum & territoriū qui etiam loco ordinarij dicuntur, vt sunt Abbates Cassinenses Cluniacenses, & alii. Vide de his Ascan. Tābur. Monach. Vallumbros. in tract. de iure Abbatum in tres tomos diuis. Gauant. in Aphorism. episc. V. Albus Nald. verb. Abb. n. 6. & 9. Dian. p. 4. tract. 4. resol. 211. Homobon. de stat. hum. Vitæ. p. 1. c. 22. & ex antiquis Summistæ omnes in verbo Abb. & Aluar. Pelag. de Planctu ecclef. lib. 2. c. 23. titul. de statu Abb. potentia, & iurisdictione, Barbos. de Abbatibus, n. 121. & nouissime Mio. Ferrum de praeced. q. 1. per totum.

138 Tandem nota, quod exempti alijsque similes Prælati Iurisdictionem prædictam habentes possint leges condere in suis quasi Diœcesibus, nisi aliunde constet hoc illis vetitum, quia potestas condendi leges est adnexa iurisdictioni Episcopali quam supponimus istos habere ita Sebast. Medic. p. 1. de legib. q. 15. Salas eod. tit. de disp. 8. sect. 10. n. 49. & alij per Bonacc. de legib. disp. 1. q. 1. punct. 1. n. 28.

De Nuncijs Apostolicis. §. 3.

139 Episcopis coniungitur alia iurisdictio similis, & est legatorum, & Nuntiorum Apostolicorum, qui possunt in prouincia, vbi præstat quidquid Episcopus in sua Diœcesi; immò sunt etiam super dd. Episcopos, & Archiepiscopos, vt notat Sanch. de Matr. lib. 8. disp. 9. n. 5. disp. 28. nu. 4. Garz. de Benef. p. 1. n. 283. & ideo dicūtur Iudices Ordinarij vt dicit Azzor. p. 2. lib. 5. c. 27. q. 5. Molin. to. 6. de iustit. disp. 9. n. 3. & feud. vbi supra d. n. 4. eorum vero iurisdictio partim in iure communi, & partim per comparationem cognoscitur, ita Barbos. de iur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 5. n. 24. qui etiam cap. 39. §. 4. n. 98. & seq. cum alijs per eū allegatis notat quod quando fit mentio de Legato intelligitur tam delegato à Latere, quàm de alijs nuncijs per tex. in c. statutum, de rescript. in 6. Vnde exceptis ijs quæ Papa sibi reseruauit, vel aliter disposit. Trident. c. 20. sess. 24. de ref. §. legat. & quod dicitur de vnis intelligitur de aliis Glos. in c. 1. verb. legat. de offic. Legat. in 6. licet sint in triplici differentia, scilicet legati à latere, Nuncij Apostolici, & Legati nati, vt notat Barbos. loco citato. Sed quia aliqua particularia eis conceduntur circa forum iudiciale, ideo hæc mihi adnotando pro eorum conscientiæ deffensione esse opportune visum fuit.

140 Et primo quod Legatus à Latere etiam non Cardinalis qui propriè nuncius dicitur; potest causas committere etiam prius quam Prouinciam sibi traditā ingrediatur cū illi concedatur iurisdictio statim ac legatus à Papa declaratur ita Gamb. lib. 8. tit. de pot. legat. n. 56. Azzor. p. 2. lib. 5. c. 21. quæsit. 2. Machad. tract. 2. documen. 3. nu. 2. Secus autem est in egressu à dicta Prouincia, tunc enim causam inchoatam non poterit delegatus ab eo perficere, nam cessat Iurisdictio cessante dicta legatione, & hæc cessat reuocato mandato Pontificijs per successorem; vel per regressum vt notat Paris. de Resign. Benef. lib. 1. q. 11. n. 4. per c. nouit de offic. legat. & dixi supra tit. de Iurisd. Cardin.

141 Secundo legatus potest cognoscere de causis exemptorum; nam licet sit de reseruatis Papæ cognoscere de dd. causis, tamen singu-

singulare est etiam legatis habere talem Iurisdictionem in exemptos; vt est text. in c. veniens de Verb. significatione in 6. c. si absente de elect. eo. lib. Et Papa non videtur eximere à Iurisdictione legatos, dum eximit ab illa ordinarios Nauarr. de Dat. & promiss. notab. 4. nu. 10. vers. Secundo per ea quæ est glos. in Verb. Reseruata ver. ego credo in c. quod translatione de offic. legat. & notant Fr. Emmen. de qq. regul. to. 2. q. 62. art. 1. Paris. cons. 28. n. 31. p. 4. Dian. resol. moral. p. 1. tract. 2. resolut. 16. & nouissime Modern. de supplicat. ad sanctiss. p. 2. c. 14. num. 33.

142 Declara tamē quod licet possit de causis exemptorum cognoscere, eximere vero nō potest cum hoc tendat in violatione Iuris communis, & plurimum Ecclesiæ preiudicet, & ideo spectet ad solum Papam Barbos. de Iur. Eccles. lib. 1. c. 5. nu. 80. qui & alios allegat; & ego alibi dixi.

143 Item declara quod non potest per hoc se ingerere in causis alteri à Papa specialiter delegatis nisi vt sententiam iustam confirmet, nam delegatus à Papa est superior in illo casu etiam dd. legatis c. studuisti de offic. de leg. & speciale mandatum derogat generali ita Narbon. de appellat à Vicar. ad episc. p. 1. nu. 152. Dan. Venator. in Analyti Methud. iur. Pōtif. lib. 1. tit. 1. axiom. 1. Lel. Zecch. de republ. eccles. tit. de stat. ill. leg. n. 4. vers. vndecimo.

144 Amplia hanc secundam declarationem etiā in causis ad superiorem remissis, quia tunc in illis desinit esse Iudex. c. licet de offic. legat. Dian. vbi supra tit. 20. axiom. 2. Barbos. in l. eum qui temere §. fin. de iudic. Sanch. de Matrim. lib. 8. disput. 14. num. 8.

145 Tertio notandum quod potest statuere, & determinare ea quæ perpetuo durant possint in Prouincia, etiam finita sua legatione, quādo tamen sunt legati à latere, etiam contra statuta aliorum legatorum; quia potest omnia ea facere quæ pertinent ad suam iurisdictionem, & iurisdictio cum sit ordinaria, & suprema habet etiam suprema priuilegia c. vlt. de off. leg. in 6. & notant Azzor. d. p. 5. c. 32. q. 1. & 4. Suar. lib. 4. c. 6. Bass. Verb. lex. 1. num. 7. vers. Porro sanum. 4.

146 Et ista iurisdictio non censetur reuocata eo ipso quod Papa creat secundum Legat. sed necesse est reuocatio, vel missio alterius cum adeptione possessionis per ipsum Azzor. d. c. 32. q. 10. & 13. Barbos. d. c. 5. n. 88. seqq. cum alijs per eum.

147 Quarto notandum quod legati à latere possunt ab omnibus excommunicationibus absoluere etiam à reseruatis Papæ nisi dicatur quod à nullo alio, nisi à Papa possit absolui c. quod translatione, & c. excommunicatis. & ibi gloss. V. mittitur de offic. leg. Azzor. d. p. 2. lib. 9. c. 3. q. 6. Graff. decis. p. 1. lib. 2. c. 49. nu. 58. Barbos. n. 27.

148 Quinto notandum quod habent ius conferendi omnia beneficia quæ sunt in illa ecclesia cuius ipsi titulum obtinent quasi Pōtificalem. Vide Regin. tom. 2. lib. 30. trac. 3 sect. 2. n. 237. & Barbos. de iur. eccles. lib. 1. c. 5. à n. 28. vsque nu. 62.

De alijs Iudicibus Ecclesiasticis. §. 4.

149 Sunt & alij particulares Iudices ecclesiastici destinati à Papa cum iurisdictione ordinaria ad varia negotia; & Primus est *Vice Cancellarius*, & hic præponitur administrationi Iustitiæ, Vnde ad eius officium pertinet cura, & gubernatio Audientiæ Sacri Palatij specialiter circa expeditionem litterarum Apostolicarum super gratiis à sede Apostolica impetratis; de quo Barbos. in Collect. Const. Apostol. V. Vicecancellarius & Cherubin. scol. 1. Cōst. 3. Martini V. in Compend. Bullar.

150 Secundus est Camerarius cuius officium est preesse Erario, seu fisco Pontificis, & Patrimonio Romanæ ecclesiæ gloss. in Clem. ne Romani Verb. Camerariū de elect. Azzo. d. lib. 5. c. 27. Lauor. var. Lucubr. tom. 2. tit. 3. c. 5. nu. 26. Vnde iudicat de causis pertinētibus ad illud etiam summarie ex const. 24. Leonis. x. incip. fel. record. pag. 514. Bullar. noui Vid. Barbos. in dd. Collectan. Verb. Camerarius.

151 Tertius est Vicarius Papæ cuius officium est agere de causis pertinētibus ad ipsum Papam vt sunt causæ ordinādorum, Beneficiorū, & ecclesiarum & dicitur Vicarius, quia Papa tanquam Episcopus Diœcesi suæ Vicarium dat; de eius Iurisdictione loquetur in Const.

Const.1.Pauli 2. incip.licet. tom.1. Bullar. & constit. 18. Pij V. tom.2. Bullar. & notant de eo Azzor.d.6.5. c.39. Barbos. d.c.4. num.49. Filliucc.tract.41.de Benef.c.1. nu. 41.Et dicitur iudex ordinarius in Vrbe Cherub.scol.2. const.57.Pauli V. & Barbos.lib. 1.c.32. n.175. De iur.ecclesiastic.

152 Quartus summus est Pænitentiarius de quo loquitur Cassan.in Cath.glor.mundi p. 4. consid.16. & Sech.de rep.Christ. c.3. de eius Potestate habetur in Constit.23. Sixti IV.& const.53.Pij IV. & notat Barbos. De iur.ecclesi. lib.5.c.4.n.99.

153 Quintus est Auditor Cameræ cuius iurisdictio habet multa priuilegia, præsertim censuras promulgandi vigore obligationis Cameralis,causas spirituales,& causas Curialium communitatum,mercatorũ, & pensionum cognoscendi; monitoria contra Episcopos præuio assensu Papæ decernendi, literas Apostolicas solus & dato alio executore cumulatiue exequendi; sententias in Curia & extra latas similiter exequendi, miserabiles personas in causis discussionum præferendi,obligationes Camerales contra bona decedentium debitorum exequendi, & alia multa faciendi quæ extant in Bulla 28.Pauli Quinti incipit Eximiæ, vbi etiam dicit; quod excõmunicati ab Auditore Cameræ ab alijs absolui non possunt, vbi Cherub. scol.1. d.Bullæ in comp. Bullar. dicit nomine communitatum contineri etiam pupillos, ita vt non possint conuenti vigore obligationis Cameralis sui tutoris coram Audit. Camer. se tueri priuilegio l.vnica C.quoad impet.ita Gratian.discept.forens. lib.1. c.182. quam sententiam idem Cherub. testatur obseruatam fuisse in contingentia facti per signaturam iustitiæ in vna Bonon. die 12. Maij 1594. coram R.P.D. Robusterio. Vide etiam de facultate & iurisdictione Auditoris Cameræ Apostolicæ const.7.Innoc.VIII.constit.28.Iul.2.& Constitut.33. Pij V. & quomodo dicitur Pater Concilium Iudex ordinarius in Vrbe, & idem Cherubin. in Compend. Bullar. scol. 2. constit. 57. eiusdem Pauli V. & Barbos. in Collect. decis. Apostol. V. Auditor.

154 Et nota quod eius potestas est ordinaria vnde poterit subdelegare, vt censuit Rota in decis. Seraphin. 109. num.3. in nouissimis,& decis.857.nu.17. Cherubin.vbi supra resol.2. const.28. Pauli V.

155 Secundo nota quod nec ipse; nec qualibet alius Iudex Romanæ Curiæ potest cognoscere de causis episcoporum in prima instantia, nec monitoria decernere ad extrahendas partes a suis domicilijs;quod intellige etiam de Vicario Episcopi, & de Capitulo sede uacãte & de alijs Ordinarijs Episcopalem vel quasi Iurisdictionem haberæs, ita ex Concil. Trident. sess. 24. de reformat. c.22. tradunt Aloys. Riccius in Parenesi, resol.126.& in Decis.Cur. Arch. Neapol. decis.296.n.5.& 273.n.2.& 7. p.4. Zerol. in Praxi Episc. p. 1. Verb. infantia §. 4. Barbos. de potest. episc.p.3.alleg. 81. n.3.& seq. Sanch.de Matrim.lib.3.disp.29. num.5. & 17. Guttier. de matrim. c.66. num. 24.

156 Sextus sunt Inquisitores, fidei, qui & Iudices ecclesiastici ordinarij quoad vtilitates ordinariæ iurisdictionis, & delegati quoad vtilitates iurisdictionis delegatæ sunt & possunt delegare, quorum officium est cognoscere de rebus fidei cumulatiue tamen cum episcopos, Vicario ipsius, & Capitulo sede vacãte præterquã in exemptos, cum Episcopus in hoc casu habent iurisdictionẽ tantum delegatã vnde non veniunt Vicarij,& possunt exercere non solum quæ sibi competunt de iure sed etiam quæ ex consuetudine, sed quia de his satis diffuse, & bene scripsit Doctissimus P. Diana in suis resolut. moral. præsertim in par.4. tractat.8. & satis commode cumulauit Ant. Coton. in Summa Verb.Inquisitores, & de Praxi ac modo procedendi satis diffuse dixit Tabien. V.Inquisitor;& nouissime.Homobon.de Bon.tract. de Stat. p.1.c.8. per totum cum Pegna direct. Inquis.p.3. Azzor.p.1. lib.8. c.18. Simanc. cathol.Inst. tit.34. & alijs, ideo me remitto ad illos, & eo magis cum omnibus pateat religio, & zelus cum quo illud sacrum Tribunal a dd. Iudicibus exerceatur vnde non est cur habeant necessitatem proeorum cõscientia deffendenda à me aliquid aduertendi.

157 Hoc tamen notabo quoad Iudices sæculares; quod familiares officiales,& ministri d. S. Inquisitionis qui quauis ratione illi Tri-

Tribunali inseruiunt, sunt exempti à iurisdictione Laicali; & iudicari debent à dd. Inquisitoribus, præsertim in Hispania, & Sicilia, & Ioannes XII. illis concessit familiam armatam, vt notat Dian. p.4 tr.7. resol.37. & tr.8. resol.31. & 55. cui addo Barbos. de iur. eccles. lib.1. c.39. §.3. num.25. vbi alios allegant.

158 Secundo, quod possunt reum capere in alieno territorio absque litteris subsidialibus Dominorum temporalium, quia hæresis est crimen fori ecclesiastici, & nullo pacto spectat ad Iudices laicos; quoad Dominos vero spirituales hoc Inquisitores solent obseruare in Praxi, vt ex quadam congruentia, videlicet alijs Inquisitoribus, & Episcopis litteras requisitorias mittere, præterquam in Hispania, vbi Inquisitores habent iurisdictionem priuatiuè quoad Episcopos ex exemptione Apostolica additis regijs litteris illam obseruare iubentibus, ita DD. per Dian. p.4. tract.8. Reg.2. & resolut.17. Sanctar. de Heres. c.40. dub.2. p.15. & Aloys. Ricc. p.3. decis.279. num.1.

De Episcopo Delegato Sedis Apostolicæ.

§. 6.

159 In multis causis de iure communi datur facultas iudicandi Episcopis cum his verbis vel similibus tamquam sedis Apostolicæ delegati, vt in c. ad abolendum in fine de hæretic. c.1. §. vlt. de statu regul. in 6. & in Concil. Tridentino c.2. sess.5. de reformat. sess.6. c.2. 3. & 4. & alibi, vt habetur in Indice Concilij Verb. Episcopus. vnde videndum quid importent in Iudicio, & an constituat iurisdictionem ordinariam vel Delegatam; & licet variæ sint opiniones apud Doctores vt notat, & congerit Barbos. de potest. Episc. par.3. alleg.92. à num.2. tamen verior & communior opinio est, quod sit Delegata cum non iure officij sui, nec habita ratione ad ipsum, sed ex speciali delegatione eisdem demandetur; si enim non esset delegata, sufficeret quod Pontifex eis demandaret, & concederet posse cognoscere de illis causis, absque quod diceret tamquam Sedis Apostolicæ delegati, vt adest in alijs locis, præsertim in sess.24. de reformat. cap.6. nam concessa à Pontifice facultate agendi in illis, agerent tamquam Episcopi ex iurisdictione episcopali, vt notant glos.1. in c. vlt. de offic. ordin. Sanch. de matrim. lib.2. disp.40. nu.14. & Suar. de leg. lib.6. c.15. nu.1. sed dum Papa adiungit illa Verba voluit restringere facultatem ad illos, & cōmittere causas priuatiue ad alios eligendo Personam cum sint maioris cognitionis, vel exēptionis, ita post gloss. in c. ad abolendum de hæretic. in glos. vlt. & alios Doctores notant Sanch. lib.8. de matrimon. disp.2. num.10. Ricc. in Praxi resol.449. Barbos. loco cit. num.3. Vechj. Prax. obseru. in admitt. Nou. disp.7. dub.1. num.2.

160 Et nota, quod si cum illis verbis adiuncta est hæc Particula, etiam, vt in sess.22. de reform. c.10. vtramque potestatem, & ordinariam, & delegatam Episcopus habere dicitur, nam illa dictio etiam vnum casum exprimit, & alium includit gloss. in Ver. Ecclesiæ in Clement. de Hæretic. Barbos. tract. de Clausul. vsu freq. clausf.112. Vnde Episcopus poterit vtraque potestate procedere, vel eligere quæ ex illis magis expedit, vt de cōm. testatur Lotter. de re Benefic. lib.1. q.25. nu.93. Molin. de primog. lib.2. c.10. nu.74. seq. Sanch. præcept. Decal. tom.2. lib.7. c.29. num.181.

161 Si vero non est adiuncta particula, nec Clausula, sed tantum dicitur, nō obstantibus priuilegijs, seu exemptionibus concedimus, & mandamus. vt in Concil. Trident. sess.5. de reformat. c.2. in fine, & alibi, solam potestatem ordinariam restitutam censetur; nam vigore dd. Verborum fit reductio ad ius commune, ex textu in c. cum aliquibus. versic. si vero. de rescript. in 6. & notat Barbos. vbi sup. num.16.

162 Sed quæres, an Episcopus cogi possit ad declarandum, qua potestate velit procedere. Et respondetur negatiue; ita Innoc. in c. cum ex officij. num.3. de præscript. Ancharan. num.12. Felin. num.23. ad fin. & Abb. sub num.18. vers. ex hoc. Lotter. de re benefic. lib.1. q.25. num.94. quem refert & sequitur Barbos. de pot. Episc. p.3. alleg. 92. nu.12. in fine ex impress. Lugduni 1641. potest enim agere vtraque potestate, vt dictum est num.160. & 144.

Q Secun-

3 Secundum ad quem sit appellandum a sententia lata ab episcopo tamquam delegato in ijs quæ potest etiam facere potestate ordinaria, & respõdetur ad Metropolitanũ, quia tũc dicitur potius excitata iurisdictio ordinario vt notat Quarant. in sum. Bullar. Verb. Archiepiscopi authoritas n. 18. vers. itẽ si Papa Cened. ad decretal. collect. 157. sub n. 1. Marcell. Vulp. in prax. Iud. 21. n. 39.

164 Tertio an si ignoratur qua potestate procedat, sit existimandum procedere ordinaria; & respondeo, negatiue, quia semper censetur procedere maiori authoritate, & delegata, quæ maior est quam ordinaria, nam illa proceditur etiam contra ordinarios quod idem dicendum est quando proceditur vtraque potestate tam ordinaria quam delegata quod agere potest, vt text. c. super quæstionem §. si vero, & ibi Anch. de off. deleg. Menoch. de Præsumpt. lib. 2. c. 16. & 7. vnde in ijs casibus indistinctè ad delegantem est appellandum Molin. tract. 2. de iust. tom. 3. disput. 582. num. 2. Sanch. in præcept. Decalog. tom. 2. lib. 7. c. 29. nu. 181. Erasm. à Coch. de iurisd. ordin. in exempt. p. 2. q. 12. n. 7. & alij per Barbos. vbi supra n. 14. licet Nau. cons. 33. de sent. excomm. dicat quod censetur procedere illa qua magis formatur processus, & ita etiam dicit, consequitur. Prosp. de August. in Addict. ad Quarant. littera F. V. Archiepiscopi authoritas cart. 70.

Restat videre de Coadiutore Episcopi, sed de hoc infra, cap. 19. §. 2.

C A P. VIII.

De Iurisdictione ordinaria Iudicum secularium.

S V M M A R I V M.

1 *Qui nam Iudices dicantur habere iurisdictionem ordinariam secularem.*

2 *Iurisdictio differt ab imperio.*

3 *Quæ differentia sit inter Iudices habentes merum & mixtum imperium & non habentes.*

4 *Vtrum concesso Castro censeatur semper concessa iurisdictio.*

5 *Episcopus quare possit habere familiam armatam.*

6 *Vtrum concessa iurisdictione censeatur etiam concessum Imperium.*

7 *An Princeps habens iurisdictionem metu extortam possit absque peccato iudicare, & quid si dolo. nu. 8.*

9 *Vsurpantes dominia stant in peccato mortali.*

10 *An dicta iurisdictio præscribi possit.*

11 *Quantum temporis requiratur ad dictam præscriptionem.*

12 *Iurisdictio obedientiæ Episcoporum nunquam præscribitur.*

13 *Vtrum in dubio præsumatur concessa ordinaria vel delegata iurisdictio.*

14 *Iurisdictio ordinaria potest dari in duobus & quomodo.*

15 *Qui nam est Iudex legitimus in feudalibus.*

16 *Quid dicendum quando Dominus nolit cognoscere & vnus excipit se esse Vasallum.*

17 *Item quando oritur lis inter Vasallum, & Dominum feudi.*

18 *Item quando vasalli inuestiti fuerint a Rege, vel Imperatore.*

19 *Quando Dominus feudi non potest iudicare tunc pertinent ad ordinarium.*

20 *Quid si dictus Dominus esset ecclesiasticus?*

21 *Cuius Iudicis sit interpretare leges?*

22 *Iudex non debet esse clementior lege.*

23 *Princeps permittens scandala in Domesticos grauiter peccat.*

24 *Princeps dissimulans peccata subditorum peccat mortaliter.*

25 *Principes non sibi ipsis sed populorum quieti nati sunt.*

26 *Quatuor sunt necessaria Principibus secundum D. Antoninum.*

27 *Iudices Laici an possint condere leges.*

28 *An omnes Iudices ordinarij possint condere leges.*

29 *Quid est aduertendum ad cognoscendum quando leges obligant sub mortali.*

30 *Necessaria sunt Verba præceptiua ad constituendum peccatum in legibus.*

31 *Quando comprehenditur non adesse culpam grauem licet pœna sit grauis, an transgressio legis sit peccatum graue.*

32 *Quomodo cognoscatur quando materia sit grauis.*

33 *Lex pœnalis non extenditur de casu ad casum.*

34 *Lex temporis non est obseruanda.*

An

1 IMperator Rex, Duces, Reipublicæ, & alij Principes supremi habentes subditos, & dependentes ab eis, Præfecti, Proreges, Præsidentes, Gubernatores, & similes omnes sunt Iudices ordinarij enim Iudex est qui iure sui officij vel dignitatis iuridicendo præest ita Morla in emporio iuris p. 1.tit.2.in prælud.n.88. Molin.tom.6. de iustit. & iure disp.8. n.2. sed quia multa sunt notanda circa eorum iurisdictionem, & officium pertinens ad forum iudiciale. Ideo primo præmittendum quod differt iurisdictio ab Imperio, nam iurisdictio late sumpta diuiditur in Imperium & in iurisdictionem stricto modo sumptam, Rursus Imperium subdiuiditur in merum, & mixtum. Merum Imperium est illa iurisdictio quæ officio Iudicis nobili exercetur respiciens principaliter publicam vtilitatem. Mixtum vero, est illa iurisdictio, quæ officio Iudicis nobili exercetur respiciens priuatam vtilitatem ita Bart. in l.Imperium. ff.de iurisd.omn.iud. Panorm. in c.quod sedem de offic. ordin. Vnde iurisdictio, vt diximus, strictè sumpta differt ab Imperio eo quod hæc exercetur officio Iudicis mercenario, Imperium vero officio Iudicis nobili; & ad imperium pertinet non solum iudicare, sed leges condere, monetas cudere, gabellas imponere punire reos, & similia

facere, ad iurisdictionem vero pertinet solum iudicare Bartol. in d.l. imperium Panorm. vbi supra Alciat. lib.2. cap.9. & alij per Cagnol. in l.1.ff.de offic.eius.num.

3 101. Ex his sequitur quod in iudicium ordinarijs qui habent merum & mixtum imperium, nulla est limitatio iudicij in alijs vero qui habent tantam iurisdictionem, tanta limitatur eis facultas, sui potestas, quanta eis conceditur à iure siue à Superiore Principe ita Merolla Sacerdos Congregationis Oratorij Neapolis disp.9. de iurisd. c.1.tom.3.

4 Sic stantibus quæritur. Vtrum concesso Castro alicui Domino cēseatur semper concessa iurisdictio, & respondetur cum communi opinione affirmatiue quando tamen dictum Castrum habet iurisdictionem annexam, quia concesso principali censentur etiam concessa accessoria ad illum l.1.ff. de offic.præfud.Vrb.III. cum vrbem, & ibi Paul.de Cast.cons.77.vol.1.Iacobin.de inuestit.feud.4. Caspis.decis.28.n.36. Franc. de Ponte decis.2. Cancellar.nu.13. Menoch.de præsumpt.præsumpt.97.num.14.Ricciuscollectan.2411.Paris.cons.20.num.50. lib.1.

Si vero est dubium, an sit annexa dicta iurisdictio, respondetur etiam affirmatiue si concessio facta fuerit in parte quotatiua, quia in dubio melior est condi-tio possidentis: Villalobos comm opin. Verb. iurisdict.opin.262. Capiblanc.de auctorit. Baron.pragm.8.n.27.Meroll. d.disp.7. c.2. tom.2.q.1.& alios allegata, & concessa iurisdictione competunt omnia, quæ ad eam tuendam; & exercendam sunt necessaria, nam concesso fine censentur etiam concessa illa media, per quæ peruenitur ad finem, c.cum infirmitas extr. de pænit. cap. quoniam de senten.excom.

5 Vnde infertur quod Episcopi cum ex ordinaria iurisdictione illis concessa cognoscunt etiam causas contra Laicos per bonorum apprehensionem, & personarum carcerationem, vt est text. in c. notandum 17. q.4. cum possit Episcopus in sua Diœcesi ea omnia quæ Papa in vniuersali Ecclesia potest exceptis, quæ pertinent ad vniuersæ Ecclesiæ statum, & quod Papa sibi specialiter reseruauit, vt notant Gambar.de offic. legat.n.10.n.466.Redoan.De Simon. ment. p.1.c.14.n.1. Sanch. lib.1.de matrimon. disput.62.n.3.dicendum quod necessariò habent familiam armatam ad tuendam, & exercendam d. iurisdictionem, vt tradunt communiter Doctores, & in specie Reuerendissimus Episcopus Sperel.in Decis.con.for. Eccles. decis.4. nu.8. & alij per Barbos. de iur. ecclesiast. lib.1.c.3.n.56. Io. Franc. Leo in Thesaur.for. Ecc.c.9.n.24.qui dicunt ita fuisse decisum sub Sanctissimo Pontifice Pio Quinto.

6 Secundo quæritur: Vtrū iurisdictione concessa censeatur etiam concessum imperium, respondeo distinguendo, nam si loquimur de iurisdictione Ordinaria, censetur etiam concessum Imperium, si de Delegata, & non censetur concessum, sicuti etiam habens Castrum in pignus, censetur etiam habere iurisdictionem, sed non semper Imperium, arg. l.eleganter §. fin.de pignor. & Action. Alb. Brunus cum alijs per Meroll. loco citato tom.3.nisi quando fuerit concessum vel tacite, vel expresse.

7 Tertio quæritur. Vtrum Princeps habens iurisdictionem metu extortam possit licite, & absque peccato iudicare, & respondetur affirmatiue. ita Cardin. in c.2. de his quæ vi. num.vnic. vers. quintus casus. Sanch. de Matrimon. lib.3. disput.39. num.13. cont. Azzor. p.1. lib.1. c.11. versic.tertius casus est colum.33.littera P. Lessius de iust. lib.2. c.17. num.37. vers. quintus iurisdictio & ratio est, quia generaliter ea quæ metu gesta sunt valent, nisi ius speciatim irritent gloss. in c.Abbas de iis quæ act. nec obstat text. in l.2. ff. de iudic. quia loquitur in casu speciali quando iurisdictio cōceditur, vel prorogatur, à partibus litigantibus Iudici alicui, cui alias non sunt dd. Partes litigantes subiectæ, illi qui metu extorquēt tunc enim talis iurisdictionis collatio est irrita, & gesta ex illa non valent.ita Less. vbi supra in fine; Et metus grauis non irritat actum de iure naturæ, quia non tollit voluntarium simpliciter; iure autē positiuo irritat, & sic irritantur acta à Iudice electo, vel prorogato per metum à partibus vt dixi secus autem à Principe habēte iurisdictionem metu extortam, cum in iure non reperiatur, & ita intellige quæ refert

fert Filliucc. tract.21. c.3. n.76. ex d. gloss. in d.c. Abbas de ijs quam & Nald. in Verb. metus n.4. Vide Bonacinam tom.2.de contr.disp.3.q.1.punct.2.§.3.n.3.vers.tertio loco qui citat Sanch.lib.3.de Matrim. disput. 39. & alios qui etiam dicit ex probabiliore sententia quod talis iurisdictio valeat ea ratione. s. quia nulla iuris dispositione probari potest iurisdictionem per metum extortam inualidam esse, exceptis aliquibus casibus vt absolutionis censuræ Prorogationis factæ à partibus litigantibus, & similium.

8 Si vero dolo sit extorta dicta iurisdictio tunc distingue; Si dolus aut error est antecedens dans causam concessioni licentiæ; & tunc dicta licentia nulla est; Cõcessio enim fuit inuoluntaria, nam error antecedens causat inuoluntarium ex D. Thoma, & alijs cum eo communiter; si vero est concomitans & tunc valida est Iurisdictio eo quod, licet non interuenisset talis dolus, adhuc licentia concessa fuisset; sed melius & securius est dicere tunc dolum & errorem irritare Iurisdictionem quando falsitas cõtingit circa qualitates intrinsecas ipsius Concessionis; in hoc enim casu vsurpans Iurisdictionem, & sic Iudicans fur dicitur & latro ita D.Antonin.p.3. tit.3.c.1. Merolla tom.3.disput.7. de Iurisd.c.1.n.249. qui &

9 alios allegat. † Et hic nota quod dicit idem S.Antoninus quod scilicet ille qui dominiũ vsurpatum tenet, continuo permanet in peccato mortali, nec saluari potest, nisi restituat d.dominium cum omnibus redditibus vsurpatis, & reficiat damna in occidendis hominibus factis, licet illi fuerint digni morte, nam in hoc casu iudicandus est vt homicida c.si non licet 23. q.5. & in cap.2. col.6.cart. mihi 54. à tergo insurgat contra Confessarios qui absoluunt tales Principes vsurpantes Castra & dominia violenter propria temeritate, nã absolui non possunt nisi prius restituant.

10 An vero dicta iurisdictio præscribi possit, & dicta præscriptione acquiri. Et respondeo cum communi opinione, quod cum adest iustus titulus & bona fides præscribitur; nullibi enim hæc præscriptio reperitur excepta l.more l.Imperium & l.quia ff. de iurisd. omn.iudic. Canonistæ in c.quoniam ne præl.vices suas, & c.conquerente, & cum ab Ecclesiarum de offic.ordin.Balb. de Præscript.p.1.princ.2.q.3.Molin.tom.1. de iust. tr.2. disput.75. Fachin.lib.8.contr. c.23. Tusch.tom.4. litt.L. concl.345. & ea quæ possunt priuilegio acquiri, acquiruntur etiam præscriptione.

11 Quantum vero temporis requiratur ad d. præscriptionem; respondeo quod si est contra Principem requiritur immemorabilis; si vero contra priuatam, tempus 40. annorum, ita Paul. de Castr. in d.l.Imperium col.vlt. & Balb. ibi nu.13. Alber.nu. 40. Ias.nu.22.& alij communiter: Intellige tamen quod ipsi præscripsit vnam speciem iurisdictionis, non censetur præscripsisse aliam, vt si virilem non censetur criminalem, ita d.Paul.loco citato num.4. Balb.de Præscript. p.2. princ.2.num.22. Rosant. de feud.c.5. concl.118. litter.A. Sayr.de Censur.lib.1.c.6.n.30. Suar.eo.to.5.p.3.disp.2. sect.2. in fine.

12 Limita in iurisdictione obedientiali Ecclesiastica, quæ numquam præscribitur; nam iuri publico, & bono communi nocet, eo quod extinguit obedientiam ecclesiasticorum, vnde contra Episcopum non datur Præscriptio iurisdictionis in ijs quæ debitam obedientiam illis iure communi debitam exigunt, etiam ex consuetudine immemorabili c. cum non liceat de præscript. vbi Gloss. & Doctores. Balb. de præscript.1.part.5.à nu.91. Peregrin. de iur.fisc. lib.6. tit.8. num.9. Barb. de pot. episc. part.3. alleg. 128. num.1. Secus est in alijs iuribus Episcopalibus quæ simul cum iurisdictione, & territorio præscribi possunt ab inferioribus, vt probat text. in c.auditis, & in c.de quarta, & in c.cum olim de præscript. Abb. in c.cum contingat. nu.11. de for.compet. Rota per Farinac. decis.324. num.12. p.1. recent. & p.2.decis.243. nu.9. Et hoc non solum priuatiue quoad Episcopum, sed etiam cumulatiue, vnde si solus possedit, & vsus est iurisdictione, Episcopo, contra quem præscribitur, intra tempus immemorabile cessante, priuatiue præscribit; si vero non possedit solus, sed Episcopo intra id tempus iurisdictionem eamdem exercente, accumulatiue præscribit; nec huic acquisitioni accumu-

cumulatiuæ aduersatur vsus illius contra quem præscribitur, ita vt dicatur Præscriptio interrumpi, nam hoc procedit in priuatiua; in Cumulatiua autem stare potest vsus alterius, ita vt locus sit præuentioni. Abb. in c. auditis num. 14. de præscript. Roland. cons. 439. num. 11. lib. 3. Couarr. in c. Alma mater. p. 1. §. 13. num. 3. Farinacc. in Rotæ decis. recentior. p. 2. decis. 30. num. 3. & decis. 33. num. 1. Vide tradita à Barbos. d. p. 3. alleg. 127. num. 18.

13 Quarto quæritur, vtrum iurisdictio concessa præsumatur in dubio quod sit ordinaria vel delegata? Et respondeo distinguendo, aut conceditur à lege, aut ab homine si à Lege, & semper præsumitur ordinaria, nisi expresse loquatur de delegata, quia verba legis interpretantur semper in ampliori, & excellentiori modo, ita gloss. in l. & quia ff. de iurisd. omn. iudic. Specul. tit. de Inquis. §. impugnatur nu. 25. Peder. de Sen. cons. 130. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 36. num. 2. & alij quos refert Menoch. de præscript. lib. 2. præscript. 16. nu. 8. Et concessio debet intelligi in fortiori significatu l. 1. §. qui ff. si ag. Vestig. Si vero conceditur ab homine; & tunc si à Principe Superiore, & commissio fit sub nomine officij. s. Gubernatori, Vicario an &c.; & intelligitur de ordinaria sic Doctores comm. Menoch. vbi supra quibus adde Couarr. var. lib. 3. c. 30. num. 6. in princ. lat. nu. 9. in fine; Barbos. de pot. Episc. p. 2. alleg. 35. nu. 15. pag. mihi 404. si ab inferiore conceditur & tunc censetur delegata; quia iurisdictio ordinaria non potest dari nisi à iure, vel à Principe non cognoscente Superiorem, ita Roman. cons. 318. & alij per Merollum d. to. 3. c. 2. q. 3. disput. 7.

14 Nec obstat dicere, quod si iurisdictio concessa est ordinaria sequitur quod eadem sit circa duos in solidum. s. circa Principem, & circa officialem cui à Principe conceditur; & certum est, quod duo in solidum eamdem rem possidere non possunt c. licet causam de probation. cum citatis per Gomez. ad l. 45. Tauri num. 99. Ghilchet. de præscript. p. 1. c. 6. nu. 205. Tusch. tom. 6. litt. P. conclus. 429. quia respondetur hoc esse intelligendum, quãdo duo possident eamdem rem insolidum eod. modo, eodemque respectu, sicut dicit text. in d. c. licet vers. ex præmissis, & notauit gloss. verb. eodem modo post gloss. magnam in l. 3. §. ex contrario in fine, ff. de acquir. poss. quam sequitur Bart. nu. 8. Alex. nu. 28. Ias. 41. & Tusch. nu. 9. loco citato; vnde sequitur quod possit iurisdictio ordinaria residere apud Principem, & hæc naturaliter & principaliter; & secundario in exercitio & comissione legis apud eius officialem, ita Barbos. d. p. 3. allegat. 54. num. 39.

15 Hic quæritur qui nam sit legitimus Iudex causæ feudalis. Et respondeo distinguendo; Aut lis est inter vasallos, aut inter Vasallum, & extraneum, item aut est inter Vasallos laicos, vel inter Vasallos Clericos; vel est de Feudo, vel de alijs. Si lis est inter Vasallos laicos non inuestitos à Principe, & lis est de Feudo videlicet quis illorum habeat ius in feudo, & tunc Iudex competẽs est Dominus feudi; quia Dominus feudi constituitur Iudex à iure; Si vero lis est inter Vasallum laicum, & alium extraneum, & tunc Iudicium pertinet ad Iudicem ordinarium loci, sicuti etiam si lis est inter Vasallum & Dominum feudi de re non feudali; quia lex feudorum non confert hanc potestatem Domino feudi, vt dicit Bal. lib. 2. feud. tit. 55. Quando autem est inter Vasallum Clericum, vel Clericum extraneũ, & Vasallum Laicum, & tunc licet sit magna controuersia inter Doctores; attamen communior est, posse cognosci à Domino feudi etiam Laico quia tunc Clericus constituitur laico subiectus non tamquam persona Ecclesiastica, sed tamquam Vasallus ab eo constitutus, & lex feudorum approbatur à Summo Pontifice. c. cœterum de iudic. c. verum de for. comp. lex autem feudorum est, vt lis de re feudali inter vasallos à Domino feudi dirimatur, ita Azzor. p. 3. lib. 10. c. 16. quæst. 11. Bonacin. tom. 2 disp. 10. q. 2. punc. 1. §. 4. num. 4. siue agatur de petitorio siue de possessorio S. Antonin. p. 3. tit. 9. c. 2. §. 3. Tolet. lib. 5. c. 56. Sayr. in Clau. Reg. lib. 12. c. 9. nu. 4. Reginald. in Praxi. tom. 1. lib. 9. nu. 351. Marta de iurisdict. p. 4. cas. 89. nu. 5. Si autem lis est de alijs rebus non vero de Feudo, tunc non pertinet ad Dominum cognoscere, sed ad Iudicem ordinarium loci Bald. d. lib. 2. de feud.

feud.tit.55. Clar.quæst.90. & Filliuc.to.2. tract.36. c.10.quæst.11. num.202. cum Azzor. tom.3. lib.8. q.11.

16 Nota vero, quod quando Domino volente cognoscere inter Vasallos vnus excipit negando se esse Vasallum, tunc Iudex ordinarius cognoscere debet de veritate, & postquam probatus fuerit, causa de feudo decidenda est à Domino, vt dicunt supra citati Doctores cum Bonacina vbi supra.

17 Si vero inter Vasallum, & Dominum feudi oritur lis super rem feudalem, & tunc est dirimenda per pares Curiæ; idest per Vasallos eiusdem Domini vocatos; modo de hoc inter se cõueniant tam Dominus quam d. Vasallus litigans; quod si non conueniát; vel pares Curiæ congregari nolint, & tunc Dominus potest certum numerum eligere, & compellere Vasallum collitigantem ad eligendum totidem numero, & non plures, nec pauciores: quando vero non adsunt Pares Curiæ; vel sunt suspecti; lis dirimenda est per iudicem ordinarium loci; At quando Dominus est suspectus, lites dirimendæ sunt per dd. Pares Curiæ, ita Bald. d.l.2. feud. tit.15. 16. 20. & 55. quem refert & sequitur Bonacin.de contract. disp.3. q.8. punct.7. §.9. Azzor. vbi supra quæst.7. ex Abb.quos refert & sequitur Filliuc.d.to.2. tract.36. c.10. quæs.11. num.202. verb.septimo.

18 Nota secundo, quod si Vasalli inuestiti fuerint à Principe. s.Rege vel Imperatore cognitio causæ pertinebit ab ipsos, vt cum Bald. loco citato notat Bonacin. d.§.9.

19 Nota tertio, quod si Dominus feudi nolit aut non possit iudicare pertinebit ad Ordinarium Iudicem loci dictum iudicium, sicuti etiam, quando Pares Curiæ nolunt vel non possunt; nam hic casus non est comprehensus in lege feudorum concedente domino directo facultatem iudicandi; & sic consequenter videtur dicta potestas relicta Iudici ordinario. Casus enim omissus semper intelligitur relictus dispositioni iuris communis c. susceptum de rescript. in 6. quod & obseruãdum est circa formam procedendi in d. Iudicio circa causas feudales; nam seruandum est ius ciuile in omnibus præter illa quæ in contrarium præscripta sunt in dicta materia feudali à iure, vel consuetudine recepta, ita Azzor.d.p.3.lib 10. c.20. quæst.1. cum alijs relatis à Bonacin. d.tom.2. disp.3. q.8. punc.7. nu.2.in fine.

20 Aduerte tamen quod si Dominus feudi, qui non vult aut non potest iudicare est Ecclesiasticus, & agatur de feudo ecclesiastico, Iudex competens non est ordinarius loci, sed superior Ecclesiasticus, vt est Archiepiscopus respectu Episcopi; quia negligentia Iudicis Ecclesiastici nõ est supplenda a Laico, sed ab Ecclesiastico, ita gloss. in c. verũ de for.compet. Filliuc. d.tr.36.c.10.n.202. Azzor. d.lib.10.c.19.quæsit.7. & Bonacin. num.1. vers.dixi. Barbos.de pot.episc. p.3. alleg.126. num.6.

21 Sexto quæritur cuius Iudicij sit interpretare legem secundum Epicheiam, quod est æquitatem? Et respondeo, quod in foro Iudiciali solis Principibus, & Iudicibus supremis non autem alijs Iudicibus priuatis; Doctrina D. Thomæ 1.2.q.96. art.6. & probatur in text.l.1. C.de legibus. Et ideo solis Tribunalibus, & Concilijs supremis, licet præferre æquitatem rigori iuris scripto, & secundum eam interpretari c.fin. de translat. & l.1. §.item Varus in fine. ff.de aqua pluu. arcend. Et ratio est, quia Epicheia seu æquitas nihil aliud est quam mitigatio & interpretatio legis scriptæ ex aliqua circunstantia rationabili personarum, rerum, ac temporum, vt docet Couarr. in reg. Possessor 2.p.§.6.n.3. & eius est interpretari cuius condere c. inter alia de sentent.excom. l.1. C.de legibus. Vide tradita à Io: Valer. de different. Vtriusque for. V.inquisitio. different.1. num.1. cui adde Dian. p.3. tr.4. res.22. & 23. cum DD. per eum, & Ægyd.Bass. in Flor. tot.Theolog. V.Epicheia num.1. & seq.

22 Peccaret tamen Princeps si parte ius petente contra aduersarium non administraret Iustitiam; Iudex enim non debet esse clementior lege, §. oportet in Auth.de re iudicat. Aduerte autem in vno casu licere Principi supremo etiam instante parte non damnare ad mortẽ eum qui illam meretur, videlicet quando persona, quæ debet condemnari esset multum vtilis Ciuitatĩ, vel Reipublicæ, tunc enim data satisfactione parti læsæ potest alteri donare vitam ita Reginal.Præfat.for.pænitent.lib.20.sect.2. n.66.

dispūt.10.sect.8.num.8. & sect.8. nu.38. & Reginald.lib.13.num.17. & Dian. p.3.tr.6. Res.91.

29 Ad cognoscendum verò, quando dictæ leges obligent sub mortali aduertendũ esse puto intentionem legislatoris iuxta grauitatem, vel leuitatem materiæ, in materia.n. graui cẽsetur obligare sub mortali Sot. lib. 1.de iust.q.6.art.4. Valent. p.2.disp.7. q.5. punct.6.§.3.Sayr.Clau.Reg.lib.3.c.7. n.29. Becan.tract.3.cap.6.q.3.n.11.& 16. Regin. lib.13.c.177. Bonac.de leg.disp.1. quæst.1. punct.7. §.4.n.1. Filliuccius tract.21.c.11. quæsit.7.n.42.Paul. Laym. lib.4.tract.3. c. 14.nu.2.In qua materia graui debent esse etiã adiũcta. Verba præceptiua, vt iubemus, obligamus, mandamus, stabilimus, ordinamus, iniungamus; vel Imperatiua caueant, audiant, faciant, vel similia.Salas de leg.di-

30 sput.10.sect.9.n.29.31.& seq.& alij multi per Bonacin.eo.tit.n.4.& seqq.Vel sub pœna graui corporali vel temporali, quia pœna proportionari debet delicto vnde si est pæna grauis conijci debet delictum etiam esse graue,& sic peccatum mortale, ex Doctr. D.Thom.1 sup. in lib.1. à me adducta deff.1.c.4.Clau.Reg.loco citato,n.25. Suar. lib.3.c.26.n.4. Zambell. resolut.cas. consc. V.lex.n.1. Vide Ant.Cotton.in sum. Dian. V.lex.n.37. seqq. & nouissime P. Bassæum verb.lex 4.n.3.seqq.qui ponit quinque Regulas ad cognoscendum an obligent sub peccato mortali omnino videndum.

31 Si verò potest comprehendi quod non adsit culpa grauis etiam quod adsit pæna grauissima,& trasgrediatur cũ cautela, & sine multo periculo, nõ videtur peccare mortaliter trãsgressor licet videatur se exponere graui periculo, vt à simili habemus in irregularitate ex defectu lenitatis; diligentia etiam exterior absque malitia intrinseca operis excusare videtur operantem, namque qui facit quod in se est, ad nihilum tenetur Nauarr.in Man.c.23.nu.52.& 57. Filiar. de offic. Sacerd.tom.1. p.2. lib.3. cap. 3.dist.4.Zambell.d.Verb.lex.n.9.& Bonac. loco cit.n.5.

32 Quomodo debeat fieri vt cognoscatur, quando sit materia grauis, vel leuis dicunt Bonaccin.à num.14. non posse dari certam Regulam, sed iudicio prudentis viri esse relinquendum, qui considerato fine legislatoris, circumstantijs, & modis iudicabit an possit dici materia grauis, vel leuis; vt verbi gratia in asportandis frumentis extra statum, considerata penuria, diligentia, vel distantia locorum potest esse mortale, quod alio tempore, & loco forsitan non iudicabitur peccatum. Vide Suar.d.lib.3. c.25.n.4.& 7. Vasquez,& alij, per Bonacc. vbi sup. n.5.

33 Aduerte tamen quod lex pænalis non extenditur ad casum de casu, quia dicta lex pænalis semper in benigniorem partem est interpretanda, quod non esset si posset extendi Gloss. in cap.pænis, de reg.iur. in 6. Molin.tract.2. de iust. disput.136. Zambell.d.V.lex.n.6.

34 Secundo aduerte quod lex temporis non est obseruanda, nisi sit in tali lege aliqua istarum propositionum in,ad,per, post; aut sit lex pænalis Gloss.in Verb. omnia, & singula in cap. vt circa de elect. in 6. Tusch. tom.2.concl.296.num.8. & 19. Torell.dub. regul.Verbo,annus per totum, & Zambell, d.Verb.lex.n.8.

35 Tertiò aduerte quod lex non est sub peccato obseruanda quando non obseruatur à maiori parte Communitatis licet ab aliquibus obseruetur, quia præsumptio stat pro possidente ita Rodriq. tom.1. quæst.6. art. 10. & 12. Vnde transgredientes illam ad nihilum tenentur etiã quod primi transgressores nullã habuerint causam rationabilem transgrediendi Sayr.lib.3. cap.7. nu. 11.seq. cum Nauarr.in cap.25.num.50.Less. lib.2.cap.22.dub.13.num.98.Becan.in sum. p.2.tract.3.cap.6.7.8.n.2. Dian.par.1. tract. 10.resol.1.

36 Ad cognoscendum verò quando lex fuerit ex contraria consuetudine abrogata sufficit tempus decem annorum ab inobseruatione ac principio legis publicatæ, quando tamen à principio non fuerit in viridi obseruantia, sed si à principio fuerit obseruata, sed tractu temporis fuit transgressa tunc requiritur spatium quadraginta annorũ, Azz. Inst.Moral.p.1.lib.5.c.4.vers.Tertiò quæritur, qui citat Felin.Imol.Cou.Cald.Abb &

37 alios qui ẽt distinguit inter desuetudinẽ, & non vsũ legis siue consuetudinẽ legi contrariã; nã primi inducentes consuetudinem

nihilominus regulariter non potest; est enim contra ius naturale, vt quis non auditus, nec deffensus damnetur Clem. pastoralis. §. cæterum de sent. & re iudic. Quod valde notādum est pro deffensione propriæ conscientiæ à Proregibus & Gubernatoribus supremis ne illaqueent animas, & se exponāt maximo periculo peccandi, ita Azzor. p. 2. lib. 11. c. 7. ex doctrina D. Thom. 2. 2. q. 67. art. 1. cum Caiet. Verb. homicidium quibus adde Io. de la Crux in Direct. Consc. p. 1. pr. 8. ar. 1. dub. 2. contr. 3. cum aliis relatis per Dian. p. 3. tr. 5. resol. 98. vbi etiam aliquas limitationes ponit quas ex antecedentibus meis dictis facili colligere poteris. Vide Bass. in Flor. tot. Theol. V. Iudex n. 8. vers. Iudæi supressus.

44 Quando vero Princeps possit castigare Ambasciatores, Legatos, Nuncios, & famulos eorum. Vide Dian. p. 6. tr. 8. resolut. 2.

45 Decimo quæritur; Vtrum Princeps dispensans in lege siue iusta causa peccet? Et respondeo quod licet dispensatio facta à Principe sine iusta causa valeat quia tale ius nullam aliam vim habet obligandi, quā ex voluntate legislatoris, vt communiter tradunt DD. quos refert Couarr. 4. decret. p. 2. c. 6. §. 9. nu. 10. & sequitur Sot. lib. 10. de iust. q. 7. art. vlt. & cum eo Aragon 2. 2. q. 89. art. 9. Ledesma 2. 4. q. 427. art. 2. Ios. Angles in Flor. Theolog. p. 1. tit. de ieiun. q. 5. dub. 2. Vera Crux p. 2. spec. art. 27. Filliuc. to. 2. tr. 21. quæst. 13. c. 11. nu. 437. Castro Pal. tom. 1. tract. 3. disp. 6. punct. 8. §. 1. nu. 1. Sancius in select. disp. 54. nu. 38. Molfes. in summ. tom. 1. tract. 10. c. 4. num. 51. Granad. p. 2. contr. 7. tract. 3. disp. 7. sect. 3. nu. 26. Valent. tom. 3. disp. 5. q. 3. punct. 2. Attamen iste Princeps peccabit peccato imprudētiæ, & infidelitatis. nam potius vt inquit D. Bernard. lib. de dispensat. & Præcept. isti vocari debent Dissipatores legis, quam dispensatores; immo in legibus grauibus, & multum conducentibus ad bonos mores, & vtilitatem communem, peccabūt mortaliter, quia maxime iniuriosum est Reip. & destructiuum boni communis, & valde scandalosum dispensare in talibus absque iusta causa, quæ omnia sunt mortalia in genere suo, ita Caietan. in Summul. Verb. Dispensatio. Armill. eo. n. 13. Couar. vbi sup. nu. 7. & Sanch. lib. 8. de Matrim. disp. 18. n. 7. qui licet ibi dicat esse peccatum veniale, tamen se retractat. in lib. 5. consil. moral. c. 1. dub. 5. n. 6. & dicit quod plus placet dicere quod sit mortale ex genere suo in rebus grauibus quod colligitur etiam ex Doctrina D. Th. 2. 2. q. 97. art. 3. vbi Caiet. Aragon. & alij quibus adde Sot. 1. de inst q. 7. art. 3. Nauarr. c. si quando. de rescript. except. 8. nu. 13. Sayr. de Censur. lib. 3. cap. 10. n. 11. Henriq. in Summ. lib. 12. c. 3. n. 6. Suar. de legib. lib. 6. c. 19. n. 6. Sayr. in Clau. Reg. lib. 3. n. 4. Paul. Laym. Theol. mor. tr. 4. c. 22. n. 13. Azzor. instit. mor. p. 1. lib. 5. c. 15. quæst. 3. Bonac. de legib. disp. 1. q. 2. punct. 3. nu. 1. vers. addo Legislatorem Gordon. in Summ. lib. 2. q. 15. c. 5. n. 1. Gonnad. in p. 2. contr. 7. tract. 3. p. 2. disp. 17. sect. 3. n. 24.

46 Aduerte tamen quod in lege sui Prædecessoris vel sui subditi valde potest dispensare etiam sine causa, quia est legitimus Superior, & gaudet eodem iure quo legislator, ita Sanch. loco cit. nu. 28. Salas de legib. disp. 20. sect. 4. nu. 43. vers. idem est. Nauarr. Prælud. 9. n. 15. & Bonacin. vbi supra nu. 3. Et idem dicendum est in abroganda lege, vel interpretanda. In hoc enim sufficit voluntas Principis ad quem spectat etiam suas leges interpretare. ita Filliuc. loco cit. nu. 436. & 438. Suar. de leg. lib. 6. c. 10. n. 2. Clau. Reg. lib. 3. c. 10. nu. 5. & 6. P. Ægyd. Bass. Flor. tot. Theol. V. dispensatio. num. 2.

47 Secundo aduerte, quod quando non constat de iniustitia causæ, semper præsumendum est esse causam iustam, nisi esset dispensatio in lege diuina; quia in dubio iudicandum est pro superiore c. si quid. 23. q. 1. c. in præsentia de renunciat. DD. citati per Couarr. vbi sup. nu. 9. cum Palacios 4. dist. 15. dip. 28. Turrecrem. c. 1. dist. 89. nu. 14. Merolla to. 2. disp. 4. cap. 6. dub. 23. diffic. 1.
48 nu. 307. Quod idem dicendum est de Principe quando dubitat de iustitia causæ, an. s. dispensare possit, nam in dubio præsumendum est habere vtramque partem probabilem, & sic posse eligere quā sibi placuerit; ideo intellige de dubio speculatiuo, non practico, nam qui in causa dubia dispensat debet practice iudicare licitum sibi esse in tali casu dispēsare, ita Sanch. in summ. to. 1.

tus diuini in cuius incremētum,& promotionem redundare debet dicta dispensatio Rodriq. reg.9. quæst.22. art.5. Reginald. lib.13.n.192. Salas disput.208.nu.75. Suar. verb.dispensatio n.3.& alij communiter ex doctrina D.Th. 2.2.q.63.art.2.& quæst.67. art.4. Quæ omnia iuxta qualitatem temporis, loci,& personarum arbitrio boni viri, vt dixi iudicanda sunt Azzor. vbi supra quæst.8. Filliuc. tract.10.c.10.nu.315. quibus adde nouissime Dian. part.8. tract.3. resol.7. & P.Ægyd. Bass. V. dispensatio nu.16. Et sufficit quod dd.causæ etiam sint iustæ dubie speculatiue, vt supra dixi non autem practice, ita Meroll. tom.2. disp.4. c.6.dub.23. diffic. 1.num.307. Sanch. lib.4. Summ. c.45. num.10. Palac. in 4. dist.38. disp.3.

56 Secundo quæres an posita iusta causa debeat Princeps semper dispensare. Et respondeo quod quando necessaria censetur dicta dispensatio, ad publicum bonum Reipublicæ, aut ad priuatam vtilitatem spiritualem petentis, tunc obligat superiorem ad dispensandum & iuxta iniuriam, quam facit d.bono publico, vel priuato spirituali peccat; si vero non adsint d. circumstantiæ, & tunc quia est dispensatio non debita sed gratuita, & appellatur Indulgentia, gratia,& misericordia, non peccat, quia gratiæ & indulgentiæ sunt dona libera, ita Sanch.disp.20. de matrim. sect.7. num.70. Suar. lib.6. c. 18. num.19. Laym. lib.1. tract.4. c.22. nu. 10. Sal. disp.20. sect.8. num.75. & alij per Bonacin. loco cit. cui adde Sancium in Select. dip.43. nu.8. Amic.tom.5.disp.6.sess. 6. num.78. seq. & Granad. in p.2. contr.7. tract.3. sect.3. num.23. citatos à Diana d. resolut.7. & resolut.28. ex textibus in c. quanto à nobis. 2.q.4. ibi, debita,& c.didici 1.q.7. & c.Apostolicæ de Cler.excomm. & c. licet de elect. in 6. vbi dispensatio vocatur gratia.

57 Sed hic aduertant Superiores ad deffensionem propriæ animæ, vt se æquales omnibus regulariter exhibeant, ne ex personarum acceptatione faciant oriri scandalum quæ saltem est contra Iustitiam distributiuam; & impedit eius decorem vt aduertit Ægyd. à Coninch. de Sacram. tit. de matrim. disput.27. dub.6. num. 59. in fine cart. mihi 772. & alter Aegyd. Bass. V.dispensatio num.17.

58 Tertio quæres an inferior possit dispensare in lege sui Superioris. & Respondeo negatiue nisi in ijs casibus. Primo in pœnis à iure latis nisi superior sibi reseruauerit; secundo ratione consuetudinis præscriptæ, quia in hoc adest tacitus consensus superioris; tertio ratione grauis necessitatis, vel frequentis, & non potest de facili adire superiorem; & quarto ratione leuis materiæ, ita ex Silu. V.dispensatio. Caietan. p.2. q. 97. art.4. Sot. lib.1. de Iust. q.7. art.3. Azzor. d.c. 15.quæst. 7. quos allegat Filliuc. tractat.21. cap.11. num.437. quibus adde Valent. disp.7. q.5. punct.9. Medin. tom.1. qq. regular. quæst. 22. artic.9. Granad. in par.2. D. Thom. controu.7. tract.3. p. 2. disput. 17. sect.1. num.5. Sal.de leg. disput.20. sect.3. num. 22. Gordon. in Summa lib.3. q.13.ca p.3. num.2.

59 Adde alium casum, scilicet quando materia legis non est communis sed propria solum illius communitatis, vt nullo modo conueniat alijs. Ratio est, quia ea quæ sunt magis nota, & perspecta Inferiori, vt est Gubernatori, quam supremo Principi melius ipse quam superior poterit de ijs iudicare, tum etiam quin cum ea lex sit lata solum propter commodum & vtilitatem particularem talium subditorum, videtur Superior tacite relinquere relaxationem illius inferiori cui specialiter incumbit eorum subditorum gubernatio, ita Caiet.med. Valent. Sot. Azzor. & alij per Dian. p.8.tract.3.resol.12.cas.3. Sed aduerte quod si adeo notabilis est, quod requirat particularem inspectionem; semper est consulendus superior vt notat P. Amic. tom.5. disp.6. sect.4. num.57. vers. quarto circa ea, qui & citat Caietanum; & eum refert Dian. loco citato vers. & tandem nota in fine. † vbi etiam dicit hanc

60 potestatem inferiorem debere dici potius ordinariam quam delegatam, vnde possunt illam alijs delegare. ita etiam Suar. lib.6. c.14. in fine. Basil. cap.6.num.8.lib.8. Rodriq. tom.1. qq.Reg. q.22. art.11.circa fin. Castr.Palaus.tom.1. tract.3.disp.6. punc.1. relati à Diana loco citato.

Sed

teneantur etiam ad alias leges, non ex præcepto obedientiæ, sed ex præcepto charitatis vt dicunt comm. Doctores; tamen Principes sæculares nullam prorsus habent in iudicando potestatem erga dd. Ecclesiasticos nec mediate, nec immediate vnde dd. Principes vocantur non Domini ecclesiarum, sed Patroni, & deffensores & tenentur curare de remedio apud legitimum Iudicem in earum necessitatibus, dũ dd. Ecclesiastici negligunt, vt dicit Azzor. p. 1. lib. 5. c. 14. q. vlt. cart. mihi 523. Bonac. tom. 3. disp. 1. quæst. 16. sect. 1. punct. 5. nu. 13. & Diana part. 3. tract. 1. resolut. 25. cũ alijs per eos allegatis.

68 Hinc infertur grauiter peccare dd. Principes si per se ipsos, & sine Priuilegio Papæ nituntur conuocare Episcopos, vel ecclesiasticos pro bono communi etiam Ecclesiarum, cum solum valeant & debeãt hortari; inuitare & persuadere vt congregentur Azzor. vbi supra quæst. vlt. Dian. d. p. 3. tract. 1. resol. 27. Bonacin. de legib. tom. 2. disp. 10. q. 2. punct. 1. §. 1. nu. 14.

69 Secundo infertur non posse Principes sæculares cogere ecclesiasticos ad resideduũ sed solum monere summum Pontificum, vt curet cũ illis ecclesiasticam disciplinam & multo minus possunt cogere ad recipienda officia sæcularia; & si Papa concesserit licentiam, non possunt res delinquentes in dd. officijs punire ita Less. lib. 2. de Iustit. c. 34. dub. 29. n. 153. Barbos. de potest. episc. p. 2. allegat. 53. nu. 17. Squillant. de priuil. Cleric. cap. 7. dub. 3. n. 87. & de communi Doctorum doctrina testatur Dian. p. 1. trac. 2. de Immunit. resol. 18. Bonacin. de legib. loco citato n. 24. Ricc. in Prax. aurea tom. 2. resol. 513. n. 2. Barbos. in Collectan. to. 1. lib. 3. tit. 50. c. 2. n. 4. Mart. de Iurisdict. p. 4. centur. 2. cas. 127. num. 5 Zanard. Director. Confessor. tom. 3. c. 50. in fine.

70 Tertio infertur non posse expellere ecclesiasticos à suo Dominio quolibet prætextu etiam perturbationis status sine licẽtia Papæ, quia Clerici habent à Deo posse habitare vbique terrarum pro exercendis ecclesiasticis muneribus iuxta illud Euangelij euntes prædicate Euangelium, &c. vt bene notat Dian. qui & alios refert in p. 4. resol. 1. tract. 3.

71 Quarto infertur non posse Clericos facinorosos, & incorrugibiles ad summum Pontificem mittere cum processu Criminis, quia hoc mostratur quid Iurisdictionis saltem indirecte, ita Doctores per Dianam part. 5. tract. 1. resol. 5. Surd. consl. 301. num. 38.

72 Quinto infertur non posse inhibere iudicibus, ecclesiasticis, ne aliquem excommunicent, nisi prius illis ostendant eamd. excommunicationem, hoc est enim contra Tridentinum sess. 15. c. 3. ita notat P. Diana acerrimus propugnator Immunitatis ecclesiasticæ in p. 4. tit. 1. resol. 9. & resolut. 98. §. ex his. Sicuti etiam retinere Bullas in Cãcellaria, & recognoscere de nullitate illarum; nã hæc omnia violant ecclesiasticam libertatem cũ iurisdictio examinandi sit spiritualis, & pertineat ad ecclesiasticos id. Dian. p. 5. tract. 1. resol. 12. & alibi.

73 Sexto infertur non posse se intromittere ad cognoscenda, & arcenda grauamina illata Clericis a Iudice Ecclesiastico, cum examinatio processus sit actus iurisdictionis quomodocumque fiat siue iudicialiter, siue extraiudicialiter, non enim debet concedi per vnam viam, quod denegatur per aliam, nec obstat dicere hoc fieri ad repellendam violentiam, quia respondeo quod d. violentia numquam præsumitur in facto superioris; & ad vim repellendam debet seruari moderamen inculpatæ tutelæ quod sic non obseruatur, cum oppressus posit cum minori damno recurrere ad superiorem ecclesiasticum; quam se submittere sæculari, immo non potest præsumi oppressio nec prætendi violentia, quia si turbetur vel spolietur possessione; habet remedium restitutionis c. 1. de restit. spoliator. & tandem si omnino oporteret oppressionem pati, minus malum foret sua oppressio, quam Violatio Ecclesiasticæ libertatis, quæ est contra bonum commune, nec in hoc valet consuetudo quæ potius est desuetudo, & corruptela, nisi adsit priuilegium, ita DD. per Barbos. de iur. ecclesias. lib. 2. c. 29. §. 2. num. 185. & nouissime. Anton. Cotton. in sum. V. consuetudo nu. 2.

74 Aduerte tamen quod si non posset adiri in casibus supradictis ad superiorem eccle-

80 Vndecimo infertur non posse Principes minuere, vel tollere priuilegia Ecclesiæ, & ecclesiasticis concessa, etiamsi originem ex illorum largitate habuissent; vel reuocare concordata cum Papa, quia omnes hæc lædunt immunitatem, non transierunt in ius alterius in quem amplius non manet potestas cum non sit subditus concedentis, vt ex communi Doctorum sententia docet Felin. in c. ecclesia S. Mariæ nu. 97. de constit. quem sequuntur Azzor. to. 1. lib. 5. c. 13. Baldell. disput. Theolog. lib. 5. disp. 35. nu. 17. Gueuar. Propugnac. libert. ecclef. assert. 1 §. 7. nu. 32. Bellarm. in respons. ad duos libell. fol. 55. Gonzal. de leg. Polit. lib. 1. c. 3. n. 12. Suar. contra Reg. Angl. lib. 4. cap. 34. nu. 11. & num. 24. qui & alios allegat Hurtard. de iust. disp. 11. diffic. 15. Sal. de legib. disp. 14. sect. 11. nu. 121. Amic. to. 5. de iust. disput. 9. sect. 5. nu. 140. Less. eo. lib. 2. c. 33. dub. 4. nu. 35. Axzor. p. 1. lib. 5. cap. 13. q. 5. Et Eminentissimus doctrinæ, & dignitatis Card. Lugo de iust. to. 1. disput. 36. sect. 7. nu. 101.

81 Duodecimo infertur non posse Principes laicos inducere per leges etiam quoad suos subditos impedimenta dirimentia matrimonium; quia solius ecclesiastici iuris est huiusmodi impedimenta constituere c. tuam de ordin. cognit. c. accedentibus de excess. Prælat. Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 3. num. 1. & 3. vbi vigintiocto Doctores enumerat cum D. Thoma; Dian. tract. 1. part. 7. resol. 23. vbi addit alios trigintatres Doctores omnino videndus.

82 Vltimo non desinam admonere dd. Iudices supremos ad deffensionem eorum conscientiæ vt summopere iustitiam colant, in qua Regna conseruantur, & permanent iurisd. Monarchiæ vt dicit Spiritus sanctus Prou. 25. & firmabitur iustitia tronus eius, & sciant hanc esse primam, & magis principalem Principum obligationem. iustitiam seruare sua cuiusque iura dare, & facere iudiciū vt dicitur Reg. 3. c. 10. vers. 9. Videant adnotata a Tullio lib. 2. offic. Petr. Gregor. lib. 6. de Repub. c. 6. nu. 4. Molin. de iust. tom. 2. disp. 661. nu. 4. Io. Salg. de leg. Reg. Portugall. discurs. 1. n. 21. & alios per Barbos. de iur. eccles. lib. 1. c. 39. §. 3 num. 49. in fine.

Et hæc omnia, quæ dicimus de Principibus aduertāt etiam omnes alij Iudices Ordinarij vt sunt Proreges Gubernatores, Potestates & alij qui iudicijs præsunt laicorū, & alia de hac materia infra, Vide a me tradita in c. 13. tit. de Iudice laico in Clericos.

CAP. IX.

De Iurisdictione Vicariorum.

SVMMARIVM.

1 *Vicariorum multa sunt genera.*
2 *Vicarius Episcopi habet Iurisdictionem ordinariam.*
3 *Hac iurisdictio partim à iure communi partim ab Episcopo conceditur.*
4 *An Vicarius possit in aliquo casu esse delegatus Episcopi vel Papæ, & n. 5.*
6 *Quæ requirantur ad cognoscendum quis sit Vicarius generalis.*
7 *Inter Vicarium, & officialem an sit aliqua differentia.*
8 *Constitutus tantum Vicarius in spiritualibus intelligitur de generali.*
9 *Clausula generalis ad constitutionem Vicarij non comprehendit particularia.*
10 *Quæ sint illa quæ requirunt speciale mandatum in Vicario, & n. 11. cum seqq.*
18 *Punire, & corrigere propriè spectat ad Episcopum.*
19 *Vicarius non potest cognoscere de crimine hæresis sine speciali mandato.*
20 *Item non potest imponere publicas pænitentias sine eod. mandato.*
21 *Item conuertere corporales in pecunias pœnas.*
22 *Item confiscare bona Clericorum.*
23 *Item & absoluere quando sunt delinquentes.*
24 *Vicarius non potest substituere alium Vicarium sine licentia Episcopi cum ampliatione, & limitationibus, vt ibi. n. 25. 26. & 27.*
28 *An semper nomine Episcopi comprehēdatur Vicarius in ijs quæ iurisdictionis sunt.*
29 *Vicarius generalis Episcopo impedito ea facere potest quæ Episcopus.*
30 *Consuetudines locorum in supradictis quomodo & quando obseruandæ sunt.*
31 *An omnes facultates sit necessario exprimenda in litteris commissionis Vicarij.*
32 *An Vicario possint cōmitti causæ Apostolicæ.*

1 VIcariorum multa sunt genera alij sunt Vicarij perpetui Parochorum, alij temporales veluti adiuuantes in rebus Spiritualibus ipsius Parochiae, sed isti cum non habeat Iurisdictionẽ nisi spiritualiter, ideo de eis non est à nobis habendus sermo; alij sunt qui à Romano Pontifice in Prouincia aliqua vel Diaeceli Vicarij in spiritualibus constituuntur, & hi vocantur Vicarij Apostolici & de ijs loquitur tex. in c. fin. dist. 63.

& c.

& c.charitatẽ in fin.12.q.2.& in c.in cui de elect.in 6.& facit c.adijcimus 16.q.1.& vocantur etiam *Visitatores* à Sede Apostolica delegati, vt notat Barbos.de iur.eccl.lib.1. c.15.n.52.& in praxi obseruatur;& isti habent authoritatem talem qualem eis conceditur à Summo Pontifice in suis litteris commissionis, vt notat Gutierez can.qq.lib. 2.cap.12.n.22. Alij sunt Vicarij nati qui.s. habent officium annosum cum dignitate, vt est Archidiaconus qui post Episcopum dicitur Vicarius in omnibus c.1. de offic. Archidiaconi. de quo infra §.3. & notat Aegyd. Bassæus Flor.tot. Theol. V.Vicarius nu.1. Alij sunt Vicarij regij, aut secularium Dominorum, & hi habent potestatem qualem habent Gubernatores,& alij Iudices Ordinarij in Ciuitatibus, oppidis, & prouincijs, ideo de eis dicendum est, quod de alijs Iudicibus ordinarijs habetur in l.1.ff.de tutor.& curat.datis ab his l.Vicarius ff.de legat. Vide Cuiac.lib.1.quæst. Papin.super b.5. ff.de offic. Procons. Morl. in empor.iur.tit.2. in Prælud.num.84. alij sunt Vicarij quodam modo Vicariorum & dicuntur Vicegerentes,& Locumtenentes; & habent iurisdictionem limitatam ab eis de quibus Barbos. vbi supra. Alij sunt Vicarij Episcoporum,& Capituli Sede vacante,& de ijs sermo habendus est primo tamquam qui habent iurisdictionem quasi Episcopalem,& in multis aduertendi sunt pro deffensione eorum conscientiæ.

2 Vicarius Episcopi igitur cum habeat iurisdictionẽ ab ipso Episcopo; à multis DD. putatum fuit quod haberet iurisdictionem delegatam. ita Alex.in rubr. ff.de off.n.17. Goffred. in summ. de offic.Vicar.n.1. relatus à gloss. in c.Romana verb. generaliter de appellat. in 6. Alciat. in rubr. de offic. ordin. num.24. Sot. in 4.dist.18. q.4.art.3. Anast.Germon. lib.1. c.6. Anton.Gom. in Bulla Cruciat. c.4. circa 4.quæst.n.21. Ios. Gonz.var.quæst.cap.27.sed omnino dicendum est habere iurisdictionem ordinariam cum Episcopi, & Vicarij vna & eadem sedes iudicatur,& ei solet vniuersitas causarum demandari gloss.verb. & iurgia in c. præelectis, dist.25.& gloss. V.officialem in c.2. de offic.Vicar. & Doctores ibi comm. quos sequitur Barbos. de potest.Episc. p.3. alleg.54. nu.26. vbi alios trigintanouem authores allegat; tu vide ex his Sayr. de Censur. lib.1. c.6.nu.8. Azzor. instit.moral. p.2.lib. 3.c.43. quæst.5. Molin.de iu. tract.3.disp.59.nu.2.& tract.5.disp.10.n. 3.& 5. Sanchez de matrimon. lib.3.disp. 29.nu.3.quibus addo Iacob.de Graff.decis. aur. p.1. lib.4. nu.14. qui etiam testatur de communi;& nouissimè P.Aegyd.Bassæum in Florib. tot.Theolog. V.Vicarius nu.6.

3 Et hæc iurisdictio partim à Iure communi, licet ipsius persona eligatur ab Episcopo, partim à Commissione d. Episcopi pendet; nam licet Episcopus concedat suo Vicario generalem causarum cognitionem, & ea omnia quæ sunt voluntariæ iurisdictionis; tamen in hac generali Commissione ius commune disponit quædam non contineri, nec permitti, nisi specialiter ei concedantur gloss.in c.pen. de offic.Vicar.Valen. tom.2. cons.101.nu.43. Barbos.de iur. ecclesf. lib.1. c.15. nu.19.

4 Potest tamen per accidens esse delegatus cum.s.ad aliquam causam specialiter delegatur ab Episcopo, & prælatis, & sic saluatur gloss.in c.prælectis dist.25.s.quod habeat iurisdictionem delegatã in eo quod Episcopus sibi committat aliquem articulum de his quæ non veniunt in generali mandato quia si Episcopus postquam commisit generaliter Vicario officium, deinde separatim committeret sibi aliquid specialiter de alijs articulis, certe diceretur quantum ad istos habere delegatam iurisdictionem. Io.Andreas in Additt. ad Speculat. de offic.Vicar. §.& Lapus in c.licet de offic. Vicar. in 6. quos allegat & sequitur

5 Graffius vbi supra nu.14. † Quare potest esse Delegatus Papæ eo magis quia constitutus est in dignitate.gloss.in Verb.delegatus in Clement.2. de rescript. & ibi Imol. num.18. Rebuff.in prax.tit.de Vicar.Episc. num.4. Anton.de præt. de iurisd.ep.cap.6 num.51. Sbrozzius de Vicar.episc.lib.2. q. 22. nu.1. Cened. canon. qq.18.

6 Ad cognoscendum autem quando quis sit Vicarius Generalis, & consequenter iurisdictionem ordinariam habeat, dic illum esse Generalem Vicarium, qui cum generali potestate residet in loco vbi Episcopus idem habet ordinariam, ita Sbrozzius de

S 2 Vicar.

1 VIcariorum multa sunt genera alij sunt Vicarij perpetui Parochorum, alij temporales veluti adiuuantes in rebus Spiritualibus ipsius Parochiæ, sed isti cum non habent Iurisdictionẽ nisi spiritualiter, ideo de eis non est à nobis habendus sermo; alij sunt qui à Romano Pontifice in Prouincia aliqua vel Diœcesi Vicarij in spiritualibus constituuntur, & hi vocantur Vicarij Apostolici & de ijs loquitur tex. in c. fin. dist. 63. & c.

& c. charitatē in fin. 12. q. 2. & in c. in cui de elect. in 6. & facit c. adijcimus 16. q. 1. & vocantur etiam Visitatores à Sede Apostolica delegati, vt notat Barbos. de iur. eccl. lib. 1. c. 15. n. 52. & in praxi obseruatur; & isti habent authoritatem talem qualem eis conceditur à Summo Pontifice in suis litteris commissionis, vt notat Gutierez can. qq. lib. 2. cap. 12. n. 22. Alij sunt Vicarij nati qui. s. habent officium annosum cum dignitate, vt est Archidiaconus qui post Episcopum dicitur Vicarius in omnibus c. 1. de offic. Archidiaconi. de quo infra §. 3. & notat Aegyd. Bassæus Flor. tot. Theol. V. Vicarius nu. 2. Alij sunt Vicarij regij, aut secularium Dominorum, & hi habent potestatem qualem habent Gubernatores, & alij Iudices Ordinarij in Ciuitatibus, oppidis, & prouincijs, ideo de eis dicendum est, quod de alijs Iudicibus ordinarijs habetur in l. 1. ff. de tutor. & curat. datis ab his l. Vicarius ff. de legat. Vide Cuiac. lib. 1. quæst. Papin. superb. 5. ff. de offic. Proconf. Morl. in empor. iur. tit. 2. in Prælud. num. 84. alij sunt Vicarij quodam modo Vicariorum & dicuntur Vicegerentes, & Locumtenentes; & habent iurisdictionem limitatam ab eis de quibus Barbos. vbi supra. Alij sunt Vicarij Episcoporum, & Capituli Sede vacante, & de ijs sermo habendus est primo tamquam qui habent iurisdictionem quasi Episcopalem, & in multis aduertendi sunt pro deffensione eorum conscientiæ.

2 Vicarius Episcopi igitur cum habeat iurisdictionē ab ipso Episcopo; à multis DD. putatum fuit quod haberet iurisdictionem delegatam. ita Alex. in rubr. ff. de off. n. 17. Goffred. in summ. de offic. Vicar. n. 1. relatus à gloss. in c. Romana verb. generaliter de appellat. in 6. Alciat. in rubr. de offic. ordin. num. 24. Sot. in 4. dist. 18. q. 4. art. 3. Anast. Germon. lib. 1. c. 6. Anton. Gom. in Bulla Cruciat. c. 4. circa 4. quæst. n. 21. Ios. Gonz. var. quæst. cap. 27. sed omnino dicendum est habere iurisdictionem ordinariam cum Episcopi, & Vicarij vna & eadem sedes iudicatur, & ei solet vniuersitas causarum demandari gloss. verb. & iurgia in c. præelectis, dist. 25. & gloss. V. officialem in c. 2. de offic. Vicar. & Doctores ibi comm. quos sequitur Barbos. de potest. Episc. p. 3. alleg. 54. nu. 26. vbi alios trigintanouem authores allegat; tu vide ex his Sayr. de Censur. lib. 1. c. 6. nu. 8. Azzor. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 43. quæst. 5. Molin. de iust. tract. 3. disp. 59. nu. 2. & tract. 5. disp. 10. n. 3. & 5. Sanchez de matrimon. lib. 3. disp. 29. nu. 3. quibus addo Iacob. de Graff. decis. aur. p. 1. lib. 4. nu. 14. qui etiam testatur de communi; & nouissimè P. Aegyd. Bassæum in Florib. tot. Theolog. V. Vicarius nu. 6.

3 Et hæc iurisdictio partim à Iure communi, licet ipsius persona eligatur ab Episcopo, partim à Commissione d. Episcopi pendet; nam licet Episcopus concedat suo Vicario generalem causarum cognitionem, & ea omnia quæ sunt voluntariæ iurisdictionis; tamen in hac generali Commissione ius commune disponit quædam non contineri, nec permitti, nisi specialiter ei concedantur gloss. in c. pen. de offic. Vicar. Valen. tom. 2. consf. 101. nu. 43. Barbos. de iur. eccles. lib. 1. c. 15. nu. 19.

4 Potest tamen per accidens esse delegatus cum. s. ad aliquam causam specialiter delegatur ab Episcopo, & prælatis, & sic saluatur gloss. in c. prælectis dist. 25. s. quod habeat iurisdictionem delegatā in eo quod Episcopus sibi committat aliquem articulum de his quæ non veniunt in generali mandato quia si Episcopus postquam commisit generaliter Vicario officium, deinde separatim committeret sibi aliquid specialiter de alijs articulis, certe diceretur quantum ad istos habere delegatam iurisdictionem. Io. Andreas in Additt. ad Speculat. de offic. Vicar. §. & Lapus in c. licet de offic. Vicar. in 6. quos allegat & sequitur

5 Graffius vbi supra nu. 14. † Quare potest esse Delegatus Papæ eo magis quia constitutus est in dignitate. gloss. in Verb. delegatus in Clement. 2. de rescript. & ibi Imol. num. 18. Rebuff. in prax. tit. de Vicar. Episc. num. 4. Anton. de præt. de iurisd. ep. cap. 6 num. 51. Sbrozzius de Vicar. episc. lib. 2. q. 22. nu. 1. Cened. canon. qq. 18.

6 Ad cognoscendum autem quando quis sit Vicarius Generalis, & consequenter iurisdictionem ordinariam habeat, dic illum esse Generalem Vicarium, qui cum generali potestate residet in loco vbi Episcopus idem habet ordinariam, ita Sbrozzius de

Vicar.episc. lib.9. q.28.num.7.& 9. & possunt esse plures licet si alter ex illis sit aliquo modo principalior, illi soli censetur facta commissio generalis, & consequenter ille solus censetur esse Vicarius generalis gloss. in Verb. constitutum in c. quoniam de offic. deleg. Sanch. de matrim. lib.3. disp.19. num.31. & lib.8. disp.27. nu.76. Vgolin. de offic. & pot. Episc. c.4. §.6. nu.4. Morla in empor. iuris p.2. tit.2. in prælud. num.88.

7 Inter Vicarium vero Episcopi, & officialem hodie ex consuetudine nulla, nisi nomine, est differentia, ita de stilo Curiæ testatur Gonzal. ad Reg.8. Cancel. gloss.5.§.3. nu.8. Couarr. lib.3. var. cap.20. nu.46. Hieron. Paulus in pract. Cancellar. fol. mihi 7. & 8. Sbrozz. lib.1. quæst.2. num.10. & Ægyd. Bass. Flor. tot. Theol. V. Vicarius nu.6. in fine.

8 Nota tamen quod ad constituendum Vicarium Episcopi sufficit quod sit constitutus tantum in spiritualibus, nam concesso maiori cẽsetur etiam concessum quoad adminus. ita Marchesan. de commiss. p.1. c.6. Garz. de Benefic. c.8. nu.122. Et ideo Merolla disp. 7. c.7. dub.3. nu.22. dicit quod ad cognoscendum Vicarium Episcopi non est attendendum, an sit constitutus in spiritualibus, vel temporalibus, sed satis est quod sedeat, & iudicet in eod. tribunali iure illius episcopi; & sic nomine Episcopi venit etiam Vicarius, nisi aliter à iure exprimatur. Sanch. lib.3. de matrim. disp.29. nu.16. Garz. de benefic. par.5. cap.8. nu.12. Suarez to.5. in 3. part. disput.2. sect.3. nu.10. & Meroll. vbi supra dub.20. nu.196.

9 Secundo nota quod licet in generali mandato Vicarij adest Clausula dantes, & concedentes ei liberam potestatem; vel quod maius est. Constituimus te Vicarium vniuersalem cum facultate, & potestate vt omnia loco nostri efficere possis quæ nos possumus; attamen non censetur habere illa particularia, quæ ius commune disposuit non debere comprehendi nisi per speciale mandatum. ita ex Gloss. vlt. in c.2. de offic. Vicar. in 6. Molin. de iust. tract.5. disp.10. n.9. Vnde infertur, quod si fuerit dictum facultatem concedimus conferendi Beneficia, & ad omnia alia requirentia speciale mandatum, non intelliguntur concessæ vniones Beneficiorum; quia non potest fieri extensio de minori ad maius, notat Barbos. de potest. ep. part.3. alleg.54. num.17.

10 Quæres modo quæ sunt illa quæ speciale requirunt mandatum. Respondeo quod sunt quadragintanouem casus quos tradit Barbos. d. allegat.54. & summarie colligit in tract. de iur. eccles. lib.1. c.15. nu.20. Ego referam in gratiam DD. Vicariorum, licet non omnes ad rem nostram faciant.

11 Primo. Circa res Beneficiales Vicarius sine speciali mãdato nõ potest quæ sequũtur

1 Resignationes Beneficiorum c. quæsitum de rerum permut. vbi Doctores.
2 Collationes dd. Beneficiorum c. vlt. de offic. Vicar. in 6. vbi Doctores.
3 Vniones Beneficiorum Lotter. de re Benef. lib.1. q.28. nu.118.
4 Suppressiones, vel erectiones dictorum Beneficiorum Riccius decis. Neap. 140. p.1.
5 Coadiutorias Vicariorum Beneficiatis imperitis Trident. sess.21. Reform. c.6.
6 Erectiones nouæ Parochiæ Rota 28. April. 1625. coram Vbaldo.
7 Impositiones Pensionum super Beneficijs Sbrozz. de Vicar. lib.2. q.71. nu.4.
8 Translationes titulorum Ecclesiarum collapsarum, & mutationes status Ecclesiarũ Monet. de comm. vltim. volunt. c.11. num. 358. & Nald. V. Vicarius. num.1.

12 Secundo. Circa iuspatronatus.

1 Institutiones præsentatorum à Patronis; sed in practica obseruatur contrarium, vt notat Ganz. de benef. c.8. nu.84. seqq.
2 Constituere œconomos Ecclesiæ iurispatronatus nondum prouisæ ob patronorum discordiam. Sbrozz. q.53. nu.2. lib.2.
3 Suppressiones vel erectiones iurispatronatus, Riccius d. decis.140. p.1.
4 Reseruationes iurispatronatus ex causa dotationis vel fundationis alicui Rota per Farinacc. in recent. decis.337. nu.5. p.2. & decis.257. num.2.
5 Præstare consensum in Donatione iurispatronatus etiam quod adesset consuetudo in contrarium, nec præsumitur in hoc mãdatum in Vicario. Sbrozz. lib.2. q.147.
6 Translationes iurispatronatus in Laicum causa donationis Sbrozz. q.31. lib.2.
7 Præsentationes ad ius patronatum pertinentes ad Episcopum Paul. de Cittad. tr.

de

de iurepatron. part.6. quæst.41.

13 Tertio. Circa Dispensationes,& licētias.

1 Vbi Episcopus loco Abbatis est non potest concedere licentiam Monacho causa studiorum proficiscendi Abb. cons.88. nu.5.

2 Dispensationes Monitionum Matrimonij; sed contraria opinio verior est Barbos. de potest.episc. alleg.32. p.2. nu.29.

3 Licentia de audiendis Confessionibus, sed probabilior est in contrarium Sanchez de matrim. lib.3. disp.29. n.14.

4 Concessiones Indulgentiarum Sbrozz.lib. 2. quæst.4. num.3.

5 Relaxationes interdictorum Sbrozz.lib.2. c.185. num.2.

6 Concessiones dimissoriarum ordinandis; nisi Episcopo in remotis agente, & sufficit quod ista remotio sit inconueniens dd.ordinandis Barbos. allegat.7. nu.9. & Nald. V.Vicarius num.1. in principio.

7 Concessio Repræsaliarū Sbroz.q.165.n.1.

8 Concessio Monitorialium Barbos. de pot. episc. p.3. alleg.96. num.6. vbi late.

9 Absolutiones à reseruatis; & hic nota, quod quando ab Episcopo conceditur Vicario facultas absoluendi concedi etiam solet vt alteri possit delegare c.pen.de pœnit. in 6.

10 Et tandem Dispensationes omnes sine speciali mandato Azzor. lib.3.c.49.q.6.

14 Quarto.Circa ea quæ sunt ordinis Episcopalis,vel ad Episcopum pertinēt in specie.

1 Committere non potest alteri Episcopo etiam absente proprio exercendi ea quæ ordinis Episcopalis sunt si ipse Episcopus non est Rebuff. prax.episc. p.2. §.6.

2 Etiam si Episcopus fuerit præsens non poterit exercere ea quæ sunt ordinis episcopalis Franc.Marc. decis.548. nu.1. vol.2.

3 Visitare Diœcesim c.episcopum 10.q.1. & congregare Synodum. Azzor. lib.3.c.45. quæst.5. Nald. V.Vicarius num.1.

4 Absoluere ab irregularitatibus,& suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus ex Concil.Trident. sess.24.de reform. c.6. latè Barbos. p.2. alleg.

5 Exigere subsidium charitatiuum,Decimarum, Mortuariorum & syndatiuū Sbroz. lib.1. quæst.48.

6 Explorare voluntatem puellarum habitū Regulariū suscipiētiū Sbrozz.lib.2.q.208.

7 Alienare res ecclesiasticas in casibus quibus potest Episcopus,nec decretum interponere pro dictis alienationibus Sbrozz. lib.3. quæs.118.

8 Consensus seu authoritas in creatione dignitatis à Canonicis factæ Sbrozz. q.31. lib.2.

9 Cognitio causarum spiritualium episcopo deleg.Abb.in c.quoniā n.15. de off.deleg.

15 Quinto. Circa vltimas voluntates.

1 Interponere authoritatem ædificationi Monasterij per testatorem relicti Calder. cons.3. de offic.Vicar.

2 Executio piarum Defunctorum voluntatum; non tamen compellere executiones fideicommissarias, vel prorogationes temporis facere executoribus, ista enim potest etiam sine speciali mandato Monet. c.5. num.484.

16 Sexto. Circa ea quæ pertinent ad causas ciuiles.

1 Cognitio causarum Matrimonialium; sed opinio contraria verior est, & probabilior. vt probat Barbos. de pot.episc.par.2. allegat.32. num.29.

2 Disceptatio de causa restitutionis in integrū facit tex.in l.illud 25.§.1.ff.de minor.

3 Consensus, vt Metropolitanus cognoscat in principali negocio omisso appellationis articulo Sbrozz. loco cit. q.204.

4 Cognitio causarum feudalium Card. in Clement.1. nu.19. de offic.Vicar.

5 Authorizatio copiarū,vt eandē habeāt authoritatē cū originali c.fin.de fid.instrum.

17 Septimo. Circa ea quæ pertinent ad causas criminales,& faciunt ad propositum nostræ materiæ iudicialis;in quibus summopere aduertere debent dd.Vicarij pro deffensione eorum conscientiæ.

18 Primo igitur aduertant,quod causæ Criminales nisi specialiter ipsis commissæ fuerint, expediri ab eis non poterunt; vnde nec inquirere, nec corrigere, nec punire subditorum excessus;quia in ijs summopere requiritur electio personæ d.Episcopi cum respiciant bonum commune,quod est reformatio vitiorum,ita text.in c.2.de offic.Vicar.in 6. Cuch. tit. 8. de Vicar. n.17. Rebuff. in ad reg. 13. Cancellar. verb.aut Vicarius vers. notandum est. Iulius Clar. §. fin. quæst.40. num.3. Zerol. in Prax. Episc. part.1. Verb.

Vica-

facere, ad iurisdictionem vero pertinet solum iudicare Bartol. in d.l. imperium Panorm. vbi supra Alciat. lib.2. cap.9. & alij per Cagnol. in l.1.ff.de offic.eius.num.

3 101. Ex his sequitur quod in iudicium ordinarijs qui habent merum & mixtum imperium, nulla est limitatio iudicij in alijs vero qui habent tantam iurisdictionem, tanta limitatur eis facultas, sui potestas, quanta eis conceditur à iure siue à Superiore Principe ita Merolla Sacerdos Congregationis Oratorij Neapolis disp.9. de iurisd. c.1.tom.3.

4 Sic stantibus quæritur. Vtrum concesso Castro alicui Domino cēseatur semper concessa iurisdictio, & respondetur cum communi opinione affirmatiue quando tamen dictum Castrum habet iurisdictionem annexam, quia concesso principali censentur etiam concessa accessoria ad illum l.1.ff. de offic.præiud.Vrb.III. cum vrbem, & ibi Paul.de Cast.cons.77.vol.1.Iacobin.de inuestit.feud.4. Caspis.decis.28.n.36. Franc. de Ponte decis.2. Cancellar.nu.13. Menoch.de præsumpt.præsumpt.97.num.14.Riccius collectan.2411.Paris.cons.20.num.50. lib.1.

Si vero est dubium, an sit annexa dicta iurisdictio, respondetur etiam affirmatiue si concessio facta fuerit in parte quotatiua, quia in dubio melior est conditio possidentis: Villalobos comm opin. Verb. iurisdict.opin.262. Capiblanc.de auctorit. Baron.pragm.8.n.27.Meroll. d.disp.7. c.2. tom.2.q.1.& alios allegata, & concessa iurisdictione competunt omnia, quæ ad eam tuendam; & exercendam sunt necessaria, nam concesso fine censentur etiam concessa illa media, per quæ peruenitur ad finem, c.cum infirmitas extr. de pænit. cap. quoniam.de senten.excom.

5 Vnde infertur quod Episcopi cum ex ordinaria iurisdictione illis concessa cognoscunt etiam causas contra Laicos per bonorum apprehensionem, & personarum carcerationem, vt est text. in c. notandum 17. q.4. cum possit Episcopus in sua Diœcesi ea omnia quæ Papa in vniuersali Ecclesia potest exceptis, quæ pertinent ad vniuersæ Ecclesiæ statum, & quod Papa sibi specialiter reseruauit, vt notant Gambar.de offic. legat.n.10.n.466.Redoan.De Simon. ment. p.1.c.14.n.1. Sanch. lib.1.de matrimon. disput.62.n.3.dicendum quod necessariò habent familiam armatam ad tuendam, & exercendam d. iurisdictionem, vt tradunt communiter Doctores, & in specie Reuerendissimus Episcopus Sperel.in Decis.con.for. Eccles. decis.4. nu.8. & alij per Barbos. de iur. ecclesiast. lib.1.c.3.n.56. Io. Franc. Leo in Thesaur.for. Ecc.c.9.n.24.qui dicunt ita fuisse decisum sub Sanctissimo Pontifice Pio Quinto.

6 Secundo quæritur: Vtrū iurisdictione concessa censeatur etiam concessum imperium, respondeo distinguendo, nam si loquimur de iurisdictione Ordinaria, censetur etiam concessum Imperium, si de Delegata, & non censetur concessum, sicuti etiam habens Castrum in pignus, censetur etiam habere iurisdictionem, sed non semper Imperium, arg. l.eleganter §. fin.de pignor. & Action. Alb. Brunus cum alijs per Meroll. loco citato tom.3.nisi quando fuerit concessum vel tacite, vel expresse.

7 Tertio quæritur. Vtrum Princeps habens iurisdictionem metu extortam possit licite, & absque peccato iudicare, & respondetur affirmatiue. ita Cardin. in c.2. de his quæ vi. num.vnic. vers. quintus casus. Sanch. de Matrimon. lib.3. disput.39. num.13. cont. Azzor. p.1. lib.1. c.11. versic.tertius casus est colum.33.littera P. Lessius de iust. lib.2. c.17. num.37. vers. quintus iurisdictio & ratio est, quia generaliter ea quæ metu gesta sunt valent, nisi ius speciatim irritent gloss. in c.Abbas de iis quæ act. nec obstat text. in l.2. ff. de iudic. quia loquitur in casu speciali quando iurisdictio cōceditur, vel prorogatur, à partibus litigantibus Iudici alicui, cui alias non sunt dd. Partes litigantes subiectæ, illi qui metu extorquēt tunc enim talis iurisdictionis collatio est irrita, & gesta ex illa non valent. ita Less. vbi supra in fine; Et metus grauis non irritat actum de iure naturæ, quia non tollit voluntarium simpliciter; iure autē positiuo irritat, & sic irritantur acta à Iudice electo, vel prorogato per metum à partibus vt dixi secus autem à Principe habēte iurisdictionem metu extortam, cum in iure non reperiatur, & ita intellige quæ refert

fert Filliucc. tract.21. c.3. n.76. ex d. gloss. in d.c. Abbas de ijs quam & Nald. in Verb. metus n.4. Vide Bonacinam tom.2. de contr. disp.3.q.1. punct.2.§.3.n.3. vers. tertio loco qui citat Sanch. lib.3. de Matrim. disput. 39. & alios qui etiam dicit ex probabiliore sententia quod talis iurisdictio valeat ea ratione. s. quia nulla iuris dispositione probari potest iurisdictionem per metum extortam inualidam esse, exceptis aliquibus casibus vt absolutionis censuræ Prorogationis factæ à partibus litigantibus, & similium.

8 Si vero dolo sit extorta dicta iurisdictio tunc distingue; Si dolus aut error est antecedens dans causam concessioni licentiæ; & tunc dicta licentia nulla est; Cōcessio enim fuit inuoluntaria, nam error antecedens causat inuoluntarium ex D. Thoma, & alijs cum eo communiter; si vero est concomitans & tunc valida est Iurisdictio eo quod, licet non interuenisset talis dolus, adhuc licentia concessa fuisset; sed melius & securius est dicere tunc dolum & errorem irritare Iurisdictionem quando falsitas cōtingit circa qualitates intrinsecas ipsius Concessionis; in hoc enim casu vsurpans Iurisdictionem, & sic Iudicans fur dicitur & latro ita D. Antonin. p.3. tit.3. c.1. Merolla tom.3. disput.7. de Iurisd. c.1. n.249. qui &

9 alios allegat. † Et hic nota quod dicit idem S. Antoninus quod scilicet ille qui dominiū vsurpatum tenet, continuo permanet in peccato mortali, nec saluari potest, nisi restituat d. dominium cum omnibus redditibus vsurpatis, & reficiat damna in occidendis hominibus factis, licet illi fuerint digni morte, nam in hoc casu iudicandus est vt homicida c. si non licet 23. q.5. & in cap.2. col.6. cart. mihi 54. à tergo insurgat contra Confessarios qui absoluunt tales Principes vsurpantes Castra & dominia violenter propria temeritate, nā absolui non possunt nisi prius restituant.

10 An vero dicta iurisdictio præscribi possit, & dicta præscriptione acquiri. Et respondeo cum communi opinione, quod cum adest iustus titulus & bona fides præscribitur; nullibi enim hæc præscriptio reperitur excepta l. more l. Imperium & l. quia ff. de iurisd. omn. iudic. Canonistæ in c. quoniam ne præl. vices suas, & c. conquerente, & cum ab Ecclesiarum de offic. ordin. Balb. de Præscript. p.1. princ.2. q.3. Molin. tom.1. de iust. tr.2. disput.75. Fachin. lib.8. contr. c.23. Tusch. tom.4. litt. L. concl.345. & ea quæ possunt priuilegio acquiri, acquiruntur etiam præscriptione.

11 Quantum vero temporis requiratur ad d. præscriptionem; respondeo quod si est contra Principem requiritur immemorabilis; si vero contra priuatam, tempus 40. annorum, ita Paul. de Castr. in d. l. Imperium col. vlt. & Balb. ibi nu.13. Alber. nu. 40. Ias. nu.22. & alij communiter: Intellige tamen quod ipsi præscripsit vnam speciem iurisdictionis, non censetur præscripsisse aliam, vt si virilem non censetur criminalem, ita d. Paul. loco citato num.4. Balb. de Præscript. p.2. princ.2. num.22. Rosant. de feud. c.5. concl.118. litter. A. Sayr. de Censur. lib.1. c.6. n.30. Suar. eo. to.5. p.3. disp.2. sect.2. in fine.

12 Limita in iurisdictione obedientiali Ecclesiastica, quæ numquam præscribitur; nam iuri publico, & bono communi nocet, eo quod extinguit obedientiam ecclesiasticorum, vnde contra Episcopum non datur Præscriptio iurisdictionis in ijs quæ debitam obedientiam illis iure communi debitam exigunt, etiam ex consuetudine immemorabili c. cum non liceat de præscript. vbi Gloss. & Doctores. Balb. de præscript. 1. part.5. à nu.91. Peregrin. de iur. fisc. lib.6. tit.8. num.9. Barb. de pot. episc. part.3. alleg.128. num.1. Secus est in alijs iuribus Episcopalibus quæ simul cum iurisdictione, & territorio præscribi possunt ab inferioribus, vt probat text. in c. auditis, & in c. de quarta, & in c. cum olim de præscript. Abb. in c. cum contingat. nu.11. de for. compet. Rota per Farinac. decis.324. num.12. p.1. recent. & p.2. decis.243. nu.9. Et hoc non solum priuatiue quoad Episcopum, sed etiam cumulatiue, vnde si solus possedit, & vsus est iurisdictione, Episcopo, contra quem præscribitur, intra tempus immemorabile cessante, priuatiue præscribit; si vero non possedit solus, sed Episcopo intra id tempus iurisdictionem eamdem exercente, accumulatiue præscribit; nec huic acquisitioni accumu-

cumulatiuæ aduersatur vsus illius contra quem præscribitur, ita vt dicatur Præscriptio interrumpi, nam hoc procedit in priuatiua; in Cumulatiua autem stare potest vsus alterius, ita vt locus sit præuentioni. Abb. in c. auditis num. 14. de præscript. Roland. cons. 439. num. 11. lib. 3. Couarr. in c. Alma mater. p. 1. §. 13. num. 3. Farinacc. in Rotæ decis. recentior. p. 2. decis. 30. num. 3. & decis. 33. num. 1. Vide tradita à Barbos. d. p. 3. alleg. 127. num. 18.

13 Quarto quæritur, vtrum iurisdictio concessa præsumatur in dubio quod sit ordinaria vel delegata? Et respondeo distinguendo, aut conceditur à lege, aut ab homine si à Lege, & semper præsumitur ordinaria, nisi expresse loquatur de delegata, quia verba legis interpretantur semper in ampliori, & excellentiori modo, ita gloss. in l. & quia ff. de iurisd. omn. iudic. Specul. tit. de Inquis. §. impugnatur nu. 25. Peder. de Sen. cons. 130. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 36. num. 2. & alij quos refert Menoch. de præscript. lib. 2. præscript. 16. nu. 8. Et concessio debet intelligi in fortiori significatu l. 1. §. qui ff. si ag. Vestig. Si vero conceditur ab homine; & tunc si à Principe Superiore, & commissio fit sub nomine officij. s. Gubernatori, Vicario an &c.; & intelligitur de ordinaria sic Doctores comm. Menoch. vbi supra quibus adde Couarr. var. lib. 3. c. 30. num. 6. in princ. lat. nu. 9. in fine; Barbos. de pot. Episc. p. 2. alleg. 35. nu. 15. pag. mihi 404. si ab inferiore conceditur & tunc censetur delegata; quia iurisdictio ordinaria non potest dari nisi à iure, vel à Principe non cognoscente Superiorem, ita Roman. cons. 318. & alij per Merollum d. to. 3. c. 2. q. 3. disput. 7.

14 Nec obstat dicere, quod si iurisdictio concessa est ordinaria sequitur quod eadem sit circa duos in solidum. s. circa Principem, & circa officialem cui à Principe conceditur; & certum est, quod duo in solidum eamdem rem possidere non possunt c. licet causam de probation. cum citatis per Gomez. ad l. 45. Tauri num. 99. Ghilchet. de præscript. p. 1. c. 6. nu. 205. Tusch. tom. 6. litt. P. conclus. 429. quia respondetur hoc esse intelligendum, quādo duo possident eamdem rem insolidum eod. modo, eodemque respectu, sicut dicit text. in d. c. licet vers. ex præmissis, & notauit gloss. verb. eodem modo post gloss. magnam in l. 3. §. ex contrario in fine, ff. de acquir. poss. quam sequitur Bart. nu. 8. Alex. nu. 28. Ias. 41. & Tusch. nu. 9. loco citato; vnde sequitur quod possit iurisdictio ordinaria residere apud Principem, & hæc naturaliter & principaliter; & secundario in exercitio & comissione legis apud eius officialem, ita Barbos. d. p. 3. allegat. 54. num. 39.

15 Hic quæritur qui nam sit legitimus Iudex causæ feudalis. Et respondeo distinguendo; Aut lis est inter vasallos, aut inter Vasallum, & extraneum, item aut est inter Vasallos laicos, vel inter Vasallos Clericos; vel est de Feudo, vel de alijs. Si lis est inter Vasallos laicos non inuestitos à Principe, & lis est de Feudo videlicet quis illorum habeat ius in feudo, & tunc Iudex competēs est Dominus feudi; quia Dominus feudi constituitur Iudex à iure; Si vero lis est inter Vasallum laicum, & alium extraneum, & tunc Iudicium pertinet ad Iudicem ordinarium loci, sicuti etiam si lis est inter Vasallum & Dominum feudi de re non feudali; quia lex feudorum non confert hanc potestatem Domino feudi, vt dicit Bal. lib. 2. feud. tit. 55. Quando autem est inter Vasallum Clericum, vel Clericum extraneū, & Vasallum Laicum, & tunc licet sit magna controuersia inter Doctores; attamen communior est, posse cognosci à Domino feudi etiam Laico quia tunc Clericus constituitur laico subiectus non tamquam persona Ecclesiastica, sed tamquam Vasallus ab eo constitutus, & lex feudorum approbatur à Summo Pontifice. c. cœterum de iudic. c. verum de for. comp. lex autem feudorum est, vt lis de re feudali inter vasallos à Domino feudi dirimatur, ita Azzor. p. 3. lib. 10. c. 16. quæst. 11. Bonacin. tom. 2 disp. 10. q. 2. punc. 1. §. 4. num. 4. siue agatur de petitorio siue de possessorio S. Antonin. p. 3. tit. 9. c. 2. §. 3. Tolet. lib. 5. c. 56. Sayr. in Clau. Reg. lib. 12. c. 9. nu. 4. Reginald. in Praxi. tom. 1. lib. 9. nu. 351. Marta de iurisdict. p. 4. cas. 89. nu. 5. Si autem lis est de alijs rebus non vero de Feudo, tunc non pertinet ad Dominum cognoscere, sed ad Iudicem ordinarium loci Bald. d. lib. 2. de feud.

feud.tit.55. Clar.quæst.90. & Filliuc.to.2. tract.36. c.10.quæst.11. num.202. cum Azzor. tom.3. lib.8. q.11.

16 Nota vero, quod quando Domino volente cognoscere inter Vasallos vnus excipit negando se esse Vasallum, tunc Iudex ordinarius cognoscere debet de veritate, & postquam probatus fuerit, causa de feudo decidenda est à Domino, vt dicunt supra citati Doctores cum Bonacina vbi supra.

17 Si vero inter Vasallum, & Dominum feudi oritur lis super rem feudalem, & tunc est dirimenda per pares Curiæ; idest per Vasallos eiusdem Domini vocatos; modo de hoc inter se cõueniant tam Dominus quam d. Vasallus litigans; quod si non conueniãt; vel pares Curiæ congregari nolint, & tunc Dominus potest certum numerum eligere, & compellere Vasallum collitigantem ad eligendum totidem numero, & non plures, nec pauciores; quando vero non adsunt Pares Curiæ, vel sunt suspecti; lis dirimenda est per iudicem ordinarium loci; At quando Dominus est suspectus, lites dirimendæ sunt per dd. Pares Curiæ, ita Bald. d.l.2. feud. tit.15. 16. 20. & 55. quem refert & sequitur Bonacin. de contract. disp.3. q.8. punct.7. §.9. Azzor. vbi supra quæst.7. ex Abb. quos refert & sequitur Filliuc. d. to.2. tract.36. c.10. quæs.11. num.202. verb. septimo.

18 Nota secundo, quod si Vasalli inuestiti fuerint à Principe. s. Rege vel Imperatore cognitio causæ pertinebit ab ipsos, vt cum Bald. loco citato notat Bonacin. d.§.9.

19 Nota tertio, quod si Dominus feudi nolit aut non possit iudicare pertinebit ad Ordinarium Iudicem loci dictum iudicium, sicuti etiam, quando Pares Curiæ nolunt vel non possunt; nam hic casus non est comprehensus in lege feudorum concedente domino directo facultatem iudicandi; & sic consequenter videtur dicta potestas relicta Iudici ordinario. Casus enim omissus semper intelligitur relictus dispositioni iuris communis c. susceptum de rescript. in 6. quod & obseruãdum est circa formam procedendi in d. Iudicio circa causas feudales; nam seruandum est ius ciuile in omnibus præter illa quæ in contrarium præscripta sunt in dicta materia feudali à iure, vel consuetudine recepta, ita Azzor. d.p.3. lib 10. c.20. quæst.1. cum alijs relatis à Bonacin. d. tom.2. disp.3. q.8. punc.7. nu.2. in fine.

20 Aduerte tamen quod si Dominus feudi, qui non vult aut non potest iudicare est Ecclesiasticus, & agatur de feudo ecclesiastico, Iudex competens non est ordinarius loci, sed superior Ecclesiasticus, vt est Archiepiscopus respectu Episcopi; quia negligentia Iudicis Ecclesiastici nõ est supplenda a Laico, sed ab Ecclesiastico, ita gloss. in c. verũ de for. compet. Filliuc. d. tr.36. c.10. n.202. Azzor. d. lib.10. c.19. quæsit.7. & Bonacin. num.1. vers. dixi. Barbos. de pot. episc. p.3. alleg.126. num.6.

21 Sexto quæritur cuius Iudicij sit interpretare legem secundum Epicheiam, quod est æquitatem? Et respondeo, quod in foro Iudiciali solis Principibus, & Iudicibus supremis non autem alijs Iudicibus priuatis; Doctrina D. Thomæ 1.2. q.96. art.6. & probatur in text. l.1. C. de legibus. Et ideo solis Tribunalibus, & Concilijs supremis, licet præferre æquitatem rigori iuris scripto, & secundum eam interpretari c. fin. de translat. & l.1. §. item Varus in fine. ff. de aqua pluu. arcend. Et ratio est, quia Epicheia seu æquitas nihil aliud est quam mitigatio & interpretatio legis scriptæ ex aliqua circunstantia rationabili personarum, rerum, ac temporum, vt docet Couarr. in reg. Possessor 2.p.§.6.n.3. & eius est interpretari cuius condere c. inter alia de sent. excom. l.1. C. de legibus. Vide tradita à Io: Valer. de different. Vtriusque for. V. inquisitio. different.1. num.1. cui adde Dian. p.3. tr.4. res.22. & 23. cum DD. per eum, & Ægyd. Bass. in Flor. tot. Theolog. V. Epicheia num.1. & seq.

22 Peccaret tamen Princeps si parte ius petente contra aduersarium non administraret Iustitiam; Iudex enim non debet esse clementior lege, §. oportet in Auth. de re iudicat. Aduerte autem in vno casu licere Principi supremo etiam instante parte non damnare ad mortẽ eum qui illam meretur, videlicet quando persona, quæ debet condemnari esset multum vtilis Ciuitati, vel Reipublicæ, tunc enim data satisfactione parti læsæ potest alteri donare vitam ita Reginal. Præfat. for. pænitent. lib.20. sect.2. n.66.

lisput.10.sect.8.num.8. & sect.8. nu.38. & Reginald.lib.13.num.17. & Dian. p.3.tr.6. Ref.91.

Ad cognoscendum verò, quando dictæ leges obligent sub mortali aduertendũ esse puto intentionem legislatoris iuxta grauitatem, vel leuitatem materiæ, in materia.n. graui cẽsetur obligare sub mortali Sot. lib. 1.de iust.q.6.art.4. Valent. p.2.disp.7. q.5. punct.6.§.3.Sayr.Clau.Reg.lib.3.c.7. n.29. Becan.tract.1.cap.6.q.3.n.11.& 16. Regin. lib.13.c.177. Bonac.de leg.disp.1. quæst.1. punct.7. §.4.n.1. Filliuccius tract.21.c.11. quæsit.7.n.42.Paul. Laym. lib.4.tract.3. c. 14.nu.2.In qua materia graui debent esse etiã adiũcta. Verba præceptiua, vt iubemus, obligamus, mandamus, stabilimus, ordinamus, iniungamus; vel Imperatiua caueant, audiant, faciant, vel similia.Salas de leg.disput.10. sect.9.n.29.31.& seq.& alij multi per Bonacin.eo.tit.n.4.& seqq.Vel sub pœna graui corporali vel temporali, quia pœna proportionari debet delicto vnde si est pœna grauis conijci debet delictum etiam esse graue,& sic peccatum mortale,ex Doctr. D.Thom. sup. in lib.1. à me adducta deff.1.c.4.Clau.Reg.loco citato,n.25. Suar. lib.3.c.26.n.4. Zambell. resolut.cas. consc. V.lex.n.1. Vide Ant.Cotton.in sum. Dian. V.lex.n.37. seqq. & nouissime P. Bassæum verb.lex 4.n.3.seqq.qui ponit quinque Regulas ad cognoscendum an obligent sub peccato mortali omnino videndum.

31 Si verò potest comprehendi quod non adsit culpa grauis etiam quod adsit pœna grauissima,& trasgrediatur cũ cautela, & sine multo periculo,nõ videtur peccare mortaliter trãsgressor licet videatur se exponere graui periculo,vt à simili habemus in irregularitate ex defectu lenitatis; diligentia etiam exterior absque malitia intrinseca operis excusare videtur operantem, namque qui facit quod in se est,ad nihilum tenetur Nauarr.in Man.c.23.nu.53.& 57. Filiar. de offic. Sacerd.tom.1. p.3. lib.3. cap. 3.dist.4.Zambell.d. Verb.lex.n.9.& Bonac. loco cit.n.5.

32 Quomodo debeat fieri vt cognoscatur, quando sit materia grauis, vel leuis dicunt Bonaccin.à num.14. non posse dari certam Regulam, sed iudicio prudentis viri esse relinquendum, qui considerato fine legislatoris, circumstantijs, & modis iudicabit an possit dici materia grauis, vel leuis; vt verbi gratia in asportandis frumentis extra statum, considerata penuria, diligentia,vel distantia locorum potest esse mortale,quod alio tempore, & loco forsitan non iudicabitur peccatum. Vide Suar.d.lib.3. c.25.n.4.& 7. Vasquez,& alij, per Bonacc. vbi sup. n.5.

33 Aduerte tamen quod lex pœnalis non extenditur ad casum de casu, quia dicta lex pœnalis semper in benigniorem partem est interpretanda, quod non esset si posset extendi Gloss. in cap.pœnis, de reg.iur. in 6. Molin.tract.2. de iust. disput.136. Zambell.d.V.lex.n.6.

34 Secundo aduerte quod lex temporis non est obseruanda, nisi sit in tali lege aliqua istarum propositionum in,ad,per, post; aut sit lex pœnalis Gloss.in Verb. omnia, & singula in cap. vt circa de elect. in 6. Tusch. tom.2.concl.296.num.8. & 19. Torell.dub. regul.Verbo,annus per totum, & Zambell, d.Verb.lex.n.8.

35 Tertiò aduerte quod lex non est sub peccato obseruanda quando non obseruatur à maiori parte Communitatis licet ab aliquibus obseruetur, quia præsumptio stat pro possidente ita Rodriq. tom.1. quæst.6. art. 10. & 12. Vnde transgredientes illam ad nihilum tenentur etiã quod primi transgressores nullã habuerint causam rationabilem transgrediendi Sayr.lib.3. cap.7. nu. 11.seq. cum Nauarr.in cap.25.num.50.Les. lib.2.cap.22.dub.13.num.98.Becan.in sum. p.2.tract.3.cap.6.7.8.n.2. Dian.par.1. tract. 10.resol.1.

36 Ad cognoscendum verò quando lex fuerit ex contraria consuetudine abrogata sufficit tempus decem annorum ab inobseruatione ac principio legis publicatæ, quando tamen à principio non fuerit in viridi obseruantia, sed si à principio fuerit obseruata, sed tractu temporis fuit transgressa tunc requiritur spatium quadraginta annorũ, Azz. Inst.Moral.p.1.lib.5.c.4.vers.Tertiò quæritur,qui citat Felin.Imol.Cou.Cald.Abb &

37 alios qui ẽt distinguit inter desuetudinẽ, & non vsũ legis siue consuetudinẽ legi contrariã;nã primi inducentes consuetudinem

R contra

nihilominus regulariter non potest; est enim contra ius naturale, vt quis non auditus, nec deffensus damnetur Clem. pastoralis. §. cæterum de sent. & re iudic. Quod valde notãdum est pro deffensione propriæ conscientiæ à Proregibus & Gubernatoribus supremis ne illaqueent animas, & se exponãt maximo periculo peccandi, ita Azzor. p. 2. lib. 11. c. 7. ex doctrina D. Thom. 2. 2. q. 67. art. 1. cum Caiet. Verb. homicidium quibus adde Io. de la Crux in Direct. Consc. p. 1. pr. 8. ar. 1. dub. 2. contr. 3. cum aliis relatis per Dian. p. 3. tr. 5. resol. 98. vbi etiam aliquas limitationes ponit quas ex antecedentibus meis dictis facili colligere poteris. Vide Bass. in Flor. tot. Theol. V. Iudex n. 8. vers. Iudæi suppressus.

44 Quando vero Princeps possit castigare Ambasciatores, Legatos, Nuncios, & famulos eorum. Vide Dian. p. 6. tr. 8. resolut. 2.

45 Decimo quæritur; Vtrum Princeps dispensans in lege siue iusta causa peccet? Et respondeo quod licet dispensatio facta à Principe sine iusta causa valeat quia tale ius nullam aliam vim habet obligandi, quã ex voluntate legislatoris, vt communiter tradunt DD. quos refert Couarr. 4. decret. p. 2. c. 6. §. 9. nu. 10. & sequitur Sot. lib. 10. de iust. q. 7. art. vlt. & cum eo Aragon 2. 2. q. 89. art. 9. Ledesma 2. 4. q. 427. art. 2. Ios. Angles in Flor. Theolog. p. 1. tit. de ieiun. q. 5. dub. 2. Vera Crux p. 2. spec. art. 27. Filliuc. to. 2. tr. 21. quæst. 13. c. 11. nu. 427. Castro Pal. tom. 1. tract. 3. disp. 6. punct. 8. §. 1. nu. 1. Sancius in select. disp. 54. nu. 38. Molfes. in summ. tom. 1. tract. 10. c. 4. num. 51. Granad. p. 2. contr. 7. tract. 3. disp. 7. sect. 3. nu. 26. Valent. tom. 3. disp. 5. q. 3. punct. 2. Attamen iste Princeps peccabit peccato imprudẽtiæ, & infidelitatis; nam potius vt inquit D. Bernard. lib. de dispensat. & Præcept. isti vocari debent Dissipatores legis, quam dispensatores; immo in legibus grauibus, & multum conducentibus ad bonos mores, & vtilitatem communem, peccabũt mortaliter, quia maxime iniuriosum est Reip. & destructiuum boni communis, & valde scandalosum dispensare in talibus absque iusta causa, quæ omnia sunt mortalia in genere suo, ita Caietan. in Summul. Verb. Dispensatio. Armill. co. n. 13. Couar. vbi sup. nu. 7. & Sanch. lib. 8. de Matrim. disp. 18. n. 7. qui licet ibi dicat esse peccatum veniale, tamen se retractat. in lib. 5. consil. moral. c. 1. dub. 5. n. 6. & dicit quod plus placet dicere quod sit mortale ex genere suo in rebus grauibus quod colligitur etiam ex Doctrina D. Th. 2. 2. q. 97. art. 3. vbi Caiet. Aragon. & alij quibus adde Sot. 1. de inst. q. 7. art. 3. Nauarr. c. si quando. de rescript. except. 8. nu. 13. Sayr. de Censur. lib. 3. cap. 10. n. 11. Henriq. in Summ. lib. 12. c. 3. n. 6. Suar. de legib. lib. 6. c. 19. n. 6. Sayr. in Clau. Reg. lib. 3. n. 4. Paul. Laym. Theol. mor. tr. 4. c. 22. n. 13. Azzor. instit. mor. p. 1. lib. 5. c. 15. quæst. 3. Bonac. de legib. disp. 1. q. 2. punct. 3. nu. 1. vers. addo Legislatorem Gordon. in Summ. lib. 2. q. 15. c. 5. n. 1. Gonnad. in p. 2. contr. 7. tract. 3. p. 2. disp. 17. sect. 3. n. 24.

46 Aduerte tamen quod in lege sui Prædecessoris vel sui subditi valde potest dispensare etiam sine causa, quia est legitimus Superior, & gaudet eodem iure quo legislator, ita Sanch. loco cit. nu. 28. Salas de legib. disp. 20. sect. 4. nu. 43. vers. idem est. Nauarr. Prælud. 9. n. 15. & Bonacin. vbi supra nu. 3. Et idem dicendum est in abroganda lege, vel interpretanda. In hoc enim sufficit voluntas Principis ad quem spectat etiam suas leges interpretare. ita Filliuc. loco cit. nu. 436. & 438. Suar. de leg. lib. 6. c. 10. n. 2. Clau. Reg. lib. 3. c. 10. nu. 5. & 6. P. Ægyd. Bass. Flor. tot. Theol. V. dispensatio. num. 2.

47 Secundo aduerte, quod quando non constat de iniustitia causæ, semper præsumendum est esse causam iustam, nisi esset dispensatio in lege diuina; quia in dubio iudicandum est pro superiore c. si quid. 23. q. 1. c. in præsentia de renunciat. DD. citati per Couarr. vbi sup. nu. 9. cum Palacios 4. dist. 15. dip. 28. Turrecrem. c. 1. dist. 89. nu. 14. Merolla to. 2. disp. 4. cap. 6. dub. 23. diffic. 1.

48 nu. 307. Quod idem dicendum est de Principe quando dubitat de iustitia causæ, an. s. dispensare possit, nam in dubio præsumendum est habere vtramque partem probabilem, & sic posse eligere quã sibi placuerit; ideo intellige de dubio speculatiuo, non practico, nam qui in causa dubia dispensat debet practice iudicare licitum sibi esse in tali casu dispẽsare, ita Sanch. in summ. to. 1.

ius diuini in cuius incremẽtum,& promotionem redundare debet dicta dispensatio Rodriq. reg.9. quæst.22. art.5. Reginald. lib.13.n.192. Salas disput.208.nu.75. Suar. verb.dispensatio n.3.& alij communiter ex doctrina D.Th. 2.2.q.63.art.2.& quæst.67. art.4. Quæ omnia iuxta qualitatem temporis, loci,& personarum arbitrio boni viri, vt dixi iudicanda sunt Azzor. vbi supra quæst.8. Filliuc. tract.10.c.10.nu.315. quibus adde nouissime Dian. part.8. tract.3. resol.7. & P. Ægyd. Bass. V. dispensatio nu.16. Et sufficit quod dd.causæ etiam sint iustæ dubie speculatiue, vt supra dixi non autem practice, ita Meroll. tom.2. disp.4. c.6.dub.23. diffic.1.num.307. Sanch. lib.4. Summ. c.45. num.10. Palac. in 4. dist.38. disp.3.

56 Secundo quæres an posita iusta causa debeat Princeps semper dispensare. Et respondeo quod quando necessaria censetur dicta dispensatio,ad publicum bonum Reipublicæ,aut ad priuatam vtilitatem spiritualem petentis,tunc obligat superiorem ad dispensandum & iuxta iniuriam,quam facit d.bono publico,vel priuato spirituali peccat; si vero non adsint d. circumstantiæ, & tunc quia est dispensatio non debita sed gratuita, & appellatur Indulgentia, gratia,& misericordia,non peccat,quia gratiæ & indulgentiæ sunt dona libera, ita Sanch.disp.20. de matrim. sect.7. num.70. Suar. lib.6. c. 18. num.19. Laym. lib.1. tract.4. c.22. nu. 10. Sal. disp.20. sect.8. num.75. & alij per Bonacin. loco cit. cui adde Sancium in Select. dip.43. nu.8. Amic.tom.5.disp.6.sect. 6. num.78. seq. & Granad. in p.2. contr.7. tract.3. sect.3. num.23. citatos à Diana d. resolut.7. & resolut.28. ex textibus in c. quanto à nobis. 2.q.4. ibi,debita,& c.didici 1.q.7. & c.Apostolicæ de Cler.excomm. & c. licet de elect. in 6. vbi dispensatio vocatur gratia.

57 Sed hic aduertant Superiores ad deffensionem propriæ animæ, vt se æquales omnibus regulariter exhibeant, ne ex personarum acceptatione faciant oriri scandalum quæ saltem est contra Iustitiam distributiuam, & impedit eius decorem vt aduertit Ægyd. à Coninch. de Sacram. tit. de matrim. disput.27. dub.6. num. 59. in fine cart. mihi 772. & alter Aegyd. Bass. V.dispensatio num.17.

58 Tertio quæres an inferior possit dispensare in lege sui Superioris. & Respondeo negatiue nisi in ijs casibus. Primo in pœnis à iure latis nisi superior sibi reseruauerit;secundo ratione consuetudinis præscriptæ, quia in hoc adest tacitus consensus superioris; tertio ratione grauis necessitatis, vel frequentis, & non potest de facili adire superiorem; & quarto ratione leuis materiæ, ita ex Silu. V.dispensatio. Caietan. p.2. q. 97. art.4. Sot. lib.1. de Iust. q.7. art.3. Azzor. d.c. 15.quæst. 7. quos allegat Filliuc. tractat.21. cap.11. num.437. quibus adde Valent. disp.7. q.5. punct.9. Medin. tom.1. qq. regular. quæst. 22. artic.9. Granad. in par.2. D. Thom. controu.7. tract.3. p.2. disput. 17. sect.1. num.5. Sal.de leg. disput.20. sect.3. num. 22. Gordon. in Summa lib.3. q.13.ca p.3. num.2.

59 Adde alium casum, scilicet quando materia legis non est communis sed propria solum illius communitatis, vt nullo modo conueniat alijs. Ratio est, quia ea quæ sunt magis nota, & perspecta Inferiori, vt est Gubernatori, quam supremo Principi melius ipse quam superior poterit de ijs iudicare, tum etiam quin cum ea lex sit lata solum propter commodum & vtilitatem particularem talium subditorum, videtur Superior tacite relinquere relaxationem illius inferiori cui specialiter incumbit eorum subditorum gubernatio, ita Caiet.med. Valent. Sot. Azzor. & alij per Dian. p.8.tract.3.resol.12.cas.3. Sed aduerte quod si adeo notabilis est,quod requirat particularem inspectionem; semper est consulendus superior vt notat P. Amic. tom.5. disp.6. sect.4. num.57. vers. quarto circa ea,qui & citat Caietanum; & cum refert Dian. loco citato vers. & tandem nota in fine. † vbi etiam dicit hanc

60 potestatem inferiorem debere dici potius ordinariam quam delegatam,vnde possunt illam alijs delegare. ita etiam Suar. lib.6. c.14. in fine. Basil. cap.6.num.8.lib.8. Rodriq. tom.1. qq.Reg. q.22. art.11.circa fin. Castr.Palaus.tom.1. tract.3,disp.6. punc.1. relati à Diana loco citato.

Sed

teneantur etiam ad alias leges, non ex præcepto obedientiæ, sed ex præcepto charitatis vt dicunt comm. Doctores; tamen Principes sæculares nullam prorsus habent in iudicando potestatem erga dd. Ecclesiasticos nec mediate, nec immediate vnde dd. Principes vocantur non Domini ecclesiarum, sed Patroni, & deffensores & tenentur curare de remedio apud legitimum Iudicem in earum necessitatibus, dũ dd. Ecclesiastici negligunt, vt dicit Azzor. p.1. lib.5. c.14. q. vlt. cart. mihi 523. Bonac. tom.3. disp.1. quæst.16. sect.1. punct.5. nu. 13. & Diana part.3. tract.1. resolut. 25. cũ alijs per eos allegatis.

68 Hinc infertur grauiter peccare dd. Principes si per se ipsos, & sine Priuilegio Papæ nituntur conuocare Episcopos, vel ecclesiasticos pro bono communi etiam Ecclesiarum, cum solum valeant & debeãt hortari; inuitare & persuadere vt congregentur Azzor. vbi supra quæst. vlt. Dian. d. p.3. tract.1. resol.27. Bonacin. de legib. tom.2. disp.10. q.2. punct.1. §.1. nu.14.

69 Secundo infertur non posse Principes sæculares cogere ecclesiasticos ad residẽdum sed solum monere summum Pontificum, vt curet cũ illis ecclesiasticam disciplinam & multo minus possunt cogere ad recipienda officia sæcularia; & si Papa concesserit licentiam, non possunt res delinquentes in dd. officijs punire ita Less. lib.2. de Iustit. c. 34. dub.29. n.153. Barbos. de potest. episc. p.3. allegat.53. nu.17. Squillant. de priuil. Cleric. cap.7. dub.3. n.87. & de communi Doctorum doctrina testatur Dian. p.1. trac. 2. de Immunit. resol.18. Bonacin. de legib. loco citato n.24. Ricc. in Prax. aurea tom. 2. resol. 513. n.2. Barbos. in Collectan. to.1. lib.3. tit.50. c.2. n.4. Mart. de Iurisdict. p.4. centur.2. cas.127. num.5 Zanard. Director. Confessor. tom.3. c.50. in fine.

70 Tertio infertur non posse expellere ecclesiasticos à suo Dominio quolibet prætextu etiam perturbationis status sine licẽtia Papæ, quia Clerici habent à Deo posse habitare vbique terrarum pro exercendis ecclesiasticis muneribus iuxta illud Euangelij euntes prædicate Euangelium, &c. vt bene notat Dian. qui & alios refert in p.4. resol.1. tract.3.

71 Quarto infertur non posse Clericos facinorosos, & incorrugibiles ad summum Pontificem mittere cum processu Criminis, quia hoc mostratur quid Iurisdictionis saltem indirecte, ita Doctores per Dianam part.5. tract.1. resol.5. Surd. cons.301. num.38.

72 Quinto infertur non posse inhibere iudicibus, ecclesiasticis, ne aliquem excommunicent, nisi prius illis ostendant eamd. excommunicationem, hoc est enim contra Tridentinum sess. 15. c.3. ita notat P. Diana acerrimus propugnator Immunitatis ecclesiasticæ in p.4. tit.1. resol.9. & resolut. 98. §. ex his. Sicuti etiam retinere Bullas in Cãcellaria, & recognoscere de nullitate illarum; nã hæc omnia violant ecclesiasticam libertatem cũ iurisdictio examinandi sit spiritualis, & pertineat ad ecclesiasticos id. Dian. p.5. tract. 1. resol.12. & alibi.

73 Sexto infertur non posse se intromittere ad cognoscenda, & arcenda grauamina illata Clericis a Iudice Ecclesiastico, cum examinatio processus sit actus iurisdictionis quomodocumque fiat siue iudicialiter, siue extraiudicialiter, non enim debet concedi per vnam viam, quod denegatur per aliam, nec obstat dicere hoc fieri ad repellendam violentiam, quia respondeo quod d. violentia numquam præsumitur in facto superioris; & ad vim repellendam debet seruari moderamen inculpatæ tutelæ quod sic non obseruatur, cum oppressus posit cum minori damno recurrere ad superiorem ecclesiasticum; quam se submittere sæculari, immo non potest præsumi oppressio nec prætendi violentia, quia si turbetur vel spolietur possessione; habet remedium restitutionis c. 1. de restit. spoliator. & tandem si omnino oporteret oppressionem pati, minus malum foret sua oppressio, quam Violatio Ecclesiasticæ libertatis, quæ est contra bonum commune, nec in hoc valet consuetudo quæ potius est desuetudo, & corruptela, nisi adsit priuilegium, ita DD. per Barbos. de iur. ecclesias. lib.2. c. 29. §. 2. num. 185. & nouissime. Anton. Cotton. in sum. V. consuetudo nu.2.

74 Aduerte tamen quod si non posset adiri in casibus supradictis ad superiorem ecclesiasticum

80 Vndecimo infertur non posse Principes minuere, vel tollere priuilegia Ecclesiæ, & ecclesiasticis concessa, etiamsi originem ex illorum largitate habuissent; vel reuocare concordata cum Papa, quia omnes hæc lædunt immunitatem, non transierunt in ius alterius in quem amplius non manet potestas cum non sit subditus concedentis, vt ex communi Doctorum sententia docet Felin. in c. ecclesia S. Mariæ nu. 97. de constit. quem sequuntur Azzor. to. 1. lib 5. c. 13. Baldell. disput. Theolog. lib. 5. disp. 35. nu. 17. Gueuar. Propugnac. libert. eccles. assert. 1 §. 7. nu. 33. Bellarm. in respons. ad duos libell. fol. 55. Gonzal. de leg. Polit. lib. 1. c. 3. n. 12. Suar. contra Reg. Angl. lib. 4. cap. 34. nu. 11. & num. 24. qui & alios allegat Hurtard. de iust. disp. 11. diffic. 15. Sal. de legib. disp. 14. sect. 11. nu. 121. Amic. to. 5. de iust. disput. 9. sect. 5. nu. 140. Less. eo. lib. 2. c. 33. dub. 4. nu. 35. Axzor. p. 1. lib. 5. cap. 13. q. 5. Et Eminentissimus doctrinæ, & dignitatis Card. Lugo de iust. to. 1. disput. 36. sect. 7. nu. 101.

81 Duodecimo infertur non posse Principes laicos inducere per leges etiam quoad suos subditos impedimenta dirimentia matrimonium; quia solius ecclesiastici iuris est huiusmodi impedimenta constituere c. tuam de ordin. cognit. c. accedentibus de excess. Prælat. Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 3. num. 1. & 3. vbi vigintiocto Doctores enumerat cum D. Thoma; Dian. tract. 1. part. 7. resol. 23. vbi addit alios trigintatres Doctores omnino videndus.

82 Vltimo non desinam admonere dd. Iudices supremos ad deffensionem eorum conscientiæ vt summopere iustitiam colant, in qua Regna conseruantur, & permanent iurisd. Monarchiæ vt dicit Spiritus sanctus Prou. 25. & firmabitur iustitia tronus eius, & sciant hanc esse primam, & magis principalem Principum obligationem. iustitiam seruare sua cuiusque iura dare, & facere iudiciũ vt dicitur Reg. 3. c. 10. vers. 9. Videant adnotata a Tullio lib. 2. offic. Petr. Gregor. lib. 6. de Repub. c. 6. nu. 4. Molin. de iust. tom. 2. disp. 661. nu. 4. Io. Salg. de leg. Reg. Portugall. discurs. 1. n. 21. & alios per Barbos. de iur. eccles. lib. 1. c. 39. §. 3 num. 49. in fine.

Et hæc omnia, quæ dicimus de Principibus aduertãt etiam omnes alij Iudices Ordinarij vt sunt Proreges Gubernatores, Potestates & alij qui iudicijs præsunt laicorũ, & alia de hac materia infra, Vide a me tradita in c. 13. tit. de Iudice laico in Clericos.

CAP. IX.

De Iurisdictione Vicariorum.

SVMMARIVM.

1 *Vicariorum multa sunt genera.*
2 *Vicarius Episcopi habet Iurisdictionem ordinariam.*
3 *Hac iurisdictio partim à iure communi partim ab Episcopo conceditur.*
4 *An Vicarius possit in aliquo casu esse delegatus Episcopi vel Papa, & n. 5.*
6 *Qua requirantur ad cognoscendum quis sit Vicarius generalis.*
7 *Inter Vicarium, & officialem an sit aliqua differentia.*
8 *Constitutus tantum Vicarius in Spiritualibus intelligitur de generali.*
9 *Clausula generalis ad constitutionem Vicarij non comprehendit particularia.*
10 *Qua sint illa qua requirunt speciale mandatum in Vicario, & n. 11. cum seqq.*
18 *Punire, & corrigere propriè spectat ad Episcopum.*
19 *Vicarius non potest cognoscere de crimine heresis sine speciali mandato.*
20 *Item non potest imponere publicas pænitentias sine eod. mandato.*
21 *Item conuertere corporales in pecunias pænas.*
22 *Item confiscare bona Clericorum.*
23 *Item & absoluere quando sunt delinquentes.*
24 *Vicarius non potest substituere alium Vicarium sine licentia Episcopi cum ampliatione, & limitationibus, vt ibi. n. 25. 26. & 27.*
28 *An semper nomine Episcopi comprehẽdatur Vicarius in ijs qua iurisdictionis sunt.*
29 *Vicarius generalis Episcopo impedito ea facere potest qua Episcopus.*
30 *Consuetudines locorum in supradictis quomodo & quando obseruanda sunt.*
31 *An omnes facultates sit necessario exprimenda in litteris commissionis Vicarij.*
32 *An Vicario possint cõmitti causa Apostolica.*

33 *Vicarius potest esse executor gratiarum beneficialium, & matrimonialium.*
34 *Limita vt ibi.*
35 *Vicarius potest esse Conseruator in causis Regularium.*
36 *An Vicario detur Appellatio ad Episcopum & n. 38 cum seqq.*
42 *Quid sit agendum dum tam Vicarius quam Episcopus sunt suspecti.*
43 *Quid obseruatur in Praxi vide ibi remissiue.*
44 *Allegato suspecto Episcopo potest allegari & Vicarius.*
45 *Suspensa Iurisdictione Episcopi censetur, & suspecta iurisdictio Vicarij.*
46 *Per mortem Episcopi etiam ciuilem extinguitur statim Iurisdictio Vicarij.*
47 *Iudex sinodalis etiam post renuntiatam dignitatem potest prosequi causam sibi commissam.*
48 *An Vicarius successor possit de causis Antecessori specialiter commissis cognoscere.*
49 *Ad quem pertinet cognitio delictorum Vicarij, & n. 50.*
51 *Quid agendum sit in conscientiæ à Vicarijs tam in proprijs rebus quam erga suos officiales, & n. 52.*
53 *An quod de Vicarijs generalibus dictum est possit d ci de Foraneis.*
54 *Vicarius foraneus habet Iurisdictionem delegatam.*
55 *A Vicario Foraneo datur appellatio ad Episcopum, & Vicarium generalem.*
56 *Foranei quando Vicarijs generalibus æquiparantur.*
57 *Foraneis an possunt committi causæ Apostolicæ.*
58 *Vicarius Capitularis habet Iurisdictionem ordinariam, & potest cognoscere de crimine heresis, n. 59.*
60 *Item de omnibus causis etiam arduis.*
61 *Potest condere leges obligantes totã Diœcesim.*
62 *Capitulum sede vacante non potest statuere circa quotidianas distributiones.*
63 *Vicarius Capitularis potest cognoscere de causis in prima instantia.*
64 *Potest exercere licite munus sindicandi.*
65 *Vtrum tota Capituli authoritas transeat in Vicarium.*
66 *An possit Vicarius Capitularis retinere emolumenta procedentia ex eius officio.*
67 *Vicarius Capitularis tenetur stare sindicatui.*
68 *An possit ad libitum promoueri & reuocari.*
69 *An possit visitare moniales exemptas.*
70 *Adducitur authoritas Barbosæ circa causas delegatas Episcopo an transeant Vicario Capitulari.*
71 *Vtrum dispensationes directæ Vicario Episcopi possint exequi per capitulum sede vacante & n. 72.*
73 *An allegato suspecto capitulo possit recusari & Vicarius.*
74 *Collegato suspecto Vicario capitulari potest causa cognosci per capitulum.*
75 *Quæ causæ sint necessariæ pro supplicatione Episcopali de Coadiutore.*
76 *Quã iurisdictio habeat dictus Coadiutor, & num. 77.*
78 *In gratia Coadiutoriæ est exprimenda causa nominatim.*
79 *Coadiutus non coadiutor debet visitare limina.*
80 *De ætate & requisitis Coadiutoris.*
81 *Quid sit officium Vicariorum Apostolorum.*
82 *Archidiaconus qui habet speciale forum an habeat Iurisdictionem ordinariã, & n. seqq.*
85 *Archidiaconi quæ competant de cõsuetudine.*
86 *Deficiente officiali Episcopi Archidiaconus succedit in Vicarium.*
87 *Limita sede vacante.*
88 *Potest de consuetudine in sede vacante spectare dicta Administratio ad Archidiaconum.*
89 *Quænam sit differentia inter Vicarium, & Archidiaconum.*
90 *In materia Iurisdictionis est attendenda consuetudo.*
91 *Archipresbiteri Iurisdictio quæ sit.*
92 *Item Decani, Primicerij Præpositi, & aliorum similium.*
93 *An Vicelegatus habet iurisdictionem ordinariam.*

1 Vicariorum multa sunt genera alij sunt Vicarij perpetui Parochorum, alij temporales veluti adiuuantes in rebus Spiritualibus ipsius Parochiæ, sed isti cum non habent Iurisdictionẽ nisi spiritualiter, ideo de eis non est à nobis habendus sermo; alij sunt qui à Romano Pontifice in Prouincia aliqua vel Diœcesi Vicarij in spiritualibus constituuntur, & hi vocantur Vicarij Apostolici & de ijs loquitur tex. in c. fin. dist. 63.

& c.

& c.charitatē in fin.12.q.2.& in c.in cui de elect.in 6.& facit c.adijcimus 16.q.1.& vocantur etiam Visitatores à Sede Apostolica delegati,vt notat Barbos.de iur.eccl.lib.1. c.15.n.52.& in praxi obseruatur;& isti habent authoritatem talem qualem eis conceditur à Summo Pontifice in suis litteris commissionis,vt notat Gutierez can.qq.lib. 2.cap.12.n.22. Alij sunt Vicarij nati qui.s. habent officium annosum cum dignitate, vt est Archidiaconus qui post Episcopum dicitur Vicarius in omnibus c.1. de offic. Archidiaconi. de quo infra §.3. & notat Aegyd. Bassæus Flor.tot. Theol. V.Vicarius nu.2. Alij sunt Vicarij regij, aut secularium Dominorum, & hi habent potestatem qualem habent Gubernatores,& alij Iudices Ordinarij in Ciuitatibus, oppidis, & prouincijs, ideo de eis dicendum est, quod de alijs Iudicibus ordinarijs habetur in l.1.ff.de tutor.& curat.datis ab his l.Vicarius ff.de legat. Vide Cuiac.lib.1.quæst. Papin.super b.5. ff.de offic. Proconf. Morl. in empor.iur.tit.2. in Prælud.num.84. alij sunt Vicarij quodam modo Vicariorum & dicuntur Vicegerentes,& Locumtenentes; & habent iurisdictionem limitatam ab eis de quibus Barbos. vbi supra. Alij sunt Vicarij Episcoporum,& Capituli Sede vacante,& de ijs sermo habendus est primo tamquam qui habent iurisdictionem quasi Episcopalem,& in multis aduertendi sunt pro deffensione eorum conscientiæ.

2 Vicarius Episcopi igitur cum habeat iurisdictionē ab ipso Episcopo; à multis DD. putatum fuit quod haberet iurisdictionem delegatam. ita Alex.in rubr. ff.de off.n.17. Goffred. in summ. de offic.Vicar.n.1. relatus à gloss. in c.Romana verb. generaliter de appellat. in 6. Alciat. in rubr. de offic. ordin. num.24. Sot. in 4.dist.18.q.4.art.3. Anast.Germon. lib.1.c.6. Anton.Gom. in Bulla Cruciat. c.4. circa 4.quæst.n.21. Iof. Gonz.var.quæst.cap.27.sed omnino dicendum est habere iurisdictionem ordinariam cum Episcopi, & Vicarij vna & eadem sedes iudicatur,& ei solet vniuersitas causarum demandari gloss.verb. & iurgia in c. prælectis, dist.25.& gloss.V.officialem in c.2. de offic.Vicar. & Doctores ibi comm. quos sequitur Barbos. de potest.Episc. p.3. alleg.54. nu.26. vbi alios trigintanouem authores allegat; tu vide ex his Sayr. de Censur. lib.1. c.6.nu.8. Azzor. instit.moral. p.2.lib. 3.c.43. quæst.5. Molin.de iust. tract.3.disp.59.nu.2.& tract.5.disp.10.n. 3.& 5. Sanchez de matrimon. lib.3.disp. 29.nu.3.quibus addo Iacob.de Graff.decis. aur. p.1. lib.4. nu.14. qui etiam testatur de communi;& nouissimè P.Aegyd.Bassæum in Florib. tot.Theolog. V.Vicarius nu.6.

3 Et hæc iurisdictio partim à Iure communi, licet ipsius persona eligatur ab Episcopo, partim à Commissione d. Episcopi pendet; nam licet Episcopus concedat suo Vicario generalem causarum cognitionem, & ea omnia quæ sunt voluntariæ iurisdictionis; tamen in hac generali Commissione ius commune disponit quædam non contineri,nec permitti, nisi specialiter ei concedantur gloss.in c.pen. de offic.Vicar.Valen. tom.2. cons.101.nu.43. Barbos.de iur. ecclef. lib.1. c.15. nu.19.

4 Potest tamen per accidens esse delegatus cum.s.ad aliquam causam specialiter delegatur ab Episcopo, & prælatis, & sic saluatur gloss.in c.prælectis dist.25.s.quod habeat iurisdictionem delegatā in eo quod Episcopus sibi committat aliquem articulum de his quæ non veniunt in generali mandato quia si Episcopus postquam commisit generaliter Vicario officium, deinde separatim committeret sibi aliquid specialiter de alijs articulis,certe diceretur quantum ad istos habere delegatam iurisdictionem. Io.Andreas in Additt. ad Speculat. de offic.Vicar. §.& Lapus in c.licet de offic.Vicar. in 6. quos allegat & sequitur

5 Graffius vbi supra nu.14. † Quare potest esse Delegatus Papæ eo magis quia constitutus est in dignitate.gloss.in Verb.delegatus in Clement.2. de rescript. & ibi Imol num.18. Rebuff.in prax.tit.de Vicar.Episc num.4. Anton.de præt. de iurisd.ep.cap.6 num.51. Sbrozzius de Vicar.episc.lib.2. q 22. nu.1. Cened. canon. qq.18.

6 Ad cognoscendum autem quando quis sit Vicarius Generalis, & consequenter iurisdictionem ordinariam habeat, dic illum esse Generalem Vicarium,qui cum generali potestate residet in loco vbi Episcopus idem habet ordinariam, ita Sbrozzius de

S 2 Vicar.

de Iurepatron. part.6. quæst.41.

13 Tertio. Circa Dispensationes, & licētias.

1 Vbi Episcopus loco Abbatis est non potest concedere licentiam Monacho causa studiorum proficiscendi Abb. cons.88. nu.5.

2 Dispensationes Monitionum Matrimonij; sed contraria opinio verior est Barbos. de potest.episc. alleg.32. p.2. nu.29.

3 Licentia de audiendis Confessionibus, sed probabilior est in contrarium Sanchez de matrim. lib.3. disp.29. n.14.

4 Concessiones Indulgentiarum Sbrozz.lib. 2. quæst.4. num.3.

5 Relaxationes interdictorum Sbrozz.lib.2. c.185. num.2.

6 Concessiones dimissoriarum ordinandis; nisi Episcopo in remotis agente, & sufficit quod ista remotio sit inconueniens dd.ordinandis Barbos. allegat.7. nu.9. & Nald. V.Vicarius num.1. in principio.

7 Concessio Repræsaliarū Sbroz.q.165.n.1.

8 Concessio Monitorialium Barbos. de pot. episc. p.3. alleg.96. num.6. vbi late.

9 Absolutiones à reseruatis; & hic nota, quod quando ab Episcopo conceditur Vicario facultas absoluendi concedi etiam solet vt alteri possit delegare c.pen.de pœnit. in 6.

10 Et tandem Dispensationes omnes sine speciali mandato Azzor. lib.3.c.49.q.6.

14 Quarto. Circa ea quæ sunt ordinis Episcopalis, vel ad Episcopum pertinēt in specie.

1 Committere non potest alteri Episcopo etiam absente proprio exercendi ea quæ ordinis Episcopalis sunt si ipse Episcopus non est Rebuff. prax.episc. p.2. §.6.

2 Etiam si Episcopus fuerit præsens non poterit exercere ea quæ sunt ordinis episcopalis Franc.Marc. decis.548. nu.1. vol.2.

3 Visitare Diœcesim c.episcopum 10.q.1. & congregare Synodum. Azzor. lib.3.c.45. quæst.5. Nald. V.Vicarius num.1.

4 Absoluere ab irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus ex Concil.Trident. sess.24.de reform. c.6. latè Barbos. p.2. alleg.

5 Exigere subsidium charitatiuum, Decimarum, Mortuariorum & syndatiuū Sbroz. lib.1. quæst.48.

6 Explorare voluntatem puellarum habitū Regulariū suscipiētiū Sbrozz.lib.2.q.208.

7 Alienare res ecclesiasticas in casibus quibus potest Episcopus, nec decretum interponere pro dictis alienationibus Sbrozz. lib.3. quæst.118.

8 Consensus seu authoritas in creatione dignitatis à Canonicis factæ Sbrozz. q.31. lib.2.

9 Cognitio causarum spiritualium episcopo deleg.Abb.in c.quoniā n.15. de off.deleg.

15 Quinto. Circa vltimas voluntates.

1 Interponere authoritatem ædificationi Monasterij per testatorem relicti Calder. cons.3. de offic.Vicar.

2 Executio piarum Defunctorum voluntatum; non tamen compellere executiones fideicommissarias, vel prorogationes temporis facere executoribus, ista enim potest etiam sine speciali mandato Monet. c.5. num.484.

16 Sexto. Circa ea quæ pertinent ad causas ciuiles.

1 Cognitio causarum Matrimonialium; sed opinio contraria verior est, & probabilior. vt probat Barbos. de pot.episc.par.2. allegat.32. num.29.

2 Disceptatio de causa restitutionis in integrū facit tex.in l.illud 25.§.1.ff.de minor.

3 Consensus, vt Metropolitanus cognoscat in principali negocio omisso appellationis articulo Sbrozz. loco cit. q.204.

4 Cognitio causarum feudalium Card. in Clement.1. nu.19. de offic.Vicar.

5 Authorizatio copiarū, vt eandē habeāt authoritatē cū originali c.fin.de fid.instrum.

17 Septimo. Circa ea quæ pertinent ad causas criminales, & faciunt ad propositum nostræ materiæ iudicialis; in quibus summopere aduertere debent dd.Vicarij pro deffensione eorum conscientiæ.

18 Primo igitur aduertant, quod causæ Criminales nisi specialiter ipsis commissæ fuerint, expediri ab eis non poterunt; vnde nec inquirere, nec corrigere, nec punire subditorum excessus; quia in ijs summopere requiritur electio personæ d.Episcopi cum respiciant bonum commune, quod est reformatio vitiorum, ita text.in c.2.de offic.Vicar.in 6. Cuch. tit. 8. de Vicar. n.17. Rebuff. in adreg. 13. Cancellar. verb.aut Vicarius vers. notandum est. Iulius Clar. §. fin. quæst.40. num.3. Zerol. in Prax. Episc. part.1. Verb.

Vica-

Vicarius verſ. tertium dubium Nauar. in c. ſerpens de pœnit. diſt. 1. n. 4. Sanch. lib. 3. diſput. 29. nu. 16. in princip. de Matrim. & alij per Barboſ. p. 3. alleg. 54. n. 117. quibus adde Nald. verb. Vicarius nu. 1. verb. ſexto non diſpenſare corrigere ac punire.

19 Secundo aduertant quod non poſſunt cognoſcere de Crimine Hæreſis ſine ſpeciali Commiſſione D. Epiſcopi: immo nec de licentia ipſius eos abſoluere de dicto Crimine cum pertineat hæc abſolutio ad perſonam Epiſcopi Trident. concil. ſeſſ. 24. de reformat. c. 6. & notat Sbrozz. lib. 2. q. 20. & 9. ibi nu. 3.

20 Tertio aduertant quod non poſſunt imponere publicas pænitentias; nec publice pænitentes reconciliare, ex antiquo eccleſiæ vſu, quia hoc videtur potius ad officium quam ad iuriſdictionem epiſcopi pertinere ita Dominic. de Gemin. in c. 2. de offic. Vicar. in 6. Marc. Anton. Genuenſ. in Prax. c. 43. in nouiſſimis Sbrozz. lib. 2. q. 17. nu. 2. & quæſt. 18. n. 3.

21 Quarto aduertant quod non poſſunt conuertere pænas corporales in pecuniarias ſine d. ſpeciali mandato, quia gratiæ pertinent ad ſupremos Iudices, nec poteſt minuere vel interpretare legem niſi qui poteſt condere, nec inferior habet poteſtatem ſuper Superiorem in permutandis eius ſententijs, vt notant Rebuff. tit. De form. Vicar. nu. 153. Cuch. tit. 8. n. 109. & Azzor. lib. 3. cap. 45. nu. 6.

22 Quinto aduertant quod non poſſunt Clericorum bona confiſcare; nec deponere Clericos a beneficio, officio, adminiſtratione vel ab ordine: quia cum hæc grauiora ſint & magnam perſonæ inquirant electionem propter præiudicium eccleſiæ & ſcandalum proximi ideo non cenſetur eis generaliter conceſſa c. licet De offic. Vicar. in 6. Bald. in l. Imperatores in fine ff. de offi. Præf. Vigil. Franc. Marc. deciſ. 613. n. 1. p. 2. Sbrozz. lib. 2. q. 111. nu. 7. & quæſt. 130. n. 4. & 9. 158. n. 3. & quæſt. 155. vbi etiam dicit quod non poteſt reuocare Clericum ab exilio ſine ſpeciali mandato. Vide Pax in pract. Præfat. 3. n. 9. tom. 2. & Vgolin. de pot. epiſc. c. 4. §. 7. nu. 2. verſ. ſeptimo inquirere.

23 Sexto aduertant quod non poſſunt condemnatum inquiſitū abſoluere; niſi eum innocentem inuenerint, tunc enim poterunt abſoluere, & ratio eſt quia qui condemnare non poteſt nec abſoluere poteſt l. nemo ff. de reg. iur. Rip. in l. qui condemnare nu. 9. ff. de Iudic. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 43. num. 28. & Soar. de Pax. in pract. tom. 2. præl. 3. n. 11. & ea quæ ſapiunt liberalitatem, & gratiam non veniunt in generali mandato vt bene notat nouiſſime Merolla diſp. 7. c. 7. dub. 17. n. 156. qui & alios multos allegat & hac de cauſa nō poteſt vt dixi diſpēſare in irregularitate & alijs conceſſis a Concilio epiſcopis ita Suar. de cenſur. diſp. 41. ſect. 2. n. 8. Henriq. in Summ. lib. 5. c. 19. in fine. & lib. 6. c. 14. §. 7. iure comm. litter. O. Sanch. diſp. 4. n. 17.

24 Septimo aduertant quod nō poſſunt ſubſtituere alium Vicarium niſi præcedat ſpecialis licentia epiſcopi iuxta tex. in c. clericos de offic. Vicar. gloſſ. in verb. ipſius in c. 1. eo. tit. in 6. vbi Anchar. nu. 2. Aloyſ. Riccius in Paxi Aur. reſol. 113. Lazzar. de Monitor. quæſt. 6. n. 10. Marant. de ordin. iudic. p. 4. diſt. 5. nu. 22. Rota in nouis deciſ. 4. de offic. Vicar. Caſtr. Palaus oper. mor. to. 2. tract. 13. diſput. 2. punct. 30. n. 18. & alii multi per Barboſ. de pot. epiſc. p. 3. alleg. 54. num. 99. quibus adde Marcheſan. conciuem cariſſimum de Commiſſ. p. 1. c. 6. num. 119. pagin. mihi 260. & Nald. V. Vicarius num. 1. & Baſſ. d. Verb. Vicarius nu. 8.

25 Amplia licet fuerit dictus Vicarius conſtitutus cum facultate, & clauſula ſubſtituendi, nam hæc facultas non valet ad effectum ſubſtituendi vel delegandi alterum Vicarium generalem cum agatur de electione perſonæ quam ſolus Epiſcopus de iure facere poteſt; nam eius prudentiæ committitur cura ſuæ Eccleſiæ, & quo prouidere debet, & non alius de miniſtris idoneis. Put. deciſ. 168. n. 1. Sbrozz. lib. 2. q. 66. n. 1. & 17. Rota in deciſion. Seraph. 1026. teſte Aloiſ. Riccio d. reſolut. 113. verſ. amplia.

26 Limita quando ad modicum tempus, & ex aliqua graui cauſa, quia: ſ. non poſſet ex ſe totum explere neceſſe eſſet talis ſubſtitutio; modicum enim pro nihilo reputatur; nec in hoc videtur ſaltem tacite diſſentire voluntati Epiſcopi licet non dederit facultatem; intentio enim committentis

tis

tis videtur esse quod exequatur secundum quod potest, ita DD. supracitati quibus adde Molin de iustit.tract.5.disput.10.nu. 7.& Nald. V.Vicarius nu.1. Put.decis.168. lib.1.

27 Secundo limita, quando hoc faceret in vna, vel paucis causis, istas enim bene poterit delegare, quia vt dixi præsumitur tacitus Episcopi consensus gloss.in Verb. ipsius in c.1. de offic.Vicar. in 6. Sanch. de matrim. lib.3. disp.7.nu.21. Riccius collectan. part.2.collectan.43.

Tertio limita si sit de hoc consuetudo, quia constituere eum,& scire talem consuetudinem consentit implicite in substitutionem, ita ex D.Thom. quodlib.12. art.33. notat Bassæus Flor.tot. Theol. V.Vicarius num.8.

Nota vero alium casum singularem circa monitoria vtrum Vicarius possit ea concedere pro perditis rebus, & aliis causis sub pœna excommunicationis? & respondetur quod possit quia vbi expresse non excluditur à Concilio Tridentino videtur semper inclusus,& est res quæ conuenit ei ex eius officio gloss. in c.vnico V. per Episcopos de cap.Monac.in 6.Gutier.lib.1.qq. canon.cap.11.nu.8. Nald. V.Vicarius nu.2. & Doctores citati pro parte affirmatiua à Barbos.de pot.ep. part.3.alleg.96.nu.6.ex-

28 cludendo partem negatiuam, nam † sacra Congregatio Concilij pluries determinauit quod vbi Concilium Tridentinum loquitur de Episcopo absque dictione taxatiua in iis quæ sunt iurisdictionis reperitur prohibitum in iure & à canone, comprehendatur etiam Vicarius teste Nald. in d. V.Vicarius num.1. vers.His & huiusmodi exceptis.

29 Secundo nota, quod Vicarius generalis absente, vel impedito Episcopo potest facere ea quæ potest Episcopus, præsertim ea quæ sunt iustitiæ; nomine enim Ordinarij continetur etiam Vicarius, vt ex Concil. Trident. c.1. de matrim. sess.24. & alibi sæpe. Sbrozz.de offic.Vicar.lib.2.q.57.Menoch.consil.9?2.nu.67 Sanch.de matrim.to. 1. disp.29. lib.3. & quod in Praxi, ita seruatur notat Scapp. lib.1. de iur.non script. c.39. num.7.

30 Tertio nota, quod in supradictis considerandæ sunt consuetudines locorum & vbi inuenitur contrarium possit exequi, vt in rebus beneficialibus notat Azzor.tom.2. lib.6. c.22. & sequitur Nald. V. Vicarius n.1. in principio. dummodo non repugnet determinatis à iure,& à Concilio Tridentino.probat Vgolin. de pot.episc.par.1.fol. mihi 19. nu.5. vel dummodo verisimiliter credatur Episcopum noluisse ei concedere & permittere arg. c.cum in generali de offic. Vicar. in 6.

31 Non est tamen necesse quod dictæ facultates omnes exprimantur in litteris Commissionis datis eid. Vicario; sed sufficit quod aliquæ particulares nominentur, in reliquis dicatur cum clausula generali; & ad omnia alia etiamsi exigant speciale mandatum,vt vidi obseruatum in Praxi; & facit text. in c. qui ad agendum §. sed si aliquis de procurat. in 6. vt notant Sbrozzius lib.1.q.65.n.5. Monet. de Commiss. vltim. volunt. c.5. num.479. citati per Barbos. de iur.eccles.lib.1.cap.15. nu.25. cum hac tamen limitatione quod ad maiora quam in expressis non extendatur, ad similia vero, vel minora posse ad alias etiam extendi per Clement.non potest de procuratoribus. Et hoc difficilime euenire potest, nã expresso vno maiore cẽsentur etiam alia maiora expressa nam data facultate absoluẽdi ab excommunicatione licet nõ sint expressæ aliæ censuræ, omnes veniunt, & sic concessa potestate conferendi beneficia curata; omnia alia intelliguntur; & sic de cæteris; & in his litteris Commissionis semper hæc recensentur, aliter quæ recensendæ erunt? valde inexpertus se ostenderet ille Cancellarius quæ hæc exprimere nesciret.

32 Quarto nota alium casum singularem an.s.Vicarij possint committi causæ Apostolicæ vti Papæ delegati; & respondeo affirmatiue; nam cum istæ dirigantur personis in dignitate constitutis Vicarius Episcopi est Prælatus,& in dignitate constitutus, dicitur enim spectabilis & de medijs Magistratibus, & præcedit omnes dignitates in Ecclesia Cathedrali,ac omnes Gubernatores Commissarios, Potestates, & Iudices in sua Diœcesi; prout sæpe rescripsit Sacra Congregatio teste Naldo d.Verb.Vicarius num.3. & Barbos.de iur.eccles.lib.1. c.15. nu.34.

nu.34. & Michel.Ferr. tr.de Præced. q.52. n.17.& seq.qui & arguit dd.Prætores sæculares,qui Vicarios, & Ecclesiasticos Iudices in honoribus,& publicis actibus præcedere contendunt; Dignitas enim Ecclesiastica mihi aliud est, quam rerum Ecclesiasticarum administratio cum iurisdictione,& hãc habet Vicarius vt notat cum multis Barbos.de pot.episc.alleg.54.n.132.& seq. Quare bene poterunt ei dirigi causæ Apostolicæ, vt notat Tresch.de Visitat.lib.1.c.15.n.32. Anton.de Præt.tract.de iurisd. episc.c.6. n.50. Sbrozz. lib.2.q.22.

33 Ex his infertur posse esse executorem gratiarum beneficialiũ, & patrimonialiũ; quæ expenduntur in Curia Romana,& commissio dirigitur Vicario Flor. de Men.var. lib. 1.q.4.n.6.Coch.de iurisd.ordinan.in exem-
34 pt.p.1.q.39.n.4.† Quod intellige nisi commissio fieret Episcopo non Vicario; tunc.n. nisi Episcopus ipsi subdelegaret, non posset esse Iudex; sicuti è conuerso vbi commissio fuerit directa Vicario non potest expediri per Episcopum nisi à dicto Vicario fiat subdelegatio ita Doctores per Barbos. de pot. episc.d.alleg.54.n.136.quibus adde Cherubin.in Compend. Bullar. scol.2. constit.51. Sixti Quinti tom.2.fol.124.& Nald.V.Vicarius,n.2. in fine cum Rota Rom.2. in antiq. de officio deleg.

35 Secundo infertur posse ex hac causa esse etiam Conseruatorem Regularium, vt notat Sbrozzius;lib.2.q.27. n.2.& seqq. & de veriori opinione testatur Cherub.in d.Cõpend.Bullar.Scol.1.Constitut.primæ Greg. XIII. tom.2.fol.79.

36 Quæres modo; An à Vicario detur appellatio ad Episcopum. & Respondeo negatiue,quia cum vnum Tribunal constituunt Episcopus,& Vicarius,& iurisdictio sit æqualis non potest ab vno ad alium fieri appellatio: appellatio enim de inferiori ad superiorem ex eius substãtia defertur.c.anteriorum 2.q.6.& l.1. §.ab eo, ff.quis & à quo appell. vnde non poterit quis à sententia Vicarij appellare ad Episcopum, ita text. in c.2. de consuetud.in 6.Abb.in c.si quis lectur. 1.n. 26.& lect.2.n.31. de for.compet. Sanch. de matrim tom.1.disp.n.12.Azzor p.2.lib.3.c. 43.q 6.Molin.tract.5.de iust.disput.10.n.1. & vigintiquatuor Doctores allegati à Barbos.d.alleg.54.n.44.quibus adde etiã Scacciam de appellat.q.8.art.3.n.53. Menochiũ cons.52.n.11.& alios per Michel.Ferrum de præcedent.q.31.n.2.p.141.& Meroll.vbi supra dub.24.& Nald. in d.V. Vicarius, nu.4. in fine.

37 Amplia etiamsi extraiudicialiter Episcopus prouocetur contra sententiam d.Vicarij Generalis Rota Rom.decis.7.n.2. de offic. vic. in ant. & decis.371. in nouis,immo etiamsi de facto contingerit appellari partibus consentientibus,appellatio erit nulla, & processus,qui inde sequeretur,nullus, & inefficax Io.Andr.in d.c.2.de consuet.in 6. & Franc.ibi n.10.& Dominic.n.3.Tuschus litter.A conclus.349.n.5.& alij per Barbos. loco cit.n.48.

38 Secundo Amplia etiam in supplicatione; supplicari enim Episcopũ à Vicario non potest dicit Sbrozzius lib.3.c.11.sed quia hæc opinio reprobatur à Reuerendissimo Domino meo Marches.de commiss.p.1.c.6. num. 118.pag.260.In hac vlt.impress. Ideo dicas cum Barbos.vbi supra nu.49. quod quando supplicatio est in remedium restitutionis, tunc licite potest admitti, quia & ipsemet Vicarius contra sententiam à seipso latam potest condemnato restitutionẽ concedere.

39 Limita quando Vicarius recusaretur vti suspectus,tunc bene cognitio spectat ad Episcopũ,nisi causa suspicionis in vtroque concurrat.Rot.diuers.decis.11.nu.21.in nouissim.par.2.& ratio differentiæ est, quia recusatio concernit personam; appellatio vero iurisdictionem.ita Nald.V.Vicarius,num.4. Marcell.à Vulpe in Prax.iudic.for.ecclesiast. c.25.n.16.

40 Sed quid faciendum erit in hoc casu quando ambo erunt suspecti.& Respõdeo quod Episcopus debet substituere alium idoneũ, & illi causam committere. Iacob. de Laurent.de iudicib.suspect.c.4 n.6.Causa tamẽ suspicionis probanda erit coram Episcopo per text.in c.si contra vnum, & ibi Anchar. in 4. & 5. notab. de Vicar. episc. Marcell.à
41 Vulpe d.c.25.n.13.& n.18.& seq. Quomodo vero in Praxi sit agendum, & quis cognoscat de Vicario absente Episcopo, quia non facit ad rem nostram omnino, sed potius ad Praxim exteriorem vide Sbrozz. li. 3.q.16.n.4. Marcell.à Vulpe d.c.25.n.38.& n.14.

n.14. Illustrissimum Sperellum Episcopum in decis.for.ecclesiast.decis.93.vsque nu.28. & Barbos.tract.de Canonicis cap.42.nu.54. vers.atsi Vicarius.& de potest.episc.d.alleg. 54.nu.150.

42 Secundo limita posse à Vicario ad Episc. appellari in casibus qui in generali commissione non continentur,& Vicarius habet delegatam Iurisdictionem ab Episcopo; quod tamen intellige quando separatim sint d.Vicario huiusmodi causæ commissæ, non autem si in generali commissione,nam tunc in omnibus ordinariam iurisdictionem consequitur Azzor.d.lib.3.c.43.n.6. part.2. Sanc. tom.1.de matrimon.disput.29.num.6. Garz. de Benefic.c.8.n.40.& Sbrozz.lib.2.q.55.n. 35.& alij per eos.

43 Tertio limita in sententia interlocutoria; ab ea enim potest per viam recursus ad Episcopū appellari,quia & ipse Iudex potest decretum, quod ipse pronunciauit interloquendo,non solum semel, sed etiam millies emendare, dummodo non sit executioni demandatum, nec finem imponet iudicio; vel sit geminatum, aut sint transacti decem dies c.cum cessante de appellat. c. ibi DD. comm. Glos.in d.c.2.vbi Gemin.n.3. Franc. n.4.Pereira,qq.forens.lib.1.q.9.a principio Gratian.discept.forens. c.155. nu.16. & 35. Put.lib.2.decis. 302.

44 Secundo quæres an allegato suspecto Episcopo possit etiam vti suspectus recusari Vicarius: & respondeo affirmatiue,licet nulla esset contra eum suspicio, qui accessorium sequitur naturam sui principalis,& eo magis quando vti principalis habetur,vt est Vicarius; nisi d.Vicarius cognosceret causam,tamquam delegatus a Papa, vel a dicto Papa, seu alio superiore esset confirmatus, vel quando seorsim ab Episcopo habitaret, & nulla prorsus haberetur suspicio, sed hoc vltimum mihi non placet, quia accidens est quod seorsim habitet, non per hoc aufertur essentiale suspicionis, quod est esse accessorium in iurisdictione Episcopo vide DD. relatos a Barbos. d.allegat.34.nu.150.

Et hic nota vnum singulare quod si Episcopus iterasset non reuocaturum ab officio dictum Vicarium; tamen si ex aliqua causa iuste eum reuocaret, eius iurisdictio statim cessaret non obstante dicto iuramento; quia non censetur factum cum tanto præiudicio suæ authoritatis. ita nouissimè cum multis aliis notat Valenzuel. tom.2. consil. 101.n.10.cui adde Gabr.comm.lib.2.de iureiur.conclus.1.nu.14. & tenet Sbrozz. lib. 3.q.32.num.5. Sicuti etiam licet fuerit confirmatus a Papa,potest ab Episcopo remoueri etiam inconsulto d.Papa Barbos. d.alleg. 54.n.154.cum aliis per eum.

45 Secundo nota ex hac causa suspensa iurisdictione Episcopi censetur suspensa etiam Iurisdictio Vicarij, cum sit hæc accessoria illius iurisdictionis text. in cap.1. vbi Glos. in verb. ipsius in fine de offic. Vicariatus in sexto, & notant communiter Doctores.

46 Tertio nota quod per mortem Episcopi etiam ciuilem, vt est per ingressum religionis statim extinguitur iurisdictio Vicarij etiam quoad negocia iam cœpta, dummodo non ignorauerit d.mortem; quare non poterit in conscientia illa prosequi Sanch.de matrim.tom.1.lib.3.disp.22.nu.59. & disp.30. nu.1.& 4. Sayr.de Censur. lib.1.c.5. nu.39. Sperell. in d. decision. for. eccles.decisione 30.num.3.

47 Quod secus est in Iudice Synodali, qui etiam post renunciatam dignitatem suam potest prosequi causas iam cœptas, quia sub nomine proprio non nomine dignitatis fuit illa causa commissa Doctores citati per Barbos.vbi supra n.125.& seqq.

48 An Vicarius successor possit cognoscere de causis antecessori suo specialiter commissis; videretur respondendum quod non,quia Vicarius non dicitur habere successorē, sed alium abrogatum in eius locum; & eius dignitas extinguitur per reuocationem; tamē in praxi videtur obseruari contrariū, quando tamen est contemplatum officium,& non expressum nomen personæ.ita dictus Episcopus Sperellus decis.31. n.12. & seqq. cui libenter adhæreo; nam aliter esset in magnū præiudicium causarum cum dd. Vicarij de facili promoueri possint; & licet dignitas extinguatur quoad remotum,non tamen extinguitur in se quoad Episcopum, & eius iurisdictionem,vnde videtur semper continuare.

49 Tertio quæres ad quem pertineat cognitio causarum delictorum ipsius Vicarij. Et

inter quos Azzorius, Sanchez, Molina, Vgolinus, Auila, Tuschus Marchesanus; Riccius & Garz. cit. à Barbos. d. alleg. 54. nu. 23.

55 Et non solum potest appellari ad Episcopum, sed etiam ad Vicarium Generalem, qui in hoc casu stat loco Episcopi, & appellando ad eum appellatur à sede minori ad maiorem, vt cum multis notat Scacc. de appellat. q. 8. nu. 26. Foraneus. n cum sit delegatus non facit idem Concistorium cum Episcoscopo nec dicitur habere dignitatem sed officiū, ita Michael Ferrus tract. de praeced. q. 52. num. 19. per gloss. in V. foranei c. 1. de offic. ordin. in 6. Couar. lib. 3. var. resol. c. 20. nu. 4. Riccius in Prax. decis. 577. nu. 3. & Fr. Leo. Thes. for. eccles. p. 1. c. 10. n. 6. §. foranei.

56 Si vero dicti Vicarij foranei in certam partem Diœcesis deputati vniuersalem causarum cognitionem exercent multo ab alijs foraneis distinguuntur, saltem quoad honores; vnde ordinarijs æquiparantur gloss. in V. delegatus in fine in c. cum causam de appell. ibi quia quasi ordinarius, & cum pluribus referũt Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 67. num. 31. Vantius de nullit. tit. coram quo nullitas. nu 7. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 31. nu. 2. Barbos. d. alleg. 54. nu. 139. & Mich. Ferr. q. 52. nu. 19. cum alijs per eos.

57 Secundo infertur non posse committi causæ Apostolicæ cum non sint, vt dixi in dignitate constituti iuxta text. in c. statutum de rescript. in 6. notant Michel Ferr. de præced. quæst. 52. num. 19. cum Riccio d. decis. 577. n. 1. Flor. de Mena. d. q. 4. à nu. 6. nisi illis fieret commissio, vel delegatio ex certa scientia Summi Pontificis, vel respectu alicuius dignitatis præter Vicariatus, vel essent deputati ad vniuersalem cognitionem causarum in aliquo loco, vt supra dixi; Michel Ferrus de præced. d. q. 52. nu. 15. in fin. Sbrozz. q. 23. nu. 9. & Barbos. de iur. eccles. lib. 1. c. 15. nu. 29.

De Vicario Capitulari. §. 3.

58 Capitulum sede vacante constituit suum Vicarium qui habet iurisdictionem ordinariam, & subintrat in vniuersum ius episcopale; & potest omnia facere, quæ sunt de iurisdictione ordinaria Episcopi tam contentiosa, quam volũtaria, tam in causis temporalibus, quam spiritualibus nisi quæ expresse in iure reperiuntur prohibita, ita ex Concil. Trident. sess. 24. cap. 16. & ex c. cum olim de maior. & obed. c. 2. ne præl. vices suas c. ad abolendum in princ. de Hæres. c. pen. & fin. de supl. Præl. neglig. in 6. & c. 2. de offic. Vicar. eo. Barbos. de Canonic. & dignitatib. c. vlt. nu. 61. vbi innumeros fere Doctores allegat. Vide Filliuc. tom. 3. tract. 41. q 2. n. 4. Suar. to. 5. disput. 50. sect. 5. n. 6. Molin. tract. 5. de iust. disp. 1. nu. 3. Azzor. inst. moral. p. 2. lib. 3. c. 27. q. 6. Meroll. to. 3. disp. 7. c. 7. dub. 1. n. 2. Mich. Ferr. de præsid. q. 52. n. 18. & nouissime Machad. de Perf. confess. tom. 2. lib. 4. p. 4. tr. 1. docum. 6. nu. 2.

59 Ex quo infertur primo quod Vicarius Capitularis sede vacante potest cognoscere de crimine Heresis eo modo, quo poterat Episcopus. Carena tract. de S. offic. par. 1. tit. 6. §. 3. n. 10. Barbos. de Canon. c. 42. nu. 68. nam in ijs quæ competunt Episcopis iure ordinario, etiam speciali potest Capitulum tex. in c. ad abolendam, & ibi gloss. Verb. Prærogatiua de Hæret. Molina tract. 3. de iust. disput. 28. n. 2. in fine, & alij per Dianam p. 4. tract. 8. resolut. 33. qui in par. 8. tr. 3. resol. 8. discutit an possit etiam absoluere à dicta Hæresi occulta sicuti & Episcopus, & adducit ex vtraque parte rationes & Doctores, tandem concludit in praxi esse admittendam partem negatiuam stante Bulla Cœnæ quæ hanc facultatem etiã adimit Episcopis.

60 Secundo quod potest cognoscere de omnibus causis etiam arduis, vt est de causis matrimonialibus, & Criminalibus deponendo, interdicendo, dispensando, absoluendo, & etiam inquirendo in delictis contra certas personas etiã extra Visitationem, in faciendis gratijs, & remittendis pœnis condemnatis per Episcopum mortuum, & alia huiusmodi, quia Capitulum sede vacante succedit in omnem iurisdictionem Episcopi vt dictum est, & hanc confert in Vicarium, vt dicit Garz. de Benef. tom. 1. p. 5. c. 7. nu. 28. Nouar. in sum. Bull. to. 1. tit. de cap. sed. vac. num. 17. Panuin. de potest. capit. sede Vac. p. 1. q. 5. Suar. tom. 5. in 3. part. D. Th. disp. 50. sect. 6. Sanch. lib. 2. de matr. disp. 4. & lib. 8. disp. 2. nu. 10. Garz. de Benef. p. 5 c. 7. nu. 2. Bass. Verb. Capitulum sede vacante num. 6. Marcell. à Vulpe in Praxi for. eccl. c. 44. n. 9.

rasse Sacram Congregationem; vnde videant quid faciant dd. Vicarij.

67 Et ex has causa sequitur quod d. Vicarius tenetur stare sindicatui & reddere rationem suæ administrationis futuro Episcopo qui si male administrauerit poterit etiam ab ipso puniri vt supracitati DD. communiter.

68 Tertio quæres. An possit dictus Vicarius ad libitum remoueri, vel ad tempus paruum eligi à dicto Capitulo. Et relicta omni disputatione, & varietate opinionum, quos refert Diana cum alijs loco citato resol. 63. respondeo in Praxi ita obseruari sicuti obseruaui ex Responsionibus Sacræ Congregationis directis Domino meo Nicolao Longino Præposito Cathedralis Ciuitatis Castelli tunc temporis Vicario Capitulari de mense Ian. 1647. quod sine causa nõ possit reuocari, nec debere eligi pro paruo tempore vt est per mensem, alias electio censetur reuoluta ad Curiam Romanam; cui Praxi videtur adhærere etiam idem Diana in fine præcitatæ resolutionis cum Themudo in Decis. Archiepisc. Olisiponens. tom. 1. decis. 23. qui testatur etiam sic sæpius fuisse decisum non posse capitulum amouere ad libitum Vicarium quibus adde Naldum in summa V. Vicarius n. 9. in fine qui etiam testatur de stilo & Praxi sacræ Congregationis. & ratio supradictorum est ne d. Vicarius habeat occasionem negligenter exercendi d. officium; nam cum dubitet de facili se amoueri posse, vel esse per paucos menses electum, contemnet & causas pigre tractabit, vnde puto ad minus per sex menses esse constituendum; & si ad libitum sit constitutus, non debere remoueri, nisi ex iustissima causa, & tunc etiam certiorata Sacra Congregatione ad hoc vt melius possit in conscientia agi, sic etiam videtur posse colligi a Barbos. de potest. episc. d. alleg. 81. part. 3. & Nald. loco citato in fine.

69 Quarto quæres, an possit d. Vicarius ex cõmissione Capituli visitare Moniales exẽptas erigere noua Monasteria, & facere ea quæ ad episcopũ pertinebant tamquã sedis Apostolicæ delegatus. Et respondeo negatiue nã in casibus istis Capitulũ nõ succedit nisi vrgẽte necessitate & tũc nõ tamquam ex potestate delegata sed ordinaria, cum in casu necessitatis succedat, episcopus etiam tãquam ordinarius gloss. in V. capitulo in Clement. 1. de Heretic. Sbrozz. de offic. Vicar. lib. 1. q. 16. nu. 1. Filliuc. tom. 2. tract. 41. cap. 2. nu. 40. Azzor. p. 2. lib. 3. c. 39. vers. quarto quæro. Molin. tom. 6. de Iust. tract. 5. disp. 11. sub nu. 8. Merolla noster tomo 3. disp. 7. c. 7. dub. 1. nu. 50. Graff. decis. aur. lib. 3. c. 28. nu. 18. seqq. Dian. p. 8. tract. 4. resol. 14. Barbos. de pot. Episc. p. 3. alleg. 73. n. 25. & 93. nu. 17. etiam in illis in quibus episcopus apposuerit manum ante obitum Marchesan. de commiss. sup. comm. oppos. extr. Roman. Cur. p. 1. c. 6. n. 32. Riccius p. 6. Collectan. 2487. vers. decimo, & in Praxi antiq. editt. resol. 118.

70 Barbosa vero in tract. de Canonic. cap. vlt. nu. 107. limitat in casu in quo aliquid iurisdictionis in perpetuum committitur muneri episcopali ex delegatione Sedis Apostolicæ, quia supposita perpetuitate huiusmodi delegationis, per quam acta connectuntur in perpetuum muneri episcopali, videtur hoc factum non respectu Episcopi, & in bonum ipsius tamquam priuilegium eidem cõcessum, sed in bonum eorum, in quos exercetur talis iurisdictio delegata, vel Ecclesiæ, & sic hæc iurisdictio censetur tamquam accessorium, immo tamquam pars totius iurisdictionis episcopalis in communi; & citat alios Doctores; In ijs vero quæ delegantur in particulari ad tempus, vel in particulari ad locum non censetur posse d. Capitulum quia tunc cessant supradictæ rationes, immo videtur contrariam vrgere rationem, scilicet priuilegium personæ cui committitur vel delegatur præcise dicta causa vel negotium, ita ex Marcell. à Vulpe Praxi for. eccles. d. c. 44. num. 12.

71 Ex his infertur ad aliam quæstionem vtrum dispensationes directæ Vicario Episcopi generali possint per Vicarium Capitularem exequi; & licet varie respondeãt Doctores, vt videre est per Barbos. de pot. episc. d. alleg. 54. nu. 126. & Dian. p. 8. tr. 4. resolut. 66. attamen mihi placet responsio negatiua cum Vicarius Capitularis non sit Vicarius Episcopi, sed iurisdictionis Episcopalis; & Sacra Cõgregatio nõ soleat dirigere huiusmodi litteras in forma dignũ d. Vicario; sed Episcopo viciniori, & ita videatur nõ confidere in illo de quo stilo testatur Hier. Paul.

in

qua n c att r, necessaria existimatur sic post Nauarr. co §.3. d . Cleric. ægroto in nouis. Prosp. de August. in addit. ad Quar. in sum. Bullar. Vers. Archiepiscopi authoritas post num. 12. Piaseus in Praxi Episcop. p.1. c.1. nu.10. Barbos. de potest. episc.par. 3.alleg.118. ex nu.9.qui refferunt decretum Sacræ Congregationis Rituum 31.Ian.1591. vbi de potestate, & authoritate d. Coadiutoris tractatur adde Mich. Ferr. de præced. q.15. nu.7.

77 Ad deffensionem autem conscientiæ tam coadiuti quam coadiutoris tria specialiter aduertenda sunt. Primo an sint tam Coadiutus qui coadiutor obligati ad residentiam? & respōdetur affirmatiue ex decreto sacræ Congregationis teste d. Barbos.de iure eccles. lib.1. c.16.n.53. & notant Quarant.in sum. Bullar. Verb. Residentia vers. præter Summistas. Vgolin. De offic. Episc. c.15. §.1. ad fin. & c.54. num. 3. Riccius in Praxi resol.393. ampl.5. in 2.editt. Monet. de optim. Canon. c.4. q.8. nu.157. Barbos. de offi. episc. p.3. alleg.33. num.78. & alij per eum; coadiutor enim non datur pro residentia, sed pro oneribus.

78 Secundo aduertendum est quod coadiutoriæ gratia valere non potest nisi coadiutus nominatim exprimat talem morbū, vel ætatem quæ impediat humanas actiones, & sint continua impedimenta, & non sufficit quæcumque inhabilitas quia datur ob impotentiam, & ex necessitate ecclesiæ tātum Paul. de Rubeis decis.308. nu. 17. diuers. tom.2. & nu.23.

79 Tertio aduertendum est quod non Coadiutor, sed coadiutus debet visitare limina Apostolorum. ita sacra Congr. Concilij die 4. August. 1609. teste Barbos. de iure ec-
80 clesiast. lib.3. c. 10. num. 45. de ætate vero & alijs requisitis, vide Barbos. alleg. 118. nu.6. seq.

De alijs Vicarijs & eorum iurisdictione.
§. 5.

81 Sunt & alij Vicarij, vt est Vicarius Papæ in Vrbe; Vicarij Apostolici destinati ad Prouincias, vel Ciuitates, & Vicarij nati vt est Arcidiaconus Archipresbiter & Decanus & Vicelegati; Vicarius Papæ de quo dixi supra & hic potest ea omnia facere in Vrbe quæ facit episcopus in sua Diœcesi immo potest ordinare forensem in prima tonsura sine proprij Episcopi licentia. Rota in firman. Pens.15. Decembr.1627. coram Duran. Vicarij Apostolici etiam omnia possunt quæ potest Episcopus exceptis Pontificalibus, vt supra dixi c.fin.dist.61. & c.is cui de elect. in 6. Archidiaconus vero secundum
82 loci consuetudinem.† Vnde vbi Archidiaconus habet speciale forum, vt est in Ciuitate Beneuenti de qua in præsenti prouisus existit Reuerendissimus Dominus meus, & amicissimus de Vipera nobilis Ciuis & vir eximiæ virtutis eiusdem Ciuitatis aliqua sunt aduertenda circa eius iurisdictionem.

83 Et primo, quod habeat iurisdictionem ordinariam, sed in ijs tantum, quæ à iure, siue à consuetudine sine speciali mandato episcopi competunt ei exequenda c.fin. de offic. Archid. vnde dicitur habere iurisdictionem inferiorem c.ad hoc de offic.ordin.& vocatur Vicarius natus eo quod à lege ipsa sine vllo ministerio episcopi creatur, vt dicit Anton. Cuch. Instit.mor. lib.2. tit.9. de off. Archiep.n.17. vnde post Episcopum dicitur esse Vicarius in omnibus c.1. de offic. Archidiaconi gloss.in c.Pontifices 7.q.1. Sbrozz. de offic. Vicar. lib.1.q.3.nu.17. Azzor. p.2. lib.7. c.14. quæs.2. & alij per Barbos. de pot.episc. p.3. alleg.54. num.16.

84 Sed quæres quænam sit ista iurisdictio ordinaria quæ ei competit de iure? & respondeo quod est in visitando, & corrigendo in modicis tamen causis, Clericorū lites & iurgia modica tamen audiendo, sed in criminalibus non sine episcopi authoritate. Card.Tusch.litt.A. concl.482.nu.9. Azzor. d.c.14. quæs.2. vers.deinde Suar. de Censur.disp.2.sect.2.nu.9. Anton.Fabric.Prax. Benef.tit.de Benefic.cum dignit.nu.23.seq. Narbon.de appellat. à Vicar.ad episc.p.1.n. 22.& 30. & alij citati per Barbos. de iure ecclesiast. lib.1. c.24. num.26. & seqq.

85 Secundo quæres quænam sit quæ de consuetudine ei competat? & respondeo iuxta mores, & Praxim locorum, vbi habent hanc iurisdictionem; vnde quamuis hodie generaliter Archidiaconi iurisdictio sit immutata, & ad Vicarium Episcopi pertineat, tamen vbi est consuetudo debet præualere;

Con-

Prælatis reffrendarijs, ita Card. Tusch. to. 6. litter. I. conclus. 19. Indulta verò Priuilegia, & requisita quæ habent, & habere debent d. Præfati vide Constitut. 4. Sixti V. edita 1586. 10. Kalen. Octobris quæ recipit: quemadmodum refert Barbos. d. l. 1. cap. 22. n. 1. seqq. sicut etiam Prothonotariorum, & alijs officialium, qui cum non habeat cum officio annexam iurisdictionem, ideo de eis me remitto ad d. Barbosam loco citato dum alijs per eum allegatis. quibus addo Michel. Ferr. de præced. tit. de referendar. & Barb. in Collectan. decis. Apost. V. Prothonotarius.

CAP. X.

De iurisdictione Iudicum Delegatorum.

SVMMARIVM.

1 *Delegare quid sit.*
2 *Quæ sit differentia inter Ordinarium, & delegatum.*
3 *Vtrum quilibet ordinarius possit delegare.*
4 *Damna facta à Delegato an sint imputanda deleganti, & n. 5.*
6 *Superiori imputatur si non elegit familiam honestam, & n. 7.*
8 *Superior sine causa delegans tenetur ad damna illata à delegato.*
9 *An delegatus possit subdelegare, & n. seqq.*
13 *Quando quis dicatur delegatus ad vniuersitatem causarum.*
14 *Delegatus à Legato à latere potest subdelegare ex priuilegio.*
15 *Quando subdelegatus possit vnam, vel alteram causam subdelegare.*
16 *An subdelegatus possit subdelegare.*
17 *An gesta ab habente iurisdictionem delegatam putatiuam sunt valida.*
18 *Quæ necessaria sint ad eorum validitatem, & n. 19. 20. & 21.*
22 *An delegatus possit cognoscere super toto negotio si appellatio fuit facta tantum super vno articulo & 23.*
24 *Iudex delegatus postquam tulit sententiam non potest de ea aliquid reuocare.*
25 *Iurisdictio delegata quando expiret, et an morte delegantis. n. 26.*
27 *An subdelegato mortuo, ordinario delegante viuo expiret iurisdictio.*
28 *Quid ipso delegante mortuo.*
29 *Per quæ iurisdictio delegata ammittatur.*
30 *Quid possit delegatus accipere à partibus?*
31 *Et an aliquid pro dispensationibus matrimonialibus.*
32 *Quot modis iurisdictio delegatur.*
33 *Et quid de vsurpata iurisdictione.*
34 *An Episcopus possit delegare causas criminales clericorum iudici laico.*

1 DElegare vt dicit Tabien. in sum. verb. delegare, nihil aliud est, quam vices suas alteri committere: & delegatus est ille cui à Principe, vel Iudice ordinario committitur causa, & tantum potest quantum ei committitur, & ideo Potestas delegata dicitur esse stricto iuris. gloss. in c. solet de sent. excomm. in 6. c. prudentiam de offic. delegat. & l. ad legatum. ff. de Procurat. & regulariter Arbitr. & Delegati æquiparantur, quia amborum iurisdictio expirat per mortem delegantis, c. vno delegator de offic. delegat. & non cognoscunt; nisi de expressis in rescripto, c. olim il primo, eod. tit. Abb. in c. translato de Constit. quomodo vero oriatur, & expiret eius iurisdictio vide S. Antonin. p. 3. cap. 3. §. 1. & n. 2. cart. mihi car. 109. Et est inferior ordinario nisi sit delegatus Papæ tunc est etiam supra ordinarium in causa sibi commissa c. sane, de offic. deleg. Molin. tom. 6. de iust. tract. 5. disp. 26. n. 1. & alij per Barbos. de iure Eccles. p. 1. lib. 1. c. 2. n. 83.

2 Differt autem delegatus ab ordinario, quia ordinarius à iure habet suam potestatem, delegatus vero ab homine, ille totam, iste in partem: illi delegare, iste subdelegare non potest: dicit etiam gloss. in c. super quæstionem de offic. deleg. quod ordinarius licet totam causam cõmittat alteri, potest eam ad se reuocare quãdocumque: Delegatus vero, si totam causam alteri committit, seu delegat id quod potest, non potest eam ad se reuocare S. Anton. p. 3. c. 3. §. 4. Vide alias differentias latè traditas a nostro Merolla p. 3. disp. 7. c. 4. cum seqq.

3 Quæritur modo vtrũ quilibet ordinarius possit delegare? & Respondeo affirmatiue, & ratio est quia quilibet ordinarius habet propriã, & connaturalem iurisdictionem, & sic potest in cõscientia delegare Gloss. in l. 1.

V ver.

ver. quæ vero. ff. de offic. eius qui mand. est iurisd. Cyn. Rain. Guglielm. & Bald. in l. a iudice C. de iudic. & de comm. testatur Fulgos. in d. l. à iudice, & de praxi communi loquitur Bolognett. in l. 1. ff. de offic. eius nu. 40. & in conscientia tradit nouissime d. Meroll. c. 4. dub. 1. num. 5. Et hoc intellige quando dictus ordinarius habet iurisdictionem ex iure non autem ex priuilegio speciali & particulari, tunc enim non potest delegare per notata à d. Merolla nu. 6.

4 Et hic nota, quod quando Ordinarius delegat aliquam causam alteri, vel assumit aliquem in Assessorem, damna illata per d. delegatum, Assessorem, vel vt vulgo dicitur causarum Auditorem non imputatur Ordinario, sed delegato, quia d. Ordinarius dat operam rei licitæ & consuetæ, & ideo non tenetur in cosciencia ad damna, ita ex text. in l. 2. ff. quod quisque iur. gloss. & DD. in l. argentarius §. fin. ff. de edend. Abb. in c. nihil 44. nu. 5. de elect. & nouissime Io. Valerius de differen. vtr. for. Verb. Damnum. Differ. 2.

5 Limita quando dictus delegatus communiter non existimaretur dignus, & aptus ad dictum officium; quia tunc ordinarius esset in culpa; ipsi enim incumbit prouidere de optimo, & digno Assessore pro viribus, iuxta necessitatem officij. ita gloss. in Verb. examinentur in c. ad hæc de offic. Archid. Glossa magna in l. Titio fundus ff. de cond. & demonstr. Auil. in c. præter ver. se obligando num. 44. & seqq.

6 Secundo limita in damnis subsecutis non per omissionem & negligentiam, sed per cōmissionem, & malitiam; imputatur enim Superiori si non elegit familiam honestam Rota decis. 432. tit. Vtrum Episcopi in antiq. pro qua facit text in l. si post C. de Assess. & l. 1. §. familiæ ff. de Public. & Vectigal. & ibi Bart. & habetur in tom. 1. comm. opin. lib. 3. tit. 27. num. 2.

7 Intellige tamen hoc procedere in foro exteriori; in conscientia vero non tenetur ad dicta damna, nisi sententia secuta; sicuti etiam si dicto ordinario nulla culpa potest de dictis damnis imputari, vt si animaduertit, bonum elegit, alium non inuenit, vel simile; æquum enim non videtur vt citra culpam, & dando operam rei licitæ teneatur ad damna per malitiam delegati postea subsecuta argum. text. in c. ex litteris, il 2. & c. significasti, li primo, de homic. facit gloss. in c. sicut dignum §. Clericus eo. & notat Io. Valer. d. Verb. Damnum. nu. 1. vers. intellige tamen.

8 Tertio limita quando sine causa iusta fuit facta Commissio vel delegatio; cum alias per seipsum teneretur facere, tūc enim ei imputabitur negligentia & iniuria officialis cum det operam rei illicitæ gloss. in Verb. scienter in c. 2. de Temp. ordinat. in 6. & gl. in c. ad hæc. verb. examinentur. de offic. Archid. & docet Bart. in l. requisit. ff. de incēd. ruin. naufrag. qui etiam dicit idem esse sentiendum in dominis publicis, & quæ d. ordinarius prohibere potuit, & non prohibuit Aufr. ad cap. Tholos. q. 196. n. 14.

9 Secundo quæritur vtrum delegatus possit subdelegare? & Respondeo distinguendo, aut est Delegatus Iudicis ordinarij, sed inferioris, & recognoscentis superiorem, aut est delegatus à Iudice supremo non recognoscente alium Superiorem, & in primo casu non potest non solum totam causam, sed nec vnum articulum illius iurisdictionem continentem subdelegare ita Nauarr. in Man. cap. 27. n. 45. & lib. 5. consil. tit. de sent. excomm. in 1. edit. cons. 15. in fine ex alij per Sanch. lib. 3. de matrim. disp. 31. n. 10. in secundo vero casu potest subdelegare non solum partem, sed etiam totam quantitatem causæ, nisi eligatur specialiter persona, quia à iure sibi conceditur; & hoc etiam inuitis partibus, vt ex text. in l. à Iudice C. de iudic. notat Molin. lib. 5. de iust. c. 15.

10 Dixi nisi eligatur persona, quia quando expresse vel tacite est electa persona expresse vt si in Commissione dictum sit Personaliter exequaris; vel cōfidenter circūspectis; vel industria tua; vel si fuerit factū nomine proprio dignitatis, & personæ, & persona erat cognita committenti; vt Francisco N. Refferendario vtriusque signaturæ, ita Sanchez de matr. lib. 3. disp. 7. in fine, quod multo magis procedit quando fuit dictum conscientiæ tuæ committimus; tunc. n. videtur electa persona DD. in c. fin. de offic. deleg. & notat Nald. in Summ. Verb. delegatus n. 12. Tacite videtur electa personæ industria si eligatur persona maximæ conditionis, vel

quando

quando secũdum consuetudinem non potest subdelegare, nisi in casu infirmitatis; vel quando ardua, & grauia committuntur Menoch. de Arbitr. q.68.num.15. & cons.69.& 9.3.quem refert & sequitur Anton.Nald.in Verb.damnum in fine cart. mihi 233.

11 Nota vero quod si nudum ministerium cõmittitur vt v. g. Testium receptio quos Iudex prius approbauit tunc licet delegatus non possit subdelegare;quæ tamen sunt nudi ministerij potest quia non dicitur subdelegare Iurisdictionem, sed laborem Luntrant.decis.212.cent.3.& Nald.vbi supra.

12 Iterum distinguo supradictum quæsitum aut est delegatus ad causas particulares, aut est delegatus ad causarum vniuersitatem; in primo casu non potest subdelegare, in secundo potest, quia censetur tamquam ordinarius c.cum causam; verb. delegatus; de appell.& ibi Panormit.nu.12. & sequuntur Marant. in pract.c.4. dist.5. Molina de iust. tom.6.tract.5.disput.15.nu.4.Sanch. tom.2. lib.3.de Matrim.disp.31.n.10.fol.mihi 214. & de communi testatur Merolla vbi supra n.45.quibus adde Nald.in Verb. Delegatus

13 n.14. † Dicitur autẽ delegatus ad vniuersitatem causarum etiam quando committitur genus dd.causarum sub nomine collectiuo, & tamen restringitur ad tempus,locum, aut etiam qualitatem; puta,committimus causas talis summæ. Bart.& alij in l.legatus. ff. de offic.Proconsul. Nauar. cons.15. in fragment. de offic. Ordinar. Vgolin. de off. & pot.episc.fol.mihi 59.num.8.

14 Delegatus vero Proconsulis potest subdelegare & hoc ex priuilegio. Nomine autem Proconsulum hodie veniunt legati à latere; proconsulibus enim Prouinciarum comparantur c.legatos De offic.legat.in 6.ita Vãt. de nullit.tit. de nullit.ex Defect.n.23. Meroll.part.3.disp.7. num.44. Coninch.de Sacram.disp.8.dub.4. nu.23.& seq.& disp.13. dub.4.n.34.in fine.

15 Et nota quod quando est delegatus vt dixi ad vniuersitatem causarum,& data est ei facultas sub nomine collectiuo; tunc vnam, vel alteram subdelegare nõ denegatur,quia quasi ordinarius in hoc casu censetur vt bene notant Sanch. tom.2.de matr. lib.3. dub. 31.n.10. & Nald.Verb. delegatus. nu.14.

16 Item nota quod si delegatus est suspectus, & timetur de oppositione suspicionis tunc ante oppositionem, potest alteri suas vices subdelegare, & tenebit subdelegatio vt ex gloss. in c. à collatione de appellat. in 6. notant Bellam.conclus.603. de offic. deleg. & Nald.in d.Verb.delegatus n.17. in fine.Item nota quod in casu,quo potest delegatus subdelegare,non transmittit suum officium integrum ita vt subdelegatus possit etiã subdelegare quia eum non habeat hoc proprium nec potest alteri transferre Coninch. de Sacram. disp.8. dub.4. nu.27. vers. nota primo.

17 Tertio quæritur Vtrum gesta ab habente iurisdictionem delegatam putatiuam, sint valida. Et respondeo quod si error cómunis fuit probabilis verior opinio est quod sint valida ita Vgolin.de censur.tab.1.c.2.§. 22.n.3.Henriq.lib.5.de Pænit.c.14. lib.6. c. 6.n.2. in Comm.littera E. & n.3. litt.I. Rodriq.in summ.p.1.c.6. nu.3. Less. de iust.& iure lib.2. cap.29. dub.8. Sanchez lib.3. de Matrim.disp.22 n.16 quod probatur multis rationibus per Meroll.p.3. disp.7. c.6. dub. 25.nu.244.& seqq. Principalior vero est vt dixi in deffens.1.de iudic.cap.1.quia nisi dicta acta essent valida, sequeretur in populo magna perturbatio, scandalum; & damnũ, & ideo lex supplet defectum iurisdictionis & tribuit ei facultatem extraordinarie ad singulos annos propter bonum commune.

18 Sed aduerte quod hæc duo necessaria sũt, ex parte Iudicis titulus coloratus; ex parte populi error communis, & probabilis;& intelligitur tam de delegata ad vniuersitatem causarum,quam de delegato ad causam particularem quia in omnibus militat eadem ratio. Sic bene notat cum Palud.Nauarra & alijs Lessius loco citato nu.66.vers. secundo idem cart. mihi 182.

19 Amplia licet superior cõferens dictam Iurisdictionem delegatã sciat collationẽ esse inualidam modo conferat quantum in se est saltem actu externo, & communi errore populi; sicut etiam si litigatores vel quorum causa agitur sciant dictum impedimentum quia hæc iurisdictio concessa est generatim, vnde scientia priuata non impedit illam propter errorem communem ita Lessius vbi supra vers. Tertio. & seq.

20 Secundo amplia etiam in casu quo dele-

gato occulte est ablata iurisdictio, & tamen se pro Iudice gerit; siue dicta iurisdictio ipso iure vacet, siue per sententiam sit ei ablata, vel à delegante reuocata; siue cesset per mortem, vel per iurisdictionis suspẽsionem ipsius delegantis ita Panormit. in c. nihil 44. de electiõn. Nauarr. in c. placuit de Pænit. Aragon 22. q. 60. art. 6. Henriq. lib. 3. de pænit. c. 6. Sanch. lib. 3. de matrim. disp. 20. num. 58. Less. num. 67.

21 Tertio amplia non solum errorem communem, sed etiam probabilem tam de iure quam de facto etiam si forte opinio illa sit falsa; vel populus dubitet an d. Iudex sit officio priuatus. In dubio enim nemo est suo iure priuandus quia melior est conditio possidentis. ita Doctores supracitati cum Lessio num. 68. quo etiam addit Rosell. V. Confessor. 3. in fine, & Silu. eo. 1. q. 19.

22 Quarto quæritur An delegatus possit cognoscere super toto negotio, si appellatio fuit facta super vno tantum articulo. & Respondeo quod licet delegatio strictã debeat habere interpretationem c. cum dilecta de rescript. & DD. in l. 1. ff. de off. eius, & nisi delegatio sit simpliciter facta, totam causam non comprehendit per tradita à Menoch. de arbitr. q. 37. nu. 31. & solus Iudex delegatus cui causa appellationis simpliciter committitur potest cognoscere de tota causa principali vt comm. Doctores in c. vt debitus de appellat. & ita de praxi testatur Imola ibi col. pen. Tamen licet fuit in delegatione solum apposita Clausula prout iuris erit, vel iustitiam faciat, si tamen Iudex pronũciauit bene appellatum & male iudicatum potest cognoscere de toto negotio principali absque alia noua Commissione ita Ludouicus Paitell. tract. expedit. caus. ciuil. annotat. 95. cart. 1. qui alios allegat, & de communi testatur. Et ita in cõscientia faciendum esse iudico, tum ob deffensionem iniustitiæ parti illatæ, tum etiam propter propriam conscientiã ad effectũ nõ errandi in causa. Vide Fed. de Sen. cõs. 192. & Tusc. lit. D. cõcl. 153.

23 Aduerte tamen quod d. Iudex non potest cognoscere de illis de quibus non cognouerat primus, nam non est Iudex nouæ causæ, sed tantum de discussis coram primo Iudice etiamsi verba rescripti includerent cognitionem negotij principalis; & etiamsi mille commissiones emanarẽt super negocio principali quia non censetur commissum nisi quod ante erat apud primum Iudicem, & sic erit tutus in cõscientia si tantum de illis cognouerit Natt. cons. 573. nu. 35. Amat. decis. March. 33. nu. 8. Put. decis. 166. num. 2. p. 3. Ruginell. de appellat. tit. quod sit appell. n. 4. Bero. cons. 120. nu. 8. in 3. Paitell. d. Annot. 95. n. 2. seq. qui & alios allegat & Ricc. collect. 992.

24 Sexto quæritur an Iudex delegatus postquam suam tulit sentẽtiam possit pænam in ea appositam reuocare, minuere, seu immutare? & respondeo negatiue, quia per sententiam iam desinit esse Iudex; nisi quando sententia est lata per relationem peritorum in arte, & postea constet per alios magis peritos de falsitate primæ sententiæ; tũc enim potest illam retractare Felin. in c. litteris de offic. deleg. quem refert & sequitur Io. Valer. de differ. vtr. for. Verb. Iudex nu. 3. Rota decis. 631. coram R. P. D. Dunozetto num. 8. par. 2. nouiss. notat Cherub. in Compend. Bull. scol. 2. const. 69. Pij V. tom. 2. cart. 54.

25 Septimo quæritur vtrum iurisdictio delegata ad litteras iustitiæ exequendas expiret morte delegantis; & respondeo quod re integra expirat, & ratio est quia per actũ delegationis non trasfertur efficaciter iurisdictio in delegatum, donec ea vti cæperit c. quamuis de offic. delect.; quod etiam intelligitur quando delegans amittit aliquo modo iurisdictionem Molin. vbi sup. disp. 19.

26 n. 2. Sanch. d. disput. 28. n. 32. † An vero expiret ipso iure, vel opus sit exceptione; dic quod ipso iure; sic comm. Doctores per Meroll. vbi sup. diff. 2. nu. 311. & Sanch. nu. 41.

27 Subquæres an subdelegato mortuo, remanente primo ordinario delegante viuo expiret iurisdictio; & distinguo aut delegatus subdelegauit iure sibi à lege cõcesso, aut ex speciali potestate sibi à delegãte tradita subdelegandi; si à iure, expirat, si ex speciali potestate, non expirat; quia in primo casu non ordinarius sed delegatus censetur substituere, cũ substituat iure proprio sibi concesso à lege, sic de probabiliori opinione testatur idem Meroll. n. 321. cum Molin. to. 6. de iust. tract. 5. disp. 26. n. 1. qui dicit, quod Ordinarius non potest absoluere excommunicatum à Delegato Papæ etiamsi dele-

gatus

gatus iurisdictionem amittat vel per mortem, vel alia ratione. Vide Barbos. de iur. eccles. lib. 1. c. 2. num. 83. in fine.

28 An vero quando delegatus subdelegauit pereat iurisdictio subdelegati ipso delegāte mortuo, qui delegato subdelegauit ipso delegato viuéte, resque est integra; & Respondeo negatiue, quia satis est ipsummet subdelegatum aut delegantem cępisse vti iurisdictione ante primi delegantis obitum, ita Sanch. c. 28. nu. 38. Ferrett. cons. 158. nu. 1. col. 1. & Meroll. loco citato nu. 322.

29 Secundo subquæres per quid aliud amittatur iurisdictio delegata, & respondeo tribus alijs modis; primo per lapsum temporis ad quod fuerat concessa dicta iurisdictio, nam potestas non extenditur vltra facultatem concedentis; vnde lata sententia, vt dixi statim expirat, si est delegata ad aliquod negotium particulare Cherubin. d. scol. 2. const. 96. Pij Quinti. Secundo per reuocationem delegantis, nam res per quas causa nascitur per has dissoluitur ita Suar. de cens. disp. 28. sect. 3. Zerol. de pænit. in Praxi c. 16. q. 2. vers. tertio. Filliuc. tract. 7. c. 8. q. 7. Bonacin. de Pænit. Sacram. disp. 5. q. 7. punct. 4. §. 1. nu. 7. Tertio per superuenientem excommunicationem suspensionem vel interdictum ab officio, vel iurisdictione, modo sit vitandus vt dixi in cap. 3. supra non autem si est tolleratus Less. lib. 2. c. 29. dub. 7. nu. 62. Præposit. in 3. part. D. Thom. de excomm. dub. 12. n. 78. per ampliat. etiam ad non tolleratum si se transferat ad alium locum vbi ignoratur quid sit denunciatus, & non tolleratus Dian. p. 5. tract. 9. de excomm. resol. 109. Coninch. vbi supra n. 27. vers. nota secundo.

Octauo quæres. Vtrum delegatus possit
30 aliquid accipere a partibus, & respondeo negatiuæ nisi fuerit esculentum vel poculentum, quod paucis diebus possit consumi, vel quando cogitur proficisci extra domicilium; quod si acceperit plusquam moderatas expensas, vel a partibus omnino pauperibus, tenetur ad restitutionem non obstante qua vis partis remissione, quia, licet remissio creditoris excuset a debito, tamen ad hoc vt teneat d. remissio tres requiruntur conditiones. Prima vt sit omnino libera. Secūdo vt creditor possit condonare, & 3. vt Condonatio non sit in casibus a iure exceptis. casus autem noster est de exceptis a iure ergo semper tenetur ad restitutionem. Sic tex. in c. statutū §. in super vinct. §. si quid de rescript. in 6. Less. cum cōm. doctorū sententia lib. 2. c. 16. dub. 2. nu. 34. & 47. vbi notat idē dicendum esse de inquisitoribus prætextu Inquisitionis Clement. volentes de hæret. in 6. Vnde et iam Filliuc. tom. 2. tract. 32. c. 4. n. 157. Zambell. Verb. Iudex nu. 5.

31 Et nota quod delegatus pro dispensationibus matrimonialibus non potest aliquid accipere ratione laboris nec ex consuetudine ita declarauit Sacra Congregatio, vt ex Armendar. testatur Barbos. in Collectan. Concil. Trident. sess. 21. c. 1. num. 15. & Garz. de Benef. tom. 2. part. 8. cap. 1. nu. 77. affert cōgr. Declarationem directā Canonicis Eccles. Gerunden. sub die 12. Aug. 1588. quæ declarat pro dipensationibus matrimonialibus non licere delegato quidquam accipere nec ratione taxæ ex immemorabili Consuetudine, nec ratione sigilli, nec alicuius rei. Vide tradita a Dian. tom. 5. tract. 13. resolut. 70. qui ponit per extensum hanc declarationem cum alijs per eum annotatis.

32 Vltimo quæritur quot modis posit delegari Iurisdictio, & respondeo quatuor modis. Primo iure communi, vt dictum est. 2. Priuilegio particulariter concesso tam priuatæ personæ, quam magistratui vel Communitati. 3. ex concessione expressa, vel tacita, & 4. Consuetudine c. cum contingat de for. compet. Coninch. de ministr. Sacram. pænit. disp. 8. dub. 5. nu. 31. Nauarr. in c. placuit. De pæn. d. 3. nu. 36. Sot. dist. 18. q. 4. art. 2. ad 2. Azzor. p. 1. lib. 4. c. 19. vers. nulla lit. C.

33 Sed nota quod non sufficit vsurpare talem iurisdictionem inscijs his qui dare illam possunt, tunc enim consuetudo non dat Iurisdictionem sed est necessarium vt superior uel postea factum ratum habeat, vel dū fit tacite approbet non contradicendo cum faciliter possit Less. lib. 1. c. 2. dub. 14. n. 45. Ideo possunt dicti superiores, & eorum successores semper eam reuocare Coninch. vbi sup. num. 8.

34 Nota etiā qđ episcopus non potest Iudici laico causas criminales Clericorū delegare etiā qđ delegasset causas simul cū Clericos nisi in casu quo nō esset in eo loco Clericus sufficiens

sufficiens, vel esset pro delicto imponenda pæna sanguinis vel esset in alieno territorio; Causas vero ciuiles potest laico delegare, dummodo non sit Commissio generalis ad omnes causas, sed tantum particularis ad aliquas gloss. in V. non præsumat c.2. de iudic. Marchesanus de Commiss. p.2. c.3. nu. 40. Filliuc. tom.1. tract.16. c.11. quæst.5. nu.308. Azzor. p.2. lib.3. c.32. quæsit.4. Bonacin. in Bull. Cænæ disp. 1. q.16. punct.2. num.10. Sperell. decis. for. ecclesi. decis.14. nu.17. Barbos. de pot. episc. alleg.108. nu.1. cum alijs per eum. Et ego dixi supra in cap. de Episc.

CAP. XI.

De iurisdictione Conseruatorum.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit iurisdictio Conseruatorum, & an sit delegata.*
2 *Et an aliquando sit ordinaria.*
3 *Eius appellatio est ad solum Papam.*
4 *Differentia legati, & conseruatoris.*
5 *Episcopi non habent primas istantias in iudicibus Conseruatoribus.*
6 *Exceptis quibusdam casibus.*
7 *Conseruatores an debeant esse in dignitate constituti.*
8 *Conseruatorum iurisdictio in quo versatur.*
9 *Excommunicantur partes incitantes Conseruatorem sibi datum, vt se intromittat in causis non violentis.*
10 *Dummodo Conseruator se realiter intromittat.*
11 *Et quid in dubio an iniuria sit manifesta.*
12 *An possit conseruator cognoscere in causis criminalibus, & mixtis.*
13 *Et quid in iniurijs inferendis.*
14 *Et an debeat seruare terminos iuris communis.*
15 *Quibus Notarijs vti debeat.*
16 *Non debet Conseruator ostendere Episcopo litteras commissoriales.*
17 *An Iudex conseruator possit refutari.*
18 *Quomodo cesset iurisdictio conseruatoris.*
19 *Notanda pro defensione animæ Conseruatorum, & num.10.*
21 *Quid de conseruatoribus Religiosorum.*
22 *Constitutio Gregorij XV. de Conseruatoribus.*
23 *Explicatio sacræ Congregationis Concilij dictæ Bullæ.*
24 *Et an dicta Bulla sit etiam pro equitibus hierosolimitanis.*

1 Est & quædam iurisdictio quæ dicitur Conseruatorum; & datur à Papa ad tuendum aliquos cõtra manifestas iniurias, seu violentias iudiciali non vtens indagine, & est iurisdictio delegata, vt est textus in c.1. & vlt. de offic. delegat. in 6. vbi Doctores, Silu. V. Conseruator nu.1. Azzor. p. 2. lib.5. c.34. q.1. Cochier. de iurisd. ordin. in exempt. p.1. q.39. nu.1. Moneta de Conseruator. c.1. nu.8. Molin. to.6. disput.29. num.1.

2 Aduerte tamen, quod aliquãdo est etiam ordinaria, scilicet quando in Bulla Concessionis expresse conceditur vt sit ordinaria prout concessum fuit PP. Iesuitis à Pio V. & Greg. XIII. & aduertit cum Molina Barbos. de pot. Episc. p.3. alleg.106. nu.3. licet non possint per hoc subconseruatorem deputare, quia eligitur persona gloss. & DD. in d.c. vlt. de offic. deleg. Azzor. d.c.34. quæs.6. Molin. d. disput.29. nu.5. Cocher. de iurisd. ordin. in exempt. q.39. nu.20. Mirand. man. Prælat. tom.2. q.47. art.2. concl.4. & alij per Barbos. de pot. Episc. p.3. d. alleg.106. num.44. & 46.

3 Appellatio vero ab eis non datur nisi ad solum Papam, neque ad Legatum nisi aliter sit in suis commissionibus Marc. Anton. var. resol. lib.1. resol.112. cas.61. verb. Primo. Tusch. litter. C. concl.760. nu.6. qui & alios refert Mendox. à Castr. in Prax. Lusit. lib.1. c.3. num.27. p.2. Immo possunt procedere contra quoscunque Ordinarios etiam legatos si eos impedirent in eorum conseruatorijs iuxta text. in c.2. de offic. deleg.

4 Quæ differentia autem sit inter delegatum & Conseruatorem. vide Azzor. d.c.34.
5 quæst.5. † nota tamen quod licet Episcopi habeant primas instantias in omnibus Iudicibus, non habent in Conseruatoribus, quia quoad hoc Cõseruator reputatur tamquam ordinarius Barbos. de pot. episc. allegat.81. nu.13. & in Appendice, vbi & alios allegat.
6 † Causæ vero mercedum, & miserabilium personarum contra Regularem, aut p exem-

ptum si extra Conasterium degunt, ad Episcopum spectant tamquam Sedis Apostolicæ delegatum nulla habita ratione ad Conseruatores ex Sacro Concil. Trident. sess. 7. c. 14. notat Barthol. Gauant. in man. Episc. Verb. Forens. episcopale. num. 5.

7 Conseruatores non possunt esse ni sint personæ in dignitate constitutæ exceptis Canonicis Cathedralium ex priuilegio Summorum Pontificum Sixti IV. Pij V. & Greg. XIII. & excipitur etiam Vicarius Episcopi qui licet sit Prælatus; attamen non habet dignitatem in Ecclesia, & sic non potest esse Conseruator; sicuti etiam Priores, Guardiani, vel Superiores Religionum ex eadem ratione per decretum Sacræ Congregationis, sub die 6. oct. 1617. vt refert Barbos. nu. 15. vbi supra. Deputati vero à Sede Apostolica Iudices in aliqua causa, si non sunt in altero iurium graduati, tenentur assumere assessorem partibus non suspectum, & ab illis, vel ab altera illarum requisiti, & secūdum eius relationem iudicare ex Bulla Leonis X. quæ incipit Regimini teste Riccio in Prax. caus. deleg. decis. 619. refert Nald. in Sum. Verb. Religiosus nu. 17. Vide textum in c. vlt. de offic. deleg. in 6. Concil. Trident. sess. 25. de reform. c. 10. Bonacin. de censur. extra Bull. disp. 2. q. 2. punct. 35. n. 6. Azzor. instit. mor. part. 2. lib. 3. c. 11. vers. decimosexto quæro. Monet. de conseruator. c. 5. nu. 117. & alij multi per Barbos. d. p. 3. alleg. 107. nu. 55. & 58. qui etiam refert duas Constitutiones nouissimas de Conseruatoribus editas à Greg. XV. & Vrban. VIII. & post eum Thesaur. de pæn. eccles. V. onse ruatores cap. 1. par. 2.

8 Iurisdictio autem istorum cōseruatorum versatur solummodo in procedendo contra manifestas iniurias seu notorias violentias quæ non requirunt examinationem iudicialem, in fauorem religiosorum, & Regularium c. 1. & vlt. de off. deleg. in 6. vbi gloss. Verb. conseruatores & DD. communiter Marches. de commiss. p. 1. c. 2. pag. mihi 143. in noua editt. Azzor. d. c. 34. quæsit. 7. Molin. d. disput. 29. nu. 2. & alij multi.

9 Et nota quod Partes incitantes Conseruatorem sibi datum, vt se intromittat in ijs quæ non continent apertam violentiam, vel quæ exigunt maiorem indaginem, & iudicialem discussionem sunt excōmunicati per text. in c. hac constitutione §. ne autem de offic. deleg. in 6. licet nemini sit reseruata post satisfactam partem Memorial. Clericor. Gregor. XV. cap. 19. excomm. 64. Bonacin. de censur. extr. Bull. disp. 2. q. 1. punct. 35. & nouissime Thesaur. de Pæn. ecclesiast. p. 2. V. Conseruatores. c. 1. in princ. & in limit. 5.

10 Sed aduerte hoc intelligi, dummodo realiter se intromittat, & non habeat priuilegium se intromittēdi in huiusmodi actibus Suar. de censur. disp. 23. sess. 4. nu. 10. Filliuc. tom. 1. tract. 14. nu. 58. Monet. de conseruat. c. 7. nu. 587. Absolutio tamen impendi non potest ante præstitam integram satisfactionem. Vide Bonac. d. pun. 35. num. 3.

11 In dubio autem an iniuria sit manifesta, & violenta notoria possunt summariè examinare testes, & probationes sumere ad effectum fundandi eorum iurisdictionem, ita Doctores supracitati, quibus addo nouissime Mend. à Castr. p. 2. lib. 2. c. 3. num. 6. vers. vnde si inueniat.

12 De criminalibus vero & mixtis causis non possunt cognoscere, quia tantum pro ciuilibus concessa est eis iurisdictio, vt est contra Debitores in causis, quibus non est necessarius aliàs iudicialis strepitus. ita ex Concil. Trid. sess. 14. de reform. c. 5. notant Barbos. vbi sup. nu. 27. 20. & 30. Fusch. de Visit. lib. 2. c. 23. nu. 5. Gutt. pract. lib. 3. q. 9. nu. 8. Ceuall. comm. contra comm. tom. 4. q. 897. nu. 711. & alij per Dian. p. 3. tract. 1. Resol. 20.

13 Amplia non solum posse procedere in iniurijs manifestis illatis, sed etiam in ferendis, quia in vtrisque consistit deffensio. gloss. in Verb. defendere d. c. 1. de off. deleg. in 6. vbi Franch. nu. 7. Domin. num. 13. & alij. Azzor. d. c. 34. q. 7. vers. si iterum quæras. Molin. d. disp. 29. nu. 2. vers. potest. Mirand. Man. Prælat. tom. 2. q. 47. art. 2. concl. 4. Coch. de iurisd. ord. in exempt. tom. 1. q. 39. n. 13. & in hoc casu possunt etiam procedere censuras, alijsque iuris remedijs iuxta concessionem in litteris conseruatorijs. ita Mirand. in man. Prælat. d. tom. 2. q. 47. art. 8. conclus. 5.

14 Quæres modo vtrum in iudicando debeant seruare terminos iuris communis. ſ

Cita-

Citatio; & sententia? & Respondeo affirmatiue, nam licet sit illis concessa facultas cognoscendi causas quæ iuris indaginem requirunt, & quæ sint notoriæ & manifestæ; tamen in exequenda Iustitia debent seruare illum iuris ordinem, qui in similibus casibus requiritur; deffensio enim propria nemini denegatur ita ex textu in c. ad nostram il tertio vbi gloss. in Verb. obseruandus. de iureiur. declarat. Fr. Emm. qq. regul. tom. 1. q. 65. nu. 18.

15 † Et in hoc casu non possunt sumere nisi Notarios Curiæ episcopalis qui taxam sui ordinarij sequi debent, quæ si minores sunt, seruentur iuxta Bullam Greg. XIII. ita Gauant. in man. Episc. Verb. Conseruatores nu. 34. qui etiam n. 32. dicit quod Procuratores & Aduocatos, qui causas apud ipsos agunt, neque verbo nominent, alioue modo designent, neque domi in conturbernio habeant.

16 Secundo quæres an dicti Conseruatores antequam agant in causam, debeant ostendere litteras commissoriales episcopis loci? & respondeo negatiue nisi ab eis exigatur, tūc enim debent præbere, vt euitentur scandala & fraudes; immo si dd. Conseruatores delinquerent in causis, vel aliquo modo iniuste se agerent in illis, possunt à dictis Ordinarijs conueniri, & ab illis resisti. ita Farinac. in frag. Crimin. par. 2. litt. F. n. 974. Mend. à Castr. in Prax. Lusitan. p. 2. lib. 2. c. 3. nu. 9. & alij per Barbos. tom. 3. de pot. episc. alleg. 107. num. 37.

17 Tertio quæres an dd. Iudices Conseruatores possint recusari, & ab eorum sententia appellari? Et respondeo affirmatiue, nam etiam in notorijs recusatio admittitur per doctrinam glossæ in c. quia suspecti 3. q. 5. & probat expresse Trident. sess. 14. de reformat. c. 5. vers. quod si, sicuti etiam appellatio secundum comm. DD. opin. in c. Romana iuxta gloss. in verb. mandetur §. si autem de appellat. in 6. Couarr. pract. c. 23. n. 5. vers. secunda Conclusio vbi alios adducit. Et in terminis nostris Barbos. d. alleg. 107. nu. 32. & seq.

18 Quarto quæres quomodo cesset istorum Conseruatorum Iurisdictio? Et respondeo distinguendo Aut loquimur de Conseruatoribus Regularium Ordini, vel religioni cōcessis; ut de alijs extra ordinem, & religionem concessis. De primis dico quod huiusmodi facultas est perpetua, quia habet relationem ad religionem, quæ perpetua est; de secūdis vero quoad negocia iam cepta quinquennio cessant, & terminantur litteræ Conseruatoriæ ita Conc. Trid. sess. 13. de ref. c. 5. vers. nemo etiam. Vide nouissime Laur. de Peyr. Formul. regul. litter. C. c. 20. nu. 2. An morte vero concedentis expiret? & respondeo quod si res non est amplius integra, & negotium cæptum non expirat sed adhuc durat Mandos. de signat. grat. tit. de Conseruat. vers. addi deberet, in fine. Coch. De Iurisd. Ord. in exemp. d. q. 39. n. 40. Azzor. d. c. 34. nu. 14. & alij per Bonac. d. punct. 36. n. 7. vers. obijcies.

19 Vltimo duo principalia à dd. Conseruatoribus adnotanda sunt pro deffensione eorū conscientiæ primo quod excedentes limites potestatis eis concessæ per annum suspensi sunt ab officio d. c. hoc constitutione §. ne autem de offic. deleg. in 6. non solum Conseruatoris sed etiam Clericali, licet non à Beneficio; & hoc in pænam eorum temeritatis; sed Greg. XV. in Constit. 9. edita anno 1621. die 20 Septemb. restrinxit tantum ab officio conseruatoris; & quod partes quæ, hoc fieri procurauerint excommunicationem incurrant a qua non nisi satisfacta parte absolui possint de expensis indebite factis ita Bonacina de Censur. in part. disput. 2 q 2. punct. 35. num. 8. Thesaur. de Pæn. ecclesiast p. 2. Verb. conseruatores cap. 1. num. 5. vers. conseruatores Azzor. tom. 2. cap. 34. q. 13. Filliuc. tract. 14. n. 58. Doctores in d. cap. hac constitutione §. ne autem de offic. deleg. in 6.

20 † Immo si excedendo dd. limites læderent in aliquo Iurisdictionem ordinarij loci, incurrerent in excommunicationem latam in Bulla Cænæ contra vsurpantes Iurisdictionem ecclesiasticā ordinariorum. Vide Doctores super cap. 17. Bullæ in Cæna Domini præsertim Bonacinam, & Duardum.

21 Limita non procedere in Conseruatoribus secundum priuilegia quales sunt qui a Religiosis exemptis eliguntur secundum priuilegia; nam hoc hi licet proprie sint delegati, attamen procedunt more ordinariorum, & illis assimilantur, & iudicant omnes causas regularium in prima instantia, si conueniantur, & non ipsi alios conueniant; & dictæ Con-

Constitutio præcedis procedit tantum in illis conseruatoribus, qui sunt secundum iura, qui scilicet tantum habent delegatam iurisdictionem super manifestis iniurijs & violentijs ita Quarant. in summ. Bullar. v. Priuilegia, § has declarationes, Nau. c. 27. num. 125. Suar. disp. 25. sect. 4. nu. 10. de Censur. Monet. de conseruat. c. 7. n. 587. Bonacin. de d. punct. 35. n. 2. Filliuc. to. p. tr. 14. n. 18. Thesaur. limit. 2. in verb. Conseruatores, c. 1. p. 2. Differentiæ vero quæ possunt oriri inter conseruatores, & ordinarios circa iurisdictionem debent deffiniri per arbitros in forma iuris electos ex Concil. Trid. d. ses. 25. c. 10. reformat. Thesaur. de Pæn. eccl. conseruatores. cap. 1. p. 2. nu. 3. in fine.

22 Secundo principaliter adnotandum est, quod Greg. XV. in d. Constit. tria specialiter determinauit, quæ omninò obseruanda sunt. Primo quod non possunt esse Conseruatores nisi sint personæ in dignitate constitutæ, vel personatum obtinentes, vel Canonicatum in Ecclesijs cathedralibus. & sint nominati in Synodo aliter incurrunt ipso facto pœnam priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, inhabilitatio eorum est Papæ reseruata, & regulares carebunt conseruatore per annum interim causæ cognoscendæ erunt ab ordinarijs, licet alias essent exempti.

Secundo quod quando dd. conseruatores sunt electi a Regularibus alijsue exemptis debeat talis electionis instrumentũ exhiberi apud acta Curiæ ordinarij, & non debeant postea immutari nisi post quinquenniũ, & ex causa cognita ab ordinario loci siue à Papa.

Tertio quod possint iudicare quando Regulares conueniuntur, nõ aut quãdo d. Regulares conueniunt alios, & in casu quo conueniũtur, vt dictũ est, nõ possunt dd. cõseruatores procedere cõtra personas existẽtes extra illam Diæcesim in qua ipsi commorantur

23 Nota etiam quod sacra Congregatio Concilij postea sua declaratione edita quæ habetur in Bullario ad calcem d. Constit. Greg. XV. declarauit hanc Bullam non auferre facultatem, quin Conseruatores Regularium possint illos defendere agentes contra alios, à manifestis iniurijs, & violentijs dum à suis possessionibus eiciuntur aut proprijs bonis pti frui impediuntur dummodo vtantur firma constit. Innocent. IV. & Bonif. VIII. relat. in c. 1. & fin. de off. deleg. in 6. idest dummodo habeant alia requisita secundum iura, & non trahant reos vltra vnam Diætam nisi habeant super hoc speciale priuilegium quod multæ religiones habent, ita Thesaur. de pæni. eccles. d. v. conseruatores. in fine vide etiã aliam declarationem sacræ Congregationis confirmatam ab Vrbano VIII. sub die 17. Febr. 1628. qui confirmauit Gregorij XV. & testatur de ea, Barbos. p. 3. alleg. 106. car. mihi 178. & 512. & referunt etiam Laurent. de Franch. controu. episc. & secul. pag. 169. Lezan. qq. reg. c. 3. n. 11. in fine. & Gauant. in Append. Man. episc. p. 2. num. 2. cart. mihi 46. qui etiam notat in v. Conseruatores in Manual. n. 14. ex sacra Congregatione Concilij

24 6. Febr. 1627. quod Bulla Greg. XV. non afficit Religionem Ierosolimitanam, nisi quoad Iudices conseruatores. Vide nouissime Marcell. a Vulpe in Prax. iud. for. ecclesiast. c. 12. Cardos. in praxi Iud. & Aduoc. verb. conseruator. Portell. in dub. regul. eo. ver. & Erasm. à Coch. de conseruator. ecclesiast. per q. 120. & alios adductos a d. Barb. in fine loco citato.

CAP. XII.

De Iurisdictione Ecclesiasticorum in Laicos.

SVMMARIVM.

1 *Sebastianus Guazzinus non loquitur de hac materia. & quare.*
2 *Ecclesiasticus iudicat Laicos in causis Spiritualibus.*
3 *Item quoties necessariũ est ad bonum cõmune.*
4 *Ecclesiasticus iudicat laicos si merces sint falsæ & similia.*
5 *Ecclesiasticus Index Laicos iudicat in ijs quæ spectant ad bonum supernaturale.*
6 *Item de negocijs infidelium etiam sæcularibus & quomodo.*
7 *Quando iudicat contra Hebreos.*
8 *An ecclesiasticus possit aliquando reuocare sententias latas à Iudice laico.*
9 *Quoties Laicus inuenitur cũ Clerico in eo delicto pertinet ad ecclesiast. vtrosque punire.*
10 *Poterit tamen laicus recipere dicta testium ex parte, quæ faciunt contra laicos.*
11 *Laicus deponens falsum coram Ecclesiastico debet ab ipso puniri sed non contra.*

X ex Ec-

nem iudicialem relictis omnibus aliis quæ circa hanc materiam dici possunt.

2 Et primo dico pertinere ad Iudicium Ecclesiasticum iudicare laicos in causis quæ vel spirituales sunt vel aliquam spiritualitatem participent, vt sunt, quæ pertinent ad fidem, sacrum Sacramentum, ad bona, vel iura Ecclesiastica, & ad ea omnia quæ respiciunt legem diuinam, & hæc est communis opinio omnium Doctorum, vt testatur Sanchez consil. Moral.lib.6.c.1.dub.4.nu.1. latè Albert.Pigius de eccles.Hierar. lib.4.c.2.

3 Secundo dico pertinere ad ecclesiasticum iudicare laicos, quoties id fuerit necessarium ad bonum commune, vel particulare peccatoris ratione delicti, quando scilicet Iudex laicus est negligens, vel non est sufficiens, vel suspectus ecclesia.n.habet omnē potestatē a Christo Domino in ijs, quæ necessaria sunt ad bonū regimē, & ad salutem animarū c.ex trāsmissa de for.compet. c.administrator 23. q.5.Syluest.v.Iudex.1.q.3.dist.2.Sanch.opuscul.mor.lib.6.c.1.dub.4.n.2. & ad commune bonum spectat habere recursus ad Ecclesiasticos, vt peccata publica corrigantur licet è conuerso non possit Iudex laicus supplere defectum Ecclesiastici, cum non habeat parē cum illo potestatem & non sit eius subditus vt est laicus Ecclesiastico cum in pertinentibus ad animam semper illi subditus sit ita Barbos.collect.tom.1.libr.2. tr.2.c.o.1 nu.2. cum alijs per eum ibi adductis quibus addo Dian.p.3.tract.1. resolut.25. & p.7. tract.1. resol.13. §.vrget.

4 Ex quib. infertur pertinere ad Iudicē Ecclesiasticum cognoscere cōtra laicos si victualia plus æquo vendantur, vel si merces falsæ pro bonis, & contra illos potest excommunicationis pœna procedere c.1. de empt.& vend.similiter prohibere superfluos ornatus virorū vel mulierum, ludos, & spectacula inhonesta, tripudia, & choreas in diebus festis, domos mulierum inuisere quando dubitat de concubinatu, nec tenetur adhibere trinam monitionem erga eos, nisi velit procedere per censuras, & in omnibus alijs concernentibus salutem animarum, quia vniuersaliter de omnibus peccatis præcepit Christus Do. N. esse denunciandam Ecclesiā, licet nō semper expediat ecclesiasticū adire præsertim si malitiosè agatur, in quo casu Ecclesiasticus debet admittere exceptionem vt dicit Sanchez consl.mor.lib.6.c.1.dub.4.n.3. & 4. Nauar.in c.nouit notab.6.n.33.de iudic. Mich. Agia tract.de exhibend.auxil. fundam.17. Rubr.de alijs crim.laicor. fol.69. Dian. p 1. tract.2.resol.87.& p 5.tract.1.resol.10.Barbos.d.allegat.105.n.35.

Et nota quod in his non potest Ecclesiasticus impediri à sæculari quominus de eis aduersus laicos cognoscat ita Perez cum alijs in lib.1.ordin. tit.3. l.6. fol.128. Vide Constit.Pij IV.incip. Dudum, § 1.& 4. cart.187. noui Bullarij vbi Pontifex decreuit quod in causa mixti fori detur præuentio.

5 Secundo infertur habere sufficientem potestatem super omnia negocia sæcularia, vt de illis iudicet, & disponat quando id expedierit ad quietem, conseruationem, & defensionem Ecclesiæ & ad bonum spirituale, & ad finem supernaturalem assequendum Sot. de iust.lib.4.q.4.art.1.Caiet. in tom.1. opuscul. tract.2.cap.13.ad 8.& 22.q.43.art.8. Molin. tract.2. de iust.disput.29.vers.tertia conclusio Suar.de legib.lib.3.c.7.nu.50. Bellarmin. de Roman.Pontif.contr.3.gener.lib.5.cap.6. Barbos.de pot.episc.p.1.tit.3.c.2.n.31.qui & alios viginti Doctores allegat.

6 Tertio infertur posse iudicem Ecclesiasticum cognoscere, iudicare, & disponere de negotijs infidelium etiam sæcularibus quatenus opus fuerit ad vtilitatem, & defensionem Ecclesiæ, & Principum sæcularium, & Regnorum eorum, & ideo habere potestatem gubernatiuam generaliter super eos.ita Couarr.in Reg.peccatum p.2. §.10. n.4. Nauarr.in d.c.nouit notab.3.n.58. Gregor. Lopez l.2.glos.3.col.6.tit.23. p.2. Bellarmin.d. lib.5.c.2.Suar.de leg.d.lib.3. c.6.n.1. Marc. Ant.Lyen.in Pract.Ecc.q.616.

7 Sed quæres causæ Hebræorum ad quem iudicem spectant eo quod non habeant iudices, & commorantur in Ciuitatibus, & locis Christianorum, & respondeo quoad ad Ecclesiasticum spectant quando ecclesiasticæ sunt, vt contra Canones, vel contra res sacras, & similes; in Causis vero Ciuilibus ex consuetudine ad laicum Iudicem recurrunt; in illis vero quæ sunt mixti fori datur præuentio Panorm. in c.postulasti de iudic. & Sarac.n.5.circa fin.Felin.in c.2.de iudic.n.4. Surd.decis.133. nu.22. Marquad. de Iudæis,

de offic. deleg. Cuch. Instit. maior. lib.2. tit. 6. n. 12. Gutier. qq. canon. lib. 1. q.45. nu.2. in princ. Mart. de Iurisd. p.1. c. 50. a n.5. & de Praxi testatur Ioseph. Vela Tract. de potest. episc. p. 1. nu. 106. seq. Anguiat. de legib. lib. 3. controu. 30. nu.12. Bonac. de censur. in Bulla Cæn. disp.1. q. 16. sect. 1. punct.5. n.11. Barbos. de iur. ecclesiast. lib. 1. c.39. nu. 90. vbi tringintaduos authores allegat, & de communi testatur Dian. p.1. tract. de imm. eccles. resol. 88.

13 Delicta vero mixti fori sunt hæc Adulterium, sacrilegium, Concubinatus, Vsura, Sortilegium, Blasphemia, Periurium Sodomia Incestus, & falsum cōmissum super litteras Apostolicas vel alias res ecclesiasticas de quibus Petr. Greg. in c. conquerente c.6. n. 14. de offic. Ordin. Ceuall. comm. contra comm. lib.4. q.893. n. 573. seq. Bobad. Polit. lib.2. c.17. seq. Mart. de Iurisd. p. 2. c. 19. seqq. Ios. Vela de pot. epis. circa inquir. & puniend. crim. d. p.1. nu.43. seqq. quibus addo Guazzin. Patrem meum, & Barbos. p. 3. de potest. ep. alleg. 105. sicuti etiam omnia ea crimina quæ commitit Clericus non habens requisita a Conc. Triden. ita ex sacra Congreg. Bonac. de leg. disp. 10. q. 2. punct.1. §.4. n.19. & Antonin. Dian. resolut. moral. p.3. tract.1. resolut. 48.

14 Item ad ecclesiasticum pertinet procedere etiam contra laicos in crimine uiolationis monialium, vel eius attentationem; sicuti etiam cum feminæ deliquerint cum ecclesiasticis; quia ratione delicti efficiuntur de eius foro l. si quis C. de ep. & cler. Mich. Agia de Exhib auxil. d. fundam. 17. Rubr. de Violat. mon. cum alijs per Barbos. d. alleg. 105. n. 34.

15 Item potest cognoscere de causis Laicorum spectantibus ad fabricam ecclesiæ, cum ad vtilitatem d. ecclesiæ pertinent Barbos. alleg. 82. nu. 37.

16 Item ex præscriptione, priuilegio, vel consuetudine possunt inferiores episcopo quærere sibi facultatē cognoscendi de causis matrimonialibus, ita decisum refert Barthol. Gauant. in man. episc. Verb. forum episcopali n. 29.

17 Et nota quod licet in causis mære sæcularibus & tēporalibus quæ propriæ pertinent ad forum seculare & a lege ciuili sunt vetita, dicatur ecclesiasticus incōpetere ex Reg. cap. cum ad verum dist. 88. attamen si d. causæ temporales incederint cum ecclesiastica quæ coram ecclesiastico vertitur veluti de dote, & alimentis qua secularia sunt vbi principaliter agitur de matrimonio, quod ecclesiasticum est, pertinent ad ecclesiasticū facit textus in c. de prudentia, c. nuper. & c. per vestras de donat. int. Vir. & Vxor. Mart dial.42. Gerard. sing. 88. Hipolit. sing. 589. & alij per Barbos. de pot. ep. p.3. alleg. 84. n. 19.

18 Sic etiam si est quæstio natiuitatis in causa ciuili hereditatis, quæ vertitur coram seculari, est remittenda causa ad ecclesiasticū, quia cum causa legitimitatis nō possit decidi absque eo, quod agatur de iuribus & validitate matrimonij ideo d. laicus non potest cognoscere, quia incompetens est ad cognoscendum de ijs quæ sine spiritualium cognitione decidi nequeunt c. 2. de Iudiciis, & probat tex. in c. lator & c. causam quæ 8. qui fil. sint legit. & in c. tuā de cognit. Mart. lib. 1. dialog. 42. Ceu. de spōsal. p. 2. c. 8. § 3 n.4. Garz. reg. 353. cum aliis citatis per Barbos. d. alleg. 84. n.16. seqq.

19 Item nota quod licet fructus præbendæ non sint quid spirituale vt notat Felin. in c. causam de præscript. attamen cum a re ecclesiæ dependeant, idem de illis iudicatur quod de re ecclesiæ vnde debent causæ fructuum beneficiorum siue actio sit realis vel personalis coram ecclesiastico tractari glossa in c. quin nos de testam. Abb. & Innocent. in c. si Clericus de for. compet. Bellett. in disquis. Cler. p. 1. tit. de Face. Cleric. Real. §. 5. n. 1. seq. Marul. a Vulpe in Prax. fo. eccles. c.27. n.5. Macer. lib.1. res.49. n.9. An. Ripol. uar. res. in c. 1. de iurisd. omn. iud. nu. 236. Burgen. tract. de Laudem. p. 3. inspet. 1. num.6.

20 Quod idem dicendum est de iure patronatus cum sit annexum spirituali; De causa decimarum licet datarum in feudum sæcularibus de emphiteusi Ecclesiæ, & de possessorio matrimonij, & sponsalium. ita Sanch. de matrim. tom. 1. lib.1. disp.29. nu.9. Dian. p.4. tract. 1. resol.56. cum aliis per eum & p.1. tract.2. resol.132. Tanner. in 2.2. q.3. dub.2. in disp.5. Bonacin. de leg. disp. vlt. q. 5. punct.6. num.1. qui etiam addit laicum non posse cognoscere de causis decimarum

etiam

prorogare etiam in causis sæcularibus, & profanis quia per hanc reductionem Iurisdictio reuertitur ad pristinum statum cum ab initio omnes causæ cognoscebantur à sacerdotibus, & ipsi erant dictarum soli Iudices,vt habemus in sacra Scriptura Deuteron. c.7. relata in c.per venerabilia §. rationibus qui fil.sint legit.& notat Petr.à Monte tract. De Monach.q.4.n.6. & refert cum multis exemplis Ægyptiorum,Romanorum,& aliorum Barbos.p.3.alleg.108.n.10. seqq.qui etiam dicit cum Apostolo in 1. Cor.6. quod bene competit eis iudicare Panorm. in c. si diligenti & ibi gloss.V.pacto de for.compet. Silu. V.Iudex 1.q.2.S.Antonin.p.3.tit.9.c.2. §.3.& alij citati à Sanch.cons.mor.lib.6.c.1. dub.6.n.1.sæcularia cum de Angelis & mũdo iudicaturi sunt. Vide etiam quæ referunt.

29 Immo non solum possunt consentire in d. Iurisdictionem ecclesiasticam; sed debent se submittere legibus ecclesiasticis, & eis obedire,etiamsi dura videantur ab eis præcipi, nam per Sacerdotium iubente Deo sæcularis potestas est ordinata, & potestas eorum maior est omni alia potestate cap.3. dist.19. Turrecrem.in Summa dist.93.n.3. per textus in c.3.causa 2.quæst.7.& c.11. dist.91. Præposit.in c.3.dist.10.nu.3.quem sequitur Bocacius de Censib. p.3.nu.209. seqq.

30 Octauo dico quod quando est varietas opinionum circa iurisdictionem, semper præferendus est ecclesiasticus quia maior cap. si iudex de sentent.excomm. Sanch.cons. moral.tom.1.lib.2.cap.4.dub.52.n.2.& dub.55. n.3. vers.item quia,qui citat Lapum in Clement.præsenti de cens.& Imol. ibi n.11. & Cardin.q.6. & alios cum Salzed. in practic. crim. Bern.Dial. c.55. sub fine §. erit tamen quibus addo Guttierez pract.qq.lib.1. quæstion.6.n.2. & de practica testatur Couarr. pract.qq.c.33. n.1. & alios per Dian.tract.1.
31 res.64. p.4. † sicuti etiam in dubio semper amplectanda illa sententia quæ magis fauet ecclesiæ, etiam si sit contra cõmunem cap.fin. de sent. & re iudic. Anton.Sousa in Bulla Cænæ c.14. disput.76. nu.5. Vel saltem consulatur summus Pontifex, vt docuit Carolus Imperator apud Granad. in c.memoriam.19. dist. quem refert Ant. Coton. in sum. Dianæ Verb.opinio num.11. & ipse Diana p.5.trac.1.resol.23. §.igitur.

32 Ex his infertur, quod quando agitur de Contractu Vsurario, & est controuersia inter Laicos Iudex Ecclesiasticus debet præcipere Iudici Laico,vt supersedeat ab executione contractus, donec decidatur an sit Vsurarius nec ne; nec in hoc casu potest Laicus præfigere terminum parti opponẽti exceptionem; sed pertinet ad ecclesiasticum; & aduertant dd. Iudices Laici pro deffensione eorum conscientiæ in his & alijs casibus similibus Alex. in l.4. §. condemnatum num.17.ff.de iudic. Guttier.de Iuram.Confirm.p.1. cap.2.nu.11. Coras.Miscellan. lib. 2.c.5. & alij per Dian. trac.1. resolutio.18. part.3. & licet aliqui Doctores teneant cõtrarium, intelligendum est quando opponitur de dicta vsura ad impediendam executionem Instrumenti, tunc enim non debet retardari d.executio, attamen cum ecclesiasticus præueniret in cognitione vsuræ, ista opinio omnino refellenda est vt docet idem Dian. vbi supra d.resolut.18.

33 Hic quæres an Iudex ecclesiasticus debeat stare processui fabricato à Iudice Laico quando tractatur de extrahendo aliquem ab ecclesia, & consignando eidem Laico; & an possit d.ecclesiasticus eo vti. Et respondeo negatiue ex communi iuristarum opinione vt per Iul.Clar.pract.crim.§.fin.q.36. n.49. Grammat. cons.42. num.1. Ambrosin. de immun.c.11.n.12. Peregrin. c.3. num.2. Mar.Italia. lib.1. c.6. §.1. num.79. Ricc. in praxi to.2.resol.285. nu.3. & collect.1792. Vulpius in Prax. c.3.nu.22. Farinacc. decis. crim. cons.76. quibus addo Patrem meum tom.1. diff.1. c.30. num.7. & 8. quem citat etiam & sequitur valde à me propter hoc honorandus P. Dian. p.1. tract.1. de imm eccl.resol.9. ea ratione quia acta instructorij cuius iudicij in alio non probant nisi inter easd. personas, & in eisd. causis ex c.inter dilect. § in omnibus de fid. instrum. Et hanc opinionem sequuntur etiam in foro cõscientiæ Bonacina tom. 2. disp.3.quæst.7. punct.7.n.9.& affert aliam rationem. s.quia processus laici aliquam redolet suspicionem cum exhibeatur in propria causa Iudicis sæcularis de hac iurisdictione contenden-
34 tis. † Limitat tamen nisi processus factus fuerit antequam delinquens confugeret in Eccle-

testatur, & citat Farinacc. in adittion. de Immunitate eccles. idem affirmantem contra id quod dicit in tom.2.cons.167.nu.48.

41 † a Diana citato pro sunt parte affirmatiua, qui omnes Doctores Classici, & dici debent iuxta doctrinam Azzorij d.lib.2. c.17.cart. mihi 147. vbi dicit quod illi Classici sunt qui sæpe legimus, & præ manibus habemus, & eorum testimonio frequenter vtimur.

42 Quibus omnibus etiam addo, quod cum hæc opinio negatiua sit etiam fauorabilis Ecclesiæ videtur potius approbanda quam reprobanda, fauor enim ecclesiæ potius ampliandus quam restringendus est Baldell. tom. 1. lib.5. disp.39. num.1. Suar. contra Regem Angl. lib.4. c.34. num.4. & alij comm. ideo licet opinio negatiua faueat reis & ideo sit probabilis, opinio Patris mei fauet ecclesiæ, & ideo etiam est probabilis cum optime sciant omnes quod duo opiniones oppositæ bene possunt esse probabilis iuxta notata per Lessium vbi sup. num.137. licet etiam alia sint probabilior.

43 Nec dicas quod in his casibus magis est attendendus fauor reorũ, & adhoc priuilegiũ redundet etiam in fauorem reorũ vt dicit Farinacc.cons.168. cum alijs quia respondeo quod in casu nostro non agitur vt ipsi testibus, de puniendo vel absoluendo reum prout Doctores loquuntur, vt dicit idem Farinacc. loco citato quod debeat attendi fauor rei; sed tantum agitur de remittendo reum quod non est tanti præiudicij, cum remaneat per hoc integra causa principalis.

44 Sed quia d.Pater meus dicit debere constare episcopo de delicto commisso plene, & non per indicia, coniecturas, & præsumptiones vbi illud verbum plene importat omnimodam certitudinem veritatis, ideo puto posse concordare has opiniones nullam reprobando, s quod affirmatiua procedat quando Episcopo non posset plene constare de Veritate nisi repetitis testibus citata parte; negatiua vero quando Episcopo in conscientia absque alia repetitione, & citatione constaret de veritate, quia cessante causa legis cessat etiam affectus d. legis & lex fundata in præsumptione non obligat in conscientia si aliter constat de Veritate Panorm. in c. vigilanti de præscript. Felin. in c. Rainaldus num.14. de testa. Valer. de diff. vtr.fo. Verb. lex. differ.12.

45 Nono dico quod quoties tractatus de dubij circa immunitatem ecclesiasticam, vel eius libertatem (immuntias enim pertinet ad loca libertas ad personas ecclesiasticas licet aliquando confundantur vt notat Bonacin. d.disp. 10. quæst.2. punct. 1. §. 5.nu.

46 1.in fin.) spectat de illa cognoscere etiam contra laicos ad iudicium ecclesiasticum c. fin.de imm.eccl.c.ad Episcopos, & cap. metuentes 24.q.4.non obstante quacumqae cõsuetudine in contrarium, vt dicit Gregor. XIV. in Bulla de immunit.incip.cum alias etiam ex tacito consensu dd. Ecclesiasticorum cum non iudicet ius esse consensum sed potius simulationem vt dicit Farinac. Addit. de immu.c.1.n.15.& cap.vlt.n.366. per textum in c.iam de præb. Vide quæ tradunt circa hæc Fr.Emm. qq. Regul. tom.2. q.51. art.3.post med Dian. p.4. tract.1. Tes.1. & 49. & p.6. tract.1.resol.20. Lother. de Benef. tom.1. lib.1. q.13. num.46. Cened. in qq. canonic. quæs. 42. num.12. Bonacin. tom.2. disp 3.quæs.7. punct.10.num.2. Peregrin. de immun. c.13. num.18. Mart. de iurisd.p 2.c.10.num.4. Raud.vol.2.cons.17. nu.12. & nouissime Giu ba cons.crim.10. num 7.

47 Qui omnes etiam dicunt, quod cognitio loci ad effectum constituendi immunitatem spectat ad ecclesiasticum quibus adde Anton. Nouar. sum. Bullar. tit. de immunit.num 9. Sylu. addit quod cognitio an reus sit aptus in loco immuni ipso affirmante Spell. negantibus spectat ad Ecclesiasticum per text. in c. si iudex de sent. excomm.in 6. idem tenent Marius Ital. de immun. lib.1. c 6.§.2.n.100. cum seqq. Lezan. in summ. qq.regul. verb. immunitas, num.18. Barbos. de iur. eccles. lib.2. c.3. num.153.

48 Sed nota quod hæc cognitio spectas ad solum Episcopum vel eius Vicarium Generalem vel de ipsorum licentia, vel licentia Episcopi vicinioris si sint in loco exempto, nõ autem ad alios iudices superiores etiam Vicariũ capitularẽ qua hæc facultas cõpetit

Y illis

illis iure extraordinario, vt patet ex supradicta Bulla Gregor. XIV. ibi, ad quos solos, & non alios Episcopo inferiores etiam si tales ordinarij sint. Vide Mar. Ital. d. lib. 1. c. 6. §. 1. num. 27. Dian. p. 6. tr. 1. ref. 30. quibus adde Sperell. decis. for. eccl. decis. 31. nu. 8. qui testatur etiam de confirmatione huius opinionis per Sacram Congregationem in vna Conuersana controu. iurisd. 15. Februar. 1633.

49 Et aduerte, quod non sufficit ad remittendum reum, & tradendum Curiæ sæculari, quod adsint indicia, & coniecturæ, sed oportet, quod sit plene probatum, & coniunctum non gaudere d. Immunitate, nam quando lex requirit probationem intelligitur de vera, non de præsumptiua, maxime quod ad tollendum ius acquisitum requiritur plena probatio Bald. in l. iudices. nu. 2. C. de iudic. Dian. p. 5. tr. 1. resol. 9. §. notandum. Barbos. de iur. eccles. lib. 2. c. 3. num. 168.

50 Secundo aduerte, quod a sententia lata per ecclesiasticum super dicta remissione non licet alicui partium appellare, neque fisco. ita Barbos. loco citato qui etiam citat Sperellum Ciarlinum & alios. præsertim Guazzin. Patrem meum in deffens. 1. c. 31. nu. 6. & 11. & Dian. p 6. tr. 1. resol. 30. vers. quæro quinto qui, & d. Guazzin. allegat.

51 Tertio aduerte, quod cum ad Episcopum pertineat cognoscere de immunitate, pertinebit etiam ad illum & alia cognoscere concernentia ad eamdem immunitatem, cum accessorium sequatur naturam sui principalis, vnde captus a Satellitibus si affirmat se esse Clericum, cognitio Clericatus spectat ad Ecclesiasticum c. si Iudex de sent. excomm. Peregrin. de immun. c. 13. num. 18. Ital. lib. 1. c. 6. §. 2. nu. 100. & alij per Dian. p. 3. tract. 1. resol. 33.

52 Quarto aduerte, quod Ecclesiasticus trahens ad forum sæculare personam ecclesiasticam in causis spectantibus ad d. forum Ecclesiasticum incurrit in excõmunicationem latæ sententiæ Papæ reseruatam. ita Martin. V. in Constit. quæ incipit ad reprimendas. relatus a Nald. in Verb. Ecclesia nu. 31. si fiat publica authoritate, præterquam in casibus a iure permissis; & in hoc censentur reuocata omnia priuilegia iam a Pontifice concessa per vltimas clausulas Bullæ cœnæ, vt docent Carol. Anton. Thesaur. tr. de pæn. eccles. p. 2. verb. iurisdictio c. 9. Suar. de censur. disp. 21. sect. 2. num. 79. Reginald. to. 1. lib. 9. num. 356. Sayr. lib. 3. c. 19. num. 6. Duard. ad Bull. Cœn. q. 10. num. 2. & Nau. c. 27. num. 71.

53 Decimo dico, quod Clericus si in minoribus constitutus delictum committat, & postea relicto habitu ducat vitam Laicalem; de illo delicto commisso tempore Clericatus licet hodie sit Laicus pertineat ad Ecclesiasticum eum punire; attenditur enim status in quo erat delinquens tempore delicti; sicuti à simili dicitur quando tempore delicti gestauerit habitum, & postea tempore capturæ inuentus fuit sine ipso, ad gaudendum enim priuilegium fori non attenditur nisi tempus commissi delicti, ita resoluit Sanch. cons. moral. tom. 2. lib. 6. c. 1. dub. 3. num. 1. Dian. p. 4. tract. 1. res. 6. qui testatur etiam de declaratione Sacræ Congregationis Immunitatis in vna nullius Graropoli die 9. Septembris. 1631. Mar. Anton. var. resol. lib. 3. resol. 48. num. 7. Genuens. in prax. Neap. c. 8. nu. 3. Bonacin. de leg. disp. 10. q. 2. punct. 1. §. 2. num. 5. Paul. Laym. Theolog. mor. lib. 4. tract. 9. c. 8. nu. 5. Mart. de iurisd. p. 1. cas. 32. num. 53. Giurba cons. 15. num. 11. seq. Squillant. de priuil. Cler. cap. 7. num. 38. Barbos. de iur. eccles. lib. 1. c. 39. num. 98. qui & num. 99. dicit quod Lai-
54 cus condemnatus in exilium à Iudice sæculari si fiat Clericus & rumpat exilium, quod ad Iudicem Ecclesiasticum pertinet cognoscere de dicta fractura, cum sit delictum commissum a persona, cuius status mutatus est, & effectus exemptus. Sic etiam tenet Dian. d. p. 4. tr. 1. res. 22. & multi alij cum eis ibi citatis.

55 Aduerte tamen, quod non procedit è contra, scilicet quando Clericus relegatus ab Ecclesiastico in exilio efficitur laicus, & frangit d. relegationem vel exilium; nam non potest à Iudice Laico puniri, sed adhuc remanet sub iurisdictione Ecclesiastica; nam mutatio fore post sentẽtiam non mutat prioris Iudicij iurisdictionem; nec per hoc quod efficitur Laicus fit exemptus ab illa, sicuti est quando efficitur Clericus, vt diximus, quod fit exemptus à Laico; nam iurisdictio Laicalis non habet exemptionem a iurisdi-

ctione

ctione ecclesiastica, ita quod non possit amplius ab ea conueniri, ita contra Vincent. de Frãch. in decis. 395. tenet Marc. Anton. Gen. in Praxi Arch. Neap. c. 8. num. 3. & post eum Barbos. loco citato nu. 100. & cum alijs multis ab eo citatis in tract. de potest. Episc. p. 2. alleg. 12. n. 16. addo Bonacin. in Bulla Cœnæ disp. 1. q. 16. sect. 1. punct. 3. nu. 14. qui etiam citat Sayr. in Clau. Reg. lib. 12. cap. 7. nu. 9. & cum alijs testatur de communi.

56 Quibus addo quod inseruientes Laici alicui Ecclesiæ si sint procinti ad ordines, licet non ordinati, possunt etiam gaudere hoc priuilegio fori ecclesiastici, & ab Ecclesiastico Iudice conueniri; fauor enim Ecclesiæ semper est ampliandus, & proximè accingendus habetur pro accincto c. 2. de for. compet. & ibi gloss. in Verb. minores Ecclesiæ cum Barbat. nu. 25. & 33. & notat Dian. d. p. 6. tr. 1.

57 resol. vlt. † Sicuti etiam illi, laici qui habitum Religiosum induti inseruiunt monialibus, ita Bonacin. in Bulla Cœnæ disp. 1. q. 16. sect. 1. punc. 3. num. 18. Dian. p. 4. tract. 1. resol. 31. Barbos. vbi supra num. 52. cum alijs per eos.

58 Et hic etiam nota quod non solum pertinet ad Ecclesiasticum punire, & conuenire suos familiares Laicos delinquentes in officio proprio Tribunalis Ecclesiastici, sed etiã quando delinquunt extra officium, licet sint ad seruitium alterius fori sæcularis dummodo permaneant in officio etiam fori Ecclesiastici, & sit cum licentia episcopi, vel alterius officialis ecclesiastici; quia dum sunt in seruitio actuali semper, & vbique gaudere debent tali priuilegio, ita vt ad solum ecclesiasticũ pertineat eos punire. Vide Barbos. de iure ecclesiastic. p. 1. c. 3. §. 3. nu. 34. qui & alios multos allegat præsertim Patrem meum in defens. 20. cap. 5. nu. 24.

59 Ex hoc infertur quod Clericus admissus ad aliquod officium sæculare à laico Iudice, vel Principe temporali, si delinquat in illo officio, à solo Ecclesiastico sit puniendus; quia licet Clericus nequeat dicta officia secularia sine licentia sui Superioris suscipere, vt dicit text. in c. Sacerdotibus ne Cler. vel Mon. non per hoc eximitur à foro Ecclesiastico, quia hoc priuilegium est concessum dignitati, & non personæ c. fin. de vit. & honest. Cler. ita cum tredecim alijs Doctoribus docet Barbos. de iur. ecclef. lib. 1. c. 39. n. 127. etiam notat Dian. p. 1. tr. 1. res. 39. & tract. 2. res. 18. qui & alios allegat. Vide Bonac. in Bull. Cœnæ disp. 1. q. 16. punct. 5. nu. 17. qui & idem resoluit in tract. de legib. disput. 10. q. 2. punct. 1. §. 1. num. 24. contra nonnullos Authores Gallos cum alijs per eum citatis, quibus addo Sanch. cons. mor. lib. 3. c. vnico dub. 20. num. 11.

60 Nota etiam quod causæ damnorum quæ faciunt animalia Clericorum in fructibus, aut passiuis etiam laicorum, licet sint causæ merè temporales, attamen ratione personæ fiunt ecclesiasticæ, & ad Ecclesiasticum Iudicem pertinent; si vero dd. animalia sint laicorum, & damnificent bona ecclesiastica sunt mixti fori, & datur præuentio; at quando Coloni vel ministri Personarum Ecclesiasticarum damnificent bona laicorum cum proprijs animalibus cognitio causæ tam quo ad bona, quam quoad personas, pertinet ad Laicum priuatiue; sed si animalia sunt ecclesiasticorum quoad personas spectat ad Laicum, quoad animalia ad Ecclesiasticum, ita ex Sacra Congregatione immunitatis in vna Terracin. refert Barbos. de iur. eccles. lib. 1. c. 39. nu. 123. & tenent etiam Sanch. cons. mor. tom. 2. lib. 3. c. vnico dub. 31. & Dian. p. 1. tract. 2. res. 80. & p. 4. tr. 2. resol. 72.

61 Ex his omnibus remanet ergo Conclusio, quod Iudices Ecclesiastici omnia crimina in suis territorijs à quibuscumque etiam laicis commissa, ex quibus Deus, & iura spiritualia maxime læduntur, & scandalum oritur posse iuste inquirere, & punire, ipsis enim à Domino nostro commissum est curam gerere ouium suarum c. 1. de offic. ordin. & c. irrefragabili 13. in princ. eo. & c. qualiter & quando. 24. §. pen. de accusat. Nau. in rubr. de iudic. num. 65. vers. 2. & omissis aliis nouissime Mich. Ag. tr. de exhib. auxil. Fundam. 6. in princ. & Ios. Vel. tr. de pot. episc. circ. inquir. & puniend. crim. in suis Diæces. comm.

62 p. 1. a princ. & n. 39. † Et quod in dubio tam iuris quam facti semper est iudicandum in fauorem Ecclesiæ. Marant. p. 2. resp. 36. n. 11. & resp. 51. nu. 12. Illustris. Sperellus decis. for. eccles. 60. n. 11. Giuba cons. 10. nu. 25. in fine, & Dian. p. 6. tr. 1. res. 30.

63 Immo quando per se suas sententias & executionem illarum exequi non valet, po-

test implorare Brachium sæculare, quod si illis denegetur, potest ad illud præstandum censuris compellere, c.1. & ibi gloss. verb. publicum. de offic. ordin. c. dilecto de sentent. excomm. in 6. Trident. sess. 24. de reform. & 23. ead. c. 5. Bonacin. in Bull. Cœnæ disp. 1. q. 20. p. 3. §. 2. n. 1. Barbos. collectan. tom. 2. lib. 5. tit. 26. c. 2. nu. 8. & alij cum eis. Et hoc in causis mere ecclesiasticis; in alijs vero causis debet Iudice ecclesiasticus d. Brachium implorans fidem facere de iustitia, & viribus sententiæ, & tunc Iudex laicus tenetur d. auxilium præstare Barbos. de pot. episc. p. 3. alleg. 107. n. 25. & seqq. qui citat Iul. Clar. §. fin. q. 66. n. 7. Soar. de Paz pract. to. 2. præ-
64 lud. 1. n. 10. † Verum in crimine hæresis in quo nulla debet præcedere fides de processui, seu de iustitia, nisi expresse constaret de sententiæ nullitate, quod difficiliter, & quasi per impossibile euenire potest aucte semper debet d. auxilium præstare Aloys. Ricc. Prax. for. eccles. resol. 287. in 2. edit. in Cur. Philipp. p. 3. §. 3. num. 19. Lorca in 2. 2. S. Thom. q. 11. art. 4. disp. 49. n. 9. & alij per Barbos. alleg. 40. n. 50. Vide de hac materia Monet. de conseruat. c. 8. n. 257. seqq. Marc. Anton. Gen. in Prax. cur. Arch. Neap. cap. 36 Ceuall. de cognit. per viam violent. q. 93. n. 38. seqq. Anguian. de legib. lib. 2. controu. 17. n. 88. Steph. Grat. discept. forens. c. 66. nu. 8. Morla in empor. iur. tit. 2. q. 20. n. 9. Campan. in diuers. iur. Canon. rubr. 12. cap. 13. num. 84. seqq. Fr. Emm. qq. Regul. tom. 1. q. 8. art. 14. Leo in Thes. for. ecc. p. 2. c. 16. n. 16. Mar. Anton. var. resol. lib. 1. resol. 112. cas. 32. & alios per eos.

65 Aduerte tamen quod non tenetur præmittere censuras, & tunc Brachium sæculare petere, quia vera simpliciter loquuntur ita Monet. d. c. 8. num. 268. & alij per Barbos. de de iur. eccles. lib. 1. c. 39. §. 4. num. 68. diffuse, &c.

66 Solum excipitur casus vbi aperte constaret vel de nullitate sententiæ vel de incompetentia Iudicis ecclesiastici tunc etiam nō obligantur vt dixi ad præstandorum d. consilium Sbrozz. de off. Vic. q. 190. n. 7. Ceuall. comm. contr. coram tom. 4. q. 897. n. 89. Genuel. can. qq. lib. 1. q. 36. n. 13. Molin. de Brac. sæcul. c. nu. 27. & c. 11. n. 35. Menoch. de arbitr. remed. 3. n. 360. illos. debeat autem Iudex, Ludouic. Rodulphi Bracc. sæcul. n. 17. & 36.

CAP. XIII.

De iurisdictione Iudicum Laicorum in Clericos.

SVMMARIVM.

1 *Nullam iurisdictionem habent laici in clericos, & quare.*
2 *An detur aliqua exceptio in supradicta Regula.*
3 *Simplex tollerantia an inducat priuilegium.*
4 *Quantum temporis sit necessarium, vt clericus dimisso habitu existimetur laicus.*
5 *Reassumptio habitus an restituat priuilegium.*
6 *Dimittens habitum animo delinquendi an gaudeat priuilegio clericatus.*
7 *An Decretum Synodi prohibens clericos ne reassumunt habitum sine licentia, valent.*
8 *An sufficiat habitus sine tonsura, vel tonsura sine habitu.*
9 *Ad perdendum priuilegium requiritur trina monitio Episcopi.*
10 *Amplia licet non inseruiat Ecclesiæ, sed sit adscriptus in Cathalogo clericorum.*
11 *Clericus audiens Lectiones de licentia Episcopi in studijs publicis gaudet dicto priuilegio.*
12 *An dicta licentia debeat esse specialis.*
13 *Seruitium Ecclesiæ sufficit fuisse præstitum ante mensem à delicto commisso.*
14 *An sufficiat inseruisse alteri Ecclesiæ quam illi cui Episcopus commisit.*
15 *In habente beneficium non requiritur habitus ad hoc vt gaudeat priuilegio.*
16 *Titulus & non redditus facit clericum.*
17 *Allegans se habere Beneficium, si non probat non potest gaudere.*
18 *Habentes pensionem quando gaudeant priuilegio clericali.*
19 *An debeant incedere in habitu, & tonsura.*
20 *An ordinatus ante legitimam ætatem, aut extra tempora gaudeat priuilegio.*
21 *Clericus incedens sine habitu & committens enormia quando gaudeat.*
22 *An Clericus assumens habitum post delictum ad effectum declinandi forum peccet.*
23 *Quid dicendum de laico se ordinante ad hunc effectum ante, vel post delictum.*

Cleri-

24 Clericus exercens artem vilem, vel infamem, an gaudeat.
25 Quomodo sit agendum contra Clericum incorrigibilem.
26 Habitus Clericalis qualis debeat esse.
27 Clerici coniugati quando gaudent priuilegio fori.
28 Clericus Bigamus an gaudeant dicto priuilegio.
29 Bigamus ante Bigamiam delinquens non perdit priuilegium in illo delicto.
30 In causis mere ciuilibus non eximitur bigamus à foro Laicali.
31 Cognitio super bigamiam pertinet ad Ecclesiasticum.
32 An ex causa ciuili possit Laicus Clericum debitorem carcerare.
33 Quid dicendum in causis ciuilibus ex delicto prouenientibus, & num. 34.
35 An cognitio vestium Clericalium in supradictis possit agi à Laico.
36 Clericus coniugatus an commiscens se in negotijs sæcularibus perdat Priuileg.
37 An in causis diuortij vel Adulterij solus ecclesiasticus sit Iudex competens.
38 Laici non possunt cognoscere de quæstione facti circa spiritualia.
39 Quando agitur de sola dote restituenda, vel de alimentis etiam Laicus cognoscit.
40 Ad Iudicem laicũ pertinet, quando agitur de imponẽda pæna sanguinis propter adulteriũ.
41 Adultera non conuincta in iudicio de Adulterio non tenetur dotem restituere.
42 Quomodo se gerere debet Ecclesiasticus quando à coniugibus petitur diuortium.
43 Quid sit notandum in praxi circa supradicta.
44 Ad mutuam fidem seruandam inter coniuges potest Laicus procedere.
45 Quomodo committere debeant Ecclesiastici causas matrimoniales.
46 Laicus minister inueniens Clericus in fraganti crimine an possit eum capere.
47 Quantum temporis possit Iudex Laicus retinere Clericum in carcere.
48 Offerens cautionem vt possit incarcerari à Laico si est Clericus.
49 Laici non possunt spoliare clericos armis licet prohibitis.
50 Quando possit recurri ad Laicum ad effectum resistendi Ecclesiastico, & 51.
52 Quando Laicus potest declarare Clericum teneri ad restituendum depositum.
53 Causa capta cum Laico defuncto, an possit à Iudice Laico exequi contra Clericum hæredem.
54 Iudex Laicus in quo tota lis pendebat potest exequi suam sententiam, sicuti quando executio Iudicis sæcularis dirigitur in rem oneri subiectam, nullo habitu respectu ad personam clerici facti possessoris, & nu. 55.
56 Iudex Laicus potest imponere pœnam in non obseruantes dies festos.
57 Clericus si est debitor Principis sæcularis, an possit conueniri apud Laicum.
58 Quomodo intelligantur prædicta circa feudos.
59 An Clerici quibus est commissum officium sæculare possit puniri per Laicum.
60 Quando Clericus possit esse officialis Principis sæcularis.
61 In causis executionis testamenti datur locus præuentioni.
62 Bona sequuntur qualitatem personæ.
63 Princeps imponens gabellas super bonis subditorum non intelligitur imponere de bonis quæ postea transeunt in patrimonium Clericorum, & 64.
65 Iudex Laicus potest citare Monasterium pro apertitione testamenti.
66 Quomodo potest Laicus conuenire Clericum in iudicio sæculari in casu reconuentionis.
67 An possit in casu reconuentionis fieri à Iudice laico executio in clericum.
68 Clericus succedens laico potest vti suo priuilegio.
69 Clericus cui lis est denunciata vt defendat emptorem laicum, tenetur facere dictam defensionem coram Iudice laico, quando agitur contra rem.
70 Clericus potest cogi contra sæcularem quando agitur de possessorio in Præcedentijs.
71 Laicus dum quæritur de clerico eũ diffamante, an possit eũ conuenire in iudicio sæculari.
72 Quando post motam litem ciuilem laicus fit Clericus, an possit continuari causa coram Iudicem sæcularem vbi capta fuit.
73 Quomodo possit Clericus vocari in testem à Iudice sæculari.
74 Clericus eligens sibi in Arbitrum sæcularem, tenetur ei obedire.
75 Ad quem spectet probatio clericatus.
76 Laicus non potest Clerico præfigere tempus ad probationem prædictam.

Laic

77 *Laici quando habeant iurisdictionem in tertiarios, Heremitas, & similes.*
78 *An Clerici possint conuenire laicos coram Iudice saeculari.*
79 *Clerici an possint renunciare priuilegio fori.*
80 *Processus factus etiam ignoranter contra Clericum in laico non valet.*
81 *An litigantes comprehendantur in Bulla Cenae prohibente trahi ecclesiasticos ad laicum.*
82 *Quando saeculares facientes constitutiones contra Clericos sint excommunicati, & n. 83.*
84 *Praelati ecclesiastici statuentes contra immunitatem sunt excommunicati.*
85 *Consuetudines contra libertatem ecclesiasticam sunt nulla.*
86 *Etiam in ijs quae sunt contra priuilegia ecclesiae particularis.*
87 *Iudices laici turbantes iurisdictionem ecclesiasticam quando sunt excommunicati.*
88 *Recurrentes ad effectum impediendi dictam ecclesiasticam iurisdictionem sunt excommunicati.*
89 *Quando Iudices aduocati, & alij auxiliantes vt trahant aliquem ad saecularem forum ab ecclesiastico sunt excommunicati.*
90 *Praelati non impedientes Clericos capi Iudice laico quando sint excommunicati 91.*
92 *Laici nullo modo possunt se intromitti in causis haeresis.*
93 *Magistratus saeculares non possunt dare hospitium militibus in domibus ecclesiae etiam locatis personis saecularibus.*

1 Laicus nullam habet iurisdictionem in Clericum quia si ipsi a dicto foro exempti sunt non solum de iure humano positiuo sed etiam diuino vt doctissime ac religiosissime post multos alios nouissimè docet auctoritatibus rationibus ex scripturis P. Anton. Dian. part. 7. tract. 1. per totum, & ex Iuristis Guizzinus in deffens. 20. p. 2. c. 9. nu. 1. & concludit quod laicus omnino sit Iudex incompetens in personas ecclesiasticas, & omnia gesta per eum sint prorsus nulla nisi de licentia solius Pontificis cuius est dictum eius interpretari, & citat Azzor. Instit. moral. lib. 5. cap. 12. vers. 1. cui addo Reginald. in Prax. for. Paen. tom. 1. lib. 19. sect. 1 n 66. cart. mihi 167. & post eum Barbos. de iur. ecclesiast. lib. 2. c. 39. n. 1. qui cum vigintinouem Doctoribus concludit clericos esse de Iure diuino exemptos a dicto foro laicali. Vide etiam Filliuccium tom. 1. tract. 16. c. 11. quaest. 10. n. 316. qui rationibus idem comprobat, & authoritatibus; & Bonacin. in Bulla Caenae disp. 2. q. 16. sect. 1. punct. 2. n. 5. & Sanch. Consil. moral. lib. 2. cap. 4. dub. 51. n. 1. cart. mihi 316.

2 Attamen quia in aliquibus casibus incidenter indirectum vel per priuilegium possunt aliquando saltem in aliqua parte causas Clericorum cognoscere ideo pro deffensione animarū dd. Dominorū Iudicum hic ponam illos casus in quibus tuta cōscientia possunt in illos exercere Iudiciales actus extra quos sciunt peccare mortaliter & excommunicationem ipso facto incurrere latam in Bulla Caenae se intromittēdo nec excusantur praetextu, vel quod non sit d. Bulla in illa prouincia recepta, nec ex consuetudine contraria quantumcumque immemorabili, vel ex
3 tollerantia summi Pontificis; † cum simplex tollerantia saltem dum commode obstari non potest, priuilegium non inducant c. iam dudum de praebend. nec ex quocumque alio praetextu, ita Bonacin. tom. 3. disp. 1. q. 15. punct. 8. §. 1. num. 5. Bins Feldel. tract. de iniur. & damn. dat. c. 7. conclus. 12. dub. 3. Tusch. tom. 4. conclus. 452. num. 28. & alij comm. per Dian. in tract. 1. d. partis septimae resolut. 18.

4 Primus igitur casus est quando Clericus in minoribus constitutus Clericatui renunciauerit & habitum dimiserit, sed necessarium est & longo tempore sic incesserit, & tanto quod publice aestimetur vt laicus, tunc enim videtur renunciasse etiam priuilegio fori, & nolle amplius Ecclesiae inseruire. ita Bonac. de legib. disp. 10. q. 2. punc. 1. §. 4. n. 14. Prosp. de August. in Addit. ad Quarant. in summ. Bullar. Verb. habitus Clericalis limit. 3. Barbos. de pot. episc. p. 2. alleg. 12. nu. 20 in fine. Dian. p. 4. tr. 1. resol. 18. & res. 43. qui cum Paul. Squillant. de priuil. Cleric. c. 7. dub. 1. nu. 10. adducit Praxim Neapolitanam, & p. 1. tract. 2. resol. 33. cum d. Bonac. adducit Declarationē Cardinalium Vgolin. de offic. & pot. episc. c. 12. n. 3. Gauantus man. ep. verb. Fori priuil. n. 8. Castro Pala. oper. moral. tr. 12. q. vn. p. 2. n. 7. Bellet. disq. Cler. p. 1. tit. 3 §. 8. n. 7. Couar. multos alios referens qq. pract. c. 31. nu. 7. Salzed.

pract.

pract.c.62. n.14. Clar. lib. 5. §. fin. q. 36. n. 27. Coninc. de censur. disp. 14. dub. 15. nu. 163. Thesaur. de pæn. eccles. p. 2. cap. 3. V. Apostasin peccat tamen venialiter Clericus in relinquendo habitum si est in minoribus, si in maioribus, vel Beneficiatus puniri potest vt Apostata Sanch. de matr. lib. 7. disp. 31. nu. 9. & 10. Laim. lib. 4. tr. 9. c. 7. n. 1.

5 Aduerte tamen quod reassumptio habitus clericalis restituit quidem priuilegia ex nunc, sed non prout est tunc, quia medio tempore facta non sunt consideranda ad finem, vt tales potiantur priuilegio fori quia ob delationem habitus suspenditur quidem Priuilegium, non autem penitus amittitur ita Viuius decis. 312. nu. 10. Capra conclus. 95. num. 96. seqq. Marc. Ant. Genuens. var. resol. lib. 3. resol. 18. nu 8. qui dicit ita declarasse Sacram Congregationem post Guazzin. Patrem meum deffens. 20. c. 9. sub n. 34. quibus adde nouissime Sperellet. decis. 26. num. 20. seq.

6 Amplia licet dimisisset habitum animo delictum facilius, & commodius perpetrandi, nam si non dimisit animo illum perpetuo relinquendi nõ amittit forum; quæ opinio licet videatur contra communem tamen eam docte, & recte defendit Bonacin. de legib. disp. 10. q. 2. punc. 1. §. 1. num. 16. & ampliat hoc dictum etiam in Nouitijs Religiosis, & alijs egressis à Religione; quem sequitur Barbos. de iure eccles. lib. 2. c. 39. nu. 87. Vecch. disp. 1. dub. 12. nu. 10. Mart. de iurisd. p. 4. contr. 2. cas. 121. num. 27. Coninc. de censur. disp. 14. dub. 15. nu. 163. & de Praxi testatur Grammat. decis. 10. n. 3. & Dian. multis in locis præsertim p. 4. tract. 1. resol. 95. Vide Sanch. de matrim. lib. 7 disp. 46. nu. 10. qui cum alijs multis dicit quod sufficit quod detulerit habitum tempore commissi delicti; vel tempore capturæ vel saltem quod post delictum illum reassumpserit.

An vero peccet mortaliter reassumendo habitum post delictum, vide inf. num. 22.

7 Secundo Amplia etiam si in Synodo prohibitum esset quod Clerici non possent cõsumere d. Habitum sine licẽtia ordinarij, quia nisi dimisisset animo non reassumẽdi, gauderet d. Priuilegio fori, quia est concessum a iure, & non potest per episcopum coarctari ita Riccius p. 2. decis. 167. & alij per Dian. d. part. 4. tract. 1. resol. 18. vers. notandum est.

8 Sed quæres an sufficiat habitus sine tonsura, vel tonsura sine habitu. Respons. quod varię sunt doctorũ opiniones ideo Dian. remittit hoc dubium sacræ Congregat. licet in summ. Verb. Cler. quod forum affirmatiuè respondeat, cui libenter adhæreo cui in Praxi ita videatur obseruari.

9 Et nota quod requiritur trina monitio episcopi quod habitum & tonsuram sumat ad effectum amittendi priuilegium fori ita ex sacro Conc. Trid. notat Bonac. d. §. 4. n. 6. Dian. p. 1. tract. 6. res. 33. Barbos. vbi supra num. 19. cum multis alijs per eos allegatis, & nouissime Ciarlin. controu. Forens. cap. 20. num. 3. nam non potest iudicari velle Clericatui renunciare nisi moneatur, & sit contumax. Guazzin. d. c. 9. nu. 37. cum aliis per eum allegatis cui adde Ricc. p. 4. decis. 154. num. 4. qui etiam asserit ita declarasse Sacram Congregationem.

Declara hoc dictum vt infra num. 21. & Vide Thes. de pæn. Eccles. p. 2. V. Apostasia cap. 4. num. 8. in fine.

10 Tertio Amplia licet Ecclesiæ de mandato Episcopi non inseruiat, vel beneficium Ecclesiasticum non habeat, dummodo incedat in habitu, & tonsura, & sit de descriptis in Cathalogo Clericorũ, & aliquando in Choro, & processionibus interfuerit, vel in studijs publicis de licentia episcopi lectiones

11 audiuerit, ita testatur terminasse Sacram Congregationem in vna nullius diæcesis 28. Martij anno 1628. Dian. loc. citato ver. nota secundo quem sequitur Barbos. de po-

12 test. episc. p. 2. alleg. 12. nu. 2. † qui & addit quod dicta licentia danda per Episcopum Clerico, sufficit quod sit generalis, & ore te-

13 nus; † & quod ante mensem quo delictum commisit, inueniatur d. seruitium præsti-

14 tisse; † & etiam quod alteri Ecclesiæ quam illi cui Episcopus adscripsit, inseruierit, ita post Guazzin. Patrem meum d. deff. 20. c. 9. nu. 35. notant Dian. in Summ. V. Clericus quoad forum num. 8. & Barbos. de iur. eccl. d. c. 49. §. 2. nu. 34. & 35. ex sacra Congreg. 28. Martij 1628. & nouissime Sperell. decis. 26. num. 31. Nauar. de iur. Pontif. tit. de for. compet. concl. 6. alias 92. num. 5. Ricciull. de iure Personar. &c. lib. 2. c. 6. nu. 15. Anton.

ton. de Mar.quotid. quæst.cap.58. num.12.

15 Quarto amplia in habente Beneficium etiam in causis ciuilibus qui licet habitũ, & tonsuram non deferat, tamen priuilegio fori gaudet; nam in habente beneficium non videtur, id requiri per Concil. ita resoluit Nouar.in nou. Iur.Pontif.concl.117. num.6. Squillant.de Priuil.Cleric.dub.1.n.23. Bonacin.tom.2.disp.10.q.2. punct.1. §.4. num. 11. Torre Blanc.in Practicabilib.Iur.spirit. lib.15. c.6. à princ.

16 Et idem dicendum est de Clerico habente beneficium etiam quod sit sine redditibus; titulus enim, & non redditus faciunt Clericum Beneficiatum quoad exceptionem fori Riccius in decis.Neapol.p.2. decis.189. & p. 4.decis.20. cum alijs per Dian.p.1. tract.3. resol.29.

17 Limita in eo qui allegat habere beneficiũ, sed non probat eius possessionem, nec habet saltem celebratam, & apparenter validam collationem ipsius, nam allegantı possessionem incumbit etiam onus probationis Carol.de Graff. tract.de effect Cleric.effect.11. n 11.87. Tusch.pract.concl. litter. B.concl. 78.n. 8.Riccius in Praxi decis.388.in p.edit. & 327.in 2. Bonacin. de legib. disp.10. q.2. pũc.1.§.4.n.12.& de declaratione sacræ Cõgreg.testatur Paris.de resign.Benef.lib 7. q. 1.nu.42. & notant etiam Torreblanc.vbi supra nu.4. Lazzan.summ.qq. Regular. tom.3. Verb.Clericus n.20. Barbos.de pot. episc. p. 2.alleg.12.nu.4. & de Iur.eccles. d.c.39. nu. 14. vers.contrarium tamen.

18 Sed quæres quid dicendum de habente pẽsionem vtrum sit exemptus à Iudice Laico & respondeo quod si pensio est loco Beneficij; data est enim sub hoc titulo beneficij,est exemptus,dicitur enim tunc beneficiatus ita concludit Barbos.de iur.eccles.d.c.39. n.21. Cucchus lib.5.tit.8.n.17. Dian.p.1. tr.2. resol.31.

19 Limita vero quando non incedit in habitu & tonsura, & d.pensio non excedit valorem sexaginta ducatorum auri de Camera vt in Bulla Sixti V. quæ incipit pastoralis edita die 19. Ian.1589. prout notat Thesaur. de pœn.eccles.part.2.Verb.Habitus cap.1.limit. 1.& 2. vbi etiam vide quando habentes dd. pensiones & non incedentes in habitu amittant ius illos exigendi; & alia similia ex d. Bulla. Et ideo Sebast. Guazzin. Pater meus in deffens.20.cap.4. nu.27.tom.2.dicit quod cum hodie ex præcepto d.Bullæ Pensionarij sint obligati incedere in habitu & tonsura, non est dubitandum quin etiam gaudeant priuilegio d. Fori, & sint exempti à Iudice

20 Laico; cui addo Carol. de Graff. d.effect. 1. num.1198. Bonacin. supra num 12. Riccium p.2. decis.71. num.11. & decis.192. num.10. Garzian de Benef.p.1. c.5.num.70. & in terminis d. Bullæ Pellett. Disquisit. Cleric.par.1.tit.de fauor.Cler. pars. §.8. nu. 11.Gonzal.gloss.5. ad reg.8.Cancellar. §.5. nu.6.qui testatur de Declaratione S. Congr. & Diez.in c.64. nu.10. testatur ita se consulente fuisse decisum in Cons. supremo Regis Hispan. & Armendar. in add. ad recop. leg Nau.lib.2.tr.19.num.5. asserit etiam ita declarasse Sacram Congregationem.

Secundus casus est in Clerico ordinato ante legitimam ætatem aut extra tempora sine dispensationem Papæ vel Capituli litteris dimissorijs sede vacante intra annum vacationis sedis aut per simoniam aut ab Episcopo non suo, etsi suo tamen suspenso, vel excommunicato notorie ex declaratione Vrbani VIII.edita 11.Octob is 1622. quam affert Barbos.de pot.episc.p 2. alleg.8. nu 66. in noua editione Lugduni & Dian.p.4. trac. 1.resol.26.vide etiam p.1. tract. 2. resol.62. quibus adde Bonacin. tom.2. disp.1. q.20. punct.3. nu.6. licet de Episcopo impedito per suspensionem seu excommunicationem idem Dian. tenet contrarium scilicet quod dd.ordinati ab ipso gaudent quæ & opinio probabilis est,cum Bulla solum loquatur de ordinatis absque litteris dimissorijs, vel falsis.

21 Tertius casus est quando Clericis sine habitu & tonsura incedens committit enormia delicta, tunc enim potest à Iudice Laico capi etiam extra triam monitionem sui superioris c.ex parte il secondo de Priuileg. d. comm.testatur Farin.q.8.n.56. Decian. trac. crim.tom.1.lib.4.c.9.nu 90.Torreblanc.lib. 15.c.5.nu.23.qui & alios allegant licet Barbosæ vbi supra nu.23. videatur nimis durum, & dicit debere moderari iuxt. form. Conc. Trid. scilicet quod requiratur trina monitio; sed in tract. de Iur. eccles. lib.1.c. 39.§.2.n.75. tandem concludit ex Decreto

Sacræ

Sacræ Congr. In vna Metulen. 1. Febr. 1620. quod quando Clericus in habitu & tonsura se immiscet enormitatibus, vt sunt ea delicta quæ infamiam afferunt; & vicibus pluribus, saltem per annum, censetur absque monitione renunciasse priuilegio Clericali; secus si in habitu laicali hæc perpetrasset quia túc requiritur monitio; intellige quando postea reassumit habitum, & non censetur perpetuo reliquisse, & hæc addenda sút ad ea quæ dicit Pater meus d.c.9.n.38. cui etiam addo alia adnotata nouissime à Thes. in tr. de pæn. ecclesiast. p.2. V. Apostasia cap. 4. num.7. verb. & idem est de Clerico. qui & citat Coninch. disp.14. num.158. & 160. Laym.c.5.n.3. Dian tr.2. p.1. ref.23. & 129. & Bonac. tom.3. disp.1. q.20. punct.2. proposit. vnica num.7.

22 An vero Clericus peccet mortaliter assũmendo habitum post delictum ad effectum declinandi forum sæculare. Respondeo negatiue, quia hoc non est ad contemptum, sed potius ad refugium, vt à simili est in recursu ad Ecclesiam post delictum ita Dian. part.2. tract.16. resol.20. ex declaratione Sacræ Cõgregationis teste Sperell. decis.16. num.27. Vide etiam Suar. in deffens. fid. lib.4. c.15. num.17. vers. Sed certe non videtur.

23 Sed quid dicendum est de laico qui vel ordinatur ante delictum, vel post delictum ad hunc effectum. s. declinandi forum sæculare; & respondeo quod si fecit hac primaria intentione facilius perpetrandi delictum quod peccauit mortaliter contra finem Clericatus; attamen Iudex Laicus contra personam non poterit procedere, quoad bona vero, si d. fraus subsit, & Iudex Ecclesiasticus eam probauit & inspexit, poterit Iudex Laicus procedere processui finem imponendo, quando iam incæpit. ita ex declarat. S. Congreg. in vna Ciuitatis Castellanæ sub die 18. Febr. 1631. notat Barbos. de iur. eccl. lib.1. cap.39. § 2. n.89. & 90. cui addo DD. per Bonacin. in Bull. cæn. disp.1. q.16. punc. 5. nu.10. Layman. lib.4. tr. de imm. eccl. c.4. nu.12. Mascambr. cons.44. & alij per Io. Car. Thesaur. tract. de pæn. eccles. p.2. V. ordines cap.5. vbi etiam addit cum Mart. de iurisd. p.4. cent.2. cas.32. num.6. quod si instantia iam cæpta in foro sæculari sit perempta Clericus remanet liber in omnibus à d. foro Laico. Vide infra num.77.

24 Amplia supradicta intelligi etiam debere de Clerico exercent artem vilem, vel infamem qui si per annum coutinuum exercet, vel si fuit ter monitus & non desistit potest à Iudice laico conueniri Bonac. de censur. in Bull. Cænæ disp.1. q.16. sect.1. punct.6. nu. 11. & 15. Filliuc. tom.1. tract.16. c.11. q.8. nu.314. Carol. de Grass. d. eff.1. nu.968. & 1234. Duard. in Bull. Cænæ lib.2. c.15. q.11. num.86. sicut sunt illi qui se adscribunt cathalogo militum & sunt in minoribus constituti Bonac. d. punct.6. num.5. Riccius. de iur. Pers. extr. grem. eccles. exist. lib.7. c.5. n. 12. & 22. & nouissime Thesaur. de pæn. eccles. p.2. cap.1. V. Artem ludicram exercentes. num.3.

25 Secundo amplia in Clerico incorrigibili qui. s. contemnens mandata sui Iudicis vult illo reclamante deliberate delinquere, censetur enim in hoc casu Ecclesiam illum tamquam indignum tali priuilegio priuare ita ex gloss. vlt. in c. nec licuit dist.17. notant Roder. à Cunha in comm. ibi. nu.4. de Grassis d. eff.1. n.798. Vega in Relect. c. cum non ab homin n.36. de iudic. Vide Alter. de cẽs. tom.1 disp.1 lib.2. c.6. Suar. tit. eo. disp.22. sect.1. nu.9. Laym. l.1. tr.5. p.2. c.5. nu.4. & Barb. de iur. ecc. d. c.39. nu.80. Quibus adde not. à Bonac. de leg. disp.10. q.2. p.1. § 4. Dian. p.1. tr.2. Ref.52. & Thesaur. Verb. Apostasia c.4. nu.8 vers.5. similiter, in fine.

Sed an requiratur declaratio Iudicis Ecclesiastici de ista incorrigibilitate; Dian. p.7. tr.1. Ref.1. cum Suar. Coninc. Palao & alijs affirmatiue respondet quia incorrigibilitas tribuit iurisdictionem, sed qualitas tribuens iurisdictionem primo probanda sit.

Ex quo sequitur quod Clericus Assassinus etiam publicus non potest à Iudice sæculari præueniri, immo si præueniat debet ecclesiasticus vti oportunis remedijs vt desistat donec probetur de eius incorrigibilitate ita adhærẽdo Guaz. Patre meo in defens.9. c.1. n. 10. tenet idẽ Dian. loc. cit. cõt. Far. q.8. n.86.

26 Qualis vero debeat esse iste habitus Clericalis. Vide Cherub. in scol.2. Bullæ Sixti in comp. Bull. cart.138. Tu dic quod ille est habitus Clericalis quo secundum loci consuetudinem discernuntur Clerici à Laicis. Vide Thes. Verb. Habitus c.3. nu.2. & seqq.

27 Quartus casus est in Clerico coniugato non incedente in habitu, & non inseruiente alicui Ecclesiæ iuxta mandatum Concil. Trid. sess. 23. c. 6. de reform. & notatur ex c. vnico de cler. coniug. in 6. Sic notant Gauant. V. Forum nu. 4. Sanch. de matr. lib. 7. disp. 46. nu. 1. seqq. Mart. de iurisd. p. 2. c. 22. num. 29. Bass. V. Clericus. nu. 16. seqq.

28 Quæres an idem dicendum sit de Bigamo? & Respondeo affirmatiue quando est vere Bigamia. s. ex duplici matrimonio vel ex non virgine, sed si contraxit cum corrupta à se solo, vel si ab alio, sed non consumauit matrimonium, vel si duplex iniit matrimonium, vnum tantum consumatum fuit, vel si contraxit dictam Bigamiam interpretatiuam post initum matrimonium cum vnica & Virgine, cognoscens vxorem Adulterij etiam notorij, non amittit fori Priuilegium ex d. glos. in c. 1. de Cler. coniug. in 6. Verb. contraxerunt. Odiosa enim sunt stricte interpretanda, & dum dicitur Bigamus solum de vero Bigamo est intelligendum ita Capell. Tholos. decis. 64. num. vnico, & decis. 235. nu. 2. seq. Tolet. in Summ. lib. 1. c. 6. Clar. lib. 5. recept. §. fin. quæs. 36. num. 10. Anton Cuch. lib. 3. inst. maior. tit. 9. num. 18. Dian. p. 8. tract. 6. res. 126. Anton. Nald. in Summa V. Clericus. num. 33. Garz. p. 7. c. 6. num. 2. ex Conc. Trid. c. 17. Refor. sess. 23. Vide Bonac. tom. 3. disp. 1. q. 20. punct. 3. num 33. & Barb. de potest. episc. part. 2. alleg. 12. num. 26.

Immo Bigamus deferendo habitum clericalem peccat mortaliter, cum adsit contemptus Clericalis, & scandalum aliorum, vt bene docent Filliiuc. tract. 19. nu. 123. p. 1. & Thesaurus p. 2. V. Apostasia c. 4. nu. 6. de pœn. Ecclesiast.

29 Sed quid dicendum si delictum commisit ante contractam Bigamiam, an possit gaudere d. Fori priuilegio? & respondeo affirmatiue; attenditur enim tempus delicti quo erat scilicet solutus. ita Bald. in l. affinitatis C. comm. de success. Alex. cons. 8. lib. 1. ad fin. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 46. nu. 3. & seqq. cart. mihi 167. Pereira p. 2. c. 26. nu. 17. & Dian. p. 4. tr. 1. resol. 24.

30 Et nota, quod cognitio supradictorum, an scilicet sit vere Bigamus an non omnia spectant ad Ecclesiasticum. ita ex Rota decis. 3. de sent. excom. in nouis docet August. Barbosa tr. de iure ecclesiastico c. 39. §. 2. nu. 37.

31 Limita vero in causis mere ciuilibus ex contractu vel quasi prouenientibus: tunc enim non eximitur d. Clericus coniugatus à iurisdictione Iudicis Laici; quia videretur esse magni incommodi ista exemptio ob diuersa negotia quæ dd. coniugati habent in rebus sæcularibus ita arg. ex textu in d. c. vnico de Cleric. coniugat. in 6. & notant Io. Andr. num. 2. Archid. in fine. Ancharan. nu. 4. notab. 4. Domin. §. & cum iuxta nu. 7. in princ. Vide Abb. in c. Ioannes num. 3. de Cleric. coniug. Montaluum l. 25. in princ. tit. 9. part. 1. Valf. in Specul. Princ. rubr. 11. §. videamus nu. 1. & 6. & ibi Borell. in addition. littera A. Siluest. in Verb. Clericus. 1. q. 6. P. Ægyd. Bass. tract. Flor. totius Theolog. in Verb. Clericus. n. 16. qui etiam de communi Canonistarum sententia testatur Bened. Capr. concl. 95. §. 5. Couarr. pract. qq. c. 31. n. 7. vers. primo igitur Auiles in c. prætor. Proem. gloss. 1. nu. 29. Tabien. V. excomm. 5. cas. 1. nu. 27. Tallad. de visitat. carcer. c. 5. n. 17. Mozzuū de contr. tit. de matr. §. qui possint contr. matr. n. 21. Anast. Germ. de sacr. immun. lib. 3. c. 15. nu. 67. Gutier. de iuram. p. 1. c. 17. nu. 21. Arag. 22. q. 12. art. 1. dub. 1. Bobad. Polit. li. 2. c. 18. n. 110. Azzor. Instit. Moral. lib. 13. c. vlt. quæst. fin. Sanch. disp. 46. de matrim. lib. 7. nu. 22. Nald. Verb. Clericus nu. 9. & nouissime Thesaur. Prax. Ecclesiastica p. 2. V. Apostasia c. 4. num. 8.

32 Quæritur modo an causa prædictarum ciuilium causarum possit Laicus Iudex carcerare debitorem Clericum coniugatum, & variæ sunt opiniones Sanch. loco citato nu. 22. cum alijs per eum allegatis respondet affirmatiue; sed Sacra Congregatio sub die 13. Febr. 1610. quam refert Barbos. de iur. eccles. lib. 1. c. 29. §. 2. nu. 38. respondit negatiue.

33 Secundo quæritur quid sit dicendum de causis ciuilibus ex delicto prouenientibus; & respondeo esse idem dicendum quod non sit exēptus neque ob istas causas à foro laicali ita Bonac. in Bull. Cæn. disp. 1. q. 16. punct. 3. nu. 2. cart. mihi 102. & Barbos. vbi supra.

34 Limita vbi adest consuetudo in contrarium prout in regno Neapolitano ita ex Sacra Congregatione testantur Barb. d. nu. 38 Bonacin.

Bonacin.d.punct.3.n.3.& Diana p.1.tract.2. resol.50.& par.4.tract.1.resol.38. cum alijs per eos allegatis.

35 Tertio quæritur an cognitio supradictorum scilicet an Clericus coniugatus habeat vestes Clericales, & an in eo concurrant debitæ conditiones ad effectum gaudendi d. Priuilegio pertinent ad Laicum, & an lite pendente sit custodiendus in carcere sæculari, & respondeo omnia pertinere ad ecclesiasticum quia ecclesiastica sunt. Vide Couarr. qq.pract.c.13.num.19. Iul. Clar. lib.5. recept.§.fin.q.36.nu.21. Burg.de Pax consl.22.num.3. Anan. Cucch. lib.3.tit.9. num.36.Salced.pract.c.62.n.14.& 19. Mascard.de Probationib.concl.689.n.9. Sanch. d.lib.6. disp.37. nu.7. & Barbos. d.c.29. num.38.

36 Quarto quæritur an d. Clericus coniugatus comiscens se in negotijs sæcularibus perdat hoc priuilegium. Et sunt variæ opiniones ego dico quod quando d. negotiatio fuerit honesta.s.tantum victus causa quod non perdat, & sic non possit, a Iudice laico conueniri; solum enim perditur priuilegium ab indignis temerarijs, & scandalosis, vel nimium distractis, & auaritiæ deditis. ita Ciarlin. lib. 1.c.53. num.27. Barbos. de potest. episc. part.2. alleg. 12. n.30.& Sanch. vbi supra disp. 46.nu.15.

37 Sed quia sumus in materia Coniugatorũ nec faciet omninò extra propositum nostrũ quæro an solus ecclesiasticus vel etiam sæcularis sit Iudex competens in causa diuortij, & adulterij,& Resp.quod si agatur de viribus matrimonij dissoluendi huiusmodi cognitio pertinet solũ ad ecclesiasticũ S.Th. 4.dist.q.vnic.art.3.ad 5. Ant.Butr.in c.tuæ n.2.& in c.cum sit.n.16.de for.compet. Præposit. in princ. notab.2. Sotus 4. dist.37. q. vnica art. 3. ad fin. vers. colligit Couarr. lib.5.recept.§.fin.q.37.n.3.vers.quæro num quid Gab. tom.1.comm.opin. lib.1. fol.35. vers.adulterij causa Anast. Germon. lib.3. c.12. n.58. Henriq.lib.11. de matr. c.17.n. 1. in fine vnde vt dicit Sanch. d.lib.7. de Matrim. disp.46.nu.15. non est audiendus Decius in cons.212. nu.2. qui dicit quod quãdo agitur simul de diuortio,& amissione dotis causa est mixti fori nam quando simul agitur de diuortio, & dote,& alimentis pertinet tota causa ad ecclesiasticam nam principale est diuortium, reliquæ vero accessoria ad illud, vt de dote est text.in c. de prudentia de donat.inter Vir.& Vxor.& de alimentis docent Card.in. c. fin. num.2. q.pen. de adult. & Anania num. vlt. lex 7. tit. 10. part.4. & notant Couarr. eo.nu.8. Graff. p.1. decis.aur.lib.2.c.84. n.12. Marchesan.de commission.p.1.cap.6.nu.190.& seq.

38 Amplia licet ageretur solum de facto, an si matrimonium fuerit contractum de facto inter personales habitus ad cõtrahendũ De quæstione.n.facti circa spiritualia laici non possunt cognoscere. Abb.in c.tuam nu.10. de ordin. cognit. Azzor. p.1. lib.7. c.25. q.5.in fine. Monet. de decim.c.8.q. 1. sub num.14. Sperell. decis.for.ecclesiast. decis. 8. num. 54.

39 Si vero agatur tantum de dote restituenda, & vel de alimentis præstandis tunc est Iudicis sæcularis cognoscere gloss.in d. c.cum prudentia, verb. accessorie de Donatio. inter Vir. & vxor. Lapus in c. per vestras de Donat. int. Vir.& Vxor.notab.2. & de veriori opinione testatur Sanch. loco citato d. nu.15. licet Imola, & Abbas & alij in d. c. de prudentia doceant esse mixti fori. Videquæ tradit Barbos. de' potest.episc. part.3. alleg.84. per totum.

40 Quando vero agitur de imponenda pæna sanguinis propter Adulterium ad solum sæcularem pertinet c. sententiam Ne Cler. vel Monachi. Sed hic quæres, an si vir accussauit vxorem adulteram criminaliter coram Iudice sæculari, possit postmodum transire ad accusationem ciuilem coram ecclesiastico petens diuortium, ac dotis amissionem; dico quod non, & ratio est, quia vtrumque iudicium tendit ad idem cũ ad pænam infligendam pro adulterio, & quando vtrumque tendit ad idem tunc finito vno iudicio, non potest ex ead. causa aliud intentari vt dicunt Abb. in c. tuæ de procurat.n.5. Boer.decis.289.n.6. Clar. lib.3. recept. §.fin. q.2. ad fin. qui testatur etiam de communi. Et quod diuortium sit in hac actione tamquam pæna clarum est quia non pertinet ista actio ad compensandam iacturam rei familiaris,sed ad vindicandam ingratitudinem, & fidem viola-

tam coniugis indictione, notat Sanch. vbi supra lib.18. disp.18. num.24.

41 Ex his obiter nota quod Adultera nõ conuincta in Iudicio de Adulterio, licet vsa fuerit testibus falsis, quamuis peccauerit mortaliter, tamen non tenetur restituere dotem suo marito; quia in tantum tenetur quantum in Iudicio condemnatur, in hoc vero casu condemnata non fuit, ideo non tenetur ita Sanch. d. disp. 18. n. 14. & sequitur Zamb. resolut. cas. consc. Verb. Adulterium nu. 6.

42 Quomodo autem se gerere debeat, Iudex ecclesiasticus pro deffensione suæ conscientiæ quando petitur diuortium ab vxore ratione sæuitiæ, dico cum Sanch. loco citato nu. 26. quod prius procedere debet causæ cognitio, & diligenter interroganda est mulier de causis timoris, & videre, an dd. causæ iustæ sint secundum qualitatem personarũ, nam præsumendum non est velle aliquem vitæ alterius insidiare nisi non stet ex probationibus, quod adeo verum est quod neque poterint sine hac cogitatione cogere ad cautionem præstandam, cum ista cautio sit obligatio valde laboriosa, vt dicit tex. in l. 2. Vers. sed & si ff. de Iudic. & hoc intelligitur siue procedatur ad Iustitiam partis, siue proprio officio & inquisitione vt notant Alex. cons. 79. nu. 25. vol. 5. Roland. cons. 27. n. 2. vol. 3. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cẽt. 2. cas. 140. n. 4. Plax. de delict. li. 2. c. 7. n.

43 1. Et in praxi notandum est quod Iudex petito diuortio primo debet petere informationem testium, & probationem; quibus præstitis, si sufficienter probatum sit continuo actum interlocutorium pronuntiare, vt scilicet Vxor in loco tuto reponatur, dum lis deciditur, & interim iubere viro & eius parentibus, ne illi malum inferant sub pænis pecuniarijs, & arbitrarijs, etiam excommunicationis secundum qualitatem personarum & causæ; moderari expensas litis, atque alimenta à viro præstanda d. Vxori, nõ ad hæc tenetur vt dicit Gut. can. qq. lib. 1. c. 24. n. 6. & alij, & tandem causam discernere, & iudicare. Vid. Nau. lib. 4. cons. in 2. Addit. tit. de diuort. cons. 5. n. 1. Sanch. de matr. lib. 7. disp. 112. n. 13. & 113. nu. 22. & etiam lib. 8. disp. 25. nu. 13.

44 Nota vero quod ad mutuã fidem seruandam ratione Cõtractus, quia ciuilis est potest & Iudex laicus Coniuges compellere, vt docet idem Sanchez cum alijs per eum citatis in lib. 8. de matrim. disp. 4. nu. 7. vbi etiam dicit quod Iudex ecclesiasticus potest compellere coniuges ad reddẽdum debitum, & quod non debet promittere separationem thori, nisi sit sine periculo incontinentiæ, & adsit amor reciprocus continentiæ & num. 5. etiam discutere an Iudex ecclesiasticus possit procedere contra laicum detinentem vxorem alterius.

45 Tandem aduertant Ordinarij ecclesiastici quod licet causas matrimoniales quæ ipsis spectant iure ordinario, possint committere discutiendas, & desiderãdas non solum eorum Vicarijs sed etiam alijs Doctoribus, vt dicit Sbroz. de offic. Vicar. lib. 2. q. 43. n. 7. & 9. tamen cum sint causæ graues & arduæ & criminalibus æquiparentur debent eas non nisi his qui statuta canonum non ignorant, & sint periti, & discreti committere; iniquum enim esset quemquam coniugalem controuersiam deffinire qui in Iure canonico non sit aprime versatus quamuis sententia lata valida esset pro iurisdictione quam haberet ita Couarr. in reg. Possess. p. 2. §. 3. nu. 1. vers. item ex delegatione Sbrozz. lib. 2. q. 43. nu. 32. & q. 44. n. 1. Menoch. cons. 100. nu. 240. & 258. Barb. de potest. Episc. p. 3. alleg. 84. nu. 15.

46 Quintus casus in quo videtur Iudex Laicus habere indirecte aliquam quasi iurisdictionem in Clericum, quando inuenitur eũ in fraganti crimine, aut eũtem ad deliquendum, & præsumitur fuga, nam tunc potest eum capere vt præsentet eum suo superiori. Sicuti etiam in Clerico debitore dicitur si est suspectus de fuga Nald. Verb. Clericus nu. 27. Bonacin. de excomm. extr. Bull. to. 3. disp. 1. q. 20. punct. 3. n. 8 & Doct. per eum citati in tr. de Cens. disp. 2. q. 4. punc. 4. n. 5. & hoc non dicitur proprie titulo Iurisdictionis sed potius ex tacita licentia Prælatorum & Iudicum ecclesiasticorũ facere vnde si dd. Iud. ecclesiast. prohiberẽt Laicis, ne in his casibus se immisceant, non

47 possẽt se immiscere. Aduertant tamen dd. Iudices laici quod in casibus non debent illum detinere in carceribus vltra 20. horas circiter quando statim præsentari non potest aliter sunt excommunicati tamquam viola-

violatores Libertatis Ecclesiasticæ Nauarr. in Man.c.27.n.43. Carol.de Grass.de affect. cleric. eff.1. n.557. Dian.p.5.tr.1. resol.12. cum alijs per eum, & etiam alibi Baldus vero in c.cum non ab homine. nu.7. de sent. excom. dicit post 22. & 24. horas circiter incurri d.excomm. & Nald. in ver. Ecclesia, vsque ad 30. horas extendit, sed quia hoc tempus non est sumendum Physice, sed moraliter ideo considerandum est iuxta qua-
48 litatem locorum temporum, & modi; & nota quod si offerret idoneam cautionem, licet illum debitor acceptare noluerit, sed incarcerari facere, non potest se in hoc ingerere Laicus, ita Bellett.disput. cler.p.4. tit. in fau.cler.§.2.n.30. quia tunc non esset amplius suspectus de fuga, & esset extra casum necessitatis in quibus nō sic extenderēt vires Laicales. Vnde de hac materia inter alios discutientes Ambrosin.de immunit. c. 18.n.31. Riccium in decis.Neap.part.4.decis.391.n.4. Laym. Thol.mor.lib.4.tr.9.c.4. n.6. & nouissime Barbos.de iur. Ecclesiast. lib.1.c.39.n.80.& seq.

49 Aduertant tamen d.Iudices Laici ne spoliare faciant Clericum suis armis licet prohibitis, quia armorum spoliatio violētiam inducit, etiam ad obseruationem statutorum laicalium non est cogendus Clericus à sæculari, sed ab ecclesiastico Iudice, etiam si d.vsus armorum esset ita periculosus Reipublicæ, vt neque domi permitteretur; sed solum possint pro illo tunc stante magno periculo tollere dicta arma, vt postea dicto Clerico aut suo Iudici competenti restituant. ita Castro Palao. tom.1. tract.3. disp.1. punct.14. Mart.de iurisd.p.1.cent.1. cas.7. per totum Nald.in sum.Verb.Bulla Cænæ, nu.58.& ex hac causa D.Cæsar Racagna Episcopus Tijferni excommunicauit quosdam Rusticos Aretij quia armis expoliauerunt eius Curiæ familiares de anno 1644.& publice declarati fuerunt, nec absoluti quousque redderent, & satisfacerent, licet allegarent hoc fecisse ob suspectionem dictorum armorum.

50 Sextus casus est quando habetur recursus ad Iudicem laicum ad effectum recipiet Iudici ecclesiastico procedenti de facto duobus tamen concurrentibus. Primo vt constet de huiusmodi violentia de facto prout esset si dicto Iudex Ecclesiasticus non admitteret interpositum Appellationem, vel aliud simile grauamen inferret; & secundo quod non adsit facultas vel commoditas recurrendi ad superiorem ecclesiasticum, vt ex Couarr. & Rota in diuersis causis probat Farin.cons.68.n.6. quem sequitur Nald. in sum.V.Bulla Cænæ, n.53. vers. eam vero vt ego dixi supra in præcedenti capitulo.

51 Aduerte tamen quod recurrentes ad Iudicem sæcularem inuocando ipsius auxilium ad deffensionem suorum iurium, ne de facto illis spolientur non possunt tamen obtinere mandata contra Iudices Ecclesiasticos, vt eadem exequi faciant nam inciderent in Bulla Cænæ excomm. 16. vt post Vgolin.& Duard. ibi notat Nald. vbi supra. n. 54. licet Farinacc.& Alterius dicunt sufficere recursum solum ad Iudicem Ecclesiasticum ad effectum recurrendi in d.excomm. sine alio mandato, quando fit sine causa, sed tantum ad impediendum, vel resistendum illi, quod nota.

52 Septimus casus quando Clericus habuit depositum & illud obligauit restituere in Tribunali Iudicis laici, in hoc enim cont. d.Iudex laicus licet non habeat iurisdictionem cogendi d.Clericum ad restitutiones d. depositi potest tamen declarare Clericum teneri ad restituendum ita Mart. de iurisd.p.4.cent. 2.cons. 104.nu.9. & alij per Dian.p.1.tr.2.de immunit.resolut.22.

53 Octauus casus est quando instantia causæ fuit cæpta cum Defuncto laico siue reo, siue actore; nisi sit in casu quo Clericus hæres conuentus ad fuerit; ita tota iurisperitorum schola contra opinionem canonistarum teste D.Barbosa. De iur.eccles.d.cap.39. §.2. nu.101. seqq. Olan.in Concord.litt.C.n.36. Sanch.cons.mor.lib.6. c.1.dub.2. Sed vtraque opinio est probabilis ita Barbos. loco citato.

54 Aduerte tamen quod Iudex sæcularis in quo tota lis pendebat, potest suam exequi sententiam contra eum litigiosum nulliter in Clericum alienatam nec ab eo possessam.

55 Sperell. decis.7. num.5.] seqq. † sicuti etiam dici potest quando executio Iudicis laici dirigitur in rem oneri subiectam cuius fructus iubentur vt in munus laici ex illis soluantur, onus reale nullo habito

respectu

respectu ad personam Clerici postea facti possessoris vt DD.per Barbos.n.107.in fine.

56 Nonus casus est vt imponendo pœnas non obseruantibus dies festos, licet postea d.pœnam soluendam facere non possint sine licentia Ecclesiastici ita ex sacra Congregatione Concilij testatur Barbos.in Collectan. V.Iudex,n.9.& notat Megal.cons.97. nu.2. Homobon.p.3.tract.15.q.17.c.7.resp.7.

57 Decimus casus est, quando Clericus est debitor in bonis Principis sæcularis non tantum de iure quia tamen c.nullus,11. q. 1.quam in Trident.sess.24.c.20. in quacumque causa etiam Ciuili Clericus est exemptus, sed ex quad.congruitate, quia quando Princeps concedit Clerico dicta bona censetur cōcedere hac conditione, quæ cū non sit per se mala, & voluntario apponi potest vt dicit Suar.contr.Reg.Angl.lib.4.c.14. n. 13.erit obseruanda ex c.verum de for.compet.& c.verum de cond.appos. Nald. Verb. Bull.Cænæ.num.2.cart.89.Dian.p.4.trac.1. resol.66.in fine qui licet contrariam opinionem defendat hanc tamen improbare non audet,& Barbos.vbi sup.n.106. qui vtramque partem deffendit.

58 Quod etiam intellige de feudis; nam Vasallus quamuis Clericus in ijs quæ pertinent ad feudum subijcitur Domino feudi non vt Clericus sed vt Dux, Comes, vel vt de communi testatur Bonacin. d.disp. 1. q. 16.punct.6.n.6. Sed Barbos.n.129. cap.39. lib.2.de iur.eccles.limitat in casu quo agatur contra d.cler. cum Vasallum de amissione d.feudi criminaliter, vel ciuiliter, pro crimine commisso tunc enim non potest de eo cognoscere Dominus feudi sæcularis, ita etiam Sanch.cons.mor.lib.6.c.1.dub.1. n.9. vers.Quartus quibus adde Thes.de pæn.eccles.p.2.c.9. v.Iurisd. vers. limita, vt non, &c.& Nald. Verb.Bulla Cænæ.nu.50. vers. 2. quando.

59 Sed hic quæres an Clerici quibus est commissum officium sæculare à Principe sæculari possint per ipsum puniri, si in ipso officio delinquant? Vide quod dixi supra in præced.cap.12.nu.99.nunc addo etiam quæ dicit Gloss.in cap.Sacerdotibus, vers.ab ecclesia.de Cler.vel monach. scilicet falsam esse opinionem asserentem quod dictus laicus posit eum punire, quia non per hoc videtur d.Clericus renunciasse Clericatui dummodo incedat in habitu, & tonsura, nam hoc priuilegium concessum fuit non tam respectu personæ quam libertatis Ecclesiasticæ, & sibi imputet sæcularis dum eum elegit; sciebat enim eum esse immunem, vnde non est cur doleat de ipsa fraude; & potest instare vt à suo Iudicio puniatur, & hoc procedit etiam si d.Clericus sit tantum in minoribus constitutus de communi testatur Couarr. qq.pract.c.33.num.6. & de Praxi Aufrar. in Clem.1. de off. ordin. reg.1. fall.17. Salzed. pract.crim. cap.61. litter.B. Iul.Clar. lib.5. recept.§.fin.q.36. vers.quinto, & alij per Sanch.cons. moral. lib.3. c.vnic. dub.20. num.11.

60 Et hic nota vnum casum quando d.Clericus potest esse officialis Principis sæcularis siue in sacris, siue in minoribus est constitutus, & est quando ab ipso Principe delegatur in vno tantum negocio speciali, modo causa non sit multum ardua,& nō interueniat pæna sanguinis, in quē casum debet reum remittere ad Iudicem sæcularem Sanch. vbi sup.n.3. Diaz.pract.crim.c.57.n.60. etiam si sit Sacerdos Card. c.clericis §.iubemus.& Abb.n.11.V.Cler.vel Mon.Thesau. de pæn.eccles. p.2. V. Iudex cap.2. notat.2. nam hoc cum sit paruum ex leuitate materiæ videtur à iure concessum; paruitas enim materiæ semper excusat in casibus legis; etiam vt dixi si sit Sacerdos.

61 Vndecimus casus est in causis executionis testamenti, quia sunt mixti fori, vnde datur locus præuentioni. Molin. de iust.to. 1.tr.2.disp.134.nu.3.Fagund. eod.tit.lib.6. c.4. nu.2. Guttier. pp.qq. lib.9. q.4.num.7. Non tamen tenentur Clerici si fuerint executores testamentorum reddere rationem executionis Laico sicuti etiam nec à dicto Laico possunt citari pro confectione inuentarij c.Ioannes de testam. Duard. in Bulla Cænæ lib.2.can.15. quæst.11. num.50. Bonacin. de leg. disp.10. q.2. punct.1.§.1. nu. 27.cum alijs per Dian.part.8. tract.5.resol. 42. & seq.

62 Immo nec executor testamenti bonorum Clericorum potest adire Iudicem laicū pro confectione d.Inuentarij; quia bona sequuntur qualitatem personæ Fagund.de eo.trac.

63 lib.6.c.4.nu.4. †Vnde si Princeps sæcularis impo-

imponeret gabellam super bonis suorum sub ditorum, statim atque dicta bona fuerint donata Clerico pro suo patrimonio ad effectum suscipiendi ordines sacros, remanent libera a d.tributo ita Bart.in l.placet. C. de sacros.Eccles.Ricc.in Prax. decis.167. Io. de Amic.cons.46.Giród.De priuil.q.76.n.373.

64 † Quod adeo verum vt neque d. bona possint vel confiscari, vel de illis inuentarium fieri pro conseruatione a d.Iudice Laico etiamsi dd.Clerici sponte submittunt d.Bona ipsius Iurisdictionis semper enim de iure remanet libera,& exempta Barbos. Collectan. tom.1.lib 3.tit.49.c.4.n.3.Laym.Theol.moral.lib.4.tr.9.c.6.n.9. Dian.p.1.tr.2. resolut. 23.& faciunt ab eo notata etiam in resol.29. tract.1.part.3. Et est regula certa quod Clerici non tenentur soluere collectam impositam à Principe per statutum super bona laicorum quádo d.bona peruenerunt in eorum dominium ita Alciat. De Cens. tom.1. disp. 19.lib.5.c.2.vol.2.Pilliucc.tom.1.tr.16.c.11. n.298. Less.de Iud.lib.2.c.3. dub.3.num.19. Reginald.Prax.For.pænit.tom.1. lib.9. cap. 25.n.377. & alij quos refert Dian. p.8. tr.5. resolut. vltima.

65 Nota vero quando fuit delata hæreditas cuidam monasterio, & debet fieri Aperitio, potest Iudex laicus citare d.monasterium pro legitima aperitione d. testamenti. Vide Nald. V. Iudex n.12. & Verb. Bulla Cenæ nu 50.

66 Duodecimus casus est in casu reconuentionis quando scilicet ipse Clericus conuenerit in Iudicio sæculari Laicum, nam tunc potest à d.Laico in eod.Iudicio reconueniri; sed cum sequentibus conditionibus primo quod reconuentio sit facta in principio litis, non autem post contestationem d. litis secundo quod ista reconuentio non oriatur ex causa criminali, licet ciuiliter intentata. Tertio quod non sit de re spirituali vel connexa cum spirituali. Quarto quod d. causa, non possit Clericus incarcerari; & Quinto quod non sit lis à d. Laico affectata cum hac spe reconueniendi Clericum in d. Iudicio sæculari, & hæc omnia inuenies cum authoritatibus & rationibus apud Dian. p.4. tr.1.resol.65. & tract.4. resol.175. & Bonacin.in Bull.Cen.disp.1. q. 16. sect.1. punct.6. num.8. quibus addo Barbos. de iur. eccles. d.c.39. num.137. cum quadraginta duobus authoribus ab eo citatis qui etiam addit alias conditiones & sunt sequentes. Primo quando Clericus non agit nomine proprio sed alieno, vel si proprio reconuentio fieret nomine alieno. Secundo quando esset in causa Appellationis quod & notat etiam Diana loco supradicto. tertio quando esset in causa executiua. quarto quando esset in agente pro deposito vel in agente de quæstione spoliationis. quinto quando cogeretur coram arbitro voluntario, secus tamen in electo ex dispositione statuti. & sexto quando reus con-

67 uentus esset excómunicatus vitandus. Hoc tamen aduertendum quod in d.reconuentione facta in casibus licitis supradictis si Clericus condemnetur à Iudice Laico, non poterit executio fieri nec in persona, nec in rebus sed causa erit remittenda Ecclesiastico Iudici ita Dian.p.4.tr.1.resol.65.in fine Cæs. Vrsill.Decis.Neapol.137.num.2. Sanch.cons. Moral.lib.6.c.1.dub.1.nu.1. Anton.Gabr.to. 1.comm.opin.lib.3.§.vers.Clericus. S.Antonin. p.3. tit.9. c.2.§.3. Nald.in summ. Verb. Bulla cenæ nu.50. vers.3. quando ob reconuentionem. Aduertant tamen a dd. Iudices Laici quod in criminalibus neque per modú reconuentionis vexare possunt Clericos ex text. in c. qualiter, & quando de iudic. ita Suar. coram Reg. Ampl. lib.4. c.15. num.9. Corrarius in Decis.Crim.decis.66. num.61. Gambac. de Imm. lib.5. c.14. num.2. & alij per eum & nouissime P. Discentill. lib.2. de Iust.tr.1. disp.4. dub.9. num.151. & comm. omnes.

68 Et nota quod quando Clericus succedit in causam Laici iam cæptam coram Iudice sæculari, licet aliqui affirmant licere d. Laico Iudici agere & sequi causam cæptam in Clericum attamen contraria opinio verior est & tutior; Clericus enim succedens laico potest vti suo priuilegio. Tu vero in hoc obserua Cósuetudinem & priuilegia locorum. Vide Bonacin. de legibus disp.10.q 2.punc. 1.n...fol.663. & Nald. d.nu.50. & quod dixi supra num.53. & infra melius nu.72.

64 Tertiusdecimus casus est quando Clericus cui lis est denunciata vt emptorem Laicum deffendat; nam in hoc casu tenetur facere dictam defensionem coram Sæculari Iudice, & est opinio tuta in conscientia, vt firma-

mat Barbos. de iur. ecclesf. d. c. 39. §. 2. n. 107. cum quinquaginta quinque authoribus ab eo citatis. Vide etiam Bonac. tom. 2. disp. 1. q. 16. punct. 5. nu. 16. Molin. de iust. tract. 2. disp. 380. vers. quando venditor. Et intellige quãdo agitur contra rem non autem contra personam pro dicta euictione ita Nald. V. Clericus. num. 35.

70 Decimusquartus casus est in casu litis de Præcedentia inter Confraternitates Laicorum quando scilicet tantum agitur de possessorio, nam hæc lis mere sæcularis est, nisi annexa esset aliqua spiritualitas, vt asportandi reliquias, cantandi Litanias, & similia. Dian. p. 3. tract. 1. resol. 70. & Barbos. de pot. episc. p. 2. alleg 78. nu. 42. qui & alios allegant.

71 Decimus quintus casus est, quando Laicus apud suum Iudicem queritur de Clerico eum diffamante, & petit vt liberetur à dicta infamia orta forsitan ex dicti Clerici iactantia iniusta, potest etiam tunc Laicus agere contra Clericum, nam in hoc casu Laicus præd. est reus cum sit diffamatus licet ipse litem moneat, ita Sanch. opusc. mor. cum Molin. Couar. & alijs in lib. 6. cap. 1. dub. 7. n. 10. Sed ego dico tutius esse remittere d. Clericum ad Iudicem ecclesiasticum, & ibi instare de debita pœna illi infligenda.

72 Decimus sextus casus est quando post motam litem ciuilem coram Iudice sæculari laicus fit Clericus tunc enim causa debet continuari coram d. Iudice sæculari, si Clericus voluerit continuare, si vero renuit dictam continuationem potest ad ecclesiasticum recurrere, & opponere declinatoriam pro remissione ita Car. resol. qq. c. 54. nu. 8. Genuens. in Prax. c. 8. nu. 5. Carol. de Graff. de effect. Cler ic. eff. 1. n. 1239. Surdus decis. 110. nu. 3. Squillant. de priuil. Cler. c. 7. dub. 3. nu. 59. Et hoc procedit quousque lis per sententiam terminetur nam post dictam terminationẽ circa exequutionem illius est ad Ecclesiasticum Iudicem deueniẽdum ita decreto Sacræ Congregationis sub die 10. Decembris 1596. testatur Barbos. de Iur. ecclesiast. l. 1. c. 39. §. 2. nu. 87. qui & multos alios adducit. Vide etiam Dian. p. 4. tr. 1. resol. 38.

73 Decimus septimus casus est quando tantummodo Clericum examinat vt testem ad rei veritatem indagandam dummodo eum in aliquo cubiculo tamquam in carcere non detineat vel tamquam principale, vel contra alium ecclesiasticum non examinet Alter. de Cens. disp. 20. c. 1. col. 8. & alij per Bonacin. tom. 3. disp. 1. q. 20. punct. 2. nu. 10.

74 Decimusoctauus casus est quando Clericus sibi elegit Iudicem laicum tãquam Arbitrum, & in causa ciuili & temporali, tunc enim in illa ei parere tenetur, & hoc nulla lege est prohibitum ita Clau. reg. lib. 12. c. 7. n. 10. & alij per Bonacin. tom. 2. disp. 10. q. 2. p. 1. §. 3. in fine quibus adde Sanch. consil. moral. lib. 7. c. 1. dub. 6. nu. 4. Sot. lib. 5. de Iust. q. 4. art. 1. Arbitrar. enim non habet Iurisdictionem sed eius sententiæ statur loco pœnæ. Sed intellige de arbitro voluntario non vero dato à statuta ita Barbos. d. c. 39. num. 137.

75 Quæritur modo ad quem spectat probatio Clericatus, & an sufficiat possessio ad effectum declinandi à foro laicali; & respondeo sufficere possessionem adeo quod cum adest dicta possessio incumbat laico probare non Clericatum; & ad primam tonsuram sufficit probatio cuius testis Mascard de probat. concl. 302. n. 14. vol. 1. Rebuff. tit. de form. lit. tons. num. 24. Dian. part. 3. tract. 1. resolut.

76 48. cum alijs per eum. † Aduertendum tamen est quod vbicumque fuerit quæstio etiã accidentalis super Clericatu à Iudice ecclesiastico videnda erit citato tamen fisco laico, & alijs habentibus interesse per textum in c. si Iudex laicus de sent. excomm. in 6. & interim processus sæcularis quieuit; nec poterit d. Iudex laicus præfigere tempus probationis, hoc enim excedit fines suæ Iurisdictionis c. ex insinuatione. de appellat. & DD. communiter per Barbos. de Iur. ecclesiast. d. c. 39. §. 2. num. 28. Secundo quæres an Clerici possint citare laicos coram Iudice sæculari an potius debeant eos conuenire coram Ecclesiastico. Et respondeo quod Clericis non coarctatur facultas conueniendi sed esse conuentos vt notant DD. per Bonacin. tom. 2. disp. 10. q. 2. punct. 1. §. 3. nu. 1. quibus adde Ant. Ripol. de Iurisd. omn. Iud. n. 125. Anton. Thesaur. lib. 1. qq. forens. 98. & colligitur ex ratione quia si possunt Clerici reconueniri vt supra diximus ergo & conuenire. Aduerte tamen quod ex quadam

dam conuenientia potest etiam introduci consuetudo in contrarium & multi Episcopi in synodis hoc cauent, vt videre est in Synodo Aretino ab Episcopo Vlimbardis actum tit. de Cleric. vers. nec vero, & à Bernardino Manassæo conciui meo Vicario generali in Constitut. Sinodal. Abbat. Farfen. tit. de Vit. & Honest. Cleric. V. Clerici omnes.

78 Tandem aliqua adnotāda sunt, & primo, quod Iudices Laici non solum non habent iurisdictionē in Clericos & Religiosos, sed neque contra Nouitios, vel Eremitas ex authoritate Episcopi creatos, tertiarias si cælibem vitam insimul duxerint; Milites sacri Ordinis, Rectores Hospitalium, inseruientes alicui Ecclesiæ musicos, & similes alios, si per longum tempus Ecclesiæ inseruierint; familiares Episcopi etiam largo modo sumptos. s. qui ei necessarij vel vtiles sunt, licet eius expensis non viuant; filios legitimos Sacerdotum ante Clericatum viuēte patre; Colonos partiarios Episcopi. Colonos Ecclesiæ & Clericorum in actionibus concernentibus causam realem, vel personalem d. ecclesiæ vel Clericorum; Prothonotarios non participantes, si in habitu clericali incesserint, vt per Barbos. vbi supra num 40. vsque 66. & de pot. episc. p. 2. alleg. 12. à num. 17. vsque in finem. Item in Familiares Sacræ Inquisitionis, officiales & ministros; Familiares Nuncij Apostolici, vel Collectoris item Apostolici, & famulos, seruos, colonos perpetuo obligatos Clericis, vel Ecclesiæ ita Barbos. vbi sup. c. 39. §. 4. num. 1. 25. 37. 94. & 102. & alij omnes.

79 Secundo nota, quod d. Priuilegio fori non possunt Clerici renunciare etiam voluntariè, & sic Iudicem Laicum constituere, & etiam confitendo coram Laico se esse sæcularem, si re vera talis non sit, nisi tamen esset tantum in minoribus, & hoc faceret animo renunciandi Clericatum, vt alibi dictum est, nam hoc priuilegium non videtur respicere priuatam vtilitatem, sed publicum fauorem totius ordinis Clericalis c. si diligens de for. compet. c. clerici, & ibi gloss. Verb. Clericalis de Cler. coniug. in 6. ita Graff. decis. aur. p. 1. lib. 4. c. 18. nu. 54. Ambrosin. de imm. c. 16. num. 11. Riccius in Praxi resol. 486. num. 2. & alij communiter & penè infiniti quos citat Barbos. d. c. 39. num. 8. seqq.

80 Tertio nota, quod Processus factus à Iudice sæculari etiam ignoranter contra Clericum nihil valet; nam remota iurisdictione Iudicis, ea quæ ab eo gesta sunt nullius sunt valoris ex c. ex litteris, §. fin. de offic. deleg. Sanch. cons. mor. lib. 6. c. 1. dub. 1. num. 14. & seq. vbi etiam dicit, quod si Iudex laicus capiat Clericum qui notorius non est, nō tenetur eum remittere nisi prius probet de Clericatu secus si non sit captus, vel constet de possessione, sed vide quæ supradixi num. 78.

81 Quarto nota, quod in excommunicatione lata in Bulla Cænæ contra trahentes ecclesiasticos ad tribunal sæculare non comprehendit litigantes, sed tantum Iudices trahentes ad suum tribunal; Notarij & alij præstantes auxilium & Magistratus statuta facientes Vgolinus, Alterius, Suarez, & alij citati à Nald. V. Bulla Cænæ num. 50. vers. non incurrit quibus adde Sayr. lib. 3. c. 19. num. 6. Duard. super d. Bull. Cæn. quæs. 10. num. 2. Reginald. tom. 1. lib. 9. num. 356. & Thesaur. de pœn. eccles. V. curia part. 2. c. 8. vers. quæres.

82 Quinto nota, quod Iudices Laici facientes ordinationes, seu decreta contra libertatem ecclesiasticam incidunt in excomm. Bullæ Cænæ 15. vt notant Mar. Alter. de cens. disp. 16. c. 3. col. 4. Duard. d. Bull. q. 22. Filliuc. tom. 1. tract. 16. num. 267. sed hoc intellige quando per modum legis faciunt, & vniuersitati præcipitur, secus est quando inter duos litigantes decernitur habita ratione alicuius statuti vel cōsuetudinis, nam tunc incurritur in aliam excommunicationem latam in c. nouerit & c. graui de sent. excomm. vt Rot. decis. 10. par. 2. posth. Farinac. Genuens. in praxi cap. 16. num. 1. Quæ non est reseruata. Suar. de censur. disp. 21. sect. 2. num. 79. Si vero sunt decreta de aliqua speciali materia, vel de expressis aliquibus personis non incurritur Nauar. c. 27. num. 119. vers. Declaratoria prima. Caiet. Verb. excomm. cas. 31. Tolet. lib. 1. c. 37. §. septima habetur Alter. dis. 16. cap. 4. col. vlt. in fine lib. 5. Rot. decis. 10. p. 2. posthum. Farinac. nu. 2. Vgolin. §. 3. vers. 4. Bonac. d. quæst. 16. punct. 1. sect. 2. n. 2. & 17.

Thesaur.V.Cunin.p.2. cap.2. V.iurisdictio, vers.nota quod hæc.

83 Et aduerte quod vtentes talibus statutis, seu ordinationibus, & Iudices secundum ea iudicantes, & procedentes, & exequutores exequentes, aut publicari exigentes omnes incurrunt in c.15. Bullæ cænæ intellige de statutis vt supradictum est generalibus, & permanentibus Sair. de cens.c.19.n.10. Alter eo. c.3. col.8. Filluccius d. tract.16.nu. 268. Thesaur. vbi sup. vers. nota secundo.

84 Quod amplia etiam ad Prælatos ecclesiasticos ita statuentes eorum Iura ecclesiastica Salas.V.immunitas 2.§.7. vers.nono quæritur Alter.d.c.3. col.1. infra Nauarr. vero & alij d.c.27.n.71. putant solum intelligi debere de læsa potestate non autem ecclesiastica. Vide Viuald. in candelab. super cap.15. Bullæ Cænæ in fine, & alios vbi supra.

85 Sed quid dicendum de Consuetudinibus, præiudicantibus d. libertati Ecclesiasticæ? & respondeo etiam consuetudines contineri in d.c.15. Bullæ quando dd.consuetudinibus corroborantur statuta & ordinationes prædictæ ita cum Suar. nu.86. Thesaur. vers. nota iste.

86 Et intellige prædicta omnia procedere etiam in statutis & ordinationibus quæ sunt contra iura seu priuilegia particularia alicuius Ecclesiæ licet non proprie dicantur cõtra libertatem Ecclesiasticam, & non continentur in d.c. nouerit de sentent. excommunic. ita Vgolin.super cap.15.Bullæ Cænæ Dom.§.6.Sayr.li.3.c.19.n.9.Duard.q.2.n.1. Suarez disp.21.sect.2.n.90. in fine Bonacin. in Bull.Cæn.q.16. sect.2. punct.1. nu.40.

87 Sexto nota quod Laici Iudices impedientes via potestatis publicæ seu Iurisdictionis Ecclesiasticam Iurisdictionem ordinariorũ sunt excommunicati in Bulla Cænæ ex c.16. d. Bullæ ita Nau.cap.27. nu.71. vers. declaratio prima. Suar. disp.21. sect.1. num.75. Graff.part.1.lib.4. c.18. num.139. Bonacin. q.17.punct.1. num.7. & sufficit si in aliquo turbeat, seu impediant Thesaur. V.iurisdi-

88 ctio c.6. amp.2. Quod amplia etiam in recurrentibus ad effectum impediendi siue post decreta d.Iudicis Ecclesiastici siue per anticipationẽ seu præocupationem ita DD. per Bonacin.q.17.p.1.n.23. etiam si non potuerint obtinere intẽtum prohibitionis Reginald. lib.9.n.364. & alij & Bonac. d. p.1. n.28. secundo amplia in illis qui vel publica vel priuata authoritate præsumunt impedire recurrunt ad Romanam curiam & ne litteras à sede Apostolica impetrent vel impetrãte vtantur Bonac. vbi supra punct.3.n. 4. & alij per Thesaur. Verb. Curia cap.5.p 2. de pœn. Eccles.

89 Septimo nota quod Iudices Laici, Parte talia procurantes, Aduocati & alij præstantes auxilium qui trahunt aliquem à foro ecclesiastico ad laicum vel impediunt prosequi volentes omnes sunt excommunicati, in Bulla Cænæ 1.14. d. Bullæ: non autem ipsos Ecclesiasticos consentientes voluntarie se trahi ita Bonacin.quæst.15.punct.1. n.26. Vide Thesaur.de pœn.eccles.V. Iurisd. p.2. cap.7. per totum & præsertim nu.3.

90 Octauo nota quod tam Iudices Laici quam alij officiales vt sunt Notarij exequutores & similes qui quomodocunque se interponunt in causis criminalibus, contra personas Ecclesiasticas sunt excommunicati in Bulla Cænæ c.19. & se immiscentur in carceratione etiam sine violentia facta incurrunt in c. si quis suadente 17. q.4. quem est Papæ reseruata, quia iniuria est vt notant Canonistæ in verb.nuper de sentent.excommun.Sicuti etiam Prælati cognoscentes suos Clericos capi à Iudice laico & non impediunt prout de iure Genuens. in praxi c.6. nu.vlt. in fine. & DD. comm. in d.cap.19. Bullæ iuxta loco supra citata.

91 Aduerte tamen quod impedientes vsum passiuum Iurisdictionis ecclesiasticæ, vt lacerando Cedulones & simile non incurrunt in d.Bullam quia iam Iudex functus est officio suo secus tamen si cogerent d. Iudices ecclesiasticos ad reuocationem actorum Bonacin.q.17 punct.1.n.2. Graff.p.1.lib.4.cap. 18.n.139. Thesaur.cap.11. vers.an autem p. 2. Verb. Iurisdictio sicuti etiam, secus esset si compellerent partes arctius ad reuocationem actorum seu decretorum d. fori ecclesiastici per statutum, vel aliam ordinationem ex c. 14. d. Bullæ sicut est & intellige sequuto effectu Alter. disp.15. c.2. lib.5.

92 Nono nota quod excommunicantur etiam in prædicta Bulla Cænæ in cap.14. Iudices Laici qui quomodocumque impediunt executionem litterarũ Apostolicarũ circa cau-

tas speciales, sed cum spiritualibus annexas & aliorum quorumcumque Iudicum ecclesiasticorum publica potestate laica vt de cõmuni testatur Filliuc. tract. 16. & 250. n. 447. Bonacc. q. 15. p. 1. n. 7. Dian. p. 2. tract. 1. resolut. 55. Thesaur. V. iurisdictio. cap. 14. p. 2. vers. aduertendum secundo, & vers. nota secundo in fine.

93 Et aduerte, quod Laici nullo modo se intromittere possunt in causis hæresis ex Bulla 27. Iulij Tertij.

94 Vltimo obiter est aduertendum quod Magistratus sæcularis non potest dare Hospitium militibus in domibus Ecclesiæ etiam quæ locatæ sunt laicis, quia indirecte tendit in præiudicium ecclesiæ in qua non habent iurisdictionem ita ex sacra Congregatione Episc. testatur Barthol. Gauant. man. Episc. Verb. immunitas. n. 18.

CAP. XIV.

Quomodo sit obseruanda in iudicibus Immunitas Ecclesiastica.

SVMMARIVM.

1 *Reus confugiens ad Ecclesiam semper est immunis.*

2 *Amplia in delictis etiam atrocissimis, & factus sub spe immunitatis.*

3 *Consuetudines etiam immemorabiles et cum consensu Episcopi, & Cleri nihil habent contra immunitatem.*

4 *Nemo licet Cardinalis potest concedere licentiam extrahendi Reos ab Ecclesia.*

5 *Quomodo se gerere debent Regulares erga confugientes ad eorum Ecclesias.*

6 *Reo iniuste extracto ab ecclesia debent omnia damna refici.*

7 *Aducentes confidentes mandantes omnes peccant contra Bullam Greg. XIV.*

8 *Supradicti sunt excommunicati excommunicatione Papæ reseruata.*

9 *Damnatus in Iudicio de hoc crimine est Infamis, & irregularis.*

10 *Non solum tractantes sed & attentantes incidunt in pœnam Bullæ.*

11 *Qui extrahit ab ecclesia tantum ex odio poterit ab Episcopo excommunicari.*

12 *Inaduertentia excusat à pœna, sicuti ex blãditijs tantum & nu. 13.*

14 *Hæretici, vel suspecti de hæresi non gaudent immunitate.*

15 *Quando dicatur homicidium & mutilatio facta in Ecclesia ita vt delinquens non gaudeat Immunitate & n. 16. & 17.*

18 *Non mandans sed mandatarius est exclusus ab Immunitate.*

19 *Delinquens in vna Ecclesia, & confugiens ad aliam, an sit tutus.*

20 *Quod nã dicatur homicidiũ vere proditoriũ.*

21 *Quando est facta Pax cum inimico, si postea occidat an sit Proditor.*

22 *Quid de occidente puerum in vtero matris.*

23 *An occidens proditorie infidelem gaudeat Immunitate.*

24 *An occidens aliquem veneno sit proditor.*

25 *An filius occidens patrem dicatur Proditor, & quid de matre.*

26 *Qui nec amicus nec inimicus est, dicitur Proditor.*

27 *Mandans occidi proditorie an gaudeat Immunitate.*

28 *Quid dicendum si non est secreta mors.*

29 *Item de occidentibus impropriè vt sunt falsi testes.*

30 *Occidens inimicum super solium ecclesiæ an sit immunis.*

31 *Assassinium quomodo intelligatur ad effectum non gaudendi dicta Immunitate.*

32 *An intelligatur secuto effectu etiam quoad mandatarium.*

33 *An complices comprehendantur in exceptuatione.*

34 *Conspirantes in personam Principis quomodo exceptuantur in Bulla.*

35 *An intelligatur etiam de conspirantibus in personas Comitum, & aliorum similium.*

36 *An scientes dictam Conspirationem & alij rebelles comprehendantur vt supra.*

37 *An machinantes in personam Cardinalis sint de exceptuatis à Bulla.*

38 *An sit necessaria secutio effectus conspirationis.*

39 *An intelligatur de subditis tantum.*

40 *Grassator viarum an sit ille etiam qui commisit vnicum delictum.*

41 *An sit differentia inter Latronem publicum, & grassatorem viarum.*

42 *An Falliti comprehendantur in exceptuatis à Bulla.*

De priuilegio locis sacris concesso in fauorem confugientium ad ea satis diffusè, & doctè tractauit Pater meus in c. 37. deffensionis primæ tr. ad defens. reorum cuius doctrinam etiam secuti sunt duo Magistri eximij nostri temporis huius immunitatis P. Diana, & Doctor Barbosa; attamen ne aliquid relinquam pro deffensione conscientiæ de pertinentibus ad forum Iudiciale etiam magis necessaria, & principalia repetam magis quam addam Patri meo, sed cum additionibus Theologorum, &

& Canonistarum præsertim recentiorum vt quæ in foro fori cum Iuristis seruanda esse dixerit Pater meus, hoc etiam cum Theologis, & Canonistis seruanda in conscientia esse dicam ego eius filius animaduertendo etiam aliqua alia à modernis examinata, & à me in Praxi obseruata.

1 Conclusio autem sit quod reus cõfugiens ad ecclesiam pro quocumque delicto præterquam septem exceptuatis in Bulla Gregor. XIV. edita de anno 1591. quæ incipit. Non alius; semper est immunis, & non potest ab ea extrahi absque peccato mortali sacrilegij & iniustitiæ ob contemptum illatum loco sacro & iniuriam delinquenti illatam qui habet ius resistendi & absque excommunicatione Papæ reseruata vt in Bulla D.Th. 2.2.q.92.art.2. Suar. l.1.c.13. n.4. & 9. Valent. tom.3. disp 6. q.15. p.1. & nouissime Bassæus Flor. theol. V. Immunitas n.14. & comm. omnes.

2 Et hoc amplia licet sint Raptores Virginũ; Violatores Monialium; sacrilegi ..... excommunicati; occisores Clericorum; Monachi; Sodomitæ; Parricidæ; Interdicti ab ingressu Ecclesiæ; Ministri extrahentes ab Ecclesia reos; delinquentes in ecclesia præter homicidium & mutilationem: damnati ad triremes, Banniti, Monetaij, & similes qui licet aliqui de iure communi non gaudent, & alij ea indigni esse ab aliquo Doctore iudicantur, nihilominus post prædictam Bullam Greg. XIV. omnes gaudere de d. Immunitate dici debet vnde etiam furantes in ecclesia vel committendo aliquid aliud delictum vt comburendo eas etiam si sacram Pixidem abstulissent, si ad ecclesiam confugiunt, omnes sunt exempti & tam furantes in ecclesia quam confugientes ad illam cum furto & armis ita Bonac. de leg. disp.3.q.7.§.4 n.12. Dian. tr.1. part.1. res. 2. & nouissime Sperel. decis.60.n.40. & de decreto Sacræ Congreg. testatur Barbos. de iur. eccles. lib.2.c.3. nu.105 in fine etiam si faceret animo confugiendi ad illam vnde prope vel in ecclesia delinquerunt ita DD. citati à Dian. p.6. tract.1. resol.10. cui adde P. Ægidium Bassæum Flor. tot. Theolog. Verb. immunitas num.9. in fine. Et hoc summopere aduertant pro deffensione eorum conscientiæ Iudices, & officiales, nam opiniones aliquorum doctorum contrarium asserentium valde periculosæ sunt, & ideo eas non audiant, sed in fauorem ecclesiæ decidant, & iudicent: memento quod pro hac immunitate multi Catholici Ministri proprium sanguinem dederunt. Vid. Guazz. Patrem meum deff.1.c. 37.nu.52. & post eum Marant. in contr. iur. p.2. resp.36.n.29. Dian. part.6. tract.1. resol. 9. per totum, & resol.25. Duard. Bull. Cæn. cons.15.q.16.n.17. Bonacin. tom.2. disput. 3.q.7. punct.5.n.1. Giurb. cons. crim. consil. 30.n.5. & cõs.60.n.10. Anton. de Marin. qq. resol. cap.170.nu.10. Barbos. de iur. ecclesiast. lib.2.c.3. num.105. in fine, & 120. cum seqq. qui & Patrem meum allegat & nouissime Sperell. Decis. for. eccles. decis.22. nu. 8. & decis.59.n.12. & decis.60.n 44. cum alijs per eos, & hoc intellige non solum de personis sed etiam de bonis cõfugientis ad ecclesiam, nec enim ista possunt ab ea extrahi Suar. de relig. tom.1. lib.3. cap.12. nu. 3. & alij supra citati comm.

3 Et aduerte hic quod consuetudines introductæ etiam immemorabiles, etiam cum cõsensu episcoporum & Cleri, si sunt contra fauorem ecclesiæ nihil valent, & in conscientia non tenent: Consensus enim Clericorum in iis quæ præiudicant Immunit. vel libertati Ecclesiasticæ nihil operatur, nam ipsorum, est deffendere, non minuere ecclesiæ fauorabiliora non enim sunt Domini, sed ministri quibus Dominus qui est Christus Iesus dedit bonorum suorum villicationem; adest nouissima Constitutio Vrbani VIII. edita sub die 5. Iunij 1641. quæ incipit Romanus Pontifex, quæ omnes cõsuetudines abrogat & reprobat, vnde non est super hoc necessaria alia attestatio Doctorum. Vide tamen Baldell. tom.1. lib.5. disputat.29. num.7. Duard. in Bulla Cænæ lib.2. q.9. num.7. Bonacin. tom.3. de excommun. extr. Bullam qui de communi testatur contra Clar. & alios disput.1. quæst. 20. punct.1. num.10. Castr. Pal. tom.2. tract.11. quæst. vnic. punct.11. num.5. Sperell. decis.37. num.47. & 73. Dian. part.6. tr.1. res.29.

4 Secundo Amplia non solum quoad Iudices Laicos, sed etiam ecclesiasticos, licet sint Episcopi & Cardinales, & ideo

non

non possunt concedere licentiam extrahendi reos, nisi in casibus exceptuatis, etiam si sint casus similes, & Rei indigni gaudere d. Immunitate nisi habeant speciale Priuilegium Pontificis, quia d. Bulla aufert omnem interpretationem, & extensionem in illis Verbis, sublatis eis, & eorum cuilibet vt cum alijs, testatur & notat Dian. d.p.6. tr.1.resol.25.& 27. Imo si d. Reus confugiēs sit pauper tenentur etiam eum alimentare donec commorauerit in Ecclesia, vt non habet occasionem fugiendi ab ea, & sic indirecte Ecclesia amittat suum Priuilegium. Vide Germon. in tract. de Immun. qui in terminis Bullæ loquitur Prax. Arch. Neapol. c.18. & c.77. Naldum in sum. Verb. ecclesia nu.32. vers. ad cuius.

5 Et hic aduertant Regulares & alij quod non permittant in eorum ecclesiis vel monasteriis aut domibus extrahi a ministris Iudicū sæcularium reos in eis se receptos nisi expresse exhibeant episcopi licentiam cum interuentu ecclesiasticæ personæ authoritatem habentis, nam si postea sequeretur mors vel mutilatio dd. reorum efficiuntur irregulares, nec eos excusaret Promissio vel fides facta a d. Iudice quia hoc manifeste repugnat dispositioni d. Bullæ Greg. XIV. ita Rodriquez qq. reg. to. q.50. art.3. & 5. Nald. V. Immunitas vers. Præter. Thesaur. de pæn. eccles. c.1. p.2. verb. Immunialiter qui & alios allegat. Limita vero in casu quo se haberent mere passiue uel negatiue tātum permittēdo tūc. n. agerēt cōtra charitatem, non cōtra iustitiam vt notat Thes. vbi sup.

6 Immo Reo iniuste extracto ab ecclesia debent omnia damna refici ab ijs qui eum iniustè extraherunt, vel extrahi facere iusserunt, vel permiserunt, quia iniuste est illa passus cum ex officio tenentur Iudices, & Ministri deffendere hanc Immunitatem & fit etiam iniuria ipso reo qui ius habet ne in Ecclesia capiatur & si opus fuerit Reum extrahenti potest resistere & in specie notat Naldus in Verb. Reus n.12. qui citat Bald. in 2.2.q.2. De sacrificio Missæ quibus adde Bonac. tom.2. disp.3. q.7. punct.7. nu.3. Suar. de relig. tom.1. lib.3. cap.13. num.5. Laym. lib.4. tract.9. c.3. n.14. Dian. p.6. tr.1. resol.32. quæst.3.

7 Tertio amplia in omnibus non solum extrahentibus, sed adiuuantibus, mandantibus, consulentibus, & permittentibus quomodocumque dictam Immunitatem violare omnes enim præter pœnas corporales peccant mortaliter peccato iniustitiæ vt dicit Bonacin. tom.2. disp.3. q.9. punct.8. n.1. seq. & peccato sacrilegij vt dicit Sanch. cons. mor. lib.6. cap.1. dub.8. in princ. cum D. Th.2.2.q.99. art.2. notat Dian. p.7. tr.1. resol.28. & sunt excommunicati ipso facto Cuius excommunicationis absolutio reseruata est Papæ ita Barbos. de Iur. eccles. lib.2. c.3. n.167. qui testatur ita fuisse resolutum à sacra Cōgregatione de anno 1617. & cautum à Clemente Octauo; & Dian. p.6. trac.1. res.24. qui adducit litteram Card. Galli ad Episcopum Liparensem, ita etiam dicit Auctor. memor. Clericor. c.9. n.29. qui omnes excommunicationes iussu Card. Ludouisij mox Greg. XV. Summ. Pontif. enumerat; & dum loquitur de ista dicit & Papæ referuntur & de veriori DD. opinione & de stilo Curiæ testatur P. Thesaur. de pæn. eccles. p.2. V. Immunitas c.1. vers. hæc autem excommunicatio. Bonacin. tom.2. disp.3. q.8. punct.11. nu.2. qui dicit quod tantum in occultis possit episcopus seu Cōfessor ab eo deputatus absoluere; licet in praxi difficile sit quod huiusmodi delictum sit occultum, vnde semper erit reseruata. Vide etiam Gen. in praxi c.17. n.1. Castro Pala. tom.2. de Relig. tr.11. disp. vn. p.12. n.13. Duard. in Bull. Cœn. lib.2. cart.15. q.10. n.19. & Barbos. De pot. episc. p.3. allegat. 50. num.167. qui testantur de Declaratione S. Congr. approbante Paulo V. sub die 23. Nou. 1617. & alios allegat.

8 Immo aduerte, quod talis incurrens in d. excommunicationem non est absoluendus donec restituat reum loco sacro & reficiat omnia damna tam ecclesiæ quam ipso reo facta c. quisquis & c. sicut antiquitius 17 q.4. Sanch. cons. mor. lib.6. c.1. dub.7. n.1 & Thesaur. d. c.1. cum alijs per eum quibus adde alios Doctores citatos per Barbos. De imm. d. c.3. nu.165.

9 Damnatus vero in Iudicio de hoc crimine efficitur infamis & irregularis, quia est crimen publicum, & capitale, & læsæ maiestatis, & vt est textus in l. fideli, & in l. in presenti c. de his qui ad eccles. confug.

& tex.

& tex. in c. in primis §. de persona Ianuarij. 2. q. 1. & notat Thesaur. d. v. Immunitas c. 1. p. 2. in fine.

10 Et notat quod supradicta procedunt etiam in attentantibus licet non sequantur effectu vt patet ex verbis d. Bullæ Greg. XIV. & notat Dian. resol. 15. tr. 1. tom. 1. tractatio vero non est attẽtatio Ital. lib. 1. cap. 6. n. 54.

11 Sed quid dicendum est de illo qui extrahit non ex mandato Iudicis, sed priuata authoritate vt ex inimicitia. respondeo quod si hoc fecerit non ex intentione seu causa extrahendi sed tantum ex odio vel inimicitia animo eum percutiendi quod non incurrunt in hãc excommunicationẽ quia Bulla videtur loqui tãtũ de violatione immunitatis in ordine ad extractionẽ, & ita etiam tenẽt Gambac. lib. 8. c. 7. n. 4. & 5. & Thes. c. 1. V. Immunitas p. 2. vers. procedit autem Poterit tamen ab episcopo excõmunicari tamquam Contemptor loci sacri vt est etiam in illo qui offendit, vel percurit alium existentem in ecclesia. Vide Bonac. de censur. in part. disp. 2. q. 3. punct. 16. §. 14. nu. 9. & Filliuc. tom. 9. tract. 15. n. 148. in fine.

12 Aduerte tãdem quod error inaduertẽtia in intellectu eiusd. Constit. Gregorianæ excusat a peccato & a pœnis, nec. n. incurri possunt vbi non est dolus & per d. Constit. solum puniũtur dolosi & temerarij, vt ibi in Verbo attentare præsumpserint ita ex doct. Card in Clem. 1. n. 22. q. 2. Priuil. notat Naldus V. eccles. in n. 32.

13 Item aduerte non violari d. Immunitatem si capitur extra ecclesiam reus blanditijs tamẽ aut deceptione, sine tamen aliqua vi extractus immunitas enim violatur per violentam extractionem ita P. Bass. Flor. tot. Theol. V. immunitas nu. 6. cum alijs comm.

Limita principalem nostrã conclusionem in septem casibus qui sunt exceptuati in d. Bulla Gregorij XIV. scilicet in Casu Hæresis, Homicidij seu mutilationis in ecclesia, vel Cœmiterio, Homicidij Proditorij Assassinij: Criminis læse maiestatis; Latronis publici & Grassatoris viarum & Vltimo in casu depopulationis agrorum; qui quomodo intelligantur modo videbimus.

14 Quoad primum circa Heresim; Aduertãt Iudices sub hoc nomine tantum comprehendi Christianos qui in fide errauerunt vel de fide suspecti sunt, & non alij vt sunt Hebræi Infideles pro vt resoluit sacra Congregatio teste Barbosa d. c. 3. n. 34. in fin. nam iste Casus exceptuatus est propter reuerentiam fidei contra illos qui post eius cognitionem contemnunt eam vel de ea dubitant, & sunt suspecti vnde capi posse in ecclesia maleficos existimant Martin. Del rio disq. magic. lib. 5. sect. 7. Erasm. a Coch. p. 4. q. 65. n. 9. Trull. lib. 1. c. 11. dub. 2. n. 2. & Blasphemantes hæreticaliter vel occidentes alium dum confiteretur Sacerdoti ex Priuilegio Inquisitoribus cõcesso propter hanc suspicionem notant Io. Anton. Nouar. de Immun. n. 43. Bonac. tom. 2. disp. 3. q. 7. p. 6. §. 2. n. 13. in fine, & Barbos. de Iur. eccles. lib. 1. c. 3. n. 124. cum aliis per eos allegatis. Sicuti etiam Apostatas a fide aduertunt Simac. de Cathol. Instit. tit. 7. nu. 4. & 5. Penin. in Direct. Inquis. p. 2. q. 49. com. 74. Bobad. in Polit. lib. 2. c. 14. nu. 56. non autem Apostatas à religione tantum quia hi non possunt dici proprie suspecti de Hæresi, nisi adsit etiam talis error ita Dian. p. 1. trac. 1. resol. 23. limita. Nisi ad ecclesiam confugerent, vt ad fidem reducantur tunc enim immunes esse debent vt notat Sanch. consil. moral. lib. 6. c. 1. dub. 8. nu. 2. vel confugerent ob aliud delictum quam Hæresim quia de sola Heresi intelligit Bulla ita DD. supra citati comm.

15 Quoad secundum quod est homicidium, & Mutilatio in ecclesia. Aduertant Iudices & Causidici quod circa hoc duo requiruntur. Primo quod occidatur homo existens in Ecclesia, & secundo quod dictum homicidium sit plene voluntarium & deliberatum, non autem subita rixa & calore iracũdiæ commissum; sumus enim in odiosis quæ semper restringenda sunt, vnde intelligere debemus de Homicidio omnino culpabili & graui ita DD. citati per Dian. p. 6. trac. 1. resol. 7. quibus adde Bonacin. de legib. disp. 3. q. 7. §. 4. n. 8. cum Sanch. opusc. mor. lib. 6. c. 1. dub. 8. vbi etiam dicit quod qui per vim extrahit aliquem ab ecclesia ad effectum occidendi non gaudet dicta immunitate quia reputatur delictum esse cõmissum in ecclesia sed impugnat hoc dictum Diana cum aliis in resol. 107. tract. 1. partis 4. nam dicit debere intelligi de actu

con-

consummato & perfecto non autem incæpto, quod & mihi summopere consonum videtur, cum simus vt dixi in materia odiosa quæ non est amplianda sed restringenda idem Diana melius in p.6.tr.1.resol. 7.vers. & tandem cum Bonac. tom.2. disp. 3.q.7. p.6.§.2. nu.4.

17 Circa Mutilationem vero aduertát quod non sufficit Vulnus, vel sfrigium in facie sed est necessarium quod sit abscissum aliquod membrum, & illud dicitur membrum sine quo quis integrum corpus habere non dicitur Gauant.in V.Immunitas num.12. Dian. par.6. tit.1.ref.7. §.vnde ex his Barbos. De Iur. ecclef. lib.1.c.3.n.12. & alij multi per eos, qui & testantur de decreto Sacræ Congregationis 16. Nou.1618. vnde mutilans digitú non includitur in Bulla quia non dicitur proprie digitus membrum sed officiú membri cui deseruit Nouar.de Imm.nu.54. & vide tradita à Sperell.in decis.59. nu.11. & seqq.

18 Et nota quod in ijs casibus non mutilans sed mandatarius est exclusus à d.Immunitate non Verba Bullæ intelliguntur de accidente phisice vel mutilante non autem de mandante vt notat Dian. qui & contrarijs respondet d.p.6.tr.1. resol.7. vers. nec obstat sicuti etiam qui existit in ecclesia mandat occidi extra ecclesiam ibi in fine.

19 Secundo nota, quod occidens vel manibus aliquam in ecclesia,& confugiens ad aliam non est tutus, nam idem est, illius, earum iura lædit cum vna sit ecclesia Azzor. instit.mor.part.3. lib.9.c.9. quæst.9. Ambrosin.de Imm.c.5.n.3.Mar. Italia eo.tit. lib.1. c.5.§.3. n. 20. in fine & alij per Barbos. d.c. 3.nu.10. lib.2. de Imm.

20 Quoad tertium quod est Homicidium proditorium Aduertant quod solum excipitur illud vt dicit Sanch. conf.moral. lib.6. c.1. dub.8. num.26. quod factum est ab illo qui pro inimico non habetur & pro tali non cauetur, cum nulla esset præcauendi causa, & committitur per insidiosam industriam taliter quod offensus non possit se deffendere, & præcauere vnde occidens vt inimicus etiam consulto, & præuia deliberatione & occulte, immo & cum veneno, aut dú dormit non comprehenditur, sicuti etiam quádo occidit per alium nam bulla loquitur de occidente per se vt notat Dian. cum alijs multis per eum citatis in p.6. tract.1. resolut.12. post Guaz.Patrem meum def.1.cap. 38. num.39.

21 Quæritur modo an inimicus qui pacem fecit, aut dedit fideiussores, sed tamen non est reassumpta stricta amicitia comprehendatur in hoc casu, & respondetur negatiue nam adhuc se debebat deffendere,& præsumere odium non bene extinctum,& sic non esse vere proditorium ita Riccius decis.Neapol.168.n.... Marinus resolut.quotid.cap. 174.n.3. Bonacin. tom.3.disp.2.q.3. punct.

22 16. §.8.n.8. qui à simili deducitur † quod occidens veneno puerum in vtero matris non dicitur Homicidum proditorium quia in illo non potest cadere proditio cum non sit doli capax, nam proditio ex amicitia oritur.

Sed Barbos. de Iur.ecclef. lib.2. c.3.n.91. cum Giurba conf.crim.conf.60.Peregrin.de Imm.ecclef.c.7.n.10. & alijs dicit quod talis inimicus est proditor, nam amicitia ex signis exterioribus demostratur, quæ sunt reconciliatio, data pax, & similia. Ego vero dico, quod si reconciliatio secuta fuit ante multos dies, & tunc dicitur proditorie occidisse, si vero de recenti quod non,& ratio est quia non censetur quis tam cito amicus; ita etiam Io. Anton. Nouar. in sum. Bull. tit. de Immunit. nu.78. Mar. Curell. de Prisc. & recent. Ecclef. immunit. lib.1. q.35. Riccius p. p. decis.168. num.2. Zambell. V.Immunitas nu.18.

23 Secundo quæritur vtrum occidens proditorie Hæbreum, vel infidelem gaudeat Immunitate & respondeo affirmatiue ea ratione quia Infidelis non videtur stricte loquendo noster Proximus cum non communicet nobiscum in fide, in Sacramentis, in ecclesia; & Bulla loquitur de occidente proditorie proximum suum ita Guazzinus Pater meus in deff.1.c.38. nu.42. quem refert & sequitur P. Dian.part.6. resolut.11. tract.1. & cum eo adde Bonac.to.2. disp.3. q.7.punc.6.§.3.n.6. Ambrosin. de Immun.c. 7.n.12. Castro Palau.tom.1.tr.11.disp. vn. punct.9.nu.35. Nouar.Conclus.43.num.22. & alios recentiores contra Barbosam lib. 2. c.3.n.89. Farinacium & alios per eum citatos; quia cum hæc magis fauet ecclesiæ Est etiam

etiam à nobis amplectenda cum optimum,& rationabilissimum sit, vt quantum potest à Doctoribus præsertim sacris, & moralibus illa deffendatur & tueatur quæ magis fauea d.Immunitati vt dicit P.Baldell.in Theol. mor.lib.5. disp.33. nu.3.

24 Tertio quæritur vtrum occidens aliquem veneno possit dici Proditor; & respondeo quod nulla existente inimicitia vere est proditor quia incaute & tuto interimit actu insidioso ita Guazz.P.meus d.deff.1.c.38.nu. 40.quem refert & sequitur Dian. p.7. tract. 1. resol.12. & cum eo alij multi præsertim Ricc.decis.Neap.263.p.3. Giurba cons.20.n. 13.Sperell.decis.13.per totum Barbos. lib.2. c.3.n.94.in fine de iur.eccles. tit.de Immun. & in Collectaneis constit.Apost. V.homicidium nouissime impressis testatur etiam de decreto Sacræ Congregationis.

25 Quarto quæritur vtrum Filius occidens patrem dicatur Proditor. Et respondeo affirmatiue quando insidiose vel incaute eum occiderit ita Sanch.cons.mor.p.2.lib.6.c.1. dub.8.n.26.& alij per Barbos. vbi supra nu. 9. Diana vero addit nisi essent prius inimici ita in p.6. tr.1. resol.26. in primo quæsito. De matre vero occidente filium in vtero nõ gaudere declarauit sacra Congr. consil.3. Decembris 1622.teste P.Gauant.in Append. ad Man. episc. V.immunitas nu.9. quia vere dicitur Homicidium proditorium; eo quod mater naturaliter filio coniuncta est amore, & tenetur ad custodiam illius vnde occidendo videtur insidiose, & sub specie amicitiæ saltem præsumptæ facere.

26 Sexto quæritur quid sit dicendum de illo qui mandatur ad occidendum data pecunia qui nec amicus nec inimicus est vtrum dicatur tam mandans quam occidens proditor, & respondeo quod si insidiose agit, vel sub specie amicitiæ proditor est vt dicitur de occidẽte per iter insidiose,& incaute illũ cũ quo casu quis associatur eisd.rationibus quas superius dixim.ita Sanc.lo.cit.n.23. Suar.de Pax. §.3.in Prac.to.1.p.5.c.3.n.125.

27 Nota vero quod mandans in hoc casu licet hoc faceret sub amicitia & esset vere proditor,attamen gauderet immunitate,quia in Bulla solum dicitur de occidente non autem de mandante. ita ex verbis d.Bullæ Homobon. in exam.eccl. p.2. tr.11.c.5.q.5.sect.4. Zambell.V.Immun.n.13. & probatur etiam ratione; statutũ.n.quod punit facientem aliquod delictum non semper habet locum in mandante,sed solũ quãdo loquitur in rem.s. in ipsũ delictũ vt v.g.pro homicidio sit pœna mortis,tunc.n.comprehendit mandãte,& nõ alias vt comm.DD. & quos sequitur Sanch cons.mor.lib.6.c.1.dub.9.n.3.sed in casu nostro non dicitur homicidium proditoriũ, sed proditorie proximũ suũ occidẽtes,vnde debet intelligi de occidẽte,non aũt de mandãte,vt etiã supradixi cũ Dia.p.6.tr.1.res.7.

28 Secũdo nota quod semper intelligitur secuta morte;nõ enim occidit qui mortem non infert. ita ex Pellegrino & alijs nouissime Zãbel.V.Imm.n.7.& res semper intelligitur secuto effectu in pœnalibus, vt comm DD.

29 Tertio nota quod testes falsum testificantes pecunia corrupti, qui fuerunt,& quod Reus prætensus fuerit vltimo supplicio dãnatus,gaudẽt immunitate & possunt ad Ecclesiam,confugere,quamuis à multis vocentur prædones,nisi essent amici,& fecerint ad hunc effectum procurandæ mortis ipsius, in hoc enim solo casu vere possunt dici Proditores,& prædones, nam ab immunitate excluditur tantum qui proprie occidit, & non qui improprie, vnde ad priuationem illius non sufficit æquiparatio,sed identitas.ita puto intelligendos esse doctores hoc asserẽtes, vt sunt Peregrin. de imm.c.7.nu.23.Zãbell. n.10.& alij vid.Dian.p.6.tr.1.resol.26.q.11.

30 Quarto nota quod occidens aliquã super solũ ecclesiæ,gaudet immunitate, quia non dicitur esse nec intus, nec foris extra ecclesiã & in odiosis mistũ nõ ingreditur naturã simplicis vt notat Ant.Nald.in sum Ver.mistum n.1.Rodriq qq.reg.q.48.art.2.in fine,& in Bul.Greg.XIII.n.19. ex glos. in c.cũ sancta, verb. vir ergo de pænit.dist.2.& in terminis nostris idem Nald. V.sacrilegiũ nu.4 cum traditis à Barbos. vbi sup.d.c.3.nu.119

31 Circa quartum casum exceptuatũ in Bulla quod est Assassinium aduertant Iudices quod hic solum intelligitur de illo Assassinio, quod factum est certa promissione pecuniæ & specifica; non modicæ mercedis; & acceptata ab illo, qui committere vult assasinium absente mandante physice, & non moraliter pro occisione eius qui non est communis inimicus, ita ex Bonacina

da Censur.extr.Bull.disp.2.quæst.3. punct. 16.§.9. Remig.de Immun. fallent.16. num. 8.Guttier.pract.qq. lib.3. q.7. nu.50. Dian. part.6.tract.1.resol.11.Suar.de Pax in prac. d.§.3. nu.140. Barbos. de Iur. eccles. lib.2. cap.3. num.97. cum alijs per eos.

32 Nota tamen quod intelligitur secuto effectu quoad mandatarium quia Assassinus vulnerans citra mortem pœna assassinij non punitur vt dicit Pater meus, & sic propriè assassiniū nō est nisi secuta morte ita Laym. lib.4.tr.9.c.3.n.9. Diana d.res.11.vers. verum licet Barbos.d.n.97.qui citat Io.Anton. Nouar. tit.de immunit. nu.59. & 76. Giurba cons.100. num.12. Gratian. discept. forens.cap.598.num.9. quod secus est in mandante per text. in cap.1. de homicid. in 6. vbi siue mors sequatur siue non dicitur esse assassinij pena puniendum; sequitur Layman.vbi supra n.9. & alij supracitati Doctores post Guazz.Patrem meum d.c.38.nu.42.

33 Quæres modo an receptatores cooperatores, socij & complices in isto enormi delicto gaudeant immunitate. Respondeo distinguendo, aut loquimur de iis qui actu auxiliantur, & cooperantur, & isti non gaudent nam isti etiam iudicantur Assassin. Caball.tit.de omn.gener.homicid.n.412.Peregrin.de immun.eccles. c.7.n.37. si vero loquuntur de mediatoribus tantum, & tractantes vt sunt Proxinetæ, & similes, & gaudent immunitate, & propriè assassinium non est cum sit factum potius animo complacendi mandantem quam delictum committendi Anton.Nouar. vbi supra nu.72. Anan. de Marin.in resolut.quotid. cap.171. n.5. & de Sacræ Congregationis Decreto testatur Rouit.in Pragmat.1.de Assassin.n.49. Dian.p.6.tr.1.resol.11.vers.nota hic Honded. cons. 93.n.68.lib.4. Ambrosin.de immunit.c.7.n. 9. & alij post Guazzin. Patrem meum deffens.1.cap.38.n.42.vers.& ab id. qui, & alia multa de hoc dicit.

34 Circa quintum videlicet Crimen læsæ Maiestatis aduertant pro deffensione eorum conscientiæ Iudices, & Causidici solum incurrere in hoc delictum ad effectum non gaudendi de immunitate, qui in personam magni Principis conspirant, secus in aliis delictis, quæ & crimina læsæ Maiestatis nominantur, vt sunt Notarij falsi illi qui in statutum Principis machinantur, qui offendit eū, qui à Principe habet saluum cōductum & similia; non sunt enim hæc immediatè contra personam Principis, & sic esse intelligendam Bullam dicunt comm. DD. vt per Dian.p.7. tract.1. resolut.18. vers. sed esset Bonacc.tom.2. disput.3. quæst.7. punct.6. §. 6. num.5. post Guazzin. Patrem meum d.c. 38. nu.31.

35 Quæres quid dicendum sit de Comitibus Marchionibus, & aliis Principibus superiorem recognoscentibus an machinantes contra eorum personam gaudent d. immunitate, & Diana cum Farinaccio respondet affirmatiuè, quia Bulla loquitur tantum de Principibus supremis; vide Guazzin. Patrem meum cum Ambrosino. d.c.38. nu.3. vers.tamen omnes respondet negatiue quoad Vasallos nam respectu suorum Dominorum sunt eo modo subditi, sicut & illorum qui supremi sunt, & Bullam quidem habere respectum ad comprimendum Vasallorum insolentiam erga suos Principes quod magnū delictum est. Attamen quia sumus in fauorabilibus Ecclesiæ, & in odiosis respectu aliorum, vt dicit Montalb. lib.4. tit.11. p.1. & Sanch. cons.mor.lib.6.c.1.dub.9. in fine in similibus casibus puto optimum fore recurrere ad sacram Congregationem, quæ inspectis personis, & circumstantiis iudicabit quæ necessaria sunt. Vnde Bonacc.tom.2 disput.3.q.7. punct.2.n.2. vers.idem dicēdum Castr.Palau.tom.2.tr.11.disput.vnic. punc. 9.nu.43.& Barbos.de iur.eccles.lib.2. c.43. nu.128.

36 Secundò quæres an scientes dictā machinationem contra personam Principis, & alij rebelles gaudeant dicta immunitate; respōdeo affirmatiue quia hic tantum de conspirantibus in personam Principis loquitur, illa enim dictio, in, denotat actionem, & non missionem ita Ital. de immunit. lib.1.c. 5.§.7. nu.45.& aliis Dian. tract.1.par.1.resolut. 7. & Bonacc.tom.2. disputat.3.quæs. 7.punct.6. §.6.n.5. & 11.in fine.

37 Secundo quæres an Machinantes contra personam Cardinalium gaudeant immunitate. respondeo, quia variæ sunt opiniones in dubio fauendum esse ecclesiæ, & gaudere nisi aliter declarasset Pontifex, cuius arbitrio recurrendū est in talibus casibus, quia

licet

licet Cardinales Regibus æquiparntur, & maiestatem habent vnde qui eos lædũt, maiestatem lædunt c. felicis de pœn. in 6.; attamen hoc non est proprie dictum, sed similitudinarie cum isti subditos & Vasallos non habeant; & sint Principes quoad dignitatem & officium, non vero quoad iurisdictionem temporalem; & istud crimen læsæ maiestatis proprie respicit excessus Vassallorũ vt notat Farinac. in Append. de immun. c. 14. num. 185.; & Papa quando vult comprehendere Cardinales, eos distincte nominat regulariter loquendo, vt dicit Azzor. p. 1. lib. 5. q. 15. car. mihi 495. & sequuntur Lother. de benefic. tom. 1. lib. 1. q. 8. num. 85. & Baldell. disp. Theolog. tom. 1. lib. 5. disp. 45. num. 4 seq. Vide Bonac. de præcept. Decal. disp. 3. q. 7. punct. 7. §. 6. num. 9. qui pro parte affirmatiua allegat Mar. Ital. de immun. lib. 1. c. 5. §. 7. num. 29.

38 Et nota quod in similibus delictis non est necesse quod sequatur effectus, quia ad hoc vt quis dicatur Reus læsæ maiestatis sufficit machinatio, licet secus dici debeat de ratum habente, vel de sciẽte & non reuelante, vt diximus in ijs est necessarius effectus subsecutus vt notat Bonacin. loco cit. n. 11. cum alijs per eum citatis.

39 Secundo nota, quod solum de subditis intelligitur non autem de aliis, vt diximus, quia in subditos proprie est hoc crimen siue sit subditus ratione originis, vel ratione domicilij, non tamẽ ratione delicti, quia isti per accidens subditi dicuntur Megal. in 3. par. lib. 3. c. 9. quæst. 1. num. 23. & de communi DD. opinione testatur Roland. lib. 1. cons. 4. num. 5. & colligitur ex Clement. pastoralis de Appellat. vbi gloss. in verb. non subfuit. Vnde quia territorium Papæ est totus orbis, omnes vbique existentes comprehenduntur, & non gaudent Immunitate ita ex præfatis doctoribus docet Bonacin. d. disp. 3. q. 7. punc. 7. §. 6. num. 12. vers. ex quo.

40 Sexto circa grassatores viarum, & publicos latrones qui est casus sextus in exceptuatis a Gregorio. Aduertendum est quod proprie Grassatores dicuntur illi qui vulgo vocantur, Assassini de strada; Et non sufficit vnica Grassatio, sed reiterata debent adesse delicta; per vnicum enim actum non dicitur proprie latro & publicus Grassator, quot autem debeāt esse istæ reiteratæ vires relinquitur prudentiæ boni viri qui secundum qualitatem delicti, & personæ iudicare debet iuxta doctrinam traditam a DD. ex verbis Bullæ quæ dicunt, Latrones publicos, & Grassatores viarum qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident. ita Guazzin. meus d. c. 38. n. 34. & 36. & Doctores per eum citati quibus adde Innoc. Host. & Canonist. omnes in c. inter alia de immun. Nau. c. 25. nu. 20. & inter modernos Giurba cons. 50. nu. 17. & cons. 90. nu. 12. Io. Anton. Nouar. tit. de Immun. eccl. nu. 45. cũ alijs seqq. Trullench. Præcept. Decal. lib. 1. c. 11. dub. 5. n. 4. Castr. Pal. tom. 2. tract. 11. disp. vnic. punct. 9. nu. 6. Bonacin. de Cens. extr. Bull. disp. 2. q. 3. punct. 16. §. 6. num. 3. Marant. contro. Iur. p. 2. resp. 46. nu. 7. Barbos. tit. De Imm. eccles. c. 3. lib. 2. n. 83. Horat. Pers. cons. crim. 39. n. 2. & seq. Dian. part. 6. tract. 1. res. . . . . Mastrill. de Indul. c. 37. n. 3.

41 Quæres modo an sit differentia inter latronem publicum, & Grassatorem viarum? Guazz. Pater meus n. 35. & 36. cum alijs per eum dicit quod latro publicus proprie dicitur qui publice furatur, expoliat viatores absque eo quod occidat homines; Grassator vero non solum renitentes occidit, sed etiam vias obsidet vt spoliet, & non solum extra ciuitates, sed etiam in Ciuitatibus, & nemo illorum gaudet d. Immun. ita Guazzinus cum alijs per eum loco citato; quibus adde Bonac. in decalog. Præcept. disp. 3. q. 7. punct. 6. §. 1. num. 2. & 3. qui in fine d. num. 2. addit illos etiam publicos latrones censeri qui in domibus priuatorum cum violentia furantur, modo delicta sint publica.

42 Secundo quæres. Vtrum Falliti qui a Pio V. publicis latronibus æquiparantur, illi. s. qui per fraudem decoxerunt sint immunes? & respondeo affirmatiue, licet sint etiam debitores principis, vel ob debita publica quia de eis nulla fit mẽtio in bulla, & proprie non dicuntur publici Latrones, sed similitudinarie & improprie vt est in d. Bula Pij V. ita Nauarr. c. 25. n. 19. Siluest. V. Immun. 3. q. 3. Tab. n. 7. Armilla. n. 11. Angel. n. 15. Roder. Suar. lib. 2. for. q. 5. n. 1. Sanchez lib. 6. c. 1. dub. 8. n. 8. cart. mihi 127. Car-

Bb 2 thar.

thar.decis. crim.46. num.72. Ambrosin. de immun.c.1.nu.14. Castr.Palau.tom.2.tract. 11.disp.vnica p.8.num.6. Dian.p.6.tract.1.
43 resol.17. † Nota vero quod in Praxi huiusmodi homines debent ab Ecclesiasticis Iudicibus reponi in loco libero, & deijci ab Ecclesia tamquam indigni vt qui volunt ecclesiam esse refugium eorum fraudum, & ita ego vidi obseruari hic in partibus ex litteris Sacræ Congregationis, & testatur etiam de decreto d.Congregationis Dian.loco citato. verb.notandum; & Fagund. p.2.lib.4. c.4. nu.53.cum Suar. de relig. tom.1. lib.3. c.11.nu.3 de fraudantibus regia tributa in simili loquuntur & aduertit etiam Guazzin. pater meus d.c.38.nu.46. cum alijs per eum quibus adde Dian.d.par.6.tract.1.resol.20. cum Doctoribus per eum citatis.

Nota vero, quod etiam Publicus latro dicitur, qui antea confessus, & condemnatus fuit, & postea denuo cum furto deprehenditur; nam intelligitur de Latronibus publicis tam de iure, quàm facto; ita DD.allegati à Barbos. lib.2.cap.3. nu.80. de for.eccles.

44 Item nota, quod recattatores, qui detinēt personas ad effectum illas componendi si publicè, & reiterate faciunt, inter publicos latrones reputantur. Carol.Marant. in controuers.iur. p.2.respons.46. num.10. quem sequitur Dian.d.p.6. res.15. vers.sed hæc.

45 Vltimus casus exceptuatus est depopulatio agrorum, in quo aduertant Domini Iudicus, & Causidici debere intelligi de illo qui non solumde nocte, sed etiam de die segetes agrorū, deprædatur; arbores, vel vites vinearum deuastat & similia in agris, & vineis facit; ita Guazzin. Pater meus loco citato num.38.cui adde Bonacin.to.2. disp.3. q.7.punct.6.§.1.num.5.Barbos.de iur.ecclesiast.d.c.3.nu.87.in fine verb.Vigore tamen cum Trullench.d.dub.3.nu.6. in fine. Dian. p.6.tr.1 .res.15. vers.sed his non obstantibus qui omnes concludunt ex tutiori, & veriori opinione tàm de diurno quàm nocturno debere intelligi depopulatore.

46 Sed quid dicendum est de Incendiarijs? & Guazzinus meus nu.43. respondet quod isti non gaudent dicta immunitate suffultus authoritate Cassan.& Decian. qui testantur ita fuisse obseruatum, & sequitur hanc opinionem Peregrin. de immunit.c.12.num.6. & nouissime tradit etiam Mar. Ital. eo tit. lib.1. c.5. §.3. num.56. ea ratione quia hoc crimen simile est depopulationi agrorum vt dicit Decian. tom.3. lib.6. c.28. nu.24. & Bonacina d.punct.6. §.1. num.6.

47 Sed contra Patrem meum insurgit Diana tract.1. part.6.resol.16 ijs verbis, valde miror quomodo contrarium docuerit Guazzinus; & non immerito nam valde differunt inter se depopulatores Agrorum & Incendiarij, & de istis nulla fit mentio in Bulla. Sed ego dicerem quod si loquamur de Incendiarijs agrorum idem esse videtur incendiarius agrorum, quod depopulator agrorum; ille.n.depopulator agrorum est qui alienas segetes seu vites, aut arbores vastat vel comburendo, vel alio modo deuastando, vt bene notat Barbos. cum doctrina Iuristarum & Canonistarum nu.86.loco citato; qui etiam cum Gabr.Pereir. de manu Reg. p.2. c.50.n.8. limitat in comburente messes abs-
48 que animo deliberato licet culpa sua; † & in hoc sensu intelligi debet Guazzin. meus licet non integre se explicauit; non enim omnia aduerti possunt præsertim in viro adeo negocijs, & curis forensibus occupato qui nec die nec nocte requiē habebat integrā, & multoties ad idem etiā meipsum occupabat solitus dicere, studia & labores esse sibi loco requietis, & reiterationis, vnde per horas integras vsque vigesimas assiduè studio se occupabat, ex qua causa à Curiæ Romanæ Prælatis, & Cardinalibus summopere casus fuit præsertim Eminentissimo Cardinali à Cremona ordin. Prædicat. qui post suum obitum in memoriam tanti viri voluit sibi asseruari illos libros manu propria d.Guazzini compilatos, & adnotatos, & apud se retinuit; & super eos lacrimatus est.
49 † Si vero loquimur de alijs incendiarijs, & isti non comprehenduntur in exceptuati quia in odiosis nō est facienda extēsio, & sic est sequenda sententia P. Dianæ cū Castro Palao & Bonac. qui optimè dicit quod Incēdiarius agri potest vocari de populator agrorū non autē intelligendū sit de alis etiā data opera contra Decian.Peregr.& Ital.

50 Et hic aduerte quod in dubijs semper recurrendum est ad Iudicem Ecclesiasticum remota omni appellatione tam pro reo, quā pro fisco, quia talis cognitio etiam de

de iure communi soli ecclesiastico competit, vt bene testatur Pater meus deff. 1. c. 31. n. 3. cũ alijs per eũ citat. quibus adde Dian. p. 6. tr. 1. resol. 30. qui etiam d. Patrem meum allegat, & cum eo Guttier. in pract. qq. lib. 3. q. 1. nu. 5. Azued. lib. 1. tit. 2. l. 3. n. 20. Barbos. d. c. 3. nu. 155. Castr. Palau. tom. 2. tr. 11.
51 disp. vnic. p. 13. n. 1. Rodriq. qq. regul. tom. 2. q. 51. art. 3. Peregr. c. 3. nu. 1. Et per Iudicem ecclesiasticũ inte lligepi scopũ etiã nõ cõsecratũ; & etiã Capitulũ sede vacãte ita Peregr. de imm. c. 3. n. 33. & 39. cũ Dia. vbi sup.
52 Secundo aduerte quod in supradd. casibus exceptuatis in Bulla Iudicis sæcularis non potest per se extrahere delinquentem, sed licentiam obtinere debet ab ecclesiastico licet sit publicus & notorius, quia dum est in loco immuni, est etiam extra omnem iurisdictionem ipsius laici, nam dicta immunitas concessa est loco, non personæ, vnde licet ille pro illo tunc non gaudeat d. immunitate, nõ est per hoc quod dictus locus non sit immunis, & exemptus ab omni iurisdictione laicali ita Pate r meus d. cap. 31. n. 4. quem allegat, & sequitur Dian. d. p. 6. tract. 1. resol. 28. notat Lazzar. de blasphem. q. 5. n. 71. Mart. Ant. Genuens. c. 17. n. 5. Homobon. de bon. to. 2. tr. 11. c. 12. supposit. 3. ver. hæc. Cartar. decis. crim. 46. n. 87. Peregr. de imm. c. 13. n. 5. Ciarlin. Cõtra'forens. lib. 1. c. 10. n. 33. Barbos. de iur. ecc. d. c. 3. n. 157. post med.
53 Immo si in d. casibus extractus fuit etiam quod notoriè constaret non gaudere non potest laicus Iudex contra eum agere, nisi prius ecclesiæ restituat, quia reus ille est affectus pro ecclesia, vt docet idem Pater meus deff. 1. c. 32. num. 1. cui adde Marc. Anton. Genuens. d. c. 17. n. 6. Roland. a Valle lib. 1. con-
54 sil. 24. n. 15. quod amplia licet in carceribus d. Iudicis laici interim delictum commisisset pertinens ad forum sæculare, quia non debet forum laicale per suam iniustam detentionem recipere ius aliquod in reum ita Bonacin. tom. 2. disputat. 3. q. 7. punct. 4. nu. 23. & Dian. p. 6. tr. 1. resolut. 32. qui & etiam
55 tenet quod reus sic detentus non possit vllo modo d. immunitati interim renunciare, cum d. priuilegium vt alibi dixi sit non personæ sed locis concessum, & ita etiam te-Suar. de relig. to. 1. lib. 3. c. 136. n. 11. Peregr. de Immun. c. 13. n. 13. & Tertull. in Dec. Præcept. tom. 1. lib. 1. c. 11. dub. 1. n. 14. & seq.
59 Et Amplia licet delictũ cõmiserit dum adhuc existeret in ecclesia, & esset vnũ ex casibus exceptuatis in Bulla, nam adhuc remanet primũ priuilegium & non potest extrahi ab illa sine licentia Episcopi. Ita Castro Pala. to. 2. tr. 11. disp. vn. punc. 10. n. 12. Dian. tract. 1. p. 6. resol. 26. vers. quæro decimo quarto. Bon. to. 2. disp. 3. q. 7. pũc. 6. n. 13.
57 Nota etiã quod licet episcopus concesserit licentiam extrahendi reum ab ecclesia propter notorietatem, vel probationem legitime factum & probatum, quod non gauderet, si postea casu aliquo inueniretur ipsum gaudere, debet Iudex Laicus statim eum reponere, quia semper est ecclesia in possessione suæ Immunitatis, & Reus numquam perdit suum ius ad illam. ita Doctores citati per Dian. p. 4. tract. 1. resol. 34. &
58 97. & hic aduerte quod extractus ab ecclesia ad illam ipsam numero remitti debet, quia actio spolij pro extractis ab ipsa, illi ecclesiæ competit c. si quis, & quisquis 17. q. 4. & c. 4. de imm. eccles. sacra congregatio immunitatis de anno 1631. teste Barb. de iur. eccles. lib. 2. c. 3. n. 54.
59 Tertio aduerte, quod dum reus existit in ecclesia. Iudex laicus non condemnet eũ ad aliquam pænam saltem corporalem, quia tunc non est in eius iurisdictione & nullam in eo habet potestatem Aimon. cons. 908. n. 6. lib. 5. Immo si semel a Iudice ecclesiastico multatus fuit, non potest pro illo delicto amplius illum molestare c. inter alia de immunit. eccles. & c. si constituimus 17. q. 4. ita Azzor. p. 2. lib. 9. q. 12. Oldrad. cons. 154. Persic. offic. Sacerd. lib. 1. c. 9. dub. 12. & 119. 21. Tuschus V. ecclesia concl. 5. n. 10. Carol. de Grass. effect. 1. n. 617. Bonacin. tom. 2. disp. 3. q. 7. punct. 3. nu. 8. Fagundez. p. 2. lib. 4. c. 4. n. 48. Suar. de Relig. to. 1. lib. 3. c. 12. n. 6. Dian. part. 6. tract. 1. resol. 33. Peregrin. de immu. c. 13. num. 13. Ciarlin. cap. 10. nu. 5.
60 Quod eo magis dici debet si vellet eũ interficere in d. eccles. & ad hũc effectũ mandaret ministros nã cõmitteret sacrilegiũ, & faceret contra iustitiam licet iuste videretur morte dignus esse ob notarietatẽ, & grauitatem delicti vide Dian. p. 6. resol. 35. tr. 1.

qui

qui citat etiam Nouar. tract. de elect. for.to. 2.part.2.q.4. Nald.in adnot. pract. ad ius canonic.fol.61. & Squillant. tract. de obligat. Cleric.p.5.dub.14.nu.40.

61 Aduertant hic tamen Iudices ecclesiastici quod non sinant reos prædictos absque impositione pœnæ pro delicto commisso; nam qui ad ecclesiam confugit debet per ecclesiasticum de delicto puniri, & si aliter faciunt contra Iustitiam faciunt vt tradunt comm.

62 DD.in c.inter alia de Immunit. † Dicta autem pœna debet esse pecuniaria,vel saltem si corporalis, mitis & parum afflictiua vt notant Suar.de Relig. d.lib.3. c.12. nu.6. Mar. Italia lib.1.c.6. §.3. nu.1. Castr. Pala.tom.2. tr.11.disput.vnic.punct.11.nu.10.

63 Quarto aduerte quod Reus ductus ad carceres, vel ad Vltimum suplicium, si se eriperet è manibus satellitum, & fugeret ad ecclesiam gaudet Immunitate; secus si a dd. satellitibus transiens duceretur, sicuti etiam qui fugit à Carcere,& ita seruatur vel seruari deberet in Praxi,nam ego vidi in ijs casibus dd.satellites male se gerere, & aliquãdo etiam violare immunitatem propter nimiam ipsorum temeritatem eos affligẽdo & insequendo eos, qui ab eorum manibus fugiunt Suar.de relig.lib.3.cap.9.cart.319.Ludouic.Peguer.in decis.à carceribus cons.Catalon. In actibus enim humanis attenditur principalis mens atque intentio cuiusque operantis Camill.Borell.tit.3. nu.90. & Nald.

64 in Summa Verb.carcer.nu.8. † vbi etiam dicit quod licet reus iurasset se in carcerem rediturum, tamen si ad ecclesiam confugit non tenetur seruare Iuramentum, quia non poterat iurare in præiudicium ecclesiasticæ immunitatis, & censetur non habuisse talem intentionem idem Nald. in Verb. Vita nu.7. & Gutier.de iuram.conf.p.1. c.57. Sed quid dicendum si dum fugeret secum duceret satellites trahendo eos, & respondeo gaudere quia est per accidens quod trahat illos, intẽtio enim eius principalis est confugere ad Ecclesiam & sic ecclesia eos defendit vt per superius dicta:facit casus allegatus à P. Diana p.1.tr.1. resol.13. Nota tamen quod si se non liberauit è manibus satellitum non dicitur confugere quia oportet quod libere confugiat vt docent communiter omnes Doctores cum Guazzino Patre meo Def.1. num. 43. & Bonacin. loco citato num.4. num.21.

65 Nota tamen quod si reus exeat sponte ab ecclesia ob promissam sibi à Iudice Laico impunitatem, non est ecclesiæ restituendus si postea apparet quod potuisset ab illa iuste extrahi; nec fides ei seruanda est; At si illi promissum fuisset ecclesiæ fore restituturũ, est ei seruanda promissio; & ratio differentiæ est quia impunitatem promittere non potuit, restitutionem vero ad ecclesiam potuit attamen d. reus erit verbaliter citandus; dummodo non sit damnandus pœna corporali cum ecclesia non vult vt rei impuniti maneant ita Nald. Verb.reus nu.12.& alíper eum.

Circa loca sacra quæ nam dicantur gaudere hac immunitate cum doctrina sit satis nota hæc pauca pro deffensione conscientiæ DD.Iudicum adnotabo.

66 Et primo quod Cœmiterium Ecclesiæ, & Campanile, licet non sint circa spacium triginta passum à dicta ecclesia in Ciuitate & 40. extra Ciuitatem sed si transcendat dictum spacium, immo sit disiuncta, vel polluta; attamen gaudent hac immunitate, & rei ibi confugientes non possunt extrahi quia hæc omnia sunt accessoria ecclesiæ, & accessorium sequitur naturam sui principalis ex tex.in c.fin.de immun.eccles.Dian.par.6. tr.1.res.6.Couar.in Sum. de immunit. n.25. & seq.Peregrin.eo.c.4.nu.57. Castro Palau. tom.2.tr.11.disp.vnic.punct.6.nu.16.Sanch. consil. moral.tom.2.lib.6.c.1.dub.7. Azzor. p.2. lib.9. cap.8.q.6. S.Antoninus part.3.tit. 12. Barbos.de iur.eccles.d.cap.3.nu.66. Sperell. Decision.for.eccles.decis.61.vbi etiam

67 dicit quod sacrestia disiuncta ab ecclesia, si in ea non sit Altare ad celebrandum immunitate non gaudet & decis.62. à princip. & num.19. & decis.63. num.1. & num.4. loquitur etiam de Parlatorio Monialium, de Claustro & de Mansionibus Canonicalibus quando gaudeant,& quomodo. Vide etiam Riccium decisio.250.part.3.& Dian. part.4. tract.1. resolut. 108. eadem, & alijs per eum.

68 Amplia etiam in Hortis Religiosorum & eorum domibus & Monasteriis dũmodo adhærean-

hæreant ecclesiæ, ex omni parte immunes sunt licet transcendant dicta spacia pedum triginta vt supradixi; Guazzin. Pater meus. d.c.38. nu. . . . cui adde Sanch. de matrim. lib.9. disput.15.nu.42. Bonacin. disp.3.q.7. p.4. tom.2. num.10. cum alijs per eos allegatis.

69 Amplia secundo in Hospitijs Religiosorum quæ sunt sub authoritate ipsorũ Præfatorũ licet in eis nõ sit nec ecclesia, nec Oratorium sicut etiam Grangiæ quia loca pia & sacra, vt dicit Dian. d.p.6. tr.1.resol.6. cum

70 alijs per eum sunt; † quod idem dicendum est etiam ex hac causa de domibus Orphanorum; Seminarijs; Clericorum in communi viuentium, vt sunt Patres nostræ Congregationis de oratorio; Hospitalibus; Confraternitatibus authoritate Episcopi erectis licet in eis non sint Altare, Campanile, vel ecclesia, ita Bonacina d. disp.3.q.7. punct.4. num.10.seq. cum alijs per eum quibus adde Castro Pala. vbi supra Fr.Emm. q q.regul. tom.2.q.75.art.2. Villalob. in sum.p.2.tract. 39.diff.5.nu.6. Barbos. cum trigintaquinque authoribus per eum citatis. Dian. par.6.tr.1. resol.6. & Sperell. decis.55. num.19.

71 Sed quæres an muri extrinseci dd. domorum, Hortorum, seminariorum, &c. gaudeãt immunitate; vnde qui ad eos confugeret tangendo, & toti corpori adhærendo sit immunis; & respondeo affirmatiue; domus enim tota fabrica tam extrinsecus, quam intrinsecus dicitur, vnde adherere domo dicitur qui muris eiusdem licet extrinsecus adhæret, sicuti à simili dicitur de illo qui amplectitur muros extrinsecos Ecclesiæ, vt tradit Barbos. d.c.3.n.65.& n.74. Bonacin. d. disp. 39. 7.punct.4.nu.20. Sperell. decis.63.nu.9. & à Dian. p.3. tract.1. resol.73. & p.6.tr.1.

72 resol.3. dicit quod etiam † tectum Monasteriorum, Hospitalium gaudet, quia vna & ead. res censetur cum tota domo; ergo si tectum, etiam muros dicendum est gaudere d. Immunitate; Domus enim ne dum ex solo, sed ex superficie etiam constat vt dicit text. in l. eum qui in princ. & ibi glossa ff. de vsurpat. & notat Diana d.resol.3. vers. dicendum est.

73 Secundo quæres an domus Ecclesiæ sitæ intra dd. passus exemptos, si sint habitatæ à Laicis, eo quod sint locatæ, vel eis in emphiteusim concessæ, gaudeant dicta Immunitate. Et respondeo affirmatiue, quia iure non videntur requirere hanc conditionem, quod non habitentur à Laicis, & priuilegiũ concessum est loco non personæ & locus non efficitur per hoc laicalis, quia à laicis habitatur, sed semper domus est Ecclesiæ, & res ecclesiastica Cartar. decis.crim.46. nu. 20. quem sequitur Dian. p.3.tr.1. resol.71. & p.6.tr.2. res.2. notat etiam Giurba cons. 10. post num.11. & facit quod dicit Paul. Laym. lib.3. tr.4. c.22. num.1.

74 Limita in domibus ecclesiæ Cathedralis & Canonicorum & aliorum Parochorum si sint ab ecclesia disiunctæ, & distantes extra dd.30.vel 40. passus respectiue in illis enim habetur respectus ad Ecclesiam ita Doctores citati à Dian. p.1.tract.1. resol.27. quibus adde Decian. lib.6. c.25.nu.13. Sperell. decis.63. num.1.

75 Sed quid dicendum est de Apothecis locatis Magistris artium quæ sunt sub domibus dd. ecclesiasticorum, vel Ecclesiæ. Et respondeo quod quando d. Apothecæ habent aditum ad d. ecclesiam, vel domum Ecclesiæ, vel ecclesiasticorum coniunctæ dictæ ecclesiæ, gaudent, quia censentur vna pars d. domus, vt dicit Barbos. de iur. eccles. d c. 3. sub num.66. qui & alios allegat, & Nouar. de imm. num.21.

76 Idem dicendum est de domibus illorum laicorũ inseruientium vicinæ Ecclesiæ, quia habetur respectus ad d. ecclesiam, & censentur ex hoc loca sacra, vt per DD. allegatos à d. Barbos. nu.42. post Guazzinum Patrem meum d.c.38.num.25. quibus adde Gauant. in Append. ad man. episc. Verb. Immunitas num.4. qui & num.6. ex declaratione Sacræ Congregat. immun. dicit idem esse dicendum de Capanna Ecclesiæ dummodo pro Ecclesia inseruiat.

77 Domus vero aliorum laicorum, & viæ publicæ licet sint intra passus exemptos attamen non gaudent, quia ad Ecclesiam non pertinent, maximè in Ciuitatibus, & terris vbi adsunt vicinæ domus Laicorum, omnia enim fere essent exempta cum magno incommodo Reipublicæ & communis boni, ita Bonac. tom.2. disp.3. q.7. punct.4. nu.7.

78 in fine. † Sufficit tamen quod ille qui est in via publica humeris, & capiti tangat ecclesiam.

siam, licet pedibus esset in dicta via Trull. in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 11. dub. 12. & Bonacin. vbi supra nu. 20.

79 Nota etiam quod licet Palatium episcopi sit immune, attamen si ab ecclesia disiúctum est, & locatum Laicis non gaudet dicta Immunitate quia concessa fuit dignitati episcopali, & non loco, vnde quousque à dicto episcopo habitatur semper est immune, sed si ab episcopo est relictű, non est pro illo tunc amplius immune ita notatur ex Concil. Aurelian. in c. id constituimus 17. q. 4. & docet Dian. p. 6 tr. 1. resol. 2. & ita intelligendus est Guazzin. meus in deff. 1. c. 37. nu. 25. citatus à Barbos. de Iure eccles. lib. 2. c. 3. nu. 70. cum Bonac. Ambrosino, Cutelio, & alijs, scilicet quod non gaudeat immunitate Palatium Episcopi si est distans vltra 40. passus ab ecclesia quia dictus Guazzinus allegat tantum opiniones, & concludit quod quando adest oratorium vel Capella, gaudeat, vnde à simili dicendum est quod quando est disiunctum ab ecclesia, & Laicis locatum pro illo, tunc cum missæ celebrari non possint, nec debeãt; & censeantur oratoria priuata, & non amplius oratoria episcopi priuilegiata, non debent gaudere dicta Immunitate; secus est quando à dicto episcopo habitatur vt est magis communis opinio vt per Barbos. ibid. qui tamen limita si est extra diæcesim ita etiam affirmat Sperell. decis. 49. num. 9. tunc enim habitatio episcopi non est immunis nisi sit Cardinalis, vel legati vide eund. Barbosam late & Dian. d. resol. 5. p. 6. tract. 1. ego tamen dico cum dicto Dian. tr. 1. resolut. 2. quod tale Priuilegium conceditur Palatijs episcoporum, non quia sint deputata diuinis officiis vt Ecclesiæ sed in reuerentiam & decorem dignitatis episcopalis quæ est maxima dignitas in Ecclesia, vnde licet non habeant oratorium, vel episcopus sit absens vel mortuus, tamen semper gaudent ob reuerentiam ipsius dignitatis. Vide Ital. lib. 1. c. 4. §. 9. c. 4. & 13. & Ciarlin. discept. for. c. 116. n. 14.

80 Modo dubiú oritur an Apothecæ quæ aliquando sunt sub Palatio Episcopi, sed mensæ Episcopalis sint exemptæ eo quod à Laicis habitentur. Et respondeo quod præsente episcopos debet à Laicis ead. reuerentia haberi quam haberi licet toti Palatio quia illius sint partes, sed si Episcopus est absens, & in partibus remotioribus puto non gaudere hoc priuilegio quia Palatium episcopi vt dixi de hoc gaudet quia ab Episcopo habitatur & eius est habitatio ita colligi potest ex adnotatis à Mar. Ital. de Imm. lib. 1. cap. 14. nu. 4. & 13. & Dian. p. 1. tract. 1. resol. 27. & d. p. 6. resol. 4. & 5. Castr. Pala. tom. 2. tr. 11. disp. vnic. punct. 6. num. 22. Indecorum valde videtur esse si satellites Laici Iudicis dd. Apothecas præsente, & vidente Episcopo lustrare possent ad quærendos reos, & pignus faciendum, & similia.

81 Amplia tertio in locis omnibus in quibus corpus Christi actu est etiam in transitu v. g. quando portatur infirmis; conuenienter etiam locus, vbi de præsenti est Eucharistiæ Sacramentum potest dici Ecclesia, & sic cõsequenter gaudet ita Suar. de relig. tom. 2. tract. 2. lib. 3. cap. 9. n. 1. Nald. V. Ecclesia nu. 4. vers. locus Barbos. de iur. eccles. lib. 2. cap. 3. nu. 69. qui quadraginta tres Doctores allegat in quibus etiam Guazzinum Patrem meum in c. 37. nu. 36. & nouissime Sperell. decis. 49. nu. 9. & Gauant. Verb. Immunitas

82 nu. 7. † Limita tamen in casu quo quis acciperet Sacramentum in carcere tunc enim non gaudet priuilegio immunitatis. Vide etiam Sanch. cons. mor. lib. 6. c. 1. dub. 7. cum S. Antonino, & multis alijs per eum citatis cart. mihi 127.

83 Et hic nota quod Sacerdos indutus cotta & stola præcedente Cruce ad effectum deferendi ad sepulturam defunctum & simile, non potest capi à satellitibus etiam de licentia Episcopi quia eadem reuerentia quæ debetur Ecclesiæ eo quod domus Dei sit debetur & multo magis Sacerdoti qui in habitu Sacerdotali diuina ministrando, Christum Dominum repræsentat; vnde tales Sacerdotes ita capti semper possent obiicere de nullitate capturæ ita Locatell. in Breuiar. de tortura inspect. 5. num. 164. & alij per Dian. d. part. 6. resolut. 25.

84 Secundo quod omnes qui Sacramentum associatur sunt immunes, licet Sacerdotem non tangant neque Baldachinum, repræsentant enim vna cum Sacerdote veluti quam-

85 dam Ecclesiam; † quod doctores extendunt etiam ad associãtes reliquias Sanctorum vel Imagines Sacras Corr. ad c. inter alia de immunit. part. 2. num. 25. Peregrin. vbi supra num.

num.19.& testatur de comm.Bobadill.to.1. lib.2.c.14.nu.86.& Ascan.Noctin.in summ. Dian Verb. immunitas num.10.

86 Amplia quarto in Ecclesijs nondum benedictis, sed tantum destinatis, sicuti etiam pollutis, interdictis, vel directis, sed sub spe redificationibus, dummodo ab episcopo fuerit concessa licentia edificandi, sed concessa destruendi ita cum infinitis pene doctoribus Barbos. de iur. eccles. lib.2.c. 3. n.59.seqq. Vide Azzor. Instit.mor.p.2.li.8. c. 8. quæs.1.& 4. Suar.de releg.tom.1. lib. 3.c.3.n.1. Fagund.De præcept.Eccles.punct. 2.lib.4.num.38.48.& 62. Filliucc. qq.mor. tom.1.tract.15. c.6. quæst. 8.n.150. Bonac. De Cens. extr.Bull. disp.2.q.3. punct.16.§. 4.nu.2.seq. Sanchez de matrim.lib.19. dist. 15. num.36. seq. Gauant. Verb. Immunitas num. 12. cum Siluest. eo.Verb. quæst.1.

87 Tandem aduertendnm est quod Reus exiens ab Ecclesia siue sponte ex se vt supra dixi in cap. præced. siue blanditijs & persuasionibus dum non ad fuit coactio perminus, vel dolum, potest licite a ministris capi; nota tamen quod si coacte, sufficit etiam quod priuata authoritate fuerit extractus ad violandã immunitatem Bon.t.2.disp.3.q. 7.punc.4.n.22.24.& seq.qui & alios allegat.

88 An vero peccent qui ita blandicijs, & persuasionibus sunt in causa quod Reus exeat sponte ab Ecclesia? respondeo quod si non fuerit factum in contemptuum d.Ecclesiæ vel cum scandalo graui aliorum, quod non est peccatum mortale, nam exue ab Ecclesia vnusquisque absque peccato potest, non etiam immunitati præiudicatur dum sponte ab illa disceditur; & iura non compellunt, sit necessitant Reos ad commorandum in locis sacris vbi confugerunt, sed tan tum non violando eos, dum ibi permanent.

89 Secundo aduertendum est quod Pœnas Bullæ Greg.XIV. incurrunt extrahentes & Iudices mandantes extrahi reos non solum ab Ecclesia, sed etiam à Carceribus Curiæ ecclesiasticæ donec Episcopus vel eius officialis cognouerit; & intellige non solum si publica, sed etiam si priuata authoritate fiat hac tamen intentionem extrahendi Reum ab illa immunitate, & reponi facere in fortijs Iudicis laici. ita Suar. tom.1. de relig. tract.2. lib.3. cap.13. nu.17. Genuens. in Prax.Neapolit.c.17.n.7.& c.22.n.5. Bonac. vbi supra num.3. vers. additur secundo, &

90 punct.9.n.9. † Sicuti etiam iudex quo licet non mandauit extrahi tamen extractũ non vult restituere Ital. lib.1. c.6. §.2.num.18. cum alijs per Bonacin.loco citato num.6. licet consolens, vel ratum habens non incidãt cum in Bulla de eis non sit facta mentio, vt per Doctores supracitatos.

91 An vero ministri custodientes Ecclesiam ne Reus aufugiat, & Iudices hoc iubentes vel permittentes incidant in excommunicationem Bullæ? & respondeo affirmatiue; nam si non directe solum indirecte violatur d.immunitas, cũ aliquo modo detineri dici potest Reus, cum non sit amplius in sua Libertate; & hoc aduertant Principes sæculares pro deffensione eorum conscientiæ; nam ratio prohibita in Bulla nõ est solum captio sed etiam conatus & attentatio; & custodire aliquem publica authoritate est, actus iurisdictionis, & Laicus nullam habet in confugientem ad Ecclesiam iurisdictionem cũ sit extra suum territorium; ita de communi testatur Bonacina tom.2. disp.3. q.7. punct.4. nu.4. vers.secunda sententia, immo neque potest impediri ne illi Reo deferuntur in Ecclesia alimenta vestitus, & alia necessaria ob easd.rationes.ita Sanch.cons.mor.tom.2. lib.6.dub.13.n.4.Nouar.de immunit.nu.18. & alij per Barbos. d.c.3. num.55.

92 Tertio aduertendũ est, quod ista immunitas nunquam præscribi potest, quãuis spatio temporis immemorabili, cum Laicus sit incapax iuris, & potestatis spiritualis, & in eo vmquam possit adesse Bona fides, vel iustus titulus cũ agatur cõtra ius tam ciuile, quam canonicum, & sit notorie iniustum DD in c. causam de Præscript.Io.Andr & alij in c.2. de pæn.in 6.Panorm.in c.quanto n.2.de con suetud.nec potest dici stare in possessionem quietã cũ singulis annis promulgetur Bulla in Cœna Domini in Capite Regni Ecclesia-

93 stici quę omnes Ecclesiæ subditos afficit vna nec excusat dicere nõ esse vsu receptã quia obligãtur omnes ad recipiendũ eam singulis annis vt notãt Azzor.inst.moral. lib.5 c.12. littera C.vers. quod vero col.506.Reginald. in prax. for.Pænit. lib 19. titul. de ration. iudicand. de peccatis sect.1.de priuil. Cleric.nu.68.Francis.Aranio in 2.p.D.Thomæ

q.97.disputat.3.sect.5. diffic.4. & omnes alij communiter vt per Doctores supracitatos.
94 Et procedit etiam si haberent dictā præscriptionem ex promissione Clericorū vel donatione facta ab eis etiam cum iuramento ex cap.si diligenti.de foro compent. arg. c.causam de præscript. Vide Reginald. dicto num.68.

95 Quod Amplia licet Papa concesserit;nam Pontifex Priuilegia exemptiones,immunitates libertatesque Clericorum non potest cum Laicis dispensare sine consensu Clericorum cum certa ratio dictat, & ideo etiam ius naturale diuinu quod est illudquod omnes tangit omnes etiam debent approbare iuxta Regulam 29. de reg. iuris in sexto.
96 Ideo non solo necessaria est Authoritas Pontificis, sed etiam consensus saltem tacitus Clericorum quorum interest; nisi tamen Ecclesiæ necessitas,vel ipsorum Clericorum culpa aliud requireret,tunc enim posset Papa etiam ipsis nolentibus dispensare; ad ipsum enim pertinet hæc omnia declarare, & disponere cum sit supremus Dispensator, & Dominus; ita docte Reginald. dicta sect.1. num.69.& seq.

97 Amplia secundo licet essent concessæ dd. exemptiones beneficio Principum sæculariū & Imperatorū,vt aliqui asserere conantur; nam sicut in rebus humanis, quamuis illæ sint acquisitæ ex iure humano, & merè positiuo, attamen tolli non possunt à non consentiente sine ipsius iniuria prohibita à diuina lege ita Priuilegia Clericorum licet essent concessa à sæcularibus, attamen postquam data sunt non possunt sine sacrilegio,& iniuria auferri,quod est apertè Diuinæ legi repugnans,ita Reginald.vbi supra cui adde Suar.contra Reg.Angl.lib.4. c.30. n.12. & c.34.n.24. Bellarm. in resp.ad duos libell.fol.55.Gonzal. de leg.Polit.lib.1.c.1. num.12.Sanch.consil.mor.tom.1.lib.2. cap.4.dub.55.num.2. Castro Palaus.tom.1.trac.3.disput.4. punct.31.§.1.n.4. Dian.trac.1.p.7.resol.8.

98 Amplia tertio non solum nō posse præscribi totum priuilegium à sæcularibus,sed neque limitatio,restrinctio,vel ex aliqua parte minutio datur quia in iurisdictionem semel in Ecclesiam translatam nihil omninò potest sæcularis potestas, ita Suar.vbi supra d.lib.4. cap.30. num.12. qui & alios allegat quibus adde cum Diana loco citato P.Amic. tom.5. de iust. disputat.9. sect.5. num.140. Baldell.Theol. moral.lib.5.disputat.35.nu.17. Salas de legib.disput.14.sect.11.nu.121. Azzor.par.1.lib.5.cap.13.quæst.5. Less.lib.2.cap.33.dub.4.num.35.& Eminentissimum Cardin. de Lugo de iust. tom.1. disputat.36. sect.7. num.101. qui omnes dicunt vllo modo posse laicos reuocare, minuere, limitare,seu restringere priuilegia fori,& exemptiones Clericis concessas.

99 Quarto aduertendum est quatuor esse circumstantias principales necessarias pro extrahendis licitè reis ab Ecclesia in casibus in Bullæ exceptuatis iuxta verba Bullæ. Primò quod obtineatur licentia ab Episcopo proprio, vel viciniori si proprius non adsit, vt est in locis nullius Diœcesis, vel eius Vicario generali si solitum est ex consuetudine vt dicit Pater meus. deff.1.cap.31.n.4. in fine.

Secundò vt intersit persona ecclesiastica facultatē habens ab eis;sed Episcopo,& præd. personis repugnantibus & recusantibus absque legitima causa potest minori tumultu quā fieri potest abstrahi;& eidem Episcopo consignari,vt cognoscat de delicto,an sit de exceptuatis. Episcopus vero non per hoc est excommunicatus nolens tradere, sed peccat contra iustitiam vt notat Gauant. man. episc.V.immunitas, n.24.seq.

Tertiò vt extractus tradatur Episcopo, & non reponatur in carceribus Iudicis sæcularis,etiam si delictum sit notorium,quoadusque cognoscatur an gaudeat, vel non.

Quartò vt Ecclesiasticus antequam tradat sæculari plene cognoscat de causa, qua cognita potest libere eum tradere absque nota aliqua irregularitatis, ita Guazzin.Pater meus vbi supra cum alijs per eum quibus adde Itali. Genuens. Gambacort. Giurb. Peregrin. Decian. citatos per Bonacinam dicta disput.3.quæst.7. punc.4.num.4 & nouissime Pater Bass.de Flor.tot.Theol. V.Immunitas. num.16.

DE-

DEFENSIO II.

Circa ea quæ facere debet Iudex ante susceptionem causæ.

CAP. XV.

De scientia necessaria Iudici.

SVMMARIVM.

1 Qui se exponit officio publico debet habere sufficientem scientiam illius.
2 Iudex ignorans ea quæ sunt necessaria suo officio non est absoluendus.
3 Indices non sunt legum Domini, sed Administratores.
4 Quomodo sit a Iudice ordo iudiciarius obseruandus.
5 Quando Iudex peccet non obseruando dictum Ordinem iudiciarium.
6 In Criminalibus est maior necessaria aduertentia in prædicto ordine obseruando.
7 Quando Iudex imperitus excusetur à peccato suscipiendo officium.
8 Assessor Iudicis, & non index tenetur ad damna.
9 Iudices qui ab aliqua passione peruerti patiuntur quomodo peccent.
10 Iudex iniustè aggrauans aliquem ex passione qua pœna puniatur.
11 Iudices, vbi iurare debent de fidelitate, de corde iurare debent.
12 Arbiter an debet iurare.
13 Circa quæ versari debet scientia iudicis, & num. 14.
15 Iudici summopere necessaria est puritas vitæ.
16 An Iudex existens in peccato mortali peccet mortaliter iudicando.
17 Iudicis nomine est indignus qui cum iustitia etiam bonitatem vitæ non iung t.
18 Iudex operans fictè vt muliere ad se accedat pro testimonio est excommunicatus.
19 An iudex promittens Reo impunitatem peccet non obseruando.
20 An Iudex propalans dicta testium peccet.
21 Delegatus accipiens vltra expensas an teneatur ad restitutionem.
22 Reus est examinandus per Iudicem, non per Cancellarium.
23 Iudex emens aliquid vltra victum & vestitum in loco vbi est Iudex an peccet.
24 Iudex in visitationibus Carcerum si dat votum pro Reo cuius ipse est Iudex, peccat.
25 Iudex non debet morari in verbis legis cum damno Reipublicæ.
26 Iudex non debet audire Reum appellantem post factã confessionem de delicto commisso.
27 An Vasallus appellans à sententia Baronis ad Curiam Papæ sit obligatus ad dandam cautionem, & defenditur opinio Sebastiani Guazzini.
28 Iudex faciens soluere expensas causæ innocenti absoluto, an peccet.
29 Iudices non debent se præstare difficiles in dandis audientijs.
30 Iudex condemnans Reum in expensis parte non petente an peccet.
31 Bullæ super expensis litium quæ sint.
32 Iudex appellationis non habet exercitium iurisdictionis non trasportatis actibus.
33 In casu succumbentiæ causæ veniunt expensæ Aduocatorum, & similium.
34 Barones quomodo tenentur custodire loca a Bannitis.
35 Iudices malitiosè impedientes appellationem peccant.
36 Vbi adest pœna priuationis officij Iudex sibi impetrare non potest.
37 Vtrum index in Criminalibus debeat potius lenitatem quam rigorem seruare.
38 Aequitas non scripta non est præferenda rigori scripto.
39 Verba D. Gregorij apponuntur.
40 Interpretare legem est solius Principis.
41 Interpretatio legis in Iudicijs semper est benignior facienda.
42 Epicheia quomodo seruari potest.
43 Ius Canonicum an epicheizari possit.
44 Quatuor casus notantur in quibus secundum Epicheiam iudicandum est.
45 Reus ignorans pœnam legis mitiori est pœna puniendus.
46 In dubio semper est iudicandũ pro pia causa.
47 An Iudex possit ad libitum iudicare, quando est dubius in facto.
48 In Iudex teneatur ex culpa leui, vel leuissima.
49 Iudex procurans officium tenetur ad culpam leuissimam, & quare.
50 Iudex stipendiatus ad culpam leuem tenetur.

51 *Iudex in damno præcipio seu voliti tenetur ad culpam leuem.*

52 *Iudex ex sua culpa leui cognoscens esse illatum graue damnum proximo tenetur ad dictum damnum.*

1 ADuertendum est quod quicumque se ponit ad aliquod officium publicum exercendum, ex quo verisimiliter potest dependere damnum proximi, siue in rebus, siue in personis ratione ignorantiæ illius; ille qui tale officium suscipet semper peccat mortaliter si damnum notabile est & ad restitutionem ipsius tenetur, c. non est sine culpa de reg. iur. in 6. arg. c. fin. de iniur. & damni dato Nauar. c. inter verba 11. q. 3. concl. 18. Ideo Iudex siue sit sæcularis; siue Ecclesiasticus, siue ordinarius, siue delegatus qui non habet sufficientem licentiam ad bene administrandum suum officium siue scienter hoc faciat, siue inaduertenter ex ignorantia grassa ei supina, cum aduertere debeat, & ex hoc proueniunt diuersa damna, stat in statu peccati mortalis, & tenetur ad omnium restitutionem quæ pro causa d. ignorantiæ proueniunt. ita docent S. Antonin. 2. p. tit. 3. c. 6. circa medium. Nauarr. cap. 25. n. 12. & 23. nu. 15. Caietan. verb. Iudicis peccata. n. 1. Bald. in Proem. Instit. Graff. decis. aur. p. 1. lib. 3. n. 3. Reginald. in Prax. for. pœnit. lib. 25. cap. 54. sect. 5. n. 657. ex doctrina D. Th. 2. 2. q. 76. art. 2. quod. s. vnusquisque scire tenetur ea siue quorum scientia non potest exercere recte actum debitum Alex. de Ales in 3. qui dicit quod malus Iudex iudicando peccat mortaliter. Naturalis namque, & diuina lex prohibet ne quis artem quam ignorat exerceat; Belbart. p. 4. tit. de iudic. §. 1. cart. 171. Alex. in summa, p. 4. c. 9. per totum Tabien. verb. Iudex. nu. 19. Panormit. & alij in c. quoniam de probat. Sair. in Clau. Reg. lib. 12. c. 13. n. 2. Bonau. tom. 2.
2 disp. 10. punct. 3. propos. 1. num. 1. vbi dicit quod talis Iudex non potest absolui a Confessario nisi facta officij renunciatione, aut nisi habeat firmum propositum renunciandi, quia nullus potest retinere officium cuius dubia recte abire non valet: quæ omnia adde Guazzino meo in præfat. n. 33. qui dicit quod duo debet habere Iudex licentiæ salem ne insipidus sit, & salem sapientiæ ne Diabolicus sit Iudici enim ignorantia dicit S. Augus. lib. 19. de Ciuit. Dei cap. 6. ad Marcellin. cart. mihi 190. est calamitas innocentium subditorum, & hoc lacrimarum fontibus valde plangendum est exclamat Sanctus ibidem littera H. tomo quinto, contra quos insurgit in tract. 10. sermon. 35. num. 299. & sequentibus; & dicit quod summopere aduertant nam debent esse sapientes & in lege doctissimi ne dicere valeant bonum malum, & malum bonum: vocatque tales Iudices ignorantes non Patres, sed prædonis quia vbique per eos pauperes apprimuntur, & non est illis nisi scientia mundi quæ est congregare thesauros decipere proximum, & iustitiam vendere per auaritiam, & per respectus humanos peruertere; ita Sanctus Augustinus.

3 Ideo aduertant. Iudices scientiam habere eorum quæ necessaria sunt ad recte iudicandum, & iudiciarium ordinem secundum regulas iuris seruandum aliter peccāt mortaliter & tenentur ad restitutionem nā non sunt legum Domini, sed administratores & illatur executores ita Sayr. Clau. reg. lib. 12. c. 19. Tolet. in Summ. lib. 3. c. 56. Robert. Holcoth. cap. 6. super Sapient. lectur. 77. per text. in cap. Deus Omnipotens. 2. p. 1. & nouissime P. Bassæus Flor. tot. Theol. v. Iudex, n. 10.

4 Quomodo vero sit iste ordo Iudiciarius obseruandus. Respondeo tribus modis. Primo vt secundum leges iudicet. Secundo non castiget supra pænam iuris. & Tertio vt præparatoria obseruet, ita Tolet. in sum. libro primo. cap. 56. numero quarto Siluester. Verbo Iudex Salon. in 2. 2. quæst. 67. Sot. libro tertio, de iust. par. 4. articulo secundo, Augustinus Triumph. quæst. 112. de potest. Val. quæst. 11. parte tertia disput. 5. Azzor. p. 3. lib. 13. cap. 16. Less. libro secundo, cap. 29. dub. 10. quare aduertant Iudices pro dissensione eorum conscientiæ ne a prædictis aberrent, & propter hoc legibus studeant, & in libris theoricam ac praxim continentibus versari curent; tutioribus Doctorum opinionibus, & sententijs adhæreant quia plus vident oculi quam vnum vt testatur Abb. & alij in cap. Cappellenus. extr. de ferijs Guttier. in

pract.

pract.qq.tom.2.lib.3.c.13.num.3. Reginald. in Praxi. lib.25. c.54. sect.5. in princip. num.654.

5 Hic nota cum Nauarr. in d.c.25. nu.13. & seqq.quod quando iudicant etiam si recte tamen sine sufficienti probatione eo quod vel testes suspecti fuerint, aut iniuste torti, vel non adminisserint legitimas probationes, vel non viderint processum saltem mediocriter, vel exegerint probationes maiores quam sũt necessariæ, & similia, peccat mortaliter, eo quod non seruant ordinem Iudicialem in præiuditium proximi;ita etiam Reginald. d. lib.25. nu.653.

6 Quod maxime aduertendum est in criminalibus vbi de morte alicuius agitur & quãdo tractatur de periculo committendi homicidium,dum iniuste iudicaret c.cum apud 11.q.3. Simmanc.de Cathol.instit.tit.46.nu. 8. Homobon.de statib. part.2.cap.3.num.3. cart.422.

7 Limita non peccare mortaliter suscipiendo officium iudicandi, si imperitus est, quando fine bono, & animo vtendi consilio Peritorum suscipit & in casibus necessarijs, & credit probabiliter id posse se futurum Nauarr. c.25.n.12.quem sequitur Graff.decis.aurear.
8 p.1.lib.3.cap.6. nu.3. † quod si d. Iudex per imprudentiam boni Accessoris male iudicauerit,non tenebitur de culpa sed tenebras d. Assessor. qui præcipue electus est propter scientiam per textum in l.2. ff.quod quisque iur.& ibi gloss.notat Archid.in c. statuimus §.assessorem de rescrip.in 6.P.Ægid.Bassæus Flor. Theolog.V.Iudicum n.16.

9 Item aduertant ne vlla occasione peruerti patiantur contra aliquem ex partibus quia hi sunt qui iudicium peruerti faciunt de bono malum,& possunt vocari insipientes,& indocti per textum in c.quattuor.11.q.3.& loquitur Carthusian.de reg.Princip.lib.2. art. 7. & 11. & aduertant Stapletonius in Vita Thomæ Mori Angliæ magni Cancellar. c.3. Alexand.in summa Part.4. c.90. & quatuor enumerati modos potes quo Iudicium peruertitur,scilicet timore, cupiditate, Amore, & odio; Timore dum metu potestatis alicuius veritatem dicere pertimescit sicut fecit Pilatus contra Christum Iesum qui eum cõdemnauit timore amittendæ amicitiæ Cæsaris. S.Augustin.in cap.quisquis 11.q.3.Vterque enim reus est & qui veritatem occultat & qui prodesse non vult & iste mentiens nocere desiderat. Cupiditate dum Iudex premio muneris corrumpit iustitiam, de istis. S.Isidor.in cap.qui recte 11.q.3. desumptus à tractat.de Summ.bono.lib.3.cap.35. Isti non iudicant causas,sed dona considerant. Tertio Amore; dum Iudices amore consanguinitatis, aut carnalis amicitiæ iudicium peruertunt de quibus idem Isidor. loco citato; isti sine dubio in Christum qui est veritas & iustitia peccare dicuntur; errant enim in veritate sententiæ dum intendunt in qualitatem personæ. Quarto odio quando non amore iustitiæ sed liuore odij cõtra aliquem Iudex profert sententiam c.episcopus 11. q. 3. conuertunt enim in furorem iustitiam; sed væ vobis qui iudicatis terram.

10 Et nota quod Iudex iniuste aggrauans aliquem ex odio, amore, cupiditate est ex suo officio suspensus per annum, & à diuinis si est persona ecclesiastica ita Nauarr.c.27.nu. 157.vers.decima ex c.1. de re iudicata in 6. & ibi glossa quem sequuntur Anton. Nald. in summ.Verb.Iudex. n.11. & Zambellus in resolut.cas.consc. eod.tit.n.18. & tenetur læso satisfacere nisi posset inducere illum pro quo tulit sententiam ad plenarie restituendum ita Pelbart. vbi supra §.1. cum alijs communiter.

11 Secundo nota quod cum vsu receptum sit multis in locis quod Iudices iurare debeant se munus suum fideliter, & iuste obituros hoc faciant ex corde, & obseruent ne apud Deum sacrilegi inueniantur vt bene aduertit Homobon. de stat. Humanæ vitæ part.2. cap.3.num.1.notat.2. vers.ex his. & hic nota Verba Melchiadis Papæ quæ habentur in cap.primo semper 2.q.1. Dicit enim Pontifex. Primo semper ante omnia diligenter inquiritur, & cum iustitia, & æquitate definiatis, neminem condemnatis ante verum, & iustum Iudicium, nullum suspicionis arbitrio, iudicetis, sed primum probati, & postea charitiuam proferte sententiam, & quod vobis non vultus fieri, alteri nolite facere.

12 Aduerte tamen quod in foro fori Iudex Arbitrer licet non arbitratori non debet iurare, & si iurauit, & dolose egit non facit litem suam per text. in Auth. decernimus

C.de Arbitr.& hoc in odium compromittentium contra prohibitionem legis. In foro vero conscientiæ facit litem suam sicuti etiam de iure canonico per viam denunciationis potest compelli satisfacere parti læsæ de dãno d.parti ex sua iniqua sententia illato ita Io.Valer.de dipar.vtr.for. Verb.Iudex different.18.

13 Modo quæres circa quæ debet versari scientia Iudicis pro deffensione suæ cõscientiæ magis particularia. Et respondeo quod debet scire,& intellectas habere leges Ciuiles,& Imperatorias, iura municipalia, mores receptos illius prouinciæ,consuetudines loci; Item ea omnia quæ pertinent tam ad immunitatem locorum sacrorum quam ad libertatem ecclesiasticarum personarum; Bullas summorum Pontificum & Canones; decreta sacræ Congregationis pertinentia ad suum officium; & hæc saltem implicite vt possit quando opus sit legere, & studere, & tandem de ijs omnibus quæ sub suo foro accidere possunt aliquam notitiam, & peritiã habere; quod si aliter facit exponit se periculo damni grauis proximo & stat in peccato mortali vt supra dixi.Vide quæ tradit Homobon.d.tract.de stat.part.2. c.3.tit. de stat. & off.iud.nu.2.circa finem.

14 Quod amplia non sufficere vt sint quod in genere leges sanciũtur,sed etiam necesse est quod magno rerũ,vsu,& ingenij acumine sit instructus vt quod lex generaliter statuit particularibus casibus ampliare sciat,idcirco deberent Principes illos instituere Iudices qui longo vsu ætatis & rerum experientiam circa humanos casus habere possunt vt aduertit Iauellus in Polit. Christian. tr.4.c.1. vt à simili dicitur de Confessario qui est Iudex spiritualis vt tradunt Tolet.in summ. lib.3. cap.16. nu.2. vers. huic. & ibi Victorell. in Addict.verb.prudentia Reginald.Prax. for. pœnit. tom.1.lib.3. Sanch. cons.mor. lib.1.c. 1.cum alijs comm. Nam cum omnia à iure determinata non sint,& ideo arbitrio iudicis commissa, huiusmodi arbitrium debet esse consentaneum legi naturali,& rectæ rationi quod difficiliter fieri potest ab homine inexperto & imprudenti.ita Neuisan.in Silu. nupt. tit.quomodo iudicand. sit Menoch. in Proem. tract.de Arbitr. & Ribad.de Christ. Princ.lib.2.cap.13. & Homobon. vbi supra.

15 Ex istis infertur quod sit Iudici summopere necessaria puritas vitæ;non enim Prudentia vt dicit D.Thomas potest esse cum peccato mortali; vnde deberẽt iudices antequam iudicium agrediantur, à Deo consilium petere, & hoc procurando saltem per contritionem, si mortali culpa se inquinatos sentiunt,in gratiæ statum se constituere vt admonent Carthus.lib.3. de regimin. Princip. art.11.& in reg.Chris.vlt.art.16. per text.in c.1. de Collus. deteg. & ibi glossa Petrus Bers.V.iudicare. Card. Paleott. in Archiep Bonon.part.7.serm.6.& Homob.n.12.

16 Sed quæres vtrum peccet mortaliter iudicando in peccato mortali absque dicta cõtritione; vide quæ dixi infra deffens.5. cap.37. hic solum dicam quod Iudex scandalosus iudicando, mortaliter peccat, corrigit enim in alios quod in seipso prius non corrigit vnde necesse est quod despiciatur,& sic priuet Rempublicam illo bono quod ex iustitia prætenditur vt notant Valent. tom.3. dist.5.q.4.p.2.Ghisler. de iudic.regul.cap.6. Egid.Bass.Flor.tot. theol.verb. Iudex n.vlt.

17 Sayr.Clau.reg.lib.12.c.13.n.4. † Iudicis enim nomine indignus est qui cum iustitia & bonitate vitæ nomen non coniungit c.1. 23. q.2.C.forus de Verb.sign. & in iure nomine Boni viri iudex intelligitur Oinotom. in §. omnium num.19. instit.de action. Pedemontan.in Præfatione nu.24. debent enim considerare Iudices quod in manu eorum positæ sunt non solum facultates sed dignitas, extimatio, salus, vita, & honor ciuium,vnde fides, religio & bonitas debent in illis relucere, & de alijs ministris cooperantibus Iudici in peccato mortali quomodo peccent, vid.infra in d.deffens.5.c.34.& tradũt Nau. Rubr.de iur.n.42.Medina & Nald.in V. Iudex n.1. vers. & de Iudice ex doctrina S. Thomæ in 2.2.q 60. art.2. ad 3. & ibi Caiet. Arag. & alij.

De peccatis Iudicum Corollaria. §. 2.

18 EX supradictis colliges in multis posse Iudices peccare;& primo si fraudolenter & ficte operantur, vt mulieres ad se accedant pro testimonio ferendo ad effectum eam videndi cum malo fine peccant mortaliter peccato particulari & sunt excommunicati

nicati c.mulieres de iudic. in 6. excommunicatio tamen non est reseruata vt gloss. ibi Verb.incurrunt.& sufficit etiam accessus iudicis ad domum mulieris, licet non sequatur examen Caiet.Verb excomm.c.59. Nau. cap.27. num.125. vers.18. Suar. de censur. disp.23.sect.4.nu.13. Sayr.lib.3.c.134.n.13. Tolet.lib.1.c.38. § octaua. Quod intellige tam de iudicibus ecclesiasticis, quam sæcularibus. Suar. loco cit. num.15. & sequitur Thesaur.de pæn.eccles. cap.1. Ver.testimonium part.2. limit.2. in fine: quibus adde Nald.in Verb.Iudex num.5.Filliuc.tract.14. c.4.q.8.nu.60. Bonacin.disp.2.q.2.punct.36. tom.3. de excom.extr.Bull.

19 Secundo grauiter peccant si reis impunitatem promittunt ad extorquendam ab eis veritatem,& postea non seruant fidem & illis aliquid damnū euenit ex hac causa, quia est de re graui in præiudicium alterius, quæ singula faciunt promissionem esse sub peccato mortali obseruandā vt in terminis notant Clar. in prax.crim.q.55. vers.circa primum, Pegna direct.inquisit. par.3. coment. 23. Constat enim promittentem teneri promissionem adimplere ad damnum alterius præcauendum, alioquin censetur causa damni per deceptionem.ita Azzor.p.3. lib.11.c. 13.quæst.7.& 8. Sanch.lib.1.de matr.disp.9. Reginald. lib.25.nu.89 & alij per Bonacin. de contract. disput.3. q.12. punct.1. num.7. Sed hoc in praxi non seruari dicit Ceuall. comm.contra comm.q.292. vol.1. quem sequitur Nald.Verb.Iudex num.2. Guid.Papæ q.206. Io.Valer. de differ. Vtr.for. V.Iudex differ.12. nu.vlt. tu dic quando potest esse sine præiudicio, vel damno graui ipsius rei non seruari nullum esse peccatum saltem mortale, aliter tu iudica.

20 Tertio peccant mortaliter, si testium dicta propalant, dum Reus adhuc in Carceribus secretis detinetur, nam in statu ecclesiastico officiales talia perpetrantes grauibus subiacent pœnis ex Constit.Pij V. Sanctissimi Pontificis quæ incipit licet contra quod notat Nald. in Verb. Notarius nu.13.

21 Quarto quando est delegatus, & accipit vltra expensas, nam tenetur restituere id quod excedit dd. expensas sui officij, nec suffragatur sibi facta remissio ab his qui illi plura, dederunt. ita Filliuc. tom.2. tr.32. c.4.n.157.Bonac.tom.2.disput.10.q.2.punc. 8.n.5. Sanch.cons.mor. lib.3.c.vnico dub.9. num.4.

22 Quinto quando facit examinare reum, vel testes per scribam, vel cancellarium,vt fieri solet a multis præsertim in causis arduis; debet enim personaliter eos examinare nec consuetudo in contrarium aliquid valet vt notat Hieronim. Rodriq. resol.42. num.26. Zambell. verb.Iudex n.29.Attamē si non adesset periculum Iniustitiæ vel damni grauis non peccaret mortaliter licet de consilio bene sit hoc agere, non nullibi ex præcepto Iudicibus hoc impositum reperio, sed tantum ob damnum,& periculum fraudis.vel iniustitiæ euitandum.

23 Sexto quando emit aliquid vltra victū, & vestitum licet per tertiam personam in illo loco in quo Iudex ad effectum traffiandi, est enim hoc illis prohibitum propter suspicionem Auaritiæ, & affectionis, vt notat Molin. de iust. disp.346. quem refert, & sequitur Zambell. d. Verb. Iudex num. 2.

24 Septimo quando in Visitationibus Carcerum dat suum votum pro reo, cuius ipse est Iudex, nam licet consuetum sit, quod voueat, tamen honestius videtur quod non,vt tollatur omnis suspicio fraudis,nō peccaret tamen mortaliter quando non esset d. fraus Vestr. pract.Roman.Cur.lib.2.c.13. in fine. Cherubin. in constit.44. Pauli Tertij scol. 1.Compend. Bullar.

25 Octauo quando vult immorari verbis legis cū damno Reipublicæ absque quod adhæreat potius menti legislatoris, quæ in his casibus semper est attendenda, vt dicit Filliucc. tract.40. c.6.n.177.& multo magis persistere in verbis legis, in quibus dubitatur non adæquari mēti legislatoris Less.de iust.lib.2.c.29.dub.5.n.47. Bonacin. de Legib.disp.1.q.1.punct.8.n.20. qui dicit quod peccat contra legem qui verba legis amplectens contra legislatoris nititur voluntatem per textum in l.non dubium C.de leg.& facit c. cum venissent de iud. An vero sint obligati in conscientia consulere Iudicibus superioribus circa eorum mentem. Respondeo negatiue si hoc commode fieri non potest, vt per DD. supracit.

26 Nono quando audit Reum appellantem, postquam

postquam iã cõfessus fuit in criminalis quia facit contra Constitut.24. Sanctissimi Pontificis Pij V. edita anno 1566. quæ incipit cũ sicut. ita notat etiam Barbos. in Collect. V. appellare & refert Zambell. V. reus nu.17. Intellige tamen non de condemnatis sed tãtum de Confessis, nisi sint diuites, nam de istis intelligitur etiam de condemnatis, vt patet ex verbis d. Bullæ & adnotat Guazzin. meus in deff.36. c.5. nu.2. qui & allegat Marchesan. de comm. Appell. in caus. crim. & inuenies in p.1.§.1.n.105. iuxta Vltim. impressionem, & notat quod dd. Bulla iubet reos condemnatos ad fauorem fisci Cameræ Apostolicæ non admitti ad appellandum nisi prius facto deposito pænæ, vel data cautione. Vnde ex hoc insurgit dubium

27 † An vasallus qui a sententia Iudicis Baronis appellauit ad curiam Papæ sit obligatus ad d. Cautionem præstandam, & depositum pænæ faciendum. & Flau. Cherub. scol.2. dictæ Bullæ respondet quod sic ea ratione quia tunc dicta Pæna spectat ad Cameram Apostolicam: & in fine subiungit quod non bene contradicit Guazzinus Farinaccio quia se fundat in Chassanio & Natta qui non loquuntur in istis terminis scilicet appellationis, & depositi; sed quæso ignoscat mihi d. Cherubinus quia mihi videtur non bene obseruasse dicta Patris mei qui non se fundat tantum authoritatibus prædictorum Doctorum, quam ratione, & ratio multo magis valet, quam authoritas; quia illa est vere fundamentum opinionis vt dicunt Doctores allegati per Bonacin. de peccat. disp.2. q.4. punct.9. n.1. Et ratio boni Authoris facit opinionem probabilem vt dicit Azzor. instit. mor. lib.2. cap.16. q.5. in litter. D. col.158. etiam contra communem, si firmiori nititur fundamento vide etiam quæ tradit in eod. lib.2. cap.17. q.6. litt. B. col 123. Ratio vero Patris mei est, quod d. Pæna non applicatur Cameræ Apostolicæ sed Cameræ Baronum & ideo non procedit in hoc dispositio d. Bullæ quæ tantum loquitur quando Papa applicatur Cameræ Apostolicæ, quod autem aplicetur Cameræ baronum, & non Cameræ Apostolicæ datur ratio quia tantum Pęna vniuersalis confiscationis bonorum pertinet ad cameram Apostolicam non aut particularis pecuniaria & hoc dicit Cassanæus à Patre meo citatus, vnde non erat necessarium quod loqueretur in terminis appellationis vt vult Cherubinus sed satis est quod probet hanc propositionem à Patre meo allatam ex qua postea d. Pater meus facit tuam conclusionem quod cum in sola pæna pecuniaria particulari detur appellatiu à sententia Baronum & non in tota confirmatione Bonorum sequitur quod non pertinent ad cameram Apostolicam sed ad cameram Baronum; & ita etiam dicit cum Natta, scilicet quod pæna semper aplicatur primo Iudici & non Iudici appellationis qui confirmauit sententiam; sed primus Iudex est camera Baronum ergo illi, & non cameræ Apostolicæ applicatur, & ita in Praxi obseruari testatur quod valde notandum est vt dicit idem Guazzinus. Ex quo remanet optima opinio Patris mei licet sit contraria Farinacceo, & in practica multum necessaria pro vtilitate Reorum contra id quod dicit Cherubinus; & de his satis obiter dictis pro confirmatione tant um opinionis doctissimi mei Guazzini.

28 Decimo quando facit soluere Reo expensas factas in hoc Inquisitione, licet absoluatur vt innocens, quia nulla est ratio quæ ad eas eum alias innocẽtem obliget, sed heu quantum in ijs hodie à Iudicibus male conscientiæ erratur nam aliqui etiam quod inueniant reum innocentem, compellunt eum ad soluendas expensas Notarijs Cancellarijs, Primarijs, & alijs deffendendo seipsos quod nolet facere de suo, maxime quando fuerunt aliqui testes vel indicia contra dictum reum; sed huic obiectioni recte & pie respondet Io. Valerius in tract. de differ. vtr. for. Verb. Iudex differ.15. Primo quia sibi imputet; non debent enim credere omni spiritui contra aliquem deponendo. Secundo quod in multis Tribunalibus solet esse ærarium seu Bursam communem, cui solent multorum criminum pænæ applicari; quod si non habent patienter sustineant huiusmodi damna quæ patiuntur ratione sui officij; æquius enim est quod ipsi Iudices præfatus expensas soluant, quippe ad eas faciendas tenentur cum ex officio sint obligati inquirere de Criminibus denunciatis; quam miser inquisitus iniuste denunciatus, cum satis fit ei eius afflictio ne duplici onere grauetur ita Vale-

Valerius cui ego addo quod ad hoc dantur officia vt officiales si accipiunt commoda accipiant etiam, & incommoda; & quando suscipiunt d. munera bene sciunt adesse ista onera, & sic videntur tacite consentire, quare si aliter non possunt tenentur de proprio: quod eo magis procedit cum Iudices sint obligati ex officio, & in conscientia tueri causas innocentium, & deffendere illos ab omni danno, & interesse sicuti sunt obligatio condennare, & punire Reos, istę enim sunt partes veri Iudicis vt bene notat Homobonus de statibus Hum. vit. p. 2. cap. 3. sed quando possint Reo proponere vt aliquid soluat pro indicijs, licet postea inuentus sit innocens vide infra in defensio. c.

29 Vndecimo grauiter peccant Iudices quando adeuntibus seipsos difficiles prę̨stant, ne a colloquio, & confabulatione amicorum separentur, & ad restitutionem numni prouenientis ex dilatione litium tenentur: inde infert Nau. c. 25. n. 15. mortaliter peccare Iudicem qui miseras personas vt viduas pupillos prae alijs cęteris paribus in iure reddendo non pręfert iusta in cap. regum 23. q. 5. & notat etiam Castan. in Catolog. Glor. mund. p. 3. considerat 40. ipsum sequitur Homobon. loco citato n. 9. vers. vnde grauiter.

30 Duodecimo peccant Iudices quando condemnant Reum in refectione damnorum parte non petente nec instante: non debet enim ad commodum partis, dum pars offensa nihil dicit, officium suum impertire, nam solum Iudicis officium est in ordine ad Iudicium, & debet iudicare secundum acta, & requisita arg. l. 4. §. hac autem, & ibi Bartol. ff. de damn. infect. l. vnica C. vt quę Des. Adux. Vantius de nullit sentent. Tit. de Null. ex def. process. n. 98. Io. Valer. vbi supra differ. 2. n. 1.

31 Et ne circa has expensas taxandas, quando taxandę sunt, ad requisitionem partis Iudices oberrent, notent hic quod adest Bulla Pij. IV. quae est 58. incip. cum ab ipso in nouo Bullar. pag. 80 in qua Reformantur omnia Tribunalia Iudicum Vrbis: & circa nullitates citationis, Iurisdictionis, & mandati iubet obseruari eam ab omnibus Iudicibus status Ecclesiastici, adest alia Clement. 8. in alia Bulla 18. incip. litium stipendijs in tom. 3. noui Bullar. pag. 23. quę aufert omnibus aliter iudicandi facultatem, licet tamen an intelligatur tollere per hoc obseruantiam eorum quae ad bene disponendas lites statuta locorum edixerunt sit in puncto suprad. Bullae Pij IV. censuit Rota coram Frano in vna Rom. aliment. & in alia coram Mellino in vna anconitana fidei com. D. Cherubin. in Cōpend. Bull. scol. 1. p. 3. pag. 6. citata ideo eas omnino obseruēt, & tantummodo expensas taxent quantum dictae Bullae disponunt.

32 Sed aduertendum est quod dictę Bullae non reiciunt nullitatem ob non trasportationem actorum in Appellatione, quinimmo nullitas ista comprehenditur, in nullitate Iurisdictionis cum Iudex appellationis non habeat exercitiū iurisdictionis non trasportatis iuribus vt saepius censuit Rota teste Cherubino loco citato.

33 Secundo est adnotandum quod in casu succumbētiae causae veniunt expensae Aduocatorū Procuratorum, Votariorum Scribarum, & actorum; sicuti etiam expensę itineris, & temporis quo pars versatur extra domum, necnon cibariorum, & similium vt notat Thesautus decis. 67. per totum qui & alios allegat; & dicitur etiam succumbere is qui liti cedit ad effectum Refectionis DD. expensarum ita Bald. Auth. contra qui propriam C. de non numerat. pecur. n. 3. Ias. in l. properandum 11. C. de Iudic. nu. 2. vers. extende Rota in decis. Bellarm. 14. quos sequitur Cherub. in compend. Bullar. scol. 2. in d. Bulla Pij quarti.

Videte etiam Reformationes editas a Paulo V. in Constit. 71. incip. Vniuersi agri in tom. 3. noui Bullar. pag. 264.

34 Tertio est aduertendum quod cum Banniti faciant multa damna in locis status ecclesiastici, Barones tenentur custodire ipsorum loca, & non custodiendo, Iudices ad requisitionem cuiuscumque damna passi ab eisd. Bannitis executiue debent procedere pro refectione DD. damnosum, & declaratione paenarum ita in Bulla secunda Iulij 2. incipit quia nihil, & in alia Leonis. X. quae est 28. cum annotat. Cherub. scol. 1. Bullae d. Iulij secundi to. 1. cart. 83. Compend. Bullarij.

35 Decimo tertio peccant Iudices quando propter eorum malitiam vel saltem potentiam pars quae fuit grauata, & dannificata propter iniustitiam, vel nullitatem sententiae Iudicis non appellauit intra tempus debitum, quia nō fuit ausa appellare coram eo, sed passa est sententiam transire in rem iudicatam, tenentur restituere dictae parti ne dum principale, sed

omnes expensas, damna, & interesse, quæ ex d. Sententia accepit c. fin. De Iniur. gloss. in c. Pastoralis §. quia vero De offic. deleg. com. recepta secundum Nauarr. ca 25. n. 12. vers. 2. Et in hoc aduertant summopere Iudices quia licet in foro exteriori non teneantur, tamen in conscientia semper obligati sunt nisi pars non appellans consentiat in sententiam animo remittendi debita, quod vix quicquam facit. vt notat Nauarr. vbi supra, & ratio est quia Sententia iniusta licet in foro exteriori presumatur pro ea, maxime quando ab illa non appellatur c. sicut. De Re Iudic. nisi quãdo continet manifestã Iniustitiam; & faciat Ius inter ipsos litigãtes; nullo tam modo tollit obligationem naturalem Panormit. in cap. quoad consultationem n. 7. De Re Iudicata: & sic non tribuit ius aliquod Victori contra Iustitiam. Pro cuius practica vide Abbat. cons. 60. incip. In Causa, & quæstione per totum, & quæ habentur p. tom. commun opin. lib. 1. tit. 31. n. 20. & notat Io. Valer. tr. de differ. Vtr. for. Verb. Sententia Differ. 3. num. 1. cum aliis per eundem, & Verb. Iudex differ. 4. n. 2. seq.

36 Et aduerte quod in causis vbi contra Reum adest pæna priuationis beneficiorum Iudex non potest nec pro se, nec pro suis consanguineis Procuratoribus Domesticis, vel familiaribus D. beneficia a Sede Apostolicam impetrare: non enim faciunt fructus suos, & DD. collationes sunt ipso facto nullæ est Const. 14. Pij IV. tom. 2. fol. 23. noui Bullar.

Vltimo peccant iniquam legem ferendo, et tandiu peccant quamdiu illa lex assiduè ex ipsorum libertate dependens manet nã ex parte sua tamdiu nocent actu quod nocumentum quouis momento possũt, & debent tollere; nõ quidem semper nouum peccatum addendo sed prius peccatum acto continuando: est enim vnum peccatum continuum actuale quod singulis momentis crescit tam ratione maioris liberæ durationis quam ratione maioris nocumenti ita Less. De Iust. lib. 2. c. 12. dubit. 3. n. 14 & seqq.

37 Modo quæres Vtrum Iudex in delictis puniendis debeat potius seruare rigorem quam lenitatem, in & ceteris paribus respondeo negatiue, nam licet sint partes Iudicis medium seruare, tamen si in aliquam partem inclinandum est, potius ad Clementiam, quam ad Seueritatem pendere debet: quod maxime procedit in Iudicibus ecclesiasticis c. qui sincera dist. 45. & c. licet, & c. quid autem ea. dist. Barbos. De potest. Episc. p. 1. tit. 1. gloss. 12. n. 16. seqq. facit text. in c. allegant 26. q. 7. melius est enim pro pter misericordiam rationem reddere quam propter crudelitatem iuxta Reg. c. quando sũt De Reg. Iur. in 6. & notat Reginald. in Prax. for. penit. li. 25. c. 43. sect. 4. n. 656. Iauell. tract. 4. De Polit. Christ. c. 3. qui septem tradit rationes propter quas Iudex potius benignitatem quam rigorositatem seruare debet; & refert eas Homobon. De Statib. Hum. Vit. p. 2. cap. 3. n. 4.

38 Intellige quod non per hoc æquitas non scripta præferenda est Rigori scripto: nam licet forum fori sit bonum, & æquum, tamen est forum rigoris Iuris: & ideo Iudex non potest ab eo recedere nisi in casibus a Iure expressis gloss. vnica in c. si propter. Verb. vacabunt. De Rescript. in 6. Abb. & Felin. in c. 2. n. 5. De Iud. Alexandr. cons. 121. n. 8. lib. 5. & de comm. testatur Neuizan. in Silua nupt. lib. 3. n. 68. Et sic Iudicibus suaderi oportet Rigor vel æquitas iuxta qualitates, & circumstantias locorum, personarum, temporum, & factorum, & iuxta dispositionem Iuris Iulius Clar. q. 60. & Tiraq. De pænis temperand cum Farinacc. q. 18. n. 6. & seqq. & q. 87. vsq. ad q. 89.

39 Attamen obseruandum est quod dicit D. Gregor. moral. lib. 19. p. 4. cap. 23. relatus in c. sunt dist. 45. his verbis. Regat disciplinæ rigor mansuetudinem, & mansuetudo ornet rigorem, & sic alterum comendetur ab altero vt nec rigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta: & hęc adde Guazzino meo in deffens. 29. cap. 3. sub. 2. 2. qui de hac Pietate Iudicis loquitur.

40 Hinc infertur quod Epicheiam seruare, & secundum eam interpretari legem vt alibi dixi solum spectat ad principem supremum, non autem ad Inferiores qui tenentur secundum Iuris rigorẽ iudicare ex doctrin. D. Th. 1. 2. q. 69. art. 6. & dicit text. in c. fin. de Transl. cum DD. a me allegatis in deffens. 1. lib. 2. cap.

41 8. quæsit. 6. † Verum tamen est quod Interpretatio legis in Iudicijs semper benignior facienda est, nam Reo semper fauendum est in dubijs Innoc. in c. cum tu in fine De Testib. c. per tuas De Sent. excomm. Io. Valer. vbi supra Verb. Iudicium Different. vnum. Sanch. cons. moral. lib. 3. ca. vnic. dub. 19. n. 1. seqq. Vnde si æquitas, & rigor scripta sint, siue in genere ambo,

ambo, siue in specie semper æquitas est præferenda: & si aliquid committitur alicui, censetur committi de æquitate nisi lex scripta repugnet vt post Bald. Ias. & alios in l. placuit n. 3. C. de Iud. docet Nauar. in Rubr. eo n. 71. & sequitur Nald. in Verb. æquitas. n. 3. & P. *Bass.* Flor. tot. Theolog. V. epicheia n. 1. & seqq.

42 Aduerte tamen quod Epicheia seu æquitas quæ dicitur esse Iustitia reddens ius citra vel præter verba legis potest seruari tam circa legem ciuilem quam etiam naturalem nam licet lex naturalis in se non egeat Epicheia, prout est lex, tamen concepta per verba generalia verbis humanis frequenter illa indiget, vt exempli gratia in homicidio iuxta præcepta Decalogi non occides; certum est enim quod conceptum generaliter per humana verba intelligimus omne homicidium, & sic omnem etiã homicidam esse reum mortis: attamen multis modis temperatur epicheia seu ęquitatem sic dirigente legem naturalem vt est in Homicidio casuali, in homicidio permisso propter

43 Iustitiam, & similia. Quod intelligendum est etiam circa ius Canonicum quod etiam epicheizari potest, nam Iudex ecclesiasticus ex magna causa necessitatis, vel euidentis ecclesiæ vtilitatis dispensat licite contra ius canonicum vt v. g. in Matrimonio: quando scilicet alter ex sponsis accedit secrete ad Confessarium quando paratæ sunt nuptię, & detegit affinitate n dirimentem, nec potest haberi recursus sine magno scandalo, & periculo infamiæ vel vitæ ad Papam, Episcopus potest dispensare, & similia notat Sanch. de matrim. tom. 1. lib. 2. disp. 40. n. 7. Victor. notab. ad Nau. in c. 22. nu. 85. post Host. Imol. Card. & alios in cap. Clericos. De Cler. non resid. & de comm. testatur Rebuff. in Prax. Benef. tit. Dispensatio ad plura Beneficia n. 26. ad n. 33. quibus adde Villalob. in Sum. tract. 14. diffi. 25. n. 6. Bonac. De Matrim. q. 3. punct. 15. n. 6. Molfes tom. 1. tract. 4. c. 12. n. 35. *Barbos.* De pot. Episc. p. 2. alleg. 35. n. 5. Homob. De exam. eccles. p. 1. tract. 5. q. 32 Nald. in Summ. Verb. Dispensatio n. 12. qui in fine ponit Cautelam ad dictum exemplum Matrimonij quod scilicet postea petatur Dispensatio a Sacra Pænitentiaria.

44 Et hic nota quatuor Casus in quibus nullo modo secundum leges verba sed secundũ epicheiam iudicandum est. Primo quando lex ex aliqua circumstantia pro illo tunc redditur iniqua. Secundo quando in aliquo casu particulari cedit obseruatio verborum legis in detrimentum boni communis. Tertio si prudenter iudicari potest legislatorem aliter iudicaturũ et. Quarto quando corrumpitur animus, & mens legislatoris Clau. reg. lib. 12. c. 9. n. 5 Reginald. l. 13. n. 120. seqq. & P. *Bass.* Flor. Theol. V. epicheia n. 2.

45 Secundo infertur quod Iudex possit punire peccata contra ius naturæ commissa quando a Reo ignorabatur pœna legis, mitiori pena quam delictum in Iure requirit: nam qui nescit aliquid prohibitum esse sub tali pęna, non tã grauiter peccat contra legem prohibentem, et consequenter non męretur tam graui pœna puniri: ita Nauarr. in Summ. c. 27. n. 16. & 274 Sanchez de Matrim. lib. 9. disp. 33. n. 1. Egid. a Coninch. tract. De Sacram. disputat. 18. Tit. De Irregularit. dub. 4 n. 32.

46 Tertio infertur quod in dubio semper pro pia causa Iudex iudicare debet, & quando sumus in diuersis opinionibus illa debet præualere apud eumquę fauet causę piæ: & in dispositione generali non comprehenditur pia causa, quia respicit quid supernaturale respectu charitatis, vnde consequenter debet habere priuilegium super alia. c. vlt. De Re iudicat. Alex. cons. 46. n. 2. & cons. 204. n. 12. *Barbos.* de pot. epis. p. 3. alleg. 83. n. 32 Emminentiss. Tusch. in Verb. pia causa conclus. 333. Sanct. var. resol q. 62. n. 1. 5. & 7. et facit text. ciuilis in l. sunt personę in fine ff. De Relig. & sumpt. funer. & notat Roman. in Auth. similiter C. ad l. falcidiam.

47 Secundo quæritur an Iudex in dubio facti possit ad libitum iudicare absque peccato? Et Resp. negatiue quia iudices non sunt Domini rerum de quibus litigatur, & personarum de quibus agitur, nec habent potestatem ius dicendi eis quomodocumque placuerit: Sed in dubio quando sumus in Ciuilibus debent iudicare vtramque partem æquale ius habere, si neutra ex illis partibus dictam rem possideat; & consequenter debent inter eos illam diuidere: si autem vna pars possideat, cum hæc habeat ius eam integre sibi retinendi, debent Iudices ei totam rem abdicare: Si vero sumus in criminalibus reo fauendum est cum melius sit errare cum æquitate quam dubitare cum Iustitia ita Coninch. De Sacramen. disput. 34. tit. De mut. coniug. obligat. num. 94. Ioan. Valer.

verb.iudicium Different.Vltim.

48 Tertio queritur an damnum datũ a Iudice ex omissione & culpa leui, velleuissima obliget ad restitutionem. Et respondeo negatiue, nã in foro conscientiæ attenditur voluntas nocendi quæ nõ presumitur in eo qui damnũ per omissionem ex culpa leui vel leuissima intulit ita Innocent. in c. sicut dignum. n. 5. De Homicid. Rom. singul. 105. Abb. in c. 1. n. 11. De Const. Siluest. verb. restitutio 2. n. 11. Nauarr. cons. 1. nu. 3. De Fideiuss. Iulius Clarus q. 62. nu. 5. P. a Nauarr. tom 1 lib. 2. c. 1. n. 52. Sot. lib. 4. de iustit. quæst. 7. art. 2. §. dubium Couarruu. in 4. 2. p. c. 16. n. 12. vbi dicit probabilem. Vnde venit limitandus textus in c. fin. de iniur. quia loquitur in foro fori vt explicant Decius in cap. quoniam n. 3. Beroius n. 229. De Probat. & Io: Val. de diff. Vtr. for. verb. Damnũ differ. 1. n. 7.

49 Limita primo quando ipse iudex procurauit officium, non autem impositum a superiore acceptauit, vnde si d. officia procurauerit per se, vel per amicos & obtinuerit, tenebitur etiã ad culpam leuissimam, & obligabitur ad restitutionem sub peccato mortali si vero ex obedientia a superiore fuit ei impositum, non peccat nisi venialiter & ad restitutionem non tenetur; & ratio differentiæ est quia quando ab aliquo queritur officium, censetur promittere omnem diligentiam possibilem, & offerre se aptum ad eam obseruandam, sed quando non petitur, sed sponte datur, tunc non est obligatus nisi ad eũ quæ moraliter vnusquisq; agere potest sine magno eius incommodo, & fastidio ita Siluest. in Verbo Culpa q. 4. Cordub. cas. 55. ad fin. Petrus a Nau. tom. 2. lib. 3. c. 2. n. 5. & n. 14. Nald. in verb. Culpa n. 5.

50 Limita secundo quando sunt stipendiati, & habent salarium pro eius officio tum & ad culpam leuem tenentur, requiritur enim maior diligentia in salariato quam in alio, nam salarium ad hoc impartitur, vt officiales diligentiores existant in eorũ officiis ita Siluest. V. rest. 3. q. 5. d. 2. Nauarr. vbi sup. nu 3. & 4. Io: Valer. vbi sup. diff. 1. n. 7.

51 Limita tertio in damno præuiso, seu volito in causa ex leui culpa orta, nihil enim refert causam esse venialem si ille voluntarie damnũ efficax aut scit, aut scire debet Nauarr. vbi sup. n. 44 & Io: Valer. n. 13. secus est si ex obliuione naturali daret aliquod damnũ quod nullus prudens dedisset, non enim tenetur in conscientia sub peccato mortali in eo casu restituere, nam obliuio naturalis semper excusat a mortali ita P. Nauarr. to. 1. li. 2. c. 1. n. 61. Mercad. in tit. de Restit. ca. 5. Rebell. p. 2. li. 2. q 10. sect. 4. n. 17. Reginald. lib. 10. trat. primo n. 74. Bonacin. De Restitut. in gen. disp. 1. q. prima punct. 3. nu. 9. Filluc. tom. 2. tract. 30. c. 2. n. 35.

52 Limita quarto quando ex d. culpa leui cognouit esse illatum graue damnum parti nam licet in afferendo illud damnum non peccauit cum ex leui causa euenerit si postea cognoscit damnum graue, obligatur ad Restitutionem sub peccato graui: retinet enim rem notabilem inuito Domino vt patet de eo qui successiue p minuta furta abstulit notabilẽ quantitatẽ etiã sine animo eam furãdi; nam cum cognoscit d. damnũ notabile, obligatur sub mortali ad restitutionem ita Nau. c. 17. nu. 140. Rebell. vbi supra n. 17. Turrian. de iustit. disput. 11. dub. 3. & Bonacin. d. disp. 1. §. p. pun. 3. nu. 10 cum aliis per eum contra Lessium Filluccium, & alios tenentes non esse obligatum sub mortali quibus adde Io: Valer. d. Verb. damnum diff. 1. n. 5. circa finem.

CAP. XVI.

Que obseruare debet Iudex incipiendo causas.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ad cognoscenda delicta habet viam triplicem.*
2 *Ratio distinctionis affertur.*
3 *In praxi duo tantũ modi tenentur in Iudicijs.*
4 *Iudicium an semper incipiat a Citatione.*
5 *Quid sit procedere manu, vel brachio regio, et similibus.*
6 *Ius Ciuile etiam penale quando habeat locum in foro canonico.*
7 *An Ius canonicum sit semper directiuum ad salutem animæ & n. 8.*
9 *Iudex non potest aliquem condemnare absque accusatore.*
10 *Aliquando punitio dirigitur ad emendationem delinquentis.*
11 *Notorietas criminis, infamia delicti, Denunciatio canonica, & contumacia post delictũ gerunt vicem Accusatoris.*
12 *Quid sit Accusatio.*
13 *Que aduertenda circa formã Accusationis.*

14 In

1 PRęmittendum est quod Iudex ad cognoscenda delicta triplicem habet viam scilicet Accusationem, Denunciationem, & Inquisitionem ex quibus nullo modo exire debet e. qualiter, & quando extr. De accusat. Sat. in Rolect. deteg. vel non deteg. Secret. membr. 2. q. 5. & 6. art. 3. seqq. Salon. 2. 2. q. 69. art. 1. & seq. Iul. Clar. §. vlt. q. 3. Homobon. De Stat. Hum. Vitę p. 3. c. 3. n. 9. Filhucius Bonacina Reginaldus Sairus Lessius Besęus, et alij cōmuniter

2 Ratio distinctionis est quia aut crimen est ita secretum vt nullo modo probari possit, & tunc proceditur per denunciationem; aut est probabile, sed tamen occultum vt distinguitur contra famosum, & tū proceditur per Accusationem; aut est publicū, siue famosū, & tunc Iudex potest procedere per Inquisitionem: in primo modo scilicet per denunciationē tantū defertur Iudici crimen: sed deferens non habet onus probandi: in secundo modo scilicet per Accusationem crimen defertur iudici sed cum onere probandi, qui enim accusat debet promittere se probaturum id quod in Iudicio profert accusando. Tertio autem modo s. per Inquisitionem Iudex procedit ex officio ad cognitionem criminum vt purgentur loca illi commissa a delictis, et deteganter auctores.

3 † In praxi vero duo tantum modi tenentur. Vnum quod dicitur ex officio: alterum quod

quod dicitur ad Instantiam partis: Ex officio est quando precedente aliqua Infamia, vel denunciatione Iudex capit Informationes, & format Inquisitionem contra Reum, vt tandem deueniat ad plenā probationē, ac sententiā; Ad Instantiam partis cum scilicet pars offensa vel alius legitimus Accusator libellum accusationis porrigit quo admisso Iudex procedit in causa: & licet non possit condemnari Reus sine accusatore, attamen Denunciato, notoritas vel Infamia vicem explet acusatoris; intelligitur enī de acusatore generaliter tam formaliter quam virtualiter sumpto Less. de Iust. lib. 2. c. 24. n. 105. Suijr. in Clau. reg. lib. 12. c. 10. vbi alios adducit. Filluccius. to. 2. tr. 40. c. 6. n. 178. seq. Sà V. Iudex n. 1. & Besseus V. Iudicium publicum n. 1.

4 Secundo præmittendum est quod regulariter loquendo Iudicium semper incipit a citatione §. fin. Inst. De pen. tem. lit. glossa in rubrica C. de in ius vocand. vnde delictum tunc dicitur deductum ad forum contentiosum vbi primum citatio facta est Riccius in Praxi decis. 449. in secunda editione Floronus De Casib. reseruat. c. 4. §. 21. n. 2. Marcell. a Vulpe in Praxi Iud. for. eccles. c. 44. n. 10. in fine licet alij teneant statim ac denūciatio vel accusatio coram legitimo Iudice facta est ita Mar. Alterius. De Censur. tom. 2. disput. 8. tit. de suspēs. c. 5. vers. postulabit Sed Augustin. Barbos. De potest. episc. part. 2 alleg. 39. n. 30. tenet quod tunc debet dici deductum ad forum contentiosum delictum cum lis contestata est, quia forū contentiosum vere dici non potest, nisi inter partes super delicto commisso contendatur, & quia forū cōtētiosum idem sonat quod Iudicium, & Iudicium proprie tunc dicitur cū lis iam contestata est: idem sentire videntur P. Barthol Gauantus in man. Episc. Verb. absolutio n. 12. Dian. part. 4. tractat. 2. resolut. 93. Trullench in exposit. Decalog. lib. 1. c. 3. dub. 4. n. 9. & Castro Pala. De legib. tract. 3. disp. 6. p. 15 §. 1. n. 1 quibus adde Archiepisc. Paleott. in episcopali Bonon. tit. Constitut. For. eccles. n. 1. car. 227.

5 Tertio premittendum est quid sit procedere manu, vel brachio regio prout multis Iudicibus conceditur; & certe non est aliud nisi posse procedere de facto, & sine Iuris ordine sicuti etiam dicere absque Telæ Iudiciariæ obseruantia est in Constit. 49. Pauli quinti, & tunc non est necessaria repetitio testium Rota in decis. ordin. 12. diuers. n. 4. late Caualcan. De Brach. Reg. princ. n. 37. Mart. De Clausul part. 1. Clausul. 71. & nota quod istos terminos cum alijs similibus introduxit Vrbanus Sextus ad abreuiandum lites, vt refertur à Rota decis. 2. De Rescript. in nouiss. n. 2. & Notat Marchesi. noster De Comis. p. 2. c. 1. n. 65. relatus a Cherubin. in scol. 2. Bullę Pauli V. supracitatæ: Sunt & etiam alij termini in Iure quos refert S. Antonin. p. 3. tit. 9. c. 16 nempe, simpliciter, de plano, sine figura, & strepitu Iudicij, absque vlla Iuris solemnitate, & similes, qui ponuntur aliquando simul, et aliquando seorsim; & significant posse Iudices in conscientia procedere sine solemnitate Iuris, seruando tamen illa quæ de Iure naturæ, & gentium necessaria sunt iudicando veritatem ita Sanch. cons. moral. li. 6. c. 3. dub. 11. per totum.

6 Quarto præmittendum est quod ius ciuile etiam pænale generaliter loquens habet locū etiam in foro canonico, atq. etiam contra Clericos nisi contrarium reperiatur de Iure Canonico dispositum: vnde d. lex Ciuilis, si non obstet sacris canonibus omni reuerentia digna habetur, & in eorum defectum allegatur; sic enim mendat Summus Pontifex in c. 1. De noui operis Nunciation. & c. si in adiutorium dist. 10 cum similibus Rota Roman. decis. 72. n. 35 part. 2. in nouis. Socin. Senior. cons. 91. n. 11. lib. 3 DD. comm. in c. 2. De constit. Corneus. cons. 261 in fine lib. 4. Menoch cons. 93. n. 37. Nald. Verb. Ius. n. 1. In dubio autem semper dandum est Iuri canonico etiam in foro ciuili cum nobilius sit, & perfectius. Abb. in c. 1. n. 6 De noui oper. nunciat. Si vero aliquid decisu n est de Iure Ciuili quod dubium est in Iure Canonico standum est ciuili etiam in foro canonico Abb. in c. dilecti in primo not. De Iudic. Nald. Verb. Canones n. 3. & vbi deficiunt canones allegantur leges, quia mutua subuentione sibi inuicem suffragantur c. suscipiens, & c. in adiutorium dist. 10

7 † Et Nota quod Ius Canonicum, & Ius Ciuile in eo quod pertinet ad forū contentiosum non est semper in totum directū ad salutem animarum, nec omnia secūdum ipsum accipiendo licita sunt etiam licita in foro animę sed tendunt in bonum commune spirituale quidē vt sunt Quies, pax fidelū &c. vt notāt D.D. in c. cū dilectus De his qui sui vel maior. caus. In eo vero quod pertinet ad

forum

forum conscientiæ est totum directiuum ad salutem animarum, non solùm genere sed etiã specialiter in indiuiduo respectu omnium ita Gomez in d.c.2.de Const.n.32.Nald.d.Verb. canones n.1.circa finem.

8 Sed aduertant Iudices quod cum virtus legis consistat principaliter in aplicatione eius ad casus contingentes in Practica ideo accurate attendere debent finem atque modum illius:nam canones quam leges diuidũtur in cõmunes,& singulares,quę postea sunt personales, locales, casuales,& temporales scilicet alię respiciunt personas,aliæ locos,aliæ causas, alię tempus ne vsus illarum pernitiem afferant animarum vt admonet textus in c. sciendum est dist.29.&notat Nald.d.Verb.canonis num.2. ideo hæc omnia in conscientia ab eis aduertenda sunt.

9 Præmissis his ad maiorem scientiam illorum quæ necessaria sunt Iudici pro deffensione suæ conscientię deueniendum est ad primam viam cognoscendi delicta quæ est accusatio circa quam dico quod Iudex numquam potest aliquem condemnare absque accusatore,& ratio est quia Iudex est Iustitia animata, Iustitia autem est inter duos vnde dicendum est quod ad effectum vt Iudex condemnare possit duo debent concurrere scilicet actor qui, & accusator, & Reus qui, & accusatus ita ex Doctrina D.Thomæ.2.2.q.67.art.3.Caiet.et alij Sotus lib.5.de Iustit.q.4.art.3.Iul.Clar.lib. 5.§ practica criminalis q.3.Less.de Iust.lib.4. c.29.nu.105.Saijr.in Clau.Reg.lib.12.cap.12. Fillucc.lib.40.c.7.n.179.

10 Limita in punitione quę via correctionis,et extra Iudicium fit quia tunc Pænæ ordinantur non ad Iustitiam vindicatiuam, & satisfactionem partis,& Reipublicæ sed ad emendationem delinquentis ita Sot.vbi supra art.3.Sanch,opusc.mor.lib.6.c.1.dub.20.n.4.

11 Secundo limita vt dixi in principio in ijs quæ pręter hominem vicem accusationis tenent,& sunt Notorietas criminis, Infamia delicti,Denunciatio Canonica, & Contumacia, post correctionem ita Sanch.vbi supra nu.5. vnde quãdo dicitur sine accusatore itelligitur generaliter sumpto ita Iul. Clarus d.lib.5.q.3. Less.d.cap.29.nu.105.& alij supracitati cum Filluccio.lib.40.c.7.n.179.

12 Accusatio vero nihil aliud est quam delatio Rei de crimine in Libello ad vindictam propter bonum commune vel ordinata ad restaurandum interesse Accusatoris ita ex D.Thom. 2.2.q.68.art.1.Sanch.cons.mor.lib.6.c.1.dub. 24.n.2 Less. De Iust.lib.4.c.30.dub.1. Azzor l. 13.c.19.& Filluccius d.tract.40.c.7.n.201.& ideo vocatur accusator quia est quasi causator idest qui vocat ad causas eum quem appellat c.forum De Verb.signif.& notat Reginald.li. 24.n.122.tit.De accusat. Distinguitur autem a querela quia non semper hęc fit ob publicam vindictã Criminis sed aliquando ob priuatum bonum partis offensæ:præterea accusatio fit oblato libello accusatorio,& subscriptione accusatoris, & querella fit nudis verbis, & Iudex deinde procedit ex officio ad recipiendos testes & Informationes contra reum P. egidius Bassęus Flor.tot.The.V.accusatio n.2. cum alijs per eum citatis In praxi vero cõfunditur Accusatio cum querela & idem censetur multoties.

13 Quoad formam & solemnitatem Accusationis tria potissimum aduerti debent primo vt fiat in scriptis,licet ex consuetudine vt dictũ est sufficiat etiam verbalis 2.vt in Libello Accusatorio exprimantur nomen accusatoris, & accusati;et si nomen accusati ignoratur,describatur habitus, officium, & similia species delicti; persona cum qua delictum commisit vt est in Adulterio;locus,tempus .s.annus & mẽsis commissi delicti, quæ omnia sunt de substantia Iudicii & 3.Inscriptio accusantis quibus adde etiam alia secundum consuetudines locorũ.De ijs loquuntur Less.de Instituti.d.c.30. dub.1.n.2.Azzor.d.lib.13.cap.19.Clar. q.12. n.16.Fillucc.d.tract.40 n.202. Dies tamen nõ est necessarium quod apponatur nisi petatur aperte quia .s. Reus semet deffenderet eo die, alibi se fuisse ita Bonacin.tom.2.disp.10. qu.3. punct.4.n.2.& hęc addo Guazzino patri meo in deffens.3.cap.3.nu.9. qui alia multa de hoc dicit.

14 Limita in Accusatione hæresis in qua non requiruntur dictæ solemnitates l. libellum ff. de Accusat.sed statim ob periculum scandali & preiuditium fidei procedi debet; & in hoc crimine sufficit etiam suspicio leuis ad condemnandum, quia omnis suspicio licet leuis; magna & grauis censetur ob importantiã delicti; nisi grauitas personæ aliter requireret Scacc.de Iudic.lib.1.c.52.n.7.& 59.n.12. Decian.in tract.Crimin.lib.5.c.20.nu.21.& c.28 n.10.

r.10.& c.35.n.20. Mascard.de probat. vol.2. concl.861.no.3.Roland.A Valle lib.3.conf.8. n.6.Parif.lib.4.conf.2.n.100.Io:Roias De Hæretic.p.2.nu.20.

15 Et nota quod in Accusatione porrecta contra hæreticum per Procuratorem Fiscalem nō est necessarium quod apponatur locus loci, & tempus præcisum delicti, sed tantum Annus mensis, & Ciuitas seu oppidum. Ita Paramus De orig. inquif.lib.3.quæst.9.n.43.Dian. p.4. tract.8.resol.40.Et potest in huiusmodi accusatione etiam admitti inimicus, causę tamē, est vt suspectus qui licet non probet, præbet tamē probationem, quod in huiusmodi delictis satis est ita Ferdinand. a castr.in op. moral.tom.1. tract.4.disp.8.p.2.num.7.Simanch.in Cathol. Instit. tit.4.nu.9. seq. & alii D.Dian.vbi supra in fine.

16 Quæres modo; an teneatur vnusquisque in delictis accusare proximum suum in iudicio? Et distinguo. Aut loquimur in causa priuata, aut in causa publica, si in priuata vt est mendacium pernitiosum, Adulterium, simplex furtum & similia & tunc si est in propriam personam, & non tenetur, quia vnusquisque potest cedere suo iuri, & interesse, & remittere debitum vel iniuriam illatam sibi; nisi adessent aliæ circumstantię, vt si esset tam pauper, quod non posset Alere familiam condonando iniurias; Si vero est in personam alterius, & delictum est in fieri, & sufficienti testimonio probari potest, & tunc tenetur, nisi adesset alia via commodior, per quam futurum damnum impedire posset ita Sayr. Clau. Reg. lib.11.c.44.num.5.Graff. p.2.conf.4.De Homicid.et ratio est quia vnusquisq; tenetur ad bonum proximi sui nec obstat Rubr. C.vt nemo inuitus agere, vel accusare quia ibi loquitur de Criminibus priuatis vt notant Salon.2.2 q.68.art.1.contr.3.dub.2. fol.440.tom.1.Nald. verb.accusare n.3.in fine Filliuc.tom.2.tract.40.cap.7.quæst.1.nu.206 & 218.Saijr.in Clau.Reg. li.12.c.14. Bonacin. tom.2.disp.10.quæst.3.punct.1.num 7. cum alijs. Si vero est in causa publica vt est, Hæresis, Proditio, sedicio, & huiusmodi, & tenetur quia vnusquisq; tenetur ex lege Charitatis cōsulere vtilitatis boni communis; nisi non posset sufficienter probare, vel delictum sit omnino completum, ita vt nullo modo actu moneat; vt si sciat illum resipuisse, & similia ita ex doctr. D.Thomæ superius allegata docent Caietan.Salon.Bannes, Arragon Valent.& alijs quibus adde ex summistis Turrecrem.2.q.7.c.1. num.5.Armill.V.Accusatio nu.6. Tabien.n.2. Syluest.quæst.2.Sot.lib.5.de iust.qu.5.art.1. & lib.de secret.membr.1.quæst.5.concl.1.& membr.5.quæst.5.vers. & confirmat. Nauarr.cap.23.num.32. Simanc.De Cath. instit. tit. 4. num.1. Alcoz in sum. cap. 26. Tolet. lib. 5. cap. 27. Reginald. Prest for. pen. lib. 24. num. 126 vers. aduerte, & lib.25.c. 54. Homobon.De Stat.p.2.cap.4. nu.1.vers. moneat. Filliucius tom.2.tract.40.cap.7.quæst.6 a num.212.

17 In alijs vero casibus nemo tenetur accusare, immo quia vt plurimum istę acusationes fiunt vel ob lucrū, & quæstū vt etiam in c.accusatores 3.q.5.& vulgo dicuntur spiones; vel fiunt propter odia rancores, & vindictas, & est peccatum mortale, ideo vocantur isti accusatores odiosi Deo, inimici hominibus, & turbatores pacis & quietis; vt doctissime dicit Pater meus *Deffens*.3.cap.2.nu.4.cum multis seqq. ubi tractat materiam accusationis, quibus addo quæ sequuntur pro deffensione animæ accusatorum, & vt sciant Iudices quos accusationes recipere debeant, & non ad nutum omnium scribere querelas non curato honore vel reputatione accusati ob spem lucri, vel gratum faciendi d. Accusatori quod valde iniquum est & propriæ conscientiæ pernitiosum. Ideo quæso.

18 Quænam personæ non admittuntur ad accusandum. Præter ea quæ remissiue dicit Pater meus in deff.supradicta cap. 1. per totum Respondeo quod ex iure canonico quatuor genera personarum inuenio esse in Iudicio ab accusando repellenda. Primo infames & hoc in penam suorum delictorum c. prohibentur 2.q.1. l.qui accusare ff. de Accus. secundo subditi accusantes proprios prælatos, & hoc ex quadam decentia reuerentiali ex d.c.prohibētur Tertio mulieres, & pueri ex sexus, vel ætatis fragilitate d.c.prohibentur 4.Clerici nisi cū protestatione citra pęnam sanguinis; & hoc propter periculum Irregularitatis c. sententiā Ne Cler.vel mon.c.prelatis.De Homicid.in 6 Sanch.conf.mor.d.lib.6.dub.30 nu.3.Sot.de secret.membr.2.q.5.vers.sed dubium & lib.5. De Iust.q.5.art.1.Siluest. in sum. verb. recusatio quæst. 4. Et ratio eos repellendi est quia accusator est actor in iudicio, vnde debet habere

bere auctoritatem in accusando l.qui accusat ff.de accus.ita Filliuc.d.tract.40.c.7.n.223. Less.lib.2.de Iust.c.30.dub.5.Sayr. Clau.reg. lib.12.c.14.n.35.& ex antiquis Aluar. Pelag. de Planct.Eccl.lib.2.c.39.

19 In Crimine autem hæresis omnes admittuntur, & hoc in fauorem fidei quæ præ omnibus præualere debet c. præsumunt 2. qu. 7. etiam laici contra Clericos Sil v. crimem.q.3. Vide Sot.li.5.de iust.q.4 art.1.ad 3. Reginald. loco citato n.129.Sanch.consf.mor.d.dub.30. n.2.Nald.in summ. verb.accusare n.4. Bonac. to.2.disp.10.q.3.punct.1.n.10.& alij per eos.

20 An vero illi qui pacem fecerunt possint admitti ad querelandum alium cum quo ante dictam pacem orta fuit rixa vide Patrem meũ in Tract.de Pac.& treg.p.1.q.9.nu. 22. 32. & seqq.& an Iudex possit in foro exteriori ex officio eicere ab accusatione personas inhabiles vide in alium tract.ad deff.defens.3.c.7.nu.3. cui ego addo quod in conscientia est semper obligatus reicere eos quos cognoscit per calumniam vel falsitatem accusare; & eos qui scit inhabiles & propter hoc ad nil aliud posse inseruire eorum accusationem quam ob infamiam proximi,nam Iudex ex officio tenetur vt supra dixi non solum impios punire sed etiã innocentes defendere;& non est ei concessum Iudicium ad effectum solũ condemnandi reos sed etiam defendẽdi iustos cum vocetur Pater Custos,& Iudex.Vide Dionis.Carthus.de Regim.Politic. lib.1.art.9. D.Hieron.in c.regum 23.q.5 Aluar.Pelag.de Planct.Eccles.p.2.c.41. in principio & alios supracitatos cõmuniter.

21 Nota tamen e cõuerso quod Iudex potest compellere alium ad accusandum propter bonum commune,vt si offendens esset nimis reipublicæ pernitiosus, & crimen probari possit vel saltem ne delicta remaneant impunita maxime grauiora in pernitiem reipublicæ, nisi persona offensa esset de priuilegiatis ad testificandum ita Anton.Gom.to.3.var.c.12.n.24. Nauar.c.interuerba cotollar 69.n.638.Sanch. consf. moral. d. lib.6. dub.26. num.5.& seqq. cap.1.

22 Amplia licet de tali re quis se secretum seruaturum iurasset; nam excepto Confessionis sigillo non tenemur commissa nobis secreta seruare etiam adhibito iuramẽto quando hoc redundat in commune vel priuatum damnum cum Iuramentum de non adimplendo præceptum seu consilium nullum est ita ex doctr.D. Thom.2.2.q.70.art.1.Sot.de Secret.membr. 2.q.4.Nauarr.c.25.num.33.Angel.verb Accusatio num.6. & Silu.eo verb.q.6.Lazzar.de Monitori sect.2.q.17.n.22.Graff.decis.aur.lib. 2.cap.69.nu.29 Homobon. de statibus Hum. vit.p.2.c.4.n.1.Sayr.in Clau.reg. lib.12. c.14. n.8.Sanchez consf.moral.lib.6.c.1.dub.29.n.3. quod tamen non procedit si esset in recompẽsam propriæ iniuriæ, vel in ordine ad actum indifferens absque vllo peccato etiam veniale nam tunc Iuramentum non esset impeditiuũ maioris boni vt ex supracitatis DD.quibus adde Filliuc.tom.2.tract.25.c.7.nu.147.& seqq. Suar.de relig.lib.2 tit. de Iureiur.c.12. a nu.9. & c.17. num.7. & Bonacin. Decalog.præcept. tom.2.disp 4.q.1.punct.4.n.2. Layman.Theolog.moral.lib.4.tract.3.c.6.Less.lib.2. cap.42. dub.4.nu.20.Reginald.lib.18.cap.46.Couarruu.in c.quamuis p.1 § 6 nu.7 Barbos.de pot. episc.p.3.all.53.num.28. & præ omnibus aduerte doctrinã D.Thomæ 2.2.qu.89.art.7. ad 2. & quodlibet. 5.art. 27. quod .s. Iuramenta quando sunt impeditiua melioris boni non sunt obligatoria. Vide etiam Abb.in c.si vero nu.3. de Iureiurando;igitur quando non sunt impeditiua maioris boni, & non sunt contra consilia,vel cum peccato, licet indifferentia, valent cum finis tamen honestus sit, vel adsit proximi vtilitas vt in casu nostro.

23 Quod peccatum vero committat ille qui tenetur accusare in conscientia vt supradiximus,& omittit d.accusationem, & respondeo aut est priuata persona, aut persona publica si est persona priuata & facit ob timorẽ, vel negligentiam aliquo modo excusabilem, & non committit nisi peccatum veniale; nam timiditas, & culpa leuis & his casibus semper excusat ob imperfectionem actus vt est in correctione fraterna, & dicunt DD. cõuniter. Vide Dian.part.7.tra.3.res.4.si vero facit voluntarie ex contẽptu,vel alio fine illicito,&peccat grauiter contra charitatem, tamen non tenebitur ad restitutionem damnorum inde secutorum licet etiam quod recepisset a delinquente vt non accuset, quia non teneor accusare nisi ex charitate ita Nau.man.cap.17.n.122. & c.25. n.34.Zambell.verb.denunciatio nu.1.

24 Si autem est publicus officialis vt Procurator fiscalis, & similes, qui ex officio teneatur accusare, vltra peccatum mortale

erunt etiam obligati ad restitutionem quia isti violant leges Iustitiæ cum ex Iustitiæ tenebantur accusare ita Reginald.lib.24. cap.7. n.127.Homobon.De stat p.3.c.4.nu.2. in fine cum alijs.

25 Et hic nota quod sindici qui tenentur accusare ex officio delinquentes vt adest consuetudo in multis locis, & in specie in Diœcesi Ciuitatis Castelli qui eliguntur singuli per villam vt inuigilent ad accusanda delicta, quæ in illo loco committuntur si omittunt d. accusationes per malitiam, obligantur ad restitutionem; nisi hoc facerent ex rationabili causa etiã putatiua vt est v.g. in paupere cedente ligna in Silua alterius quem scit verisimiliter contentũ esse vt notant Medin. Nauarr. Cordub. & alij per Sayr.c.14 n.14. relatum a Filliuc.c.7.tract. 40.nu.219. quibus adde Bisseum V.accusatio n.9.Bonac.loco cit.n.9. qui tamen addit quod si DD. delinquentes non petierunt licentiam ob erubescentiam licet si petissent forsitan obtinuissent, non excusantur, quin sindici sint obligati ad accusandũ quia ad eximendum aliquẽ ab obligatione legis non sufficit habitualis voluntas, sed requiritur actualis exemptio vnde DD. Sindici peccabunt licet ad restitutionem non erunt obligati quia ad hanc auferendam sufficiunt indicia ita etiam Nauarr. cap. 17. num.122. & Azzor. vbi supra cap. 20. dub. 1. & hæc est tutior opinio.

26 Si aliquid vero acceperunt a delinquente ad effectum eum non accusandi, ex hoc damnum graue illatum est Reipublicæ, aut tertiæ personę tenẽtur ad restitutionem damnorum sed non ad restitutionem illorum quod acceperũt ita Sayr d.c.14.n.13.& 16. quem refert & sequitur Filliucius d.ca. 7.n.218.& 220. & hoc aduertendum est a Iudicibus vt moneant eorum officiales, præsertim Birruarios qui accipiunt pecuniam, & tacent, ex quo silentio eueniunt infinita mala in ciuitatibus, vt est in extractione frumentorum extra statum, in occultatione pignorum, & similia;

27 Nota etiam quod officiales dissimulantes, & se abscondentes vt alij facilius delinquant, & sic capiantur in delicto & puniantur, peccant in eo quod fuerunt occasiones delictorũ illorum cum officialis teneatur non solum ad punienda vel accusanda mala, sed etiam multo magis ea impedienda; non teneatur tamen ad restitutionem quia non sunt obligati consulere bono delinquentium ex officio, sed bono reipublicæ vt dicit Filliucius loco citato; nisi hoc bono animo fiant vt .s. latrones magis timeant propter insidias eis imminentes; quia non est tunc dolus culpabilis cum fiat ad obuianda delicta etiã cum hac cautela, secus vero si prætenderent peccatum, vel damnum proximi vt bene notat Io: Valer. diff. vtr. For. verb. Defensio differ.5.in fine cum Rebell.de oblig. Iust.lib.2.q.16.in fine; & facit quod dicit Cened.p.1.Collect.56.cũ alijs per eum allegatis contra Medin. in C. de Restit.q.12. V.P.Basseum Flor.Theolog. V.Accusatio nu.10.

28 An vero teneantur ad pænam non solutam a Delinquentibus eo quod accusati non fuerunt, dico quod non nisi post sententiam condemnationis contra eos latam, quia ante condemnationem fiscus non habet ius ad pęnam, sed tantum huiusmodi officialis tenebitur ad restitutionem stipendij, quod accepit illa die proportione habita ad multitudinem delinquentium, quos denunciare potuisset, & non fecit, quia deliquit contra Iustitiam ex contractu cum Iudice cum quo se obligauit ita de probabili opinione & tuta in conscientia testantur Filliuc.d.tract.40.c.7.num.221. in fine Bonacin.d.punct.1.n.8.& Zambell.d.verb.denunciatio nu.2. qui & citat Siluestr. in verb. restitut.3.q.5.vers.septimo.

29 Secundo principaliter quęres quæ nam seruare debet accusator ad recte, & iuste accusandum, & respondeo quinque censeri debent ab Accusatoribus in conscientia. Primo dicendo veritatem, qui enim contra veritatem calumniose accusaret, peccaret mortaliter, & ad restitutionem teneretur tam honoris & famæ quam damnorum, & interesse arbitrio boni viri iuxta doctrin.D.Thomę superius citatam cum DD. communiter ibi quibus adde Armill.verb. Accusatio nu.11.& Reginald.lib.24.c.3.sect.2.
30 num.33. † Qui etiam dicit potest quis iuxta D.Thom. in eod. artic. 3. ad primum aliquando excusari tam a peccato quam a restitutione, vt si a principio putaret se de vero crimine accusare, aut iustam habere rationem accusandi, siue causa ciuiliter siue criminaliter intentetur, dummodo dum cognoscit falsitatem desistat, aliter non desistendo peccaret mortaliter quia esset in mala fide. Vide Sayr. Clau.reg. lib 12. cap.15. num.12. S.t. de secret. membr. 2. q. 5. concl.5.Filliuc. tom.2.

tract.

tract.40.cap.7.num.205. Bassęum Flor.tom. Theol.verb.Accusatio num.4.

31 Secundo falsis testibus aut instrumentis vtendo quia in iure suo petendo non debet adhibere falsas probationes, & tunc licet non sit obligatus ad restitutionem quando iustam habeat causam accusandi, tamen peccat mortaliter propter mendacia iniusta, & perniciosa. Bonacin.de contract.disp.1. quæst.2.punct.5. proposit.2.n 6. Nauarr. cap.25.num.32. Reginald.lib.24.num 130.fol.526. Sayr. in Clau. reg.d.lib.12.cap.15.num.17.& alij per eum citati Tolet.lib.5.cap.57.

32 Aduerte tamen quod si crimen esset verũ sed occultum, illudque falsis testibus probaret obligaretur etiam accusans ad restitutionẽ damnorum; & famę, quia in iure falsum existimatur quidquid legitime probari non potest ex doctrina D.Thom.2.2.q.62.art.2.& q.68.art.3.vbi Salonius vers. obseruemus, & Aragon vers. est secundo aduertendum, notant etiam Filliuc.tractat.19.cap 9.num.248. tom.1. & alij per Bonacin.loco citato cart. mihi 458.tom.2.in impress. Venet.1639.

33 Aduerte secundo quod is qui verum accusat, sed certũ non est quippe qui tantummodo audiuerit ab alio neque vsus sit diligentia in examinando si verum esset tunc si res est grauis peccat mortaliter & tenetur ad restitutionem damnorum rei & famæ, inde secutorũ,

34 † Et hic aduertant Iudices erga Rusticos in Accusationibus quæ solent fieri in Tribunali vulgo dicto, del danno dato, de damnis illatis ab animalibus, vel personis in agris, vineis, & arboribus, nam sepe iurant vidisse quod vix audierunt, vel quod ex coniecturis tantum præsupponunt, nam cum non sint certi de delicto, non possunt reos de certo delicto accusare vnde licet non sint calumniatores, tamen vocantur temerarij accusatores Sanchez cons. moral.lib.6.c.2.dub.16.n.4. Reginald.lib.24. c.7.sect.3.n.131.in fine.

35 Tertio seruare debent in accusando vt zelo Iustitiæ non passione priuatæ Vindictæ vel alio prauo affectu se moueant, nam si ex passione facerent, & esset res grauis peccarent mortaliter contra Charitatem, licet si veritatem dicerent non tenerentur ad restitutionẽ cum non adsit læsio proximi iniusta ita Reginald. vbi supra cum Nauarr.n.130. vers. circa secundum, & his applicari potest doctrina superius allata de Iudice iudicante per passionẽ Homobon. de statib. p.2. cap.3. num.2. circa medium.

36 Quarto Iudex seruare debet vt prosequatur accusationem vsque in finem, & non tergiuersetur contra Iustitiam in præiudicium legis, & iniuriam boni cõmunis vt dicit Ciarl. tract. de restitur. q.51. Sayr.vbi sup.num.15. Filliucius nu.208. Homobon.de stat. p.2. c.3. nu.2. potest tamen ex quatuor causis ab accusatione accusatorem desistere, primo in causa propria quia est dominus, nisi sequeretur ex hoc scandalum, & detrimentum communis aut boni, aut priuatæ personæ tertiæ ita Medin.C.de Reb.restit. q.79. in fine Couar. li.2. ver.resolut.cap.10.nu.4.vers.secundo quando in progressu causæ aduertit se esse deceptum siue ab Aduocato, siue a testibus, siue a Iudice tunc potest desistere, ne aliquod præiudicium sibi nascatur; non enim debet cum proprio damno aliorũ deceptionem & fraudem, malitiãq; fouere c.si quem 2.q.3. Tertio quando vrgeret in eum metus cadens in constantem virum, nam non tenetur cum tanto dispendio persistere, nisi esset vrgentissima necessitas boni publici, quæ omni bono priuato semper anteponenda est & 4. quando esset necesse desistere propter auctoritatem supremi Principis & Dñi ita Reginald.in Prax.for. pęnit. lib 24. num.133. & P.Bass. V. Accusatio num.4.

37 Sed notandum est quod Accusatore desistente ex quacumque causa ab Accusatione Iudex potest ex officio prosequi processum, dicitur enim tunc subrogari loco accusatoris, & ex præcedenti diffamatione posse contra reum agere ita Scapp. De ius.non script.lib 5. c.41.& sequitur Anton.Nald.in summ. verb. accusare n.2.

38 Secundo notandum est quod accusator succumbens in causa, ex consuetudine non tenetur ad pœnam talionis nisi per calumniam denunciauerit adest Bulla Pij V.quę est quinta in ordine incipiens cum primum de anno 1566. pag.179. Bullar.& notãt DD. per Guazz. num Patrem meum d. ff.5.cap 3. num.13 cui addo Less.lib.2.ca.30.dub.1.Azzor.lib.1.c. 9 P. ul. Laymann Theolog.moral.lib.13.cap.13. nu.4. & Bonacinam tom.2.disputat.10. quæst.3. punct.1.

39 Vltimo seruare debet accusator ne fraudolenter

lenter occultet crimina, & probationes imminuat dissimulando, vel non integre inducendo ea quæ contra reum habet illudens eũ; nam in hoc casu Præuaricator legis dicitur, & peccat mortaliter contra Iustitiã vt notát DD. supracitati, ex Doctrina D. Th. vt supra 2.2.q. 68. ar. 3. Tolet. li. 3. c. 57. Sot. de secret. membr. 2. q. 5. concl. 5. P. Bass. v. accusatio num. 4. vers. secund. cart. 6.

40 Et nota quod quantum ad conscientiam attinet in obligatione restituendi Accusatoris munus est aduertere vsus, & Consuetudines Ciuitatis vel loci vbi est accusandum & iuxta illas se gerere; ideo semper ante Accusationem deberent d. accusatores loqui cum personis, expertis, & viris prudentibus vt bene defendant eorum conscientias ita Homobon. vbi supra num. 3. Sayr. d. cap. 15. num. 14. Filliuc. num. 206. & P. Basseus Flor. tot. Theol. V. Accusatio num. 12.

41 Quarto quæres an accusans prius teneatur in Conscientia corrigere Reum ita vt si corrigatur, cesset ab accusatione & Iudex non possit contra eum procedere? Et respondeo distinguendo aut accusatio debet fieri in causa propria ad recompensationem iniuriæ acceptæ per pænam referendam Reo, qui iniuriam fecit; tunc non est obligatus ad monitionem, quia talis accusatio ordinatur ad satisfactionem damni, & non ad emendationem rei propter quam solum fit admonitio ita D. Th. 4. dist. 19 q. 2. vers. 3. quæstiuncul. 1. ad 4. Azzorius lib. 13. cap. 19. dub. 3. Sotus lib. 5. de Iust. q. 5. art. 1 dub. 3. Nauar. c. inter verba coroll. 6. num. 640. & lib. 5. de Iustit. cap. 4. num. 254. Paludan. 4. dist. 19. quæst. 4. vers. ad argumentum Sanch. opuscul. moral. lib. 6. c. 2. dub. 27. nu. 4. vers. Prima conclusio. Filliucius.

42 tom. 2. d. tr. 40. cap. 7. num. 210. † Bene verum quod vt supra dixi ad d. accusationem in conscientia non tenetur tum quia lex diuina cõsulit vt dimittamus proximo debita nostra, tum quia lex ciuilis non obligat vt est in l. vnica C. vt nemo inuitus; tum quia ratio suadet quod vnusquisque sit dominus rerum suarum vt cũ suprad. d. Doct. docet. Filliuc. eo loco n. 211.

43 Si vero accusatio debet fieri in causa aliena ad bonum commune pertinente vt si crimen esset vniuersitati perniciosum, vel immineret damnum proximi; & tunc si crimen est occultum, & accusator certissimus est per suam monitionem profuturum, omnino tenetur præmittere admonitionem; quia Reus adhuc habet possessionem honoris, & famæ, & per monitionem potest accusator rite damnis occurrere; vnde aliter faciendo peccaret, cum nõ debeat quis cum infamia crimen manifestare, & teneretur ad restitutionem d. famæ ita Silu. verb. accusatio q. 3. Durand. 4. dist. 19 quæst. 4. ad primum Caietan. in. q. 33. art. 7. ad 3. Azzor. lib. 13. cap 19. dub. 3. & Filiuc. d. tract. 40.

44 cap. 7. nu. 203. in fine & seq. † Quod idem dicendum est quando crimen ipse probare nõ potest, tunc enim non tenetur accusare, sed sufficit denunciare; & ratio est quia nemo tenetur alteri succurrere cum proprio damno, & damnum ei eueniret, quia in causa succumberet, & pænam iniuriarum incurreret. S. Th. quæst. 68. artic. 1. cum alijs per Sayr. loco cit. num. 6. quibus adde Sotum vt supra quæst. 5. concl. 1 ad 2. & Filliuc. d. tract. 40. c. 7 nu. 215.

45 Si autem crimen est publicum, & Iudex præcipit accusati tale crimen, & tunc non est necessaria admonitio, quia ibi quæritur per accusationem vt Reipublicæ fiat satisfactio, cui illata est iniuria per scãdalum Silu. d. verb. accusatio 9. q. cum alijs citatis a Sanch. cons. moral. lib. 6. c. 2. dub. 27. n. 5. & seq. Filliucius tr. 40. c. 7. n. 203. tom. 2.

46 Quod amplia multo magis procedere in delictis atrocioribus vt sunt Hæresis, Crimen Lesæ maiestatis falsificatio monetæ, conspiratio & similia in ijs enim charitas nõ obligat ad præmittendam admonitionem quia periculũ quod imminet multo pluris existimandum est quam bonum priuatum ita Filliuc. loco citato num. 204. Bonacin. tom. 2. disput. 10. quæst. 3. punct. 1. num. 6. Laym. lib. 3. tract. 6. cap. 3. nu. 6.

47 Aduerte tamen pro deffensione tuæ conscientiæ quod quando potes priuata admonitione ex certa scientia remedium ferre omni periculo, valde consonum est charitati præmittere admonitionem, nam hæc est principalis finis in omnibus delictis emendatio, & correctio ita Lessius de Iustit. lib. 2. c. 30. dub. 3. Bonacin. d. disp. 10. punct. 1 q. 3. n. 4. Azzor p. 1. lib. 13 c. 2 n. 3. sed nouissime Io: Valer. in tract. de diff. Vtr. for. verb. accusatio differ. 1. intrepide tenet quod in accusatore nulla requiritur obligatio faciendi monitionem & probat rationibus, & ita tenet etiam Dian. Resolut. moral.

moral.p.7.tractat.3.resol.58. vers.quę opinio.

48 †Tu dicas quod de rigore iuris non est necessaria d.monitio,ex lenitate vero quando speratur correctio optimum sit precedere d. monitionem ita Diana loco citato & cum eo Duellius in 2.2.tra.de Correct.quæst.9.art.5. & Cardinal. De Lugo tract.de Iust. to.2. disp. 37.sect.7.n.81. quibus addo Bonacin. loco cit. d.n.4 cum aliis per eum.

49 Nota tandem quod in Causis Criminalibus si quis accusat aliquem & non est certus de crimine, vel non habet testes quibus legitime probare possit, peccat mortaliter tunc quia grauiter offendit proximum diffamando eum, tum quia graui pœna succumbentiæ se exponit ita S.Antonin. 2.p. tit.1. c.19.§. 5.Sanch. opusc.moral.d. dub.28.nu.1. qui etiam addit nu.seq. non licere accusare aliquem de delicto de quo antea accusatus fuit, nisi denuo illud delictum renouet, vel hoc faceret ignoranter, vel doceret primum præuaricasse ita etiam Siluest.verb.accusatio q.10.& hęc adde dictis Patris mei deff.3.c.11.per totum.

50 Nota secundo quod Clericus accusans suũ offensorem criminaliter cum facit suam protestationem id non facere ad vindicam sanguinis, licet in corde optet Iustitiam,non incurit in irregularitatem, & excluso odio graui peccat tantum venialiter ita Io:Valer.d.tract. de differ. vtr.for. verb. accusatio diff.2. qui rationibus & authoritatibus probat.

51 Nota tertio quod omnis actio Criminalis seu inquisitio cõtra delinquentes tollitur spatio 20 annorum post quod tempus nemo potest accusare, quod si delictum est reiterabile vt est adulterium, tunc est computandum a die vltimi delicti vide late Guazzin. Patrẽ meum.deff.2.c.2.cui addo Suar.de Fide disp. 20.sect.4.n.13.Nald.in sum.verb. actio nu. 2. & in Crimine sodomiæ quod non detur præscriptio addo Portell.in dub.regul.verb. Præscribere Zambell. Resolut. Cas. conscient. v. Iudex nu.8. qui etiam cum eod. Portell. dicit. quod in delictis regularium nunquam datur præscriptio, sed quia hæc magis pertinent ad forũ fori vide quod diffusissime docet Guazzinus meus & cum eo Iul.Clar.§.fin.q.51.n.3. & Farinacc.de Hæres.q.197. nu.52. cum alijs per eum citatis.

52 Nota quarto quod arma delinquentis quæ quæ apud se habet reus quando captus est, & coram Iudice se presentat, vbi viget consuetudo potest vbi d. Iudex apud se retinere in Conscientia, quia Princeps tacendo illi dicta arma concedit ratione oneris sui officij ita Sanch. cons. mor. lib. 3. cap. vnico dub. 27. num.3.

53 Nota quinto quod quando Iudices sunt meri executores .s. quando eis nudum ministerium committitur a Principe ecclesiastico exequendi aliquod contra reos, non possunt excommunicare impedientes executionem, nisi sit opposita Clausul.in eorum commissione Contradictores compescendo vel similia ita Panormit.in c.ex litteris nu.4. & in c. fin.§. cæterum n.5.de offic. deleg. & alij per Sanch. dub.40.n.2.

54 Nota 6 quod licet pęna talionis erga accusatorem sit multis in locis abrogata per desuetudinem,attamen in multis casibus retinetur ad huc,& ideo si accusatus inique capite cæsus est,eadem pœna debet Iudex etiam punire accusatorẽ in alijs vero suo arbitrio c. super his de accusat.& dictus accusator remanet semper infamis, quæ Infamia, si est contracta in Tribunali sęculari a Principe remitti potest, si in ecclesiastico a solo Papa c.euphemium 2. q.3. iunct.gl.ibi verb. Infamis: Et hic aduerte quod fiscus etiã si in probatione deficiat quia bona fide accusat,non tenetur ad d.pœnam talionis, postquam autem cognoscit se non posse probare, si adhuc persistit, peccat grauius quam alii,& tenetur ad restitutionem ita Sayr. lib.12.c.15.n.59 Filliuc.d.tract.40.c.7 n.209. post ea quæ latissime docet d.Pater meus in deffens.3.cap.13. per totum, & præsertim a num 10.

55 An vero qui non accusat teneatur ad pœnam soluendam quam soluisset reus si accusatus fuisset Vide Bonacin. Præcept. Decalogi disp. 10. q.3. punct. 1. n.18. & Filliuc. nu.220. in loco supracitato.

Quo-

CAP. XVII.

Quomodo se gerere debet Iudex ĩ Denũciationib.

SVMMARIVM.

59 Pę-

1 INter *Denunciationem*, & Accusationem hęc est differentia, quod Acusatio datur in scriptis cum solemnitatibus requisitis vt dictũ est supra in precedenti capitulo; Vel est verbalis, seu a Iudice scribitur cum modis a Iure prescriptis vel consuetudine locorum acquisita Denunciatio vero ordinarie fit solis verbis, nec denunciator se obligat ad probandum, nec se subijcit penę succumbentię sicuti acusator, quia denunciare nil aliud est quam Iudici delictum nunciare ita Pater meus in def. 3. c. 1. n. 1. vbi remisse alios allegat, quibus ego addo ex Theologis Azzor. lib. 1. c. 12. Saijr. in Clau. Reg. lib. 12. c. 14. n. 11. Bonacin. De restitut. tom. 2. disp. 10. q. 2. punc. 5. n. 6. & q. 3. p. 1. n. 3. Filliuc. tom. 2. tract. 40. cap 7. n. 201.

2 Nota tamen quod in Denunciatione facienda virtute monitorium Reuelatio debet recipi per Notarium, & in scriptis ad effectum, vt pars possit illa vti; & vt possit per eam ecclesia retrahere a peccato, quod fieri non posset, si tantum ore fieret ita Marc. Anton. Genuens. Praxi Neap. c. 1. n. 19. qui & alios allegat quibus adde Nauarr. cons. 5. De furt. Lazzarum Re Monitor. sect. 2. q. 3. n. 2. & Bonacin. tit. de Orig. & obligat. Denunc. tom. 1. disp. 6. punct. 2. §. 8. proposit. 2. n. 1.

3 Denunciatio duplex est, alia quę sponte fit, & obligatur homo ratione charitatis, alia vero quę fit ex pręcepto superioris & obligatur ratione iustitię; & subdiuiduntur in Euangelicam, & Iudicialem; euangelica quę tendit ad emendationem, & dicitur etiam extraiudicialis, quia fit extra forum iudiciale, & licet fit Superiori, fit tamquam Patri magis, quam tamquam Iudici; Iudicialis, quę respicit vel punitionem delicti, vel impedimentum eius; & fit Superiori tamquam Iudici; alij addunt & tertiam Denunciationem, Canonicam scilicet, quę a Iure Canonico inuenta est ad euitandũ delictum ab aliquo committendum; vel impediendum, ne denuo illud committatur. Sed hęc, vt videtur, conuenit cum Secunda; Alij addunt etiam, & quartam, Regularem scilicet, quę seruari solet inter Religiosos; sed hæc formaliter eadem est quæ prima & Secunda, & solum distinguitur ab illis quoad personas, & modum ita Filliuc. tract. 40 ca. 6. nu 178. cart.

4 mihi 612 † vbi etiam subdit quod *Denunciatio* non est modus distinctus procedendi ab Accusatione, sed est quoddam prærequisitum ad hoc vt Iudex ex officio procedat, vnde est veluti quędam Virtualis Accusatio: notant etiã Saijr. in Clau. reg. loco citato c. 10, Sot. de Secret. membr. 2. q. 6. Less. vbi supra nu. 104. Bonacin. d. disp. 10 q. 2. punct. 5. nu. 2. & tom. 1. disp. 6. punc. 2. § 8 n. 1.

5 Modo quæritur an in Denunciatione Iudiciali debeat præcedere monitio, seu correctio fraterna, vt in *Denunciatione* Euangelica. Et respondeo distinguendo aut delictum est occultum, aut est manifestum: secundo aut est in in damnum solum cõmittentis, aut in damnũ etiã aliorũ. Si delictũ est occultũ & ẽ in damnũ solius committentis, & nõ in præiuditium aliorum, & est præmittenda Admenitio. Sed si est manifestum vel in præiuditium aliorum: & nõ ẽ necessaria admonitio, & ratio primi scilicet

cet quando delictum est publicum est quia quando delictum est publicum, tunc per denunciationem immediate iudici factam, ille non infamatur quia iam infamis est; & omne delictum, quod est notorium videtur esse cōtra bonum publicum ratione scandali vnde si remanerent impunita, & incorepta a Iudice, remaneret etiam læsum bonū publicū ex Indulgentia quæ excitat alios ad peccandum ita ex D.Thoma 2.2.q.33.art.7. S.Antonin.p.2. tit.9.c.6.§.4.Valent.tom.2.disp 3. qu.10. p.5. Viguer Instit.mor.c.12.§ 5.vers.septimo Nauarr.c.24.n.14.Coninch.de Instit. tit. de Charit.disp.28.dub.8.n.147.Filliucc.tom.2. tract.

6 28.c.7.num.149. †Qui dicit in tribus casibus non esse seruandum ordinem admonitionis in delictis publicis; 2. licet non publicum tamen in damnum tertij & periculū est in mora nec speratur posse aliter impediri; & 3. quando est maius præiudicium illius tertię personę quam famæ illius qui debet denunciari apud superiorem vide etiam Io: Valer.de differ. vtr.for. V.Denunc.nu.1. Fr.Ber. Areualo de Correct. Frat.concl.6.Sanch.conf.mor.lib.6 c.2.dub.5. Dian.p.2.tract.3.resol.42.qui dicit cum Lor-

7 ca in 2.2.S.Th.disp.47.resol.5.nu.37. †Quod aliquando potest contingere quod licet peccatum sit publicum & aptum ad inferendū scandalum, tamen non inferat respectu qualitatis personæ, delicti, vel loci, vnde in ijs tunc admitti potest exceptio Et ideo Io:Valer.vbi supra d.num.1.in fine dicit quod non potest dari certa regula, vnde maturo consilio vtendum est, antequam quis ad denunciandum progrediatur non admissa monitione vide etiam DD. quos refert Cenedo 2. p. collectan. 101. num. 5.

8 Ratio secunda quando est in præiudicium aliorum est, quia teneor proximum liberare a periculo quoties ego possum, & licet sequatur damnum peccantis per denūciationem melior est conditio patientis iniuriam ita Sanch. conf.mor.lib.6.cap.2.dub.5.n.9.Coninch. vbi supra disput. 28. dub. 8. num. 147. Dian. p. 7. tractat. 3. resol.51. Filliuc. tom. 2. tractat. 28. cap.7.num. 149. Trullench. in Decalog. lib.1. cap.5 dub.16.num.3.tom.1.

9 Nota tamen quod in hoc casu quando periculum non est in mora, & speratur correctio debet præcedere monitionem sic denuncians peccaret contra charitatē, qui tenemur quantum fieri potest minime lædere proximum tam in illo iniuriando, quam in auertendo a malis ex illo prouenientibus ita Fagund. in Decal.tom.2.lib. 8.c.6.n.6.quem refert & sequitur Diana vbi supra resol. 52. quibus addo Coninch.disp.28.dub.8.n.147.Bonacin. tom.2. disp.10. qu.3. punct.1. num.7.Filliuc.vbi supra num 149. Valent.disp.3.quæst.10. punct.1.Sot. de secret.membr.2.quæst.6.dub.3. Less. lib.3. cap.11.dub.9 nu.62.Sayr.in Clau.reg. lib.11. cap.4. num.6. qui etiam dubit. 25. num.132. cart. mihi 104. dicit non solum peccare contra Charitatem sed etiam contra iustitiam, vnde tenetur ad restitutionem famæ & Iudices præsertim ecclesiastici in edictis eorū generalibus magis existimantur prętendere emendationem quam punitionem ita Barbos.de pot. episc. p. 3. alleg.96. num.69. in ultima editione lugdunensi.

10 Amplia licet sic admonitus non sit emendatus; nam potest iterum & iterum admonitio adhiberi, donec prudentis arbitrio speretur emendatio, quia prædicta sunt benigne interpretanda; vnde non dicitur quis incurrere in pęnam nisi post adhibitam necessariam, & debitam monitionem arbitrio boni viri; & sic etiā differendo admonitionem cum spe emendationis non incurritur in pænam, nisi sit periculū in mora vt dictum est & dubitetur de fuga delinquentis ita Sanchez vbi supra cum Henriq. in summ.lib.13.c.18.nu.26. quibus addo Reginald.in Praxi for.pænit.lib.3.num.230. ver. Adde Lazzar.de Monitor.qu.2.sect.2.num.3. & alios per Bonacin. d. punct.2. §.8. num.4.

11 Nota secundo quod Iudex non potest præcipere vt neglecta correctione reus occultus denuncietur, vel crimen occultum manifestetur nec tali edicto parendum est quia est contra ius naturale et diuinum ita cum Petro a Nauarr. docent Reginald. lib. 24. sect. 6. num.52.

12 Limita in Hæretico pertinaci & malitioso in quo non speratur Correctio cum totius ecclesię Iudicium non sit sufficiens ad eius emēdationem sed nota quod dixi malitioso; nam si ex ignorantia vel inaduertentia esset talis, valde consonum esset Charitati præcedere Correctionem, nam in tali ad huc remanet spes emendationis, immo denuncians eos, qui lapsu linguæ aliquem errorem protulerunt veluti Concionatores in feruore sermonis, peccat

grauı-

grauiter & obligatur ad restitutionem, nisi bona fides vel ignorantia eum excusaret credens eum ex malitia protulisse ita Bonac. loco cit. in fine cum Nau.c.18.n.56.Tolet.li.4.c 5.Azzor. p.1.li.8.c.19.q.9.Reg.li.24.n.52.lim ta q.sup.

13 Limita secundo quando aliquis timeret vel non auderet admonere d.Reum sed speraret melius emendaturum, si superiori tamquã Patri denunciet; & hoc intellige in delictis occultis, & qui non sunt in pernitiem Reipublicæ, quia tunc parum, aut nihil nocere dicitur famę proximi ita ex D.Th.d.q.33.art.5. Sot. vbi supra nu.6.seq & de secret.membr. 2. q.4. dub. 3.Nau.c.17.n.134.Rodrig.de ordin.Iud.c.4. nu.9.Marant.eod.tit.q.11. art.5. & q.concl.1. & de communi testatur Cened. par.2. collect. 101.n.2.vers.dicunt etiam.

14 De pænis vero non denunciantium hęreticos, vel suspectos de hæresi vide Bonacina tract. vlt. disp. 2. punct. 2. cart. mihi 899. & Dian.diffuse in tract de sollicitant.quę consulto ommitto cum potius hæc pertineant ad forum Penitentiæ sacramentalis & sic ad Confessarios quam ad Iudices & aduocatos.

15 Nota secundo quod magnum discrimen est inter delicta quæ sunt occulta & sunt omnino improbabilia, & delicta quæ sunt occulta & probabilia sunt nam in delictis omnino occultis, & improbabilib. si vergant in detrimẽtũ Publici possunt denunciari, & debent, sed tãtum ei qui prodesse potest .s. Iudici non vt Iudici sed vt Patri ad effectũ adhibendi remediũ necessariũ ita Reginald.li.24.n.51.& 61.& alij cum eo.In delictis vero occultis, & probabilibus si delictum etiam tendit in damnum boni communis possunt etiam denunciari Iudici non tantum vt Patri sed etiam vt Iudici ad effectum puniendi reum etiam non præcedente admonitione ita Sanch.con.mor.li.6.c.26.du. 5.n.8.quia hęc denunciatio nõ solum tendit ad emendationẽ peccati, & ad obuiandũ damno delinquentis, sed etiam ab bonum cõmune reipublicæ, quæ est punitio Iuridica multum expediens d.bono publico ita Diana p.7.tract.3. res.55.contra Durand.Sot.Nauarr.& alios cui addo Azzor.p.3.lib.13.c.3.dub.3. Ioseph Angles quæst. de correct.fratern.ar.2.diffic.2.cõclus.non tenetur cap.121.Bonac.d.disp.10.q.3. punct.1.n.4. qui dicit Doctores loquentes in parte contraria intelligere de denunciatione euangelica, non autem iudiciali; nam euangelica solum ad emendationem dirigitur; Iudicialis autem etiam ad punitionem, sicut etiam dicit Castro Palaus tom.1.tract.6.disp.3.p.13 n.10. vide etiam Simanch.de Cathol.Inst.c.42 n.10 Villud.de hæret.q.6.Rig.li.1.eccles.Hierarch. c.4.Perez.lib 8.ordin.tit.9. lib.1. & nouissime Cardinalem de Lugo tract.de Iust. to.2. disp. 37.sect.7.n.79.seq.

16 Ex his infertur quod in Criminibus spectãtibus ad sacrã Inquisitionem fidei, & contentis in eius edictis debent sine alia Correctione deferri tum quia ista denunciatio est Iudicialis, & fit etiam ad rationem Rei ob exemplum aliorum, tum quia d.Admonitio melius fieri potest a Patribus d.Sacri Tribunalis, qui prudentissime, & sanctissime ad auxilium illius animæ procedere possunt ita Dian.p.1.trac.4. resol.3. & reputet idem cum multis DD.& rationibus in p.7.tract.3. res. vlt. vndæ fru uosius ab eis potest fieri d.correctio Io:Valer. de diff. r.Vtr. for.Verb.denunciatio diff. r.1.n.1. vide aliqua de hac materia tractata ab Ægid. de Coninch. de actib.supernatur.disp.28.dub.8.n.151.cart. 538.& a Sã. h.to.1.Decal.li.2.mihi c.3.n.34. cons.mor.vbi supra n. 7. qui tractant de Blasphemia occultax & an sit necessaria correctio.

17 Sed quæres vtrum omnes teneantur ad hãc denunciationem faciendam & respondeo distinguendo quod si loquamur de denunciatione Euangelica, & tunc quia ordinatur ad emendationẽ peccatoris omnes tenentur iuxta euangelicũ Matth.18. vade & corripe eum 4. quamuis sint in iure priuilegiati, vel inhabiles, quia est de iure diuino: si vero loquamur de denunciatione iuridicæ quæ ordinatur ad impedienda damna publica, vel alicuius priuati in futurum pendẽtias, & tum si alicui non potest impediri, omnes tenentur denunciare, quia vnusquisque tenetur incurrere proximo in necessitatibus ex lege Charitatis cum commode potest et sine grauí damno Less.li.2.c.4.du.13. num.93. Filliuc. tract.29. cap.3. num 58. Bonacin.de restit.disp.2.qu.vlt.sect.1. punct.13. nu. 10. At si denunciatio ordinatur ad pænam delinquentis tantum propter vindiciam publicam, & tunc illi tenentur quibus hoc ex officium incumbit vt sunt fiscales, Custodes Sindici, & similes, & deficientes in hoc peccant & ad restitutionem tenentur vt ex doctrina D. Th. 2. 2. quæst. 33. art. 7. & quæst. 70. art. primo docent Sot. Innocent. Siluest.

Ff Angel.

Angel.Nauarr.& alij citati a P.Thom.Sanchez consil. moral.lib.6. cap.2. dub.9.num.3.4. & seqq.

18 Amplia hoc dictum intelligi etiam de Clericis, & priuilegiatis a Iure,quia hæc est obligatio iuris naturalis occurrendi damno Proximi, a qua nullus, vel per ius positiuum, vel per dignitatem potest excusari.ita Caet.2.2.q.33.art.7.Sotus de secret.membr.1.q.4.ante 3. conclus. Nauarr. cap.18.n.55.&c.24.nu.13. Petr.a Nauarr.lib.2.de restit.c.4.n.229.Sanch. vbi supra dub.10.n.2.

19 Amplia secundo licet adesset Iuramentum non reuelandi,quando tamen vergeret in damnum commune, vel alterius priuati ita Sanch. d.dub.20.nu.1.& dub.21.nu.3.Iuramentum enim non obligat de re iniusta, nam non est vinculum iniquitatis cap.quanto de Iureiur. Lazzar. de monit. sect.2. quæst.4.num 6.Genuens.Prax.Neap.cap.2.num.2.& alij per Santarell.de Hæres.c.44.num.11. & dixi supra in præced. capit..

20 Amplia tertio licet sint tantum illa,quæ denunciari debent,audita,& non visa,dummodo sint audita a fide dignis, & non à leuibus personis, & illi non denunciauerint; & denuncians scit,& cognoscit illos a quibus audiuit;notitia enim quæ ex audita habetur, est vera notitia, & fidem facit c.plerumque 2. q.7. & c.si tantum, & c.placuit.6 q.2.Nauar. cap.17.nu. 134. & c. inter verba corollar. 65. num.787. Reginald.lib.24.num. 50.Clau.reg.li.22.c.14. n.33.Rodrig.in summa p.1.c.79.n.7. Lazzar. de Monit.sect.3.q.12.num.1.Santarell.tract.1. De Hæres.c.9.num.16.Sanch. de Matrim.lib. 3.disp.13.Gutier.eod.tit. cap.59.nu.11. Auila de Censur.disp.ut.15. concl.6.dub.2.Graff.decis. aureas p.1.lib.4.c.8.n.3.& alij allegati 21. a Barbos. p.3. alleg.95. num.66. †Sed aduertant qui faciunt Denuncias vt vulgo dicitur al danno dato quod non possunt per hoc iurare se vidisse, quod tantum audierunt, nam peccant mortaliter & fiunt periuri etiam, quod a personis fide dignis audiuerint vt dixi supra.

22 Amplia quarto etiam in alijs Priuilegiatis a iure vt sunt cognati ascẽdẽtes, & descẽdẽtes, vir contra vxorem,& similes qui alias testimonium facere non tenentur, nam adhuc tenentur denunciare in casibus supradictis quando s. non adsunt qui sufficienter possint dd. denunciationes facere, vel nollent eas facere, & non timetur de reliquo graui damno temporali, vel spirituali quia hoc priuilegium istis concessum intelligitur in casu, quo possit alio modo suppleri ita Gomez tom.3.var.ca.12.n.24. Montalb.lib.2. leg. for. tit.8. lib.9. Sot.de Secret.membr.2.quæst.7. vers. verumtamen, & de communi testatur Sanchez cons. moral. lib.6.cap.2.dub.10. num.9. seqq.Bonacin.diuersor. disput.16. punct.1. §.3.num.4. seqq. sed Antonin. Dian.part.5.tract.15. resol.67. dicit quod Priuilegiati de iure non tenentur ex vi Monitorij reuelare,vt sunt Pater cõtra filiũ vxor contra virum, frater, soror, socer, gener & cognati omnes infra 4.gradum sicuti etiam amicus coniunctissimus; vel insignis Benefactor, seclusis tantum pertinentibus ad sacram Inquisitionem fidei; quia regulariter non potest fieri sine graui damno, & detrimento denunciantis, tum, cum sint ad partem dd. damnorum, tum etiam propter discentiones & odia quæ oriri possunt inter gratos quæ

23 semper fuit perniciosa reipublicæ; †. Et Iudicis officium est non iurgijs,sed populorũ quieti incumbere l.congruit de offic. Præsid. Nas. cons.91.num.4. Ludouic.Postell.expedit.caus. ciuil.annot.25.n.46.& tradit Raynaud.de monitor.eccles.p.1.cap.3. quæst.10.post Barbos. de pot.episc.part.3.alleg.96.n.50 & 52. qui & alios nullos allegat,& ampliat etiã in filijs illegitimis, & adoptiuis non autẽ spiritualibus. An vero teneantur alij reuelare filios patri in Iudicio quando pater obtinet monitionem est magna controuersia inter DD.vide Dian. p.5. tract.13.resol 69. ego autem dico, quod non ea ratione,quia presupponitur patrẽ nolle quod filius esset excommunicatus,& monitoria non comprehendant, nisi eos quos pars vel Iudex voluerit ita Raynard. de Monitor. p.1.cap. 3. quæst.13.num.14.qui & alios allegat cum Barbosa vbi supra n.71.in fine.

24 Amplia quinto etiam in omnibus alijs personis inhabilibus de iure vt sunt Infames nam huiusmodi faciunt præsumptionem cap. 1. & & ibi glos.verb.ad testimonium. De test. in 6. Marc' Anton. Genuens. Prax. Neapol. num. 2. num.10.Vgolin.de potest.Episc. cap.45. §. 7 in fine & alij citati a Farinacc.par.1. quæst.62 num. 64.

25 Modo dubitatur, an si damnum quod sequitur ex denunciatione, non sequeretur denun-

nunciante, sed denunciato, nempe damnum aliud disiunctum a pęna, quam mæretur ob delictum, vt si esset officialis, vel Parochus, & propter hoc timeretur, quod amitteret etiam officium vel beneficium, vel saltem magna infamia, apud Prælatos eorum veniret, an sit denunciandus? Et respondeo cum Sanch. vbi supra d. 2. num. 4. quod si hoc damnum est multo grauius, quam bonum quod sequitur ex denunciatione non est denunciandum, quia maiori malo obuiandum est, licet melior sit conditio innocentis ita ex S.Thom.lib.4. dist. 19.q.2.art.3.S.Antonin.p.2.tit.9.c.6.§.4. Nauarr.ca.25. n.42. Sot.de secret. membr. 2. quęst.4. & ibi Cordub. super Concl. 3. Gabr. lect.74.in Can.litter.R.& alij.

26 Limita in illis delictis quæ iam emendata sunt & non sunt publica; ista enim non sunt denuncianda etiam ad edicta Prælatorum & Iudicium quia tunc cessat ratio per quam delicta quæruntur quæ sunt emenda delinquentis & satisfactio publica ipsius propter scandalum quod adesse non potest dum delictum non est publicum, & est emẽdatum, & satisfactum ita P.a Nauarr. lib.2. de restit.c.4. n.116. Viguer. Instit.mor.n.1 .§.2. vers.decimo.Sotus li.5.de Iustit.q.5.ar.1.vers & hinc sumendo Cordub. lib.1.q.43.vers.tertio vero.

27 Intellige etiam in peccatis publicis, sed emẽdatis per longum tempus; quia iam censetur cessare necessitatem vindicandæ & recompensandæ iniurię publicę ita multi DD. per Sanchez consim ral.lib.2.c.2. dub.15.num.7. Si autem adhuc durat infamia siue scandalum in populo, est denunciandus quia facta est iniuria Reipublicæ, & Iudex semper habet ius ad interrogandum iuridice propter infamiam ita Silu.ubi supra q.5.Nauarr. Cordub. & alij citati a Sanch.d.dub.15.n.6.

28 Quod tamen non ualet in Hæreticis uel in suspectis de Hæresi ut sunt soll citantes in Confess.non etiam emendatus est denunciandus ita Bonacin. Bulla Cenæ disp. 1. q. 12. p.3. nu.15.& alij per Dian.p.4.tra.5.resol.23. quod idem dicendum est quando est periculum relapsus, & damni grauis inde secuturi nam tũc sumus in ead.causa ita Suar. de fide disput. 20. sect.4.nu.13.Barbos.d.de leg.96.nu. 69. in fine in noua edict.lugdunensi.

29 Limita secundo in ijs qui sciunt delictum sub sigillo secreti ad auxilium uel consilium petendum, qualis sunt Aduocati, Medici, Obstetrices, & similes, nam tunc si in alterius damnũ redundare non potest, vel nisi sunt per aliam viam vltra viam secreti, non tenetur manifestare etiam ad Præceptum superioris, quia superior ius non habet ad rogandum de tali delicto in secreto manifestato cum seruare secretum sit de iure naturæ ita ex S.Thoma 2. 2. q. 70.art.1.ad 2.S.Antonin.p.2.tit.1.cap.19.§.7. Nauarr.cap.25.n 42.& 46. Cordub.in summ. q.64. vers. tertius casus Neuiz. Silu. nupt. fol. 104. Viguer Instit.moral.cap.12.§.2.vers.11. Henriquez lib.13.de excomm.cap.18.num.5. Immo peccarent mortaliter detegẽdo Sanch. d.dub.20.n.4. cum alijs per eum citatis,& tenentur ad restitutionem Vide Azzor.Inst.moral.p.3.lib.13.c.28.Filliuc.tom.1.tract. 14.c.2. quęsit.8.n.39 Barbos.De potest.Episc.p.3. alleg.96.n.63.Graff.decis.aur.lib.4.c.8.n. 23. to. 1.Lazzar.de Monitor.Sect.2.q.16.n.1.& q.17 n.17.Mar.Alter.De Censur.lib.3.disp. 1.ca.8. col.5.vers 3.Suarez tom.5.disp.20.sect. 3. nu. 11.Immo possunt iurare se nescire modo internam accomodent intelligentiam ad sensũ aliquem verũ Filluc.vbi sup.n.223.seq.Sanch. cons.mor.d.lib.6.c.2.dub.14.& seqq. Vide etiam infra n.37. alias limitationes quæ hic accomodari possunt.

30 Dixi si in alterius detrimentum redundare non potest: quia si rationabilis causa aliter postulet in damnum Reipublicæ vel tertij pendens in futurum vt v. g. est impedimentum occultum matrimonij illius, cum quo contracturus est illud, & potest manifestare, & debet denunciare ita multi DD. per Bonacin. diuersor.disp. 6.p.1.§.5.n.2 quibus adde Vincent. de Franch.decis.222.n.12.& Dian.par.5.tr.4. resol.112.in fine & part.5.tract.11.resol.275.

31 vnde † qui etiam addit quod si Iudex Reum conuictum de crimine condemnauit; si postea scit totam Delationem ortum habuisse ex fractione Sigilli, tenetur Reum absoluere, & dimittere, & citat Fagundez p.2.lib. 6.c.4 n.28.

32 Limita 3. In Visitationibus generalibus Episcoporum, vel Religiosorum, in quibus delinquentes denunciari possunt absque præuia monitione ita de Prax.testatur Io. Valer. de differ.Vtr.for.V.Denunciat.d ff. n.6. quod intellige etiam de peccatis correctis, quando timetur relapsus, & reincidendi periculum vt supra dixi S.Bonauent.super lib. 17.I . Gers.

in summa p.2. Alfab.34. litt. C. Riccard. in 4. dist.19 qu.1. art.3. Ang. v. denunciatio §.10. Marant. vbi supra q.11. art.6 & concl.12. art. 3. con.1. Igitur de peccatis siue secretis siue publicis, aliter multa delicta remanerent impunita, & visitationes essent frustatoriæ DD. per Sanch. cons. mor. lib.6 cap.2. dub.5. num.5. nisi speretur emenda, vel quia prælatus nullum remedium adhibitus est vel quia impossibile est illum posse corrigi, est puniri vt quia est absens per multum tempus & similem, nam ad opus inutibile nemo tenetur & finis vnde manet ratio obligandi cessat S. Antonin. p.2. tit.9 c.6. §.4. & alij per Sanchez vbi sup. dub.17. n.2. Io. Valer. de different. vtr for. v. denunciatio diff 1. n.8. & diff. 2. n.2. vers. sed obserua Auil. de Cens. disput.15. concl.6. dub.14. Bonacin. diuers. disput.6. par.1. § 4. nu.3. Limita quarto quando timeret aliquod damnum graue spirituale vel corporale ex d. reuelatione nam non tenetur ad illam cũ tanto onere Sot. de Secret. membr.2. quæst.6. d.5. Suar. de Cens. disp.20. sect.3. reg.3. n.9. Filliuc. tract.14. c.2. q.5. & 6.

33 Quod pertinet vero ad Iudices in ijs casibus pro defensione animæ illorum dico quod si Iudici constaret iniuriam fieri delinquenti eo quod denunciatur, vel accusatur non præmissa admonitione quando præmitti debet, tenetur in conscientia impedire quando commode potest d. denunciationem seu accusationem, & operare quod seruetur ordo debitus ex vi Charitatis; quod si impedire non potest, non peccat admittendo d. Denunciationem, nam suum est se gerere vt Iudicem, nec adeò esse sollicitum de d. admonitione ita Lorca in 2.2. disput.47. num.28. Villagut. in Pract. lib.2. tit. de denunc. Euang. cap 9. concl. 3. & alij per Dian. part.7. tract.3. resol.53.

34 Secundo dico quod Iudices ecclesiastici nõ possunt procedere via iudiciali contra denunciatum, nisi in duobus casibus; primo quando esset ad exemplum aliorum ob bonum commune, quod semper præualet priuato; & secundo quando est spes, quod per processum iudicialem corrigatur quoque delinquens; tunc enim Charitas imperat Iustitię immo & debet præcedere; sicuti etiam est quando esset perniciosus Reipublicæ, vel correptus non esset emendatus. ita Sanch. cons. moral. dub.6. cap.1. dub.18. num.10. Filliuc. tract.28. tom.2. cap.7. num.163. seq. quem sequitur Dian. d. p.7. tract.3. resol.47. & resol.50. Et est doctrina Bannes in 2.2. qu.33. art.8. dub.2. ad septimum, & dub.8. cart. mihi 1802 quam approbat Valent. tom.3. disp.

35 3. quęst.9. punct.5. † In alijs vero casibus semper debet procedere per viam Correctionis admonendo eos sub penam excommunicationis & alijs ad arbitrium, prout expedire videbitur. ita ex d. Valent. Filiuc. vbi supra num. 161. & seq. quibus adde Io: Valer. de differ. vtr. for. verb. denunciatio diff.1. num.7. vers. quod quid vero sit, qui dicit, sub pena. p. m. teneri prius premonere denunciates, si crimina sunt grauia, & occulta; & alios allegat, & rationes adducit fol.95. vide etiam Sanch. vbi supra dub.10. num.12. Coninch. de actibus supernatural. disput.38. de corrept. Frat. dub.8.

36 num.150 & seqq. † Quod eo magis procedit cum possint dd. Iudices ecclesiastici eos punire etiam priuatim, tradit Io: Valer. v. Inquisitio num.11. ex textu in cap.1 §. sanè Re Censibus in 6. & ex doctrina D. Thom. in 4. dist. 19. q.7. art.3. quæst.1. ad eius responsionem cũ alijs per eum allegatis quib. adde quæ dicit Emm. Lugo. de Iust. to.2. disp.37. sect.7. n.82.

37 Ex quo infertur quod dd. Iudices ecclesiastici præter Iustitiæ præceptum, quo tenentur tamquam Iudices inquirere de crimine diffamatos, & eos punire, tenentur etiam præcepto correctionis inquirere de Crimine alias non diffamatos non vt iudicent sed vt fraternaliter corrigant quod alii Iudices sæculares non tenentur ita ex Doctrina D. Thomæ. 2.2. quæst.33. art.2. ad 4. S. Antonin. 2. part. tit.9. cap.6. §.2. Abulens. in cap.18. Matthei quæst.95. Siluest. v. Correctio quęst. 2. Viguer. Inst. moral. cap.12. § 2. vers. septimo Sot. de secret. membr.2. q.3. concl.3. Cordub. in Annotat. super eamd. Conclus. & alii per Sanch. opusc. mor. li 6. cap.2. dub.4. nu.1. & 2.

38 Tertio dico quod superior tam ecclesiasticus quam sæcularis potest suo generali vel particulari edicto vel Monitorio omnibus & singulis, dummodo sint ipsius subditi præcipere sub excommunic. ipso facto incurrenda, vel alijs penis arbitrarijs si sæcularis est ad Manifestationẽ alicuius delicti modo iuridice procedatur s. præcedẽte Infamia, & subditus tenetur ad denunciandũ, tũ obligatione charitatis propter bonũ proximi tũ obligatione Iustitiæ

pro-

propter obedientiam superioris. Filliuc. tractat. 40. c. 7. n. 222. Suar. tom. 5. disp. 20. sect. 3. reg. 3. n. 9. Lazzar. can. qq. sect. 2. q. 14. n. 1. Henriq. lib. 13. cap. 18. Auil. de Censur. p. 2. c. 5. disp. 5. dub. 2.

39 Excusatur tamen quis a denunciatione a dd. edictis in sequentibus casibus Primo quando delictum est secretum & potest alia via remedium adhiberi Secundo quando Denunciatio est Iudicialis ad pænam, & Iudex non habet indicia vel famã de reo Tertio quando tãtum habetur notitia delicti de auditu a leuibus personis Quarto quando talis denunciatio esset inutilis, vel quia Iudex est remissus, vel quia alij ex quibus auditum fuit denunciarent Quinto quando denuncians esset persona priuilegiata, & alij sunt qui possunt sufficiẽter denunciare, & probabiliter denunciabunt, & Sexto quando non potest fieri sine proprio detrimento, & sit tale quod per illud lex naturalis excuset ab obedientia ita Sanchez. cons. mor. lib. 6. cap. 2. dub. 23. nu. 1. cui adde Raynaud. de monitor. Ecclés. c. 3. q. 17. Graff. decis. aur. p. 1. lib. 4. c. 8. num. 3. Filliuc. tract. 14. c. 2. quæst. 5. & seqq. Lazzar. de Monit. sect. 2. qu. 14. num. 1. & alij per Barbos. d. alleg. 96. n. 66. & 70. qui nu. 68. addit alium casum quando .s. Iudex iam f. ctus est certus per alios sufficienter, & citant alios doctores.

40 Et nota quod dixi subditi tenentur nam non subditi non tenentur, nisi edicta sint lata per modum legis seu statuti ita *Bonacin.* de leg. disp. 1. quæst. 1. punct. 6. & diuersor disp. 6. p. 1. §. 2. Theofil. Raynaud. de monitor. lib. 1. cap. 1. quæst. 9.

41 Secundo nota quod Iudex tenetur expectare tempus in suo decreto a principio vsq; ad finem, in eo qui non potuit scire d. decretum, nisi prope finem, vnde si esset assignatum tẽpus vnius mensis, & quis non haberet notitiã, nisi die 28. illius in fauorem eius debet currere spatium vnius mensis antequam teneatur ad reuelandum quia hæc sunt fauorabiliora & sunt amplianda ita Suarez de Censur disp 20. ad finem Zambell. resolut. r. Cas. consc. Verb. Iudex num. 3. Lazzar. quæst. 6. num. 7. Alter. de Censur. lib. 3. disp. 1. c. 8. col. 2. quod idem dicendum est si terminus incideret in diem festum vel Iudex non sit in Ciuitate vel simile & a Clau. reg. lib. 12. cap. 14. num. 34. vers. tertio & alij per Bonacin. diuers. disput. 6. punct. primo §. 7. numero primo quo ad accusationem in nisi Reipublicæ, q. 9 part. 2.

42 Nota tertio quod Iudex non debet eod. modo procedere in Iudicio quoad denunciationẽ quod proceditur infligenda pænas; nam mitius punire debent in denunciatione cum in hac non est satis faciendum in accusatione duplex exigitur satisfactio Actoris & reipublicæ Sot. lib. 5. de Iust. c. inter verba Coroller. 48. num. 583. & Sanch. d. lib. 6. cap. 2. dub. 11. nu. 5. & seq.

43 Sunt tamen aliqui casus in quibus sine admonitione præcedente potest Iudex Ecclesiasticus & alij procedere in causis, & sunt quando procedunt ad vindictam publicam ex mero & puro officio, nam tunc siue id faciant instante Procuratore fiscali, siue alio adiuuante & ministrante testes, non tamen partem faciente potest absq; alia monitione procedere in causa est text. in c. 1. §. Sanch. de Cens. in 6. & in cap. licet; & in cap. Episcopus in sinodo 33. quæst. 6. & in l. ea quidem C. de Accusat & & ita docet speculat. tit. de denunciat. vers. publica Iudicialis & ibi Io: Andr. in addit. ad verb. & Ioannes Marant. de ord. Iud. qu. 11. att. 5. num. 2.

44 Secundus casus est in visitatoribus religiosorum quando procedunt ex officio priuatim secundum formam iuris compilato .s. processu & ad pænam ordinariam ita Paludan. 4. dist. 19. q. 4. Mirand. q. 11. art. 1. concl. 1. & alij per Valer. d. v. denunciatio differ. 1. num. 8. fol. 95.

45 Nota quarto quod obligatio denunciandi ex edictis ordinariè, & regulariter durat per annum ideo singulis annis solent renouari, dixi regulariter quia in multis est tempus præfinitum vt v.g. infra octo dies, & tunc eo elapso spirant edicta; vel si elapsu sit illa necessitas, vt est in visitatione; finita enim visitatione cessabit obligatio, quod semper remittitur arbitrio boni viri pensato effectu, & intentione percipientis exceptis edictis Sacre Inquisitionis, nã ista durant vsque ad promulgationem aliorum edictionem; nam cum semper ipsi sint exercentes inquisitionem delictorum contra fidem & ad eum effectum his edictis vtantur, iuxta volunt vt semper suam vim habent ita Auil. de Censur. p. 5. cap. 3. dub. 5. concl. 3. & alij per Sanch. cons. moral. lib. 6. cap. 2. dub. 25. r. 3.

46 Obli-

46 Obligatio autem denunciandi incipit a die publicationis, immo cũ dicitur hinc ad xv dies computatur etiam dies termini, & ita debet intelligi Suar. tom. 5. disp. 20. sect. 3. num. 4. Filiuc. tractat. 4. cap. 2. quæst. 10. num. 41. & Lazzar. de monit. vbi supra nu. 4. Vide etiam Bonacin. diuers. disput. 6. punct. 1. §. 7. vers. ex quo sequitur Dian. par. 3. tractat. 5. resol. 95. Barbos. de potest. episcop. part. 3. allegat. 96. num. 75.

47 Nota quinto quod ad denunciandum in materiis fidei admitti possunt etiam absentes & per scripturam cum nomine, & iuramento ita Simanch. in Cath. Instit. tit. 43. num. 10. Zech. in Sum. tom. 1. De fide c. 11. nu. 12. & alij quos refert Dian. p. 4. tract. 8. resol. 41.

48 Aduertant modo denunciantes pro defensione eorum conscientiæ, quod si debito tempore non denunciauerint, non per hoc excusantur a d. Denunciatione, immo toties incurrunt in nouam pœnam, quoties possunt commodè denunciare, & non denunciant; terminus .n. non apponitur ad faciendam obligationem denunciandi, sed ad sollicitandam, vnde non cessat obligatio cessante termino ita Nau. c. 5. n. 45. Lazzarius, Suarez, Rodriquez & alij supracitati quibus adde Reginald. lib. 24. n. 62. Filliuc. vbi supra q. 11. n. 42. Bonacin. loco citat. §. 9. n. 1. Diana p. 3. tract. 5. resol. 95. Raynaud. de monitor. Ecclesiast. p. 1. c. 2. q. 14. vers. difficultas secundo, & Sanch. loc. cit. nu. 8.

49 Secundo aduertant quod licet multi sint qui videantur excusari a dd. Denunciationibus, tamen quando adest præceptum superioris cum magna cautela est ambulandum, virum peritum consulere & idoneum Professorem adire; nam non solum qui non reuelant in casu quo obligantur, peccant mortaliter, sed etiam ad restitutionem tenentur quia faciunt contra iustitiam, tenentur enim ex officio reuelare cum in eo casu videntur esse tamquã tales a superiore electi, cum alibi non possint d. crimina scire; ita cum communi Auil. de Cens. p. 2. c. 5. disp. 4. dub. 3. concl. 4. Carlo. q. 51. de restit. Aragon. 2. 2. q. 70. art. 1. & alii per d. Auil. citatos licet in rigore contrarium etiã quod non sint obligati ad restitutionem probabilem esse existimant Rainaud. de monit. Eccl. p. 1. c. 3. q. 24. Dian. p. 5. tract. 13. resol. 98. & Barbos. d. alleg. 96. n. 44.

50 Queres tamen hic obiter an Regulares non reuelantes ad edictum episcopi sint excommunicati? & respondeo negatiue, sunt enim exẽpti a sua iurisdictione Beneuerum est quod si cum licentia suorum superiorum non reuelent, peccant contra charitatem, ad quam summopere tenentur secluso scandalo, vel detrimento ita Marcellus a Vulpe cap. 2. num. 11. quem citat & sequitur Barbos. d. p. 3. alleg. 96 num. 80.

51 Tertio aduertant quod quando legitime præcipitur crimen, quod nouit, & ipse neget veritatem, & non denunciet, peccat mendacio & quia potest esse de re graui, & cõtra iustum Prælati præceptum factum ad vitanda maiora damna, peccat etiam mortaliter ita Reginald. in Praxi lib. 24. sect. 6. n. 49.

52 Quarto aduertant quod ista Denunciatio est facienda tanquam in deffensionem, & ideo debet regulari secundum moderamen inculpatæ tutelæ vt. s. non plus delicta manifestẽtur quam satis sit, vt damnum, quod imminet, euitetur, relictis omnibus maioribus probationibus, quæ ad rem non faciunt, quia non esset alioqui simplex propulsatio iniuriæ quod quomodo sit faciendum relinquitur arbitrio prudentis ex consideratione circumstantiarũ ita Reginald. d. Praxi for. Pænitent. lib. 24. num. 58.

53 Quinto aduertant quod si superior præcipiat vt qui nouerint talis criminis auctores sibi secreto tamquam patri reuelent ad emendationem illorum, vel satisfactionem læsi etiã si nullo modo probari potest, dummodo constet omnino superiorem vel procedere vt Patrem ad correctionem, & non ad punitionem, & nulla alia sit spes emendationis per secretam monitionem tenentur ad d. denunciationem secretum Richard. in 4. dist. 19. art. 3. q. 1. P. a Nauarr. lib. 2. de Restit. c. 4. n. 221. Silu. v. correctio qu. 8. Angel. in v. denunciatio §. 13. Reginald. vbi supra n. 61.

54 Sexto aduertant quod cum ex humanę memorię labilitate contingat, vt homo quandoq; se reputet certum esse de eo quod falsum est, si ipse cum debita sollicitudine recognitas de aliquo, quod falsum est, existimet se certum esse, asserens illud in iudicio, non peccat mortaliter, cum non dicat falsum ex intentione, sed tantum per accidens ex doct. S. Thom. 2. 2. q. 70.

q.70.art.4.ad primum & sic etiam neq; in pœnam excommunicationis quãdo imposita est, in casib. .n. in quibus alii non peccant mortaliter non denunciando, vel non bene denunciando, neq; in pœnam suprad. incidere possunt, cum fundamentum excommunicationis sit peccatum mortale ita comm. DD. per Reginald. n.64.

55 Septimo aduertant quod omnia quæ diximus non sunt intelligenda de ijs quæ cognoscuntur in Confessione, nam in hoc casu nullo modo, loco, & tempore quis tenetur ad denũciandum: immo peccaret mortaliter contra Sigillum denunciando ita Fagund. p. 2. lib 6. c. 3. n.9. Gabr. in 4. dist. 21. q. 1. art. 3. Dian. part. 5. tr. 11. resol. 1. in fine, & res. 46. & alibi. Ratio est quia Reuerentia debita Sacramento præponderat omni bono siue priuato siue publico DD. comm. per Turrian. de Pœnit. disp. 33. n. 5.

56 Ex quo infertur ad defensionem conscientiæ etiam Iudicum quod non possunt procede-
57 re contra Reum ex auditis a Confessore; † et licet Ledesma in 2. 4. q. 10. art. 3. dicat quod si inde orietur infamia possent vtique Iudices procedere non ex dict. s a Confessore, sed ex infamia ab illis dictis orta: attamen verior, & tutior opinio est quod propter reuerentiam Sacramenti, & propter scandalum, quod ex hoc oriri potest, vllo modo possint. ita Sot. de Secret. memb. 3. questione 1. concl. 5. Lopez tom. 1. Instruct. nou. c. 37. §. hoc secretum, & Sanch. cons. mor. li. 6. c. 3. dub. 39. n. 10.

58 Octauo aduertant quod non est intelligendum nisi de illis personis, vel delictis quę pars vel Iudex intendit ligare, vel denunciari debere: Pęna enim cum sit in odiosis non extenditur nisi ad voluntatem proferentis ita
59 Nauarr. Lazzar. Molin. Saijr. Filliuc Bonacin. & alii multi per Barbos. part. 3. alleg. 96. n. 71.

60 Et hic nota quod ille qui tempore publicationis edicti degebat intra territorium, & nõdum elapso termino in d. edicto concesso se transtulit ad aliam Diocęsim ibi manendi maiore parte anni ad huc tenetur denũciare, secus vero si tempore publicationis non erat intra d. territorium Iudicis publicantis, qui pro illo tunc erat subditus, & tenebatur parere ita Saijr. de Censur. lib. 1. c. 7. n. 19. Lazzarius De monit. sect. 4. c. 17 num 2. Bonacin. De Censur. disp. 1. q. 1. punct. 11. n. 6.

61 Decimo aduertant quod in ead. causa in qua sunt Denunciatores possunt etiam esse testes, quia ad hunc procedendi modum non requitur tam exacta Probatio, cum non procedatur ad integram punitionem vt supra diximus in n.40 sed ad mitiorem ita Sanch. d. lib. 6. cap. 2. dub. 13. Immo si est omni exceptione maior facit semiplenam probationem ita contra Caietanum idem Sanch. cui adde Reginald. in Prax. for. penitent. lib. 24. n. 50. vers. cæterum & Diana p. 7. tract. 3. resol. 47.

62 Vndecimo aduertant quod crimen quod probari non potest, non tenentur denunciare quia tunc habetur quasi si nesciretur c. sacerdos de pęnit. dist. 6. ca. qualiter & quando de accusat. Suar. tom. 1 disput. 20. n. 11. Marc'Anton. Genuens. Prax. Neapol. c. 18. nu. 5. Saijr. de Censur. lib. 1. c. 9. n. 34. Bonacin. diuers. tom. 1. disp. 6. punct. 1 §. 4. n. 4. Alter. de Censur. lib. 3. disp. 1. c. 8. sol. 5. Clau. reg. lib. 12. c. 14. n. 33. & alij communiter.

63 Amplia licet iurauerint se esse denunciaturos, vel sciret a personis leuibus qui nõ sunt fide digni, nam semper intelligitur tantum oriri obligatio denunciandi quando probari potest, aliter temeraria est d. Denunciatio exponendo se manifesto periculo Infamię c. plerunque 2. q. 7. c. si tantum, & c. placuit 6. q. 2. S. Antonin. p. 3. tit. 9. c. 9. & Reginald. lib. 24. sect. 6. n. 50. Barbos. p. 3. alleg. 96. n. 66.

64 Limita in tribus casibus. Primo quando non præcipitur denunciatio sed testificatio, tunc enim tenemur testificari, & coram Iudice legitime interogante deponere de delicto, licet etiam delinquens esset emendatus. Secundo quando pręcipitur denunciari delictum respiciens fidẽ, & religionem; in huiusmodi enim casibus quia grauiores sunt vni etiam creditur testi. & Tertio quando crimen vergit in detrimentum graue Communitatis ita DD. per Bonacin. diuers. disp. 6. p. 1. §. 4. n. 5. vbi etiam dicit quod in Denunciationibus impedimenti ad matrimonium non est necessaria probatio, sed sufficit vnus testis, &c. pręterea de sponsalibus, & notant etiam Gutier. canon. qq. lib. 1. 1 a n. 28. Raijnaud. de monit. eccl. s. p. 1. c. 3. q. 3. Marc'Ant. Genuẽs. Prax. Neap. c. 2. n. 1. vers. 3.

65 Tandem aduertant aliquos casus in quibus ex vi Monitorij non tenentur reuelare ea quę ibi notantur in causis Ciuilibus vbi de rebus pertinentibus ad hęreditatis vel lites reuelandis agitur quæ licet non faciant ad rem nostram

ſtram ſed potius ad forum pænitentiæ attamẽ non ingratum Lectori putabo ſi veluti in cõpendio ea adnotabo & ſunt ſequentes. Primo ſi ipſi rem ipſam detinent quamuis in monitorio caueretur, vt Reus ſe patefaceret, quia nemo ſe infamare debet.c.quis aliquando de pænit. diſt.1. Naldan ſum. v.excommunicatio num.8.Vgolin.de pot.Epiſc.cap.45 §4. nu.1. Marc.Anton.Gen.Prax.neapol.cap.2.num.1. Raynaud.de monit.Eccl.p.1.cap.3.quæſt.10. & ſeq.

66 Secundo non tenentur reuelare ſcripturas quæ priuatæ ſunt, cum illæ in Iudiciis fidem non faciant *Bonacin*.de Cenſur.diſp.2.q.6.p.1. nu 32. vel dd. denunciatoribus damnum inferre poſſunt vel eius parentibus & conſanguineis, cum nullus contra ſe illas edere cogatur cap. 1. de probat.& intellige tam de Principali quam de eius procuratore & Aduocato vide DD. citatos per Barboſ. part.3. alleg.96. num.50.

67 Tertio non tenentur reuelare quando ſunt Creditores,& retinent res pro ſuo credito,vel in compenſationem, & in hoc caſu nec tenentur alii reuelare hoc ſcientes,ſed oportet quod creditum ſit certum, & non in dubio, niſi rationabiliter dictum dubium deponant. ita Leſſ.de Iuſt.lib.2.cap.12.d.10.num.6.Nauarr. cap.25.num.46.Bonacin.diuerſ.diſp.6.punct. 1.n.30.§1.& §.6 n.1.Dian.p.3.reſ.10.tract.5. Molin.de Iuſt.tract.2.diſp.692.

68 Quarto non tenentur denunciare impotentes ad reſtituendum qui & commode hoc facere non poſſunt ſine probabili bonorum ſuorum damno niſi creditor ſit in ead. neceſſitate Marcell a Vulpe cap.2. num.12. Raynaud. d. part. 1. cap. 2. quæſt. 3. *Barboſ*. vbi ſupra num.79.

69 Amplia etiam de iis qui rem habent,& ſunt creditores anteriores, vel qui rite rem præſcripſerunt; vel qui rem ſuam ab aliquo propria authoritate ſine tanto ſcandalo accepiſſet; nam Iudex ſolum intendit obligare eos qui nõ poſſunt retinere dd.res niſi cum defectu, & Iniuſtitia.ita Dian.p.3. tract.5. reſol.10. & Cancer. var. reſol. tom. 2 cap. 10. num. 39.& Raynaud. de monit.Eccleſ. p.1.cap.2. quæſt.6.7. & 10.

70 Intellige idem eſſe de eo qui bona fide rem alienam pretio numerato emit a Latrone non ſperata refuſione pretij; qui enim a Latrone bona fide emit poteſt contractum reſcindere, & pretium ſuum quod aliter perderet recuperare, quando Dominus nollet illud dare ita Nau.cap. 7 num.12. Rebell. de Oblig.Iuſt. p.prima lib. 2. quæſt. 9. num. 3. & 6.& Barboſ.d.alleg.96.num.83 cum aliis per eum. Bonacina de Contract.vbi ſupra.

71 Quoad ea vero quæ pertinent ad Iudices in concedendis dd. monitoriis ſunt aduertenda ea quæ ſequuntur & primo quod dentur in ſubſidium, & quando alio modo veritas haberi non poteſt per teſtes, vel per inſtrumenta Sot.lib.4.ſent. diſt. 22. q 1.art.2. Neuiſan. in Silu.nupt. lib.3. num.48. Aloyſ. Ricc.deciſ.4. Cur.Neap.p.1.deciſ.219 p. 4. deciſ. 301. & & reſol.235.n.vlt. in ſecunda edictione & alii per Barboſ.n.14.

72 Secundo quod concedantur illis quorum intereſt & non aliis,licet intereſſe non ſit clarũ ſed ſperatur in euentu litis. quæ vertitur corã Iudice Laico, & timor eſt, vt bona lapidentur Riccius reſol. 236. num. 4. in ſecunda edictione & in prima deciſ. 172 Lazzar. de Monitor. ſect. 1. quæſt 9. num.3. & Barboſ. numero 24

73 Tertio quod non concedantur pro qualibet re parua,ſed ſecundum ſtilum romanum ſaltẽ attingat ſummam quinquaginta aureorum,& eſt exprimẽda res,& valor,niſi fiant pro Eccleſiis,locis piis & Communitatibus. Riccius reſol.238.in fine Marc.Anton.Gen. Prax. Neap. cap 1.num.5. Vgolin.de off. Epiſc.cap.45.§.3. nu.1.& adeſt reformatio Concil. Triden. ſeſſ. 25. cap. 3. & habetur in Bulla Pii V. referta a *Barboſ*. de poteſt. epiſc. part. 3. alleg. 96. num 3.

74 Quarto quod non concedantur ſi poſſunt eſſe infamatoria alicuius particularis perſonæ & ideo non ſolent concedi, niſi in cauſa ciuili; quamuis ſpectata ſola rei natura non fore illicitum etiam in Criminali eam poſſe concedi ita Raynaud. De monit. Eccleſ. p.1.c.1. quæſt.6. & 8. Riccius.reſol.242.in ſecunda edict. n.4. Campanil.in diuerſ. Iur.canon.rubr.11. c.15. n. 14.& 120.

75 Quinto quod licet poſſit concedi tum ante ceptam litem,quam,ea pendente dum probationem terminus non labitur etiam in lite pẽdente in Rota Romana ante inhibitionem ordinariam intimatam vt dicunt DD. per *Barboſ*.relati n. 58. attamen contra habentem pro ſe

se rem iudicatam concedi non debent, & si sūt concessa, debent reuocari ita Marc. Anton. var. resolut. lib. 1. resol. vlt. casu 75. vers. secundo cum alijs per eum allegatis & sequitur Barb. num. 31.

76 Aduerte tandem quod per hoc non compelluntur testes deponere cum Iuramento, nisi in monitorijs hoc expresse præcipiatur ita de praxi testatur nouissime Raynaud. de monit. Eccles. p. 1. c. 3. q. 15. qui & alios citat præsertim Barbos. vbi supr. n. 34.

77 Aduerte secundo quod Iudex ecclesiasticus siue sit episcopus, siue eius Vicarius, siue Vicarius Capitularis qui omnes possunt dd. monitoria concedere iuxta communionem opinionem Doctorum, semper debent habere præ oculis Concilium Tridentinum & iuxta eius decretum se gerere, & hæc monitoria an concedere nisi causa nature & diligenter examinata vt in praxi multa tradit Quarant. summa Bullar. verb. excomm. ad finem reuelat. ver. pro tutiori, licet non sit imposita ibi forma sed tantum instructio, a qua tamen non est recedendum Campanil. d. c. 15. n. 90.

78 Aduerte quarto quod ille cui delegatur a Papa vigore litterarum monitorialium potestas excommunicandi, non est mere executor sed potius delegatus, vt potest ex verbis apponi solitis in dd. literis, & notantur a Quaranta v. excommunicatio ad finem reuelation. in princ. & ideo potest etiam absoluere eum qui vigore earum in excommunic. inciderit postquam paruerit & ita fuisse resolutum dicit nouissime Raynaud. de Monitor. eccles. d. p. 1. c. 4. qu. 1. vers. sic episcopus & notat Barbosa num. 42. ex Marc. Anton. variar. resol. lib. 1. resol. vlt. cas. 37.

79 Aduerte quarto monitiones pro excommunicationibus ferend. posse concedi, & publicari quolibet die etiam festiuitatis de Precepto immo & solemnioribus quando causæ cognitio non est necessaria Sayr. de Censur. li. 1. cap. 14. nu. 10. Marc. Anton. d. cas. 37. vers. & dum, nullibi enim videtur prohibitum in specie; & in genere non sunt de ijs, quæ cadunt sub nomine Iudicii, cum absque strepitu iudiciali, & etiam absque Citatione, vel alia solemnitate iuris fieri possint, vt notat Barbos. de pot. episc. p. 3. alleg. 96. n. 37.

80 Aduerte quinto quod quando certe scitur non esse reos obtemperaturos monitorijs, & consequenter non reuelaturos, ea monitoria extrahentes peccant mortaliter propter damna quæ scienter inferunt inutiliter animabus prædictorum facit textus in c. ille qui 22. q. & notat Io: Valer. de diff. vtr. for. V. Iuramentum differ. 5. nu. 2.

CAP. XVIII.

Quæ iudici consideranda sunt in Inquisitionem Delictorum.

SVMMARIVM.

1 *Quæ sit notorietas facti.*
2 *Ad probandam notorietatem sufficiunt duo testes.*
3 *Delictum notorium, quando dicatur.*
4 *Quotuplex sit infamia.*
5 *Quæ requirantur ad cognoscendam infamiã facti.*
6 *Infamia quomodo tollatur*
7 *Factum contrarium quot modis colligitur.*
8 *Quotuplex sit notorium & nu. 9.*
10 *An notorium in familia possit dici notorium iuris.*
11 *Quando reus fuit demissus a foro contentioso sub cautela de se repræsentando an dicatur casus publicus.*
12 *Interlocutorie demissus a foro an possit dici publicus.*
13 *Reus qui fecit compensationem cum curia an possit dici publicus.*
14 *Vtrum notorium in vno loco possit dici tale in alio.*
15 *Quid sit mala fama, & quomodo distinguatur ab infamia.*
16 *Quomodo infamia vel mala fama tollatur.*
17 *Quot homines requirantur ad custodiendam malam famam.*
18 *Quæ differentia sit inter publicum notorium, famosum, & manifestum.*
19 *Emendatus si reincidit quomodo dicatur adhuc manifestus.*
20 *Mala fama orta ab hominibus infimæ sortis*
21 *Notorium quomodo potest fieri occultum.*
22 *Quid sint indicia, & coniectura, & quid semiplena probatio 23.*
24 *Delicta sunt in triplici differentia.*
25 *Quæ delicta dicantur contra bonum commune & nu. 26.*

27 *Vt delictum dicatur notorium infamia facti satis est videri in argumentis.*
28 *Populus per quot personas constituatur.*
29 *Inquisitio delicti fit ex officio & absque querela.*
30 *Inquisitio delicti duplex est.*
31 *Quomodo in cosciencia sit a Iudice procedendum in facienda Inquisitione.*
32 *Modus procedendi per Inquisitionem extenditur ad omnia delicta.*
33 *Vbi pœna non applicatur ibi etiam cessat omnis Inquisitio & n.34.*
35 *Ad faciendum Inquisitionem an necesse sit præcedat infamia.*
36 *Iudices non possunt cogere subditos ad manifestanda delicta occulta & n.37.*
38 *An sufficiat quod infamia sit apud subditos licet non apud Iudicem*
39 *An Iudex teneatur in cosciencia admonere subditos ne reuelent occulta*
40 *Quomodo se gerere debent Interogati circa occulta.*
41 *Iudex post factum potest procedere contra occultum si fuit iam detectus*
42 *Ad Inquisitionem specialem est necessaria infamia & n.43.*
44 *Iudex qui scit duos tantum esse conscios delicti non potest procedere contra Reum ex officio.*
45 *Si reperiatur in generali inquisitione aliquem deliquisse, tunc potest contra ipsum procedere cum speciali Inquisitione.*
46 *Confessio facta in Iudicio quando facit notorium.*
47 *Vtrum sit obseruanda Praxis contraria circa supradicta.*
48 *In delictis quæ vergunt in pernitiem Reipub. an possit Iudex inquirere ex officio absque vlla præcedente infamia.*
49 *Quotiescumque Iudici denunciatur crimen committendum potest ex officio procedere absque alia præcedente infamia, & quomodo.*
50 *In locis, in quibus per statuta Iudex Laicus tenetur inquirere ad denunciam Fiscalis ad id deputati, potest procedere absque alia infamia.*
51 *Quid dicendum de Iudice Ecclesiastico in supradictis, maxime quando debet procedere contra Clericos & n.52.*
53 *Indicia & semiplena probatio non æquiualent infamiæ.*
54 *Differentia in supradictis quoad Iudicem Laicum, & Ecclesiasticum.*
55 *Quomodo procedatur in Inquisitione mixta, & quomodo in Praxi n.56.*
57 *Euidentia Criminis locum habet Accusatoris.*
58 *An semper requiratur infamia cum proceditur contra particularem.*
59 *Testes non tenentur manifestare reum quando factum est notorium & ipse occultus.*
60 *Bonum commune præfertur priuato, & spirituale omni alio.*
61 *Suspicio publica supplet vicem infamiæ.*
62 *Iudex ad vitandum errorem potest procedere absque infamia præcedente.*
63 *Iudex inquirens non debet detegere delictum alijs quibus non est necesse.*
64 *In delictis annexis potest inquiri de alio etiam sine infamia.*
65 *Piratæ, & Nautæ sunt suspecti de Iure.*
66 *In Inquisitione pœna debet esse mitior secundum ius canonicum.*
67 *Quæ aduertenda sunt Iudici ad procedendũ in Practica.*
68 *Excusatio Auctoris.*
69 *Solum generatim potest inquiri de Auctore occulto si delictum est occultum.*
70 *Iudex in procedendo primo capiat informationes, & quomodo.*
71 *Testes ad probandam infamiam debent esse duo.*
72 *Processus in quo facit probatum delictum absque informatione de infamia non valet.*
73 *Quomodo potest suppleri de infamia.*
74 *Querela instituta Iudex potest de plano procedere contra querelantem.*
75 *Denunciatio quando succedit loco diffamationis.*
76 *Iudex quomodo potest procedere contra reum in delictis vbi agitur ciuiliter.*
77 *Iudex quando possit constituere fiscalem loco accusatoris.*
78 *Quomodo peccatum committat Iudex non seruando supradicta.*
79 *Iudex teneatur de restitutionem non seruando eadem supradicta.*
80 *Iudex an possit vti teste, vel alio iniuste facto contra reum.*

1 AD congnoscendum quando possit Iudex recte procedere & tuta conscientia per Inquisitionē contra delinquentes principaliter notandum est, quid sit notorietas; quid infamia, & quid mala fama, & Notorietas nihil aliud est quam quædam plena rei notitia inducens indubitatam, & finitam probationem discussione non egentem ca. vtinam de Cohabit. Cleric. c. cum olim. 24. de verbor. signific. Iul. Clar. lib. 5 §. fin. quæst. 9. Mascard. de Probat. concl. 1101. Comitol. resp. moral. lib. 1. quæst. 57 Graff. decis. aur. p. 1. lib. 1. c. 13. n. 41. & seq. Alter. de relig. discipl. tuend. lib. 1. c 5. §. 2. num. 6. Boss. de tripl. Iubil. priuil. sect. 1. cas 10. §. 1. num. 26 in fine, Ideo quod aliquid notorium dicatur oportet quod pluribus Ciuitatis, seu loci illius manifectum sit vt notatur ex text. in c. cum dilectus vers. dicitur. de purgat. Canon. c. quam Lotharius, ibi oculis omnium, cap. de manifestis ibi, plurimis. & c. vlt. 2. q. 1. Archid. in d. cap. 1. Anton. de Butr. tr. De notor. art. 1. nu. 3. Menoch. de Arbitr. cas. 198. n. 8. Mascard. concl. 1106. n. 4. & 16. Farin.
2 q. 21. n. 41. seqq. † Ad probandam vero istā notorietatem sufficit testimonium duorum testiū legitime deponentium arg text. in c. tam litteris 33. in princ. de test. b. & in l 2. & ibi glos. verb. doceri C. de bon. poss. contr. tab. & in ca. Dominus & ibi gloss. penult. in vers. sed pone q. 1 Capra. in tract. de Notor. membr. 6 nu. 7. cum seqq G. mez. to. 3. var. c. 1. n. 44. in prin. & alii per Farinacc. d. q. 21. n. 109.
3 Hinc nota quod tunc dicitur delictum notorium quando in Iudicio confessum est, nam tunc iudicatur omnibus, vel saltem multis esse manifestum, sicuti etiam dici potest de omnibus aliis quæ in actis Iudicij constant ita Menoch. de Arbitr. cons. 100. num. 6. & cons. 166. num. 6. Mascard. concl. 1101. num. 13. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 142. num. 9. & alij multi per Barbos. de potest. episc. par. 2. alleg. 39. num. 13. seqq. nisi sit facta confessio metu tormentorum Mascard. con. 1107. nu. 29. Abb. in cap. dudum col. 2. de electione Dec. in cap. cum insinuatione num. 22. de appellat. Limita in sentent. contumaciali, vel quæ non transiuit in iudicatum, vel quæ lata est ex præsumptiuis, vel pœna estraordinaria Seraphin decis. 376. nu. 8. Molin. tom. 3. disp. 333. §. quod vero. Et vide quæ a me dicta sunt infra nu. 8. & seqq.
4 Infamia vero quæ eadem est quod bonę famæ priuatio, duplex est alia Iuris, alia facti, Iuris dicitur illa, quando ipso Iure Canonico, vel ciuili imponitur pæna infamiæ, vt sunt Vsurarij, Histriones, Apostatę & similes l. 1. ff. de ijs qui notātur Infamia c. infames 6. q. 1. Filliuc. tract. 19. num. 204. seq. Auil. de Censur. par. 7. cap. 11. dub. 5. concl. 1. Azzor. Instit. moral. lib. 6. part. 2. c. 7. quæst. 3. Henriq in summ. lib. 14. cap. 5. §. 4. in Comment. litter. T. & late Tambur. de Iure Abbat. disp. 26. quæst. 15. num 1. & nouissime Ricciulus de pers. extr. grem. eccl. Facti autem est cum quis notatur de aliquo crimine Felin. in cap. testimonium de testibus Henriq. vbi supra § 3. Viuald. Append. ad Candelab. aur. c. 10. num. 4. Vgolin. de Irregular. cap. 60. num. 4 late Sanch. cons.
5 mor. lib. 6. cap 3. dub. 4 † Vbi ponit quatuor conditiones ad hoc vt possit cognosci an sit infamia facti, quos maxime aduertere rogo pro deffensione eorum conscientiæ Iudices maxime Ecclesiasticos primo vt sit opinio communis secundo vt ab istis pluribus voce manifestetur tertio vt Infamia sit apud bonos & graues viros & quarto vt oriatur ex suspicione probabili, non autem ex visu, vel auditu nam tunc non est infamia sed notorietas vide etiam summistas in V. fama, & a d. Sanch. citatos.
6 Et nota quod istæ famæ tolluntur, partim a Principe vt est infamia iuris & tenēt Panorm. in cap. cum te de sent. & re Iud. c. Silu. verb. infamia quæst. 4. Angel. num 4. Sanch. d. lib. 6. cap. 3. dub. 5. num. 19. Henriq. d. § 4. prope Molfes. summ. tract. 6. cap. 8. num. 32. Sforr. Odd. de in integr. restit. p. 2. quæst. 92. art. 4. & 5. & partim ex contrario facto vt est Infamia facti & sic quod hominum oblocutione processit, a contrario eorum dicto tollatur Abb. in cap. cum te num. 9. De sent. & re iudic. Campanil. in diuers. Iur. canon. rubr. 11. c. 18. n. 5. prope finem Sigism. a Bonon. de elect. dub. 7. n. 7. Sanch. d. c. 3. dub. 5. nu. vlt. cum alijs per eum quibus adde Nald. V. infamia num. 1. qui & addit tertiam s. infamiam Canonicam, sed hęc confunditur cum illa Iuris secundum praxim Iudicij; nam infamia Canonica est illa per quam quis ex decreto canonum damnatus est vt dicit Sanch. d. dub. 4. num. 1. circa finem in lib 6. ca. 4. cons. moral.
7 Cōtrarium autem factum multis modis colligitur Primo si confessus est sacerdoti, & hoc

quando crimen est occultum Masc de Prob. conclus.600.n.10. secund.si post peccatum operatur bonum idem Mascard.loco cit.n.15. preterquam in peccato Periurii cuius emendatio non tollit Infamiam ita Viuius tom. 2. comm.opin.lib.4.tit.10.nu.133. vers.imo dic Rebuff.de reprob.test.n.399. Tertio episcopi dispensatione tollitur infamia facti,etiam si fit indirecte vt si scilicet criminosus promoueretur ab episcopo ad ordines,vel ad beneficium per text. in c.veniens. De fil.presb. Villadieg. De Irregular.qu 1. vers. Item irregularis Ledesm.2.4.q.26.art.2. Tub. V.Infamia num.6. Nauar.c.27.n.109.Vgolin.d.c 6 § 3.num.3. Auil.de Censur.p.5 disp 4.dub.6 Bonacin. De Censur.disp.7.q.5.punct 1.num.6. vers. tertio Sanch. d.c.3. dub.6.n. 36. Ex facto enim eius inducitur dispensatio realis nam consensus, & facto elicitur & verbis; immo potius facta quam verba exprimant voluntatem dd. per Barbos.de pot.episc.part.3. alleg.96. numero 37.

8 Notorium vero dupliciter accipi potest Iuris,& facti. Notorium Iuris est quando constat vel Confessione Rei spontanea in Iudicio facta vel per sentētiā deffinitiuam c. fin. & ibi gloss.verb.per sentiam & DD. commun. De Cohabit. cleric.Masc.V.notorium conf.1107. per totum Nauarr.c.25.nu.73.Seraf.decis.73. n.2.nisi sit contumacialis, & cetera vt supra dictum est.n.3. Facti vero quod publicum est euidentia facti ita vt nulla tergiuersatione celari possit Innoc.in c. sicut De Cohab. Cleric. Seraph.decis.376.nu. 2. & est quando fit coram decem personas ita de comm. Nau.c.25. n.72.Sanch.op.mor.d.lib 6.ca.3.dub.3. nu 9.

9 † Sed hoc melius consideratur iuxta qualitates locorum vnde Rome factum coram decem viros non censetur notorium ita Suar. de Cens.disp.9.sect.2.n.11.Auila eo.part.2 ca.6. disp.2.dub.4.Bonacin.de Cens.disp.2.quest.2 punct.1 §.1.nu.5. & de excomm. tom.1.disp. 1.q 3.p.1.§.1. num.3.cart.mihi 437. Laijman De Iniust.les.famae lib.3.c.3. n.8.9. porro & nouissime Io.Carol.Thesaur.de pen.eccles. p. 1.cap,21.vers.dicendum secundo.

10 An vero notorium in familia seu in domo possit dici notorium Iuris,& respondeo negatiue,nam est notorium per accidens quia familia non est publica vniuersitas ita Graff. De Casib.reseruat. lib.1. cap.10. numero 18. Filliuc.tom.2.tract.32.nu.233. Molin. tract.4 disp.31.n.3. Less.de iust.lib.2.cap. 11. numero 75. Coninch.disput.14.dub. 2. numero 11. Menoch. De Arbitr.lib. 2.cent. 2.cas.116 n.7.

11 Quaeres modo vtrum si delictum sit deductum ad forum contentiosum, & Reus fuerit demisus sub Cautione de se representando casus dicatur publicus. Et respondeo affirmatiue ex eorūdē DD. opinione teste Garzia de Benef.p.7.c.11.n.47. & Thesauro loco citato ca. 21.nam cautio de se repraesentando adhuc retinet eum diffamatum,& nō absolutum; secus autem si esset interlocutionē dimissus ab obseruatione Iudicij reseruato vlteriori processiue super nouis indicijs, dummodo delictum non fuerit semiplene probatum,nam tunc Rei fama remanet adhuc grauata ita Suarez De Censur.disp.41.sect 2.n.6.Sanch. de Matrim. lib.8. dis.34.nu.57.& est communis aliorum.

12 † Et hoc multo magis procedit quando ad d. sententiam interlocutoriam Absolutionis effluxisset biennium absque nouis indicijs,nam tūc cēsetur omnino absolutus;immo& a Iudice debet absolui,& hoc procedit etiam in foro Ecclesie dummodo vt d. est fama eius non remanserit grauata Clar.§.fin.quest.51. vers.alia etiam.

13 Sed quid dicendum est si Reus fecit compositionem cū Curia, & obtinuit absolutionē cum admixtione gratiae, vel fuit punitus paena extraord.& sunt variae opiniones De stilo Curiae Romanae est vt dicatur notorius, quia adhuc remanet grauatus cum d.compositio, vel paena extraordinaria non absoluat sed condemnet Reum de delicto ita Sanchez in Decalog.lib.2.c.11.n.21.& Gonz.vbi supra, & Sacra Congregatio teste P.Antonio Carolo Thesauro nouissime in tract.de paen.Eccles. d.p. 1 cap.21.

14 Iterum quaeres Vtrum publicum vel notorium in vno loco cēseatur tale in alio, & Resp. negatiue quoad effectus vnde poterit absoluere, & dispensare in ijs quae in occultis potest Ordinarius, quia occultus adhuc censetur, ita tenent Auila,& Sanchez citati a d.Thes.d. ca. 21 qui etiam addit cum Suar.de paen.disp.30 sect.2.n.2.quod de stilo Sacrae Penitentiariae contrarium est tenendum in illa, & ita obseruatur in Praxi.

15 Mala fama vero est fere idem quod Infamia facti, & distinguntur a Bonacin.tom.2. disput.

disput. 10. q. 2. punct. 5. n. 5. a clamorosa insinuatione quæ vt dicit ille ē vox totius populi, vel publicus rumor de tali crimine extra iudicium; sed quia hæc a multis non distinguitur ab infamia vt dicit Sot. membr. 2. q. 6. dub. 3. & alij per Sanch. consil. moral. lib. 6 c. 3. dub. 5. nu. 10 ideo dico quod mala fama est quidam status læsæ dignitatis vita, & moribus comprobatus ita quod ille dicitur habere malū famā qui apud populum generaliter tenetur pro homine malo scandaloso. Vide Sanch. vbi supra n. 1. post Guazzin. Patrem meum tom. 2. deff. 28. c. 1. n. 18. Et sic distinguitur ab infamia quia illa potest oriri ab vno delicto, & in vno particulari tantum; hæc vero proprie oritur a tota vita vnius ita vt possit dici homo malæ famæ idest malæ vitæ; & hæc tollitur per bonam famam maxime in specie deductam; nam bona fama in specie præfertur malę famæ in genere probatæ a fisco, & è contra Mars. in l. de minore §. plurimum n. 100. ff. de quæst. & consi. 44. n. 20. *Bursatt.* consi. 15 3. n. 7. vol. 1. *Baiard.* q. 6. n. 87. qui & alios allegat.

16 Item mala fama tollitur quando infamatus per triennium laudabiliter vixerit, & a criminibus se abstinuit; tunc enim aufertur omne indicium quod sit solitus delinquere. Pater meus d. c. 1. n. 20. & seqq. cui adde Mascard. De probat. concl. 222. n. 12. & 22. vol. 1. & 465. n. 10. et alibi et Barb. de pot. ep. p. 2 alleg. 43. n. 23

17 Quot homines vero requirantur ad constituendum malam famam. Diuersæ sunt opiniones ego dico quod ex loci, personæ, & delicti qualitate debet considerari, vt dicit Sāch. vbi supra nu. 7. Nam infamia nil aliud est nisi rumor vel vox multorum secundum qualitatem locorum vt supra etiam dictum est ita Bonacin. tom. 2. disp. 10. q. 2. punct. 5. n. 4. Mala fama vero est rumor communis populi ex probabilibus coniecturis ortus *Sanch.* consil. mor. lib. 6. c. 4. dub. 3. num. 12. Vide etiam quæ dixi infra n. 28.

18 Quæritur modo quæ nam differentia sit inter publicum, notorium famosum, manifestum, & occultum. Et Resp. quod publicum, & notorium idem est, & contingit ita vocari quando vel per actum iuridicum vel per facti euidentiam notum est tunc enim dici potest tam publicum quam notorium: quod si etiā fama publica proclamatum est cum famoso ita Nauar. c. 18. n. 40. vbi dicit Publicum dici vel per notorietatem, vel per famam. Manifestum vero tripliciter sumitur primo vt idem sit cum notorio 2. illud dici manifestum quod facile probari potest per multos, sed non per tantos vt est notorium 3. modo vt est commune vtriq. ita Tabien. V. manifestum in pr. per text. in ca. vestra & ibi gloss. verb. notoriū De Cohabit. Cler. Vide etiam nouissime Thesaur. p. 2. Verb. Vsura c. 7. vers. manifestus au-
19 tem: † qui etiam addit quod si quis fuerit manifestus in crimine & postea emendatus; si denuo reincidit etiam quod sit occulte, tamen ad huc dicitur diffamatus ex sacra Rota decis. 202. n. 1. apud Farinacc. de Collect. de Cōtract. & delict. cum comm. occultum vero dicitur quod non potest probari per testes idoneos vel licet possit probari tamen non laborat infamia: vel non est notorium facti, vel Iuris, & distinguitur contra notorium ita Sot. De secret. membr. 2. q. 6. dub. 6. qui etiam dicit quod occultum primi & secundi modi ecclesia tollerat, non vero tertii quia sicut notorium debet statim puniri, ita quod infamia laborat debet inquiri ad puniendum. Hanc diuisionem docent multi DD. apud Sanch. d. dub. 3. n. 15. & de Matrim. lib. 2. disp. 37. nu. 11. Datur etiam alia diuisio scilicet quod illud est occultum quod ex sua natura probabile non est, vel si probabile est tamen ex accidenti probari non potest, & 3. quod si probari potest tamen a tam paucis quod neque est Vulgare ita Steph. Daluin. de Potest. episc. 26. n. 3 Azzor. p. 1. lib. 8. ca. 10 q. 9. Molin. de Iust. tr. 3. disp. 79. n. 8. vers. 2. Giuant. Verb. Absolutio n. 11. Reginald. lib. 30. tract. 2. n. 10. Bonacin. de Censur. disp. 1. q 3. punct. 2. n. 1. cum aliis per cum Suar. tom. 4. disp 30. sect. 2. n. 2.

20 Nota vero quod vox discolurū & hominū infimæ sortis non efficit legitimam in iudicio infamiam cum hæc possit induci, prout de facto inducitur, absque sufficientibus indiciis, & coniecturis. Sait. in Clau. Reg. lib. 12. c. 10. n. 12 Reginald. lib. 24. n. 40. Auila de Censur. p. 2. disp. 4. dub. 2. Sanch. de Matr. disp. 46. n. 16. q. est idem quod dicit in opusc. moral. 6. dub. 4. n. 2. quib. adde cum eo Greg. Lopez. vers. [illegible] Caiet. 2. 2. q. 69. art. 1. S. Ant. p. 3. t. 9. c. 7. §. 4. ex textu in c. qualiter, & quando de Accus. & ibi etiā glossa verb. ad [illegible] q. [illegible] in Claui Reg. l. 12. c. 10. n. 13. seq. Reginald. [illegible] 4. n. 40. seqq. Bass. Verb. iudicium publicum n. 4.

21 Item nota quod notorium potest fieri occultum morte illorum quibus erat notorium ita Cordub. membr. 1. q. 1. vers. item nota & Sanch. vbi supra n. 16.

22 Secundo notandum est quid sint indicia, & & coniecturæ, & quid semiplena Probatio. Et indicia & coniecturæ sunt quædam signa, & circumstantiæ, ex quibus rationabiliter iudicatur de actionibus aliorum, & sunt in triplici differentia, alia sunt leuia, alia grauia, & alia indubitata, leuia sunt quæ & remota dicuntur & ista sufficiunt ad capiendum reum ne fugiat grauia quæ & proxima, & mediata dicuntur & hæc sufficiunt ad examinandum reum; Indubitata quæ faciunt, vt animus non possit persuaderi ad credendum contrarium, & hæc sufficiunt ad torturam, & ad deferendum Iuramentum, quod est veluti quædam tortura, cum mentem non pessimam vrgeat ad veritatem dicendam non minus quam tortura ita Pater meus deff. 30. cap. 30. & 33. & cap. 15. num. 1. cui adde Bonacin. tom. 2. disp. 10. q. 2. punct. 5. n. 5 vers. Indicia Azzor. par. 3. lib. 13. cap. 18. & cap. 26. seq. Clau. reg. lib. 12. cap. 10. num. 13. Reginald. d. lib. 24. num. 42. Less. de Iustit. lib. 2. cap. 29. dub. 17. Filliuc. tom. 2. tractat. 40. c. 6. quæst. 13. n. 195. seq. & *Bassæum* Flor. tot. Theol V. Iudicium n. 4.

23 Semiplena vero probatio est dictum vnius testis de vita, vel alio modo omni exceptione maiori legitime cum Iuramento deponentis, sicuti ostendit Tuschus tom. 8. concl. 233. & docet Less. lib. 2. c. 29. dubitat. 16. nu. 93. vers. sextus Filliuc. d. tract. 40. cap. 6. num. 196. Bonacin. d. num. 5. post Guazzin. Patrem meum deffens. 33. cap. 14. num. 5. vers. qui duo & de communi testatur cum alijs quibus adde nouissime P. Basseum flor. tot. Theolog. v. Iudicium publicum n. 5.

24 Tertio notandum est Delicta esse in triplici differentia, alia dicuntur minora, alia grauiora, & alia enormia; enormia sunt illa quæ non solum respectu aliorum sunt grauissima, sed etiam propter effectum, pænę, quia etiam post peractam pænitentiam remanet aliqua infamia iuris, vel grauis pæna ecclesiastica, vt est simonia, Homicidium voluntarium, & simile, Grauiora vero sunt quando propter secretum, quia occulta sunt, non inducunt post pænitentiam effectum, pænæ vt sunt furtum, Adulterium, fraus, & simile Minora vero sunt quæ aut secreta aut notoria sint, non inducunt tamen talem effectum vt Ebrietas, Venatio in Clerico, & simile ita S. Antonin. p. 3. tit. 28. c. 6. §. 7. Sanch. cons. moral. lib. 6 cap. 3. dub. 1. nu. 1. ex textu in cap. minora dist. 5. cap. si quis enormis 1. q 7 cap. 1. de Consecrat. dist. 1. c. quæsitum de tempor. ordin. & c. tanto de Simon.

25 Quę vero dicantur contra bonum commune, sunt illa delicta quæ directe, & immediate tendunt ad damnum totius vniuersitatis ita vt habeāt illud pro obiecto proximo vt sunt hæresis proditio Ciuitatis Crimen læsæ maiestatis, Falsificatio monetarū, Cōspiratio in Principem latrones publici & similes vt tradit Sotus vbi supra q. 4. conclus. 3 quibus delictis Salon. 2 2. qu. 33. art. 2. col. 15 9. addit etiam peccatum Blasphemię, & subornationis pro indigno ad electionem; & Mirand quæst. 6. art. 6. conclus. 1. ponit etiam fornicationem religiosorū & Peccatum nefandum licet contrarium teneat Rodrig. cap. 3 num. 4. ad finem & generaliter dicas illa esse contra bonum commune quæ diffamata possunt communi nocere, vel nocere, vel sunt directe cōtra bonum Reipublicæ, vt est conspiratio mortis illius personę quę valde vtilis est reipublicæ ita Io: Valer. de diff. vtr. for. V. Inquisitio nu 5.

26 Et hæc delicta dicuntur publica, non respectu delictorum secretorum, & occultorū, sed respectu priuatorum quasi sint in perniciem publicam; & etiam quia ex iure criminali & ciuili quilibet potest hæc crimina accusare, ideo ex sensum & nomen delicti publici ita Nauarr. lib. 2. de restit. cap. 4. num. 198. Sot. de secret. membr 2 quæst. 4. dub. 1. post 3. conclus. & lib. 5. de Iustit. quæst. 5. art. 2. vers. at vero Gom. tract. 3. var. cap. 1. num. 1. 4. & 9.

27 Tandem duo hic aduertenda sunt primo quod vt aliquid dicatur notorium infamia facti non est necesse vt in seipso videatur, sed satis est videri in argumentis, & testimonijs, quæ ex se euidenter delictum demonstrant, sunt enim multa delicta quæ numquam in se euidenter, cum in conspectu hominum non committantur, vt sunt peccata luxuriæ, & furta quandoque, sic etiam non solum ex scientia hominum, sed etiam loci ac temporis qualitate potest dici notorium facti, quæ omnia discretus Iudex poterit animaduertere Silu. v. notorium qu. 1. Panormit. in c. vestra de Cohabit.

bit. Cleric. num. 14 & 16. Sanch. loco citato num 4. & 5.

28 Secundo quod Populus nō constituitur minus quam per decem personas vnde vbi non sunt decem non potest oriri facti infamia in Vicinia, immò etiam vbi sunt plures decem non constituitur hæc infamia per scientiam paucorum quam sex Nau. cap. 27. num. 250. notab. 10. Ledesm. 24. q. 26. art. 2 Silu. verb. notorium q. 4. & alij summistæ eo verbo citati per Sanchez op. mor. lib 6. cap. 3. dub. 3. nu. 10. seq. Gomez tract. 3. var. cap. 1. n. 44. cum multis alijs per Farinacc. q. 21. nu. 109. contrauertētibus quinam personarum numerus exigatur ad faciendam hāc notorietatem. Tertio quod licet allegentur circumstantiæ notorium delictum excusantes non per hoc notorium offuscatur quominus super eo probari debeât, quãuis illas allegans ad probandum debet admitti. Ant. in c. vtinam de Cohab. Cleric. Capr. de notor. membr. 4. nu. 59 & 69. & alii per Barbos. de pot. ep. p. 3. alii 106. n. 23.

29 His n tabilibus præmissis dico quod procedere per Inquisitionem idem est quod inuestigare occultum delictum malefactoris, aut sit idem delictum occultum, aut sit ipse delinquens occultus & differt ab accusatione, ac denunciatione quia Inquisitio fit ex officio absq; querela ad effectum puniendi, vel impediendi delictum & potest fieri tam a Iudice sæculari quam ecclesiastico, nam omnibus Iudicibus commissa est facultas inquirendi, & potentiam impediendi mala Nauarr. cap. inter verba coroll. 62. n. 66.

30 Et hæ inquisitio duplex est alia generalis, & alia specialis; Generalis est illa, per quam Iudices inquirunt peccata in genere, an s. sint delinquentes in loco suę Iurisdictionis, vel an cōmittantur delicta absque alia alicu us personę denominatione, specialis vero est illa, per quā Iudices inquirunt peccata particularia cōmissa vel committenda, & licet alij adiungant tertiā s. generalissimam, hanc tamen Sanch. vbi sup. dub. 16. restringit ad generalem, & illam quæ dicitur mixta, ad specialem, ita tenent etiam Panormit. in c. qualiter il 2. de accusat. Sot. de secret. memb. 2. q 6. S. Antonin. p. 3. tit. 9. cap. 6. & summistæ in Verb. Inquisitio 1. Bonacin. a vero tom. 2. disp. 10. quæst. 2. punct. 5. n. 9 cum Iul. Clar. Farinaccio & alijs dicit dari tertiā mixtā quæ est in duplici differentia s. specialis erga delinquentem & generalis erga delictum, & alia specialis erga delictum, et generalis erga delinquentem vt si inquireretur an Petrus deliquit contra præcepta synodalia, & hæc est mixta in prima differentia; & an furtum fuit commissum in Communitate, & est mixta in secunda differentia, ita etiam tenent Less. de Iustit. tit. de Iud. lib. 2. cap. 29 dubit. 13. num. 107. & sequitur Filliuс tom. 2. tract. 40. cap. 7. nu. 191. seq. & Bassæus V. Iudicium publicum num. 3.

31 Queres modo quomodo debeat procedere Iudex in conscientia in istis Inquisitionibus & primo respondeo tria esse aduertenda. Primo non debere illas inquisitiones inchoare ex se sed debere præcedere aliquam diffamationem seu suspicionem; secundo si non sit querela nec denunciatio debere prius constare de Crimine commisso; & Tertio inquirere generaliter de Auctore illius delicti, & habito iudicio vocare eum vt se deffendat: inde instituenda inquisitio specialis ita Iul. Clar. q. 5. n. 4. citatus a Lessio d. lib. 2. cap. 29. dubit. 13. nu. 136. seqq. & respondet obiectionibus, & sequitur Filliuc. vbi sup. n. 192.

32 Secundo respondeo quod iste modus procedendi ex officio, & per inquisitionem se extendit ad omnia delicta ex dispositione iuris canonici per tradita ab Archid. in ca. felicis §. vlt. De pæn. in 6. & sequitur Less. loco citato n. 166. & ex consuetudine idem seruatur etiam in foro ciuili vt docet Iul. Clar. lib. 5. §. Pratica q. 3. & alij comm.

33 Limita in ijs quibus factum non est punibile, nam vbi pæna non applicatur, ibi cessat etiā delictorum accusatio, vel Inquisitio, unde exceptio delicti non punibilis est omnino impeditiua litis ingressus & facit corruere inquisitionem ita Guazzin. Pater meus diff. 2. cap. 1. ubi etiam dicit quod delictum non punibile est, uel quando est præscriptum spacio 20 annorū exceptis delictis hæresis, sodomię, Lesę maiestatis, Parricidii, Partus suppositi, assassinii & aliorum delictorum enormium, uel quando fuit occisus fur nocturnus pro deffensione rei uel personę & alia multa per eum cui addo Filliuccius tract. 29 cap. 3. quæst. 6. n. 45. & alios per Bonac. de Contract. disp. 2. q. ult. punct. 10. num. 1. seq.

34 Intellige tamen hoc dictum quando Iudex uult inquirere ad solam punitionem, & in foro

fori

fori secus vero quando vult inquirere ad emendationem & in foro conscientiæ tunc sẽper potest; nam etiam post centum annos de iure Canonico potest cognosci de crimine, & numquam præscribitur ita Card. Tusch. tom. 6. concl 571. n. 15. Thesaur. dec. 208. n. 1. & Iul. Clar. §. fin. q. 51. per totum.

35 Tertio respondeo quod ad faciendam Inquisitionem generalem non est necesse quod præcedat aliqua infamia per DD. comm. ex c. Roman §. fine de Cons. in 6. & c. pernitiosam de off. ordinat. Ratio est quia talis inquisitio necessaria est ad purgandam Rempublicam, & mores hominum reformandos, & per eam nemini fit iniuria, cum de nemine in particulari inquiratur ita D. Thom. 2. 2. qu. 69. art. 2. Clau. reg. lib. 12. c. 10. Azzor. p. 3. lib. 12. cap 26 Less. loco citato n. 108. quem sequitur Filliuc. d. tract 40. cap. 6. num. 181. quibus adde Reginald. lib. 25. nu. 647. cart. mihi 461 qui & alias adducit rationes, & eum sequitur cum aliis ibi allegatis Bonacina tom. 2. disp. 10. q. 2. punc. 5. n. 7. & Baiseus V Iudicium n. 6.

36 Et hic aduertant Iudices pro defensione eorum conscientiæ quod non per hoc possunt cogere subditos, vt manifestent delinquentes omnino occultos; nam peccant contra Iustitiã sicuti & subditi interogati, si respondent; Proximi enim fama seruanda est sub præcepto Iustitiæ; & quando delictum est occultum proximus habet ius ad famam, saltem quoad punitionem vt colligitur ex d. c. qualiter & quãdo de Accusat. & est doct. D. Thomæ 2. 2. q. 69. art. 2. & ibi Caietan. quem sequuntur Less. num. 109. Filliuc. n. 182. & Bonacin. n. 9. in locis citatis etiam si præcesserit Iuramentum ita Less. num. 116. & nisi malum aliquod speciale vel temporale immineat ex opere malo alterius, vel nisi inquiratur ad emendationem personæ Filliuc. n. 182. & ego supra dixi cap. præcedenti.

37 Sed obiicies? Ad quid facienda est ista Inquisitio, dũ non potest delinquens manifestari & respondeo quod fit ad detegendos illos, qui apud superiorem forsitan pro illo tunc sunt occulti, sed apud alios sunt manifesti, & etiam ad capienda indicia, quibus captis potest postea inquirere de reo ita Filliuc. d. tract. 40. c. 7. num. 186.

38 Ideo dico quod quando apud subditos est aliquod Indicium, vel præcessit aliqua infamia licet non apud Iudicem potest tam Iudex quærere, quam subditi detegere, & sic Iudex potest obligare subditos, vt reuelent eos, vt ex communi DD opinione docet Lessius vbi supra num. 118. Quando autem est delictum omnino occultum, licet non possit inquirere in particulari de Petro, & Paulo potest inquirere quis illud fecerit, sic n. nulli fit iniuria, & Iudex satisfacit officio suo vt dicunt prefati DD. cum Azzorio lib. 13. cap. 16. & alijs apud eum.

39 Quæres modo vtrum Iudex sit obligatus admonere subditos, dum eos interrogat, vel inquirit, ne reuelent eos, quos sciunt non præcedere aliquam Infamiam vel notorietatem & respondeo cum nouissimis DD. negatiue quia tunc Iudex vtitur iure suo, & ideo an est obligatus ad faciendum aliam admonitionem, debet enim & potest præsupponere, quod illi nõ sint tales detegendi; immo sic admonendo, induceret de facili ipsum iudicem suspectum in fauorem rei, & posset oriri scandalum in populo ita Less. n. 115. Filliuc. n. 188. vers. respondeo & Bonacin. n. 8. vers. hinc sequitur sufficit enim in conscientia quod non intendat manifestare occultos.

40 Et nota quod si fit interogatio a Iudice an alicubi sint delicta tunc subditi debent tantũ manifestare ea, quæ occulta non sunt, & tantũ illa quarum authores laborant Infamia; non est enim superior legitimus Iudex eorum quæ sunt occulta ita Doctores supracitati; nisi fieret ad emendationem & abilitatem delinquentis vt supra dictum est; & nisi hæc manifestatio esset necessaria ab bonum publicum, vel Religionis Clau. reg. lib. 12. cap. 10. nu. 13. Simanch. de Instit. mor. tit. 44. num. 9. Sanch. opusc. mor. lib. 6. cap. 3. dub. 19. num. 15. seq. Bonacin. de Cens. disp. 2. q. 6. punct. 1 Less. lib. 2. cap. 29. dubit. 73. Filliuc. num. 182. in fine & Sot. de secret membr. 2. q. 6. concl. 3. cas. 5.

41 Vtrum vero in conscientia possit Iudex procedere contra diffamatum iniustè a subditis in interogationibus quando s. detectus delinquens omnino occultus? Et respondeo affirmatiue nam, ista detectio non est Iudici volũtaria, quia illam non intendit, nec tenetur eam officio suo fungẽs ab bonum commune & publicum quod semper præfertur priuato ita ex Nau Rubr. de Iudic. n 87. Filliuccius vbi supra n. 188. vers. respondeo secundo.

42 Quar-

42 Quarto principaliter respondeo quod ad faciendam specialem Inquisitionem cõtra delictum, & personam specialem debet semper procedere infamia vel mala fama est communis DD. opinio ex doctrina S. Thomæ 2.2. qu. 67. art. 2. & habetur ex c. si quis 23. q. 4 vt notant Azzor. vbi sup. c. 26. dub. 1. Clau. reg. lib. 12. c. 10. Reginald. lib. 25. n. 640. Filliuc. tra. 40. cap. 6. num. 190. & Bonacin. tom. 2. disput. 10. quæst. 2. punct. 5. num. 10. cum alijs per eum quibus addo Io. Valer. de differ. vtr. for. v. Inquisitio.

43 Ratio duplex est quia sic præscribitur a iure, vt est text. in cap. inquisitiones §. tertio, & c. cum oporteat de accusat. d. c. qualiter & quando eo tit. c. licet de Sin. & alibi & fundatur in euang. cap. 16. Lucæ & in Genes. cap. 18. & notant speculat. tit. de Inquisit. §. 1. & late Cened. p. 1. collect. 101. nu. 7 pag. mihi 256. & secundo ratione quia vt supra diximus numquam Iudex potest procedere sine accusatore saltem virtuali per text. in leg. 2. §. si ex publico & ibi gloss. comm. recepta ff. de adulter. vt testatur Iul. Clar. quæst. 5. nu. 3. †

44 Vnde Iudex qui scit crimen commissum, & duos vel tres tantum conscios esse illius, non potest per viam Inquisitionis procedere, quia nondum præcessit infamia contra illum particularem delinquentẽ ita Nauarr. cap. 18. num. 38. Sot. lib. 5. de Iust. quæst. 6. art. 2. Valent. 2. 2. dispu. 4. quæst. 14. punct. 1. & de comm. testatur Clar. quæst. 20. num. 3.

45 Limita quando Iudex in generali Inquisitione comperit aliquem particularem deliquisse tunc potest procedere ad specialem inquisitionem absque alia diffamation vt supra dictum est, nam procedit solum quando vult de facto specialiter inquirere tunc enim non potest sine diffamatione precedente ita Bonacin. vbi supra nu. 15. vers. quintus quando, & de de comm. testatur Nauarr. corol. 61. n 648. & docet Sotus de secr. mẽbr. 2. q. 6. concl. 3. cas. 5. qui dicit quod in generali inquisitione si reperitur Prælatus flagitiosus potest priuari officio propter periculum regiminis.

46 Limita secundo quando quis confessus fuit occultum crimen in iudicio, quamuis illud coram paucis sit confessus .s. Notorio & iudice, nam tunc illa Confessio facit notorium, & sufficit ad specialem inquisitionem; vel quãdo committitur delictum coram iudice; vel quã do deprehenditur in discursu Processus vt si v. g. detegatur falsa accusatio, vel falsum instrumentũ & simile vt DD. supracitati cũ Bonacina versic. tertius est quando quibus addo Sanchez conf. mor. lib. 6. cap. 3. dub. 19. num. 3. seqq. S. Anton. p. 3. tit. 9. cap. 7. §. 3. Nauarr. d. corollar. 61. num. 671. Sot. vero vbi supra cas. vlt. dicit solum intelligi debere quando dd. delicta sunt tertio nociua; & hanc dicit esse probabiliorem vide Sanch. vbi supra num. 19.

47 Sed quæres vtrum Praxis contraria fere per totum mundum introducta vt dicunt Abb. Innoc. Bart. Clarus & alij possit obseruari in conscientia & absque peccato? Et respõdeo affirmatiue Praxis enim & consuetudo quę non est contra ius naturale & diuinum vel cõtra bonos mores potest derogare iuri positiuo præsertim videntibus & scientibus Pontifice & episcopis c. fin. de consuetud. & hæc nõ est nec cõtra bonos mores nec cõtra ius naturale & diuinum, immo rationabiliter introducta ne facilius venia incentiuum præbeat delinquendi c. est iniusta 23. q. 4. Vnde multis in locis præsertim Italię ex solis indicijs proceditur contra homicidam & formatur contra illum processus licet aliquando non adsit nisi vnus testis, etiam non idoneus, qui non facit infamiam, nam propter bonum commune quod est ne delicta maneant impunita potest permitti infamia particularis personæ Vide Filliuc. d. tractat. 40. cap. 7. num. 191. qui & alias rationes affere & sequitur Bonacin. cum alijs per eum citatis vbi supra num 12. sed in specie est gloss. singul. in Extrauag. 1. de præbend. §. pen. verb. inquirere quæ est Io: Papæ 22. est etiam gloss. quam sequitur Innocent. in c. bonæ 2. num 5. de elect. notat Bart. in l. 2. §. si pupillo num 17. de adulter. sequitur Iul. Clar. d. q. 5 nu. 4. & post eos Malder. in 2. 2. S. Thom. tract. 6 c. dubit. 9. & alij citati a Dian. part. 2. tract. 15. resolut. 63. contra Caietanum quibus adde tradita ab egid. Basseo in Flor. tot. Theolog. v. iudicium publicum n. 8.

48 Verum pro maiori securitate conscientiæ dico quod in Delictis quæ vergunt in perniciem Reipublicæ, & in quibus non est necessaria monitio ante denunciationem vt supra dictum est; potest Iudex licite & absq; scrupulo conscientiæ inquirere nulla etiam expectata

infamia, quia tunc agitur de maiori damno & periculo quam sit fama proximi, & est communis opinio & ab omnibus receptissima vt testatur Io. Valer. de differ. vtr. for. verb. inquisitio n. 5.

49 Secundo dico quod quotiescunque Iudici denunciatur crimen committendum vt v. g. parari a Titio insidias ad occidendum Caiū; vel si inueniat falsum testem, vt etiam supra dictum est, aut falsam scripturam in Iudicio productam fuisse propter quam potest euenire damnum in causa innocenti; vel tutorem infideliter agere rem pupilli; & alia similia; potest ex officio procedere absque alia præcedēte infamia, & Informationes recipere: & constito etiam semiplene de negocio poterit ad vlteriora procedere & maxime dum non speratur alio modo posse succurrere quia in dd. casibus melior est conditio iniuriam patientis quam inferentis: & hæc est etiam opinio receptissima vt testatur Miran. de ordin. Iud. q. 6. art. 9. concl. 4. & q. 11. art. 3. concl. 2.

50 Tertio dico quod in locis in quibus per statuta Iudex tenetur inquirere de Crimine ad Denunciam Fiscalis, vel alterius ad id deputati potest licite recipere Informationes, licet nulla sit infamia: ita de comm. pratica testatur Iul. Clar. q. 7. per totum & licet n. 1. in fine & 7. dicat idem seruandum esse in alijs denūciationibus factis per tertiam personam etiam non deputatam; attamen in foro conscientiæ alii non admittunt vt notat Valer. d. V. Inquisitio n. 14. in d. cas. iuxta dicta in n. 48. supra. Quod idem dicendum est de aliis Denunciationibus factis per Fiscales Iudicum Inferiorū quas recipere dd. Iudices non tenentur dummodo non sint de Criminibus exceptuatis, & solummodo faciant ad puniendum delictum iam perpetratū per notata a Soto vbi supra in 3. & 5. casu, & in tract. de Iust. lib. 5. q. 6. art. 2. ante respons. ad arg. & a Miran. q. 6. art. 6. concl. 4. citatus ab eod. Valer. d. n. 14. different. vnica quibus adde Zambell. Verb. Iudex. numero 25. qui citat Less. vbi supra dubit. 15. numero 116. & vide quæ dixi infra vers. octauus.

51 Sed hic aduertant Iudices ecclesiastici qui nullo modo debent admittere denunciationes fiscalium nisi præcedat Infamia in Denunciatione, contenta, & de delinquente, & de causa prius ipsi Vicario generali episcopi constet, nisi sit de Criminibus exceptuatis, aut de persona alias infami, vel ita vili vt nihil perdat; alias peccant mortaliter, & tenentur ad famæ restitutionem ita Sot. vbi supra cas. 3. & 5. Gōdis. de Pax Pract. tom. 1. p. 5. c. 2. n. 7. qui dicit ita esse de mente concilii Compostellani, & Cōcilij Toletani, quē refert et sequitur Mirād. de ord. Iud. d. q. 6. art. 6. concl. 4. & q. 12. art. 1.

52 cōclus. 5. † Vnde non sint tam faciles dd. ecclesiastici ad inquirendum maxime contra Clericos sicut & seculares quia in personis ecclesiasticis plus nocet scandalum quam castigatio iuuet, & plus scandalizet infamia quam pæna ædificet vt exclamat Less. de Iust. lib. 2. ca. . dub. . . n. 140. cart. mihi 291. omnino videndus cui addo Nald. Verb. delictum nu. 7. cum Nauarr. Rub. Re iudic. n. 56. Væ igitur iudicibus si quando auaritia ducti ad beneplacitum officialium & multoties etiam ipsorum satellitum oculos claudit, & nihil de infamia subditorum curantes pro qualibet denunciatione ad inquisitiones carcerationes, & punitiones currunt.

53 Et nota quod indicia, & semiplena probatio non æquiualent malæ famæ, seu infamiæ nam licet indicia, & duo vel tres testes adsint in generali inquisitione; nihilominus non potest descendi ad specialem inquisitionem: & in hoc aduertant iudices, nam multi decipiuntur non distinguentes inquisitionem ab Accusatione, in qua indicia vrgentia, & semiplena probatio æquiualet famæ: & hoc facit ius Canonicum, quia non vult bonam famam tolli sine graui necessitate, & cogente bono communi, vel damno tertii, & sic iudex facit id quasi coactus & inuitus ita Rodrig. de ord. Iud. c. 3. n. 3. in Conclus. p. cum aliis quos allegat Io. Valer. d. Verb. Inquisitio n. 13. Vnde si duo rixentur & alter nocte sit vulneratus lethaliter: vel si quis ignotus inueniatur a marito cum Vxore, & fugam ceperit: vel Clericus perpetrauerit aliquod delictum Iudex ecclesiasticus quia hæc delicta non sunt in damnum publicum nec expectatur præiudicium tertii potest inquirere de delicto non vt descendat ad specialem inquisitionem; etiamsi ex infamationibus resultent indicia, vel semiplena probatio, vt sciatur auctor si est occultus: sed solum ad hoc, vt corrigat paternaliter, vel vt dd. diffamationes seruet ad tempus, quo aucthor fuerit diffamatus ita

Sua.

Silu.Verb.inquisitio quæstione 3.Sot. libro 5. De iust.quæst 6.artic.2. vers. quinta relatus à Cened. collectan.201.parte 2. numero 7. in
54 fine. † Si vero est Iudex Laicus,& sæcularis poterit ad vlteriora procedere ad euitandum scandalum, si indicia sunt legitima; testes tamen non tenentur, nec debent manifestare occultum delinquentem ita Nauarr. in Rubr.de Iudic.numero 87. Zimbell. Resolutor.Cas.consc.Verb.Iudex numero 35. Et licet videatur idem esse dicendum de ecclesiastico Iudice quam de Laico, cum idem scandalum tam in vno quam in alio cognoscatur vrgere; attamen est multa differentia nam Laicus procedit solum vt Iudex; Ecclesiasticus vero etiam vt pater, & consequenter non solum ad punitionem, sed etiam ad correctionem; & etiam respectu subditorum, quia Ecclesiasticus diffamatus maximum damnum affert tam sibi, quam alijs quod non est tantū in Laico vt bene notat Fr. Areual. De Correct.frat.concl.6.fol.mihi 203.
55 Quinto principaliter respondeo quod ad constituendam Inquisitionem mixtam quando scilicet vel persona, vel delictum specialiter inquiritur, modus procedendi est, quod quando proceditur contra personam specialem licet delictum sit generale requiritur infamia, vel semiplena probatio, aut saltem indicia manifesta; neque enim si inueniatur occisum cadauer in agro licitum est Iudici inquirere contra Petrū si nulla sit infamia vt dicit Reginald.Prax.For.pęnit.lib.25. nume-
56 ro 652.in fine † Si vero proceditur contra delictum speciale, & quęritur delinquens in communi, tunc non requiritur neque infamia, neque semiplena probatio, quia tunc nulli fit iniuria in particulari: & ita seruatur in Praxi vt testatur Bonacina vbi supra numero 13. in ratione ab eo allata in primo loco: & tradit Less.latissime cum multis rationibus & auctoritatibus numero 132 loco citato quibus addo Sanch.cons.moral.lib.6.cap.3.dub.20.nu-
57 mero 2.qui dicit eam esse rationem † quia euidentia patrati criminis locum habet accusatoris, & dum est accusator potest procedi absque infamia: & ipse etiam testatur de consuetudine communi, & citat Cordubam. in Summ.quæst.62.paulo post princ. & membr. 2.q.6.super conclus.1.dub.4.ita etiam tradunt Nauarr.lib.2. De Restit.cap.4.num.159. & seqq. Molin.tom.3.tract.3.disput.47.articol.2. contr.7.Bannes ibid.quæst.70.art.1.dub.2.Re-
58 ginald.d.lib.25.numero.651 † qui etiam dicit quod licet a principio possit fieri ista inquisitio sine pręuia infamia, vel accusatione, tamen cum ventum fuerit ad certam personam in progressu inquisitionis adhoc vt procedatur aduersus eum requiritur præuia infamia, aut manifesta indicia, aut semiplena probatio cart.mihi 463.sect.3.in fine cui adde Nauarr.capit.18 numero 38. Clau.Reg. libr. 12 capit.20. Less.libr.2.capit. 29. dub.15. numero 132.Molin.tomo 4.tract.3.disp.47.numero 2.& P. Bass Flor.tot. Theolog. V. Iudicium publicum num.9.
59 Amplia hoc procedere etiam in testibus, qui quando est factum notorium, & delinquens occultus non tenentur manifestare dictum delinquentem nisi prius precesserit d. infamia, vel semiconuictus sit ex eisdem rationibus supradd. nam testis in eadem ratione conuenit in Iudicio cum Iudice, & actore Sotus lib.5. De Iust.quæst.6 articol. 2.post conclus.5.Caietan.2.2.quæstion.69. artic.2.vers. sed occurrit Silu. V. Inquisitio quæstione.3. dict.1 & V. Correctio quæst.8.Tab.V.Accusatio numero 14.& Sanchez consilio moral. d.libro 6. capitolo 3. dubbio 36. numero 2.
60 Limita eodem modo quo supra in alijs casibus & Primo quando inquisitio necessaria est ad impediendum malum futurum, præsertim spirituale, vel publicum, vel priuatum, vt est in Hæresi, Apostasia, læsæ maiestatis & simile, quia bonum commune præfertur priuato, & Spirituale omni alie famæ, vel honoris: & semper melior est condicio innocentis Valent 2.2.disp.5.q.11 punct.3.Nauar. Rub. de iudic.num.92.Auiles par.2. cap. 5. disp. 4. dub.3.
61 Et nota quod suspicio publica supplet vicē infamiæ Salon.& Bannes 2.2.quæst.69. artic. 2.Aragon. 2.2 quæst.68.articol.1.Azzor.p.3 lib.13.cap.17.& 25.dub.3 Less.lib.2.cap. 29. dubbio 19.& Filliucc.tract. 40.cap. 7. num. 143.
62 Limita secundo quando proceditur non ad punitionem nec intenditur condemnatio, vel pæna inquisiti, sed euitatio erroris vel dāni vt est v. g. quando inquiritur persona ne indignus assumatur ad ordines, vel ne confir-

metur ad Beneficium, vel ne inhabiles contrahant cum impedimentis ad matrimonium & simile, tunc potest procedi per inquisitionem etiam absque infamia per text. in cap. sed in multis & cap. cum dilectus de elect. cap. fin. de Clandest. sponf. docet Sot. de secret. mẽbr. 2. q. 6 concl. 3. cas. 1. Silu. v. Inquisitio 1. qu 4. dist. 3. & 2. q. 5. Sanch. lib. 6. de matrim. disput. 27. num. 7. vers. nec obstat & in Conf. moral. cum alijs per eum allegatis lib. 6. cap. 3. dub. 19. num. 2. quibus addo Salon. 2 2. quæst. 68. art. 1. controu. 4. & alij per Bonacin. de Contract. disp. 2. quæst. 4. punct. 8. ea ratione quia licitum est peccatum alterius iusta de causa manifestare, quatenus illa causa id postulet, & in hoc casu etiam non est proprie Iudex sed distributor vt notat P. Egid. Bassæus Flor. tot. Theol. V. Iudex n. 9.

63 Aduertat vero Iudex inquirens quod non detegat defectum delinquentis alijs quibus necesse non est detegere, quia consulendum est famæ proximi quantum possibile est; & licet interogati solum illos defectus detegere possunt quibus alter redditur indignus, ita etiam inquirens non potest hos defectus detegere nisi ijs quibus opus est ita Bonacin. to. 2. disp. 10. q. 2. punct. 5. n. 15. vers. secundus est circa finem.

64 Limita Tertio quando delicta sunt adeo annexa, vt vnum sit indicium alterius, & non potest perfecte inquiri de vno sine alio, vt si quis sit infamatus de homicidio & inueniatur cadauer spoliatum; secus vero est quando est omnium vnum disiunctum ab alio; tunc enim cognitio incidens criminis occulti non dat ius inquirendi ita Sot. vbi supra cas. 4. quem sequitur Sanchez d. lib. 6. capit. 3. dub. 19. num. 10. sed Nauarra dicit quod possit etiam de disperatis excutere, & inquirere, & hoc videtur magis in Praxi obseruari vt de comm. dicit Sanchez num. 11. eodem loco; licet probabilior & tutior sit contraria opinio & conformior Iuri naturali & Canonico, cui ego magis pro defensione conscientiæ adhæreo:

65 Limita Quarto in seruis Domus si inueniretur in ea occisus Dominus; & in nautis nauis quæ submers est quia hi sunt suspecti de iure vt dicit text. in l. in principio §. occisorum ff. ad Silan. & leg. quoties libro 11. C. de Naufrag. cum Nau. coroll. 62. nu. 667.

66 Aduerte tamen quod quando proceditur via Inquisitionis secundum Ius Canonicũ pęna moderanda est, & non est puniendus delinquens certo rigore penæ quia solum est vindicta publica, & non satisfactio priuata; exceptis delictis ob quæ incurritur irregularitas, vel priuatio Beneficij; vt est simonia, homicidium & simile; vel quando crimina sunt notoria & reus fatetur crimen; secus est de Iure Ciuili per text. in cap. inquisitionis de accusat. S. Antonin. part. 3. tit. 9. capitulo septimo §. 6. Gomez tom. 3. variar. resolut. capitulo primo num. 5. Sot. Silu. & alii per Sanchez dub. 40. per totum.

67 Tandẽ aduertenda sũt pro Praxi omnia prædicta veluti in Compendio redacta a Less. de Iustit. libro 2. cap. 29. dubitat. 19. & referta postea ad verbum a Filliuccio tom. 2. tract. 40. cap. 7. numer. 143. ad effectum vt Iudices maxime sæculares cognoscant facilius quomodo

68 debeant procedere ad inquirendum † Et licet videar transcribere alienos labores sciat benignus lector quod maiorem inuenio laborem in transcribendo alienos quam scribendo proprios attamen existimo melius esse quod ab aliis pręsertim Classicis DD. inuenio dottrinaliter & tutè in conscientia resolutum, adducere quam propriam & peregrinam afferre opinionem, maxime his nostris temporibus in quibus ex quantitate & qualitate scriptorum non videtur posse amplius addi nisi cum aliquo periculo temeritatis; & satis esse reputo aliorum opinionem sequi & meæ opinioni apponere quando tractatur in foro conscientię & opinio sit Classicorum doctorum & bonis rationibus fundata. Dicit ergo Lessius cum Filliuccio qui etiam addit Iul. Clar. libro 5. §. Practica criminales quæst. 6. 7. 10. & 16. nisce modis posse aliquem viam Inquisitionis agredi.

69 Primo quando delictum est notorium, & auctor occultus; cum hac tamen conditione quod solum generatim inquirat de d. Auctore quod si auctor est notorius potest procedi etiam specialiter contra eum, dicitur autem notorius si per duos testes probetur vt docet gloss. in c. Deus omnipotens 2. q. 1.

70 Secundo si quod in procedendo primo capiat informationem, an auctor delinquens sit notorius, vel sit infamia de illo, deinde ea habita, si presens sit vocetur, & interogetur

secu i-

secundum solitam consuetudinem Iudiciorum; si fateatur procedat ad punitionem, si neget instituat Inquisitionem specialem: & si absens sit, citetur, & significetur illi de inquisitione facienda contra eum de tali Crimine.

71 Et hic duo adnotanda sunt: vnum quod testes qui probare debent d. infamiam debent esse duo qui testentur se publice audiuisse, vel ita dici passim a multis, nominando etiam a quibus; vt appareat quod habeat ortum a vi-
72 ris probis, eosque non fingere: † Alterum quod si Iudex absque informatione de Infamia, processerit ad d. Inquisitionem specialem Processus valet, & Reus potest condemnari: si tamen presens non exceperit per text. in capit. 1. & 2. De Accusat. in 6. Quod si reus exceperit, & Iudice volente prosequi, appellauerit: non valet processus quia per appellationem Potestas suspenditur.

73 Tertio quod d. infamiæ potest supleri etiã modo sequentibus. Primo si sit comunis suspicio de Auctore, suspicio enim vt supra dixi suplet pro infamia: Secundo si sint indicia probata in iudicio: nam & hæc pariunt Iuris notorietatem, & loco acusatoris habentur. Tertio si adsit semiplena probatio, & Quarto si delictum sit commissum in Iudicio, vel tam delinquens, quam testis sit confessus de d. crimine vel sit obiectum contra illum testem excipiẽdo nam dicta exceptio testis in iudicio de aliquo crimine semiplene probat nisi tamen tormentorum metu, vel ob dententionem Carceris iniustam facta esset d. Confessio, & non fuerit postmodum ratificata iuxta tradita a Salon. De Iust. qu. 68. art. 1 controuers. 2. col. 1309 Mirand. de Ordin. Iudic. q. 6. art. 6. concl. 3. Clar. q. 19.

74 Quarto quando pars offensa querelam instituit, & affert indicia & testes: tunc enim Iudex accepta informatione de plano potest citare reum, & facere inquisitionem specialem
75 † sicuti etiam quando publicus officialis, vel alius denunciant in Iudicio significando indicia & testes quia tunc denunciatio succedit loco diffamationis; vnde si ex dictis informationibus appareat adesse legitima indicia, debebit Iudex formare libellum & ad Vlteriora
76 procedere per viam inquisitionis: † quod & idem dicendum est quando quis intentat ciuilem actionem ad satisfactionem damni orti ex delicto veluti ex incendio vel furto, tam & tunc potest Iudex procedere contra illum tamquam notorium, cum iam tale factum est.

77 Et notat hic d. Less. & sequitur Filliuc. vbi supra quod Iudex quoties potest procedere ex officio potest etiam constituere Fiscalem loco Accusatoris si fiscalis ordinarius non sit constitutus: & Secundo notant quod d. Iudex non potest formare Libellum inquisitionis contra Reum, nisi indicia legitima & sufficiẽtia ad ipsum interogandum non pręcedant si presens sit: & è conuerso non est interogandus nisi sint sufficientia indicia ad inquisitionem contra absentem: Et hæc sunt quæ circa conscientiam dici possunt: quæ vero pertinẽt magis ad Praxim Iudicialem fori externi vide Iulium Clarum: & nouissime Sperellum in decis. fori ecclesiastici.

78 Modo quæro quod nam peccatum committat Iudex ob non seruatum legitimum ordinem in inquirendo, & an teneatur ad restitutionem: Verbi gratia: Si cognitio criminis sit extorta per iniuriam, scilicet incipiendo Inquisitionem absque præcedente infamia, & simili. Et respondeo peccare mortaliter, & teneri ad restitutionem quia facit iniuriam Reo, & agit contra iustitiam ad quam ipse ex officio tenetur tam in infamando occultum peccatorem, quam in non seruando debitum ordinem iuris ita Sot. De Secret. membr. 2. q. 6. conclus. 1. Nauarr. cap. 24. n. 14. & c. 18. nu. 40. & ibi in Scolijs Valpes. Mirand. De ord. iud. q. 6. art. 4. c. 6. conc. 4. Rodrig. eo. tit. ca. 4. n. 9. & c. 7. n. 1. Salon. de iust. qu. 68. art. 1. controu. 2. col. 1450 vers. ad sextum & q. 69 art. 2. contr 7. Io. Valer. de differ. Vtr. for. Verb. inquisitio differ. 1. n. 2. & 4. ex doctr. S. Th. 2. 2. quæst. 33. art 7. ad quintum qui dicit quod non minus tenentur ad Correctionem fraternam iudices & eorum fiscales, quam subditi; eo quod reuelatio testium super occulta crimina vbi non agitur de damno Reipublicę vel Tertiæ personæ: aut de obsistendo peccato futuro, peccatum est mortale. Vnde etiam Anton. Nald. in Summ. V. delictum n. 7.

79 Limita nisi quando alia via iudice d. Reum damnare potuisset, nam tunc non in re sed in modo iniuria commissa est qui non est adeo iniuriosus vt obliget ad restitutionem cũ iure eidem damnum alia ratione inferri possit ita Sot. de Secret. membr. 3. q. 1. concl. 5. Nau. c. 18.

cap.18.nu.59. Less.lib.2.c.29.dubit.vlt. & Filliuc.vbi sup.nu.199.

80 An vero quando Iudex nouit in Iudicio iniuste aliquid fieri contra reum vel testem possit in conscientia illo vti. Respondeo negatiue, dummodo non habeat aliam viam ad procedendum; nam Iniuriam & ipse faceret reo; & quod a principio iniustum est non potest prosequi sed corrigi debet et annullari ita Caietan. opusc. 17. respons. 5. vers. in secundo Ant. Gomez. tom.3. var. cap.13. num.25. Ledesm. 2. 4. quæst.10. art.3. dub. 2. & alij per Sanchez cons. moral. lib.6. cap.3. dub.39. num. 2.

CAP. XIX.

Quomodo Iudex licite possit carcerare Delinquentem.

1 *Iudex non potest deuenire ad Capturam, nisi realiter constet de delicto.*
2 *An informatio summaria sit de essentia Capturę & n.4.*
3 *Quid sit d. informatio summaria.*
5 *Captura ab initio illicita non fit licita per aliud delictum differens.*
6 *Reus nō potest capturari propria auctoritate.*
7 *Maturius procedendum est ad capturam Clericorum quam sæcularium.*
8 *Quæ summa pecuniæ requiratur ad carcerandum Debitorem.*
9 *Carcerare aliquem iniuste est contra Charitatem.*
10 *Vtrum Iudex sæcularis possit carcerare Clericum, & contra.*
11 *Quæ pęna sit contra carcerentes Clericos vt resignent Beneficia.*
12 *An sufficiat accusatio in supradicta pęna incurrenda.*
13 *Ad incurrendam pęnam excommunicationis sufficit Captura attentata in Clericum.*
14 *An idem dicendum sit de Iudice ecclesiastico.*
15 *Iudex Laicus inueniens Clericum in fraganti crimine quid agere debeat.*
16 *Iudex Laicus quanto temporis spatio potest detinere reum Clericum.*
17 *An possit eum carcerare si inuenit nocte cum armis prohibitis.*
An possit eum spoliare dd. armis.
19 *Episcopus quid agere debet in supradictis.*
20 *Clericus suspectus de fuga an possit carcerari a Laico & n.21.*
22 *Ecclesiasticus Iudex semper potest repetere Clericum a Iudice sæculari.*
23 *An iudex ecclesiasticus possit carcerare laicum.*
24 *Carceres ob quam causam sunt ecclesiasticis assignatę n.25 & 26.*
27 *Inuocatio brachii sæcularis ob quam causam imploratur ab ecclesiasticis. 8.*
29 *Iudices sęculares non possunt impedire executiones quæ fiunt ab ecclesiasticis.*
30 *Denegantes eorum auxilium ecclesiasticis subiacent multis pęnis.*
31 *Omnes parere debent litteris Auditoris cameræ Apostolicæ.*
32 *Quomodo inquisitores fidei procedere debent in capturando reos.*
33 *Item ad capturandum Sollicitantem in confessione, & alios ecclesiasticos n.34.*
35 *Item in casu duplicis matrimonii.*
36 *Reus se offerens Inquisitoribus quas carceres debet habere.*
37 *Carceratus debet statim remmitti ad Inquisitorem si aliquid emanat spectans ad illud Tribunal.*
38 *Inquisitores quomodo debent eorum carceres visitare.*
39 *An debeant concedere confessarium carceratis.*
40 *Arresta carceratorum a quibus fieri debet.*
41 *An possit pro carcere assignari vnus vel alius locus arbitrio Iudicis.*
42 *An tempus carceris debeat computari in tempus assignatum ad exilium.*
43 *Liberatus ab aliqua confraternitate an possit ab ea denuo liberari.*
44 *iniuste carceratus potest ministros eum capientes occidere.*
45 *An possit occidere custodem carceris.*
46 *Iudices sinentes carceratos pati fame, nuditate & simili peccant.*
47 *An sint obligati ad damna carceratorum.*
48 *Qualis debet esse carcer & quomodo visitandus.*
49 *Laudabilis consuetudo Vrbis in visitandis carceribus.*
50 *Carcer datus pro pæna potest esse durior.*
51 *An possit fieri captura die festo.*
52 *Iudex violans mulierem carcerati quæ pæna punien-*

puniendus.

53 *Mares & faminæ non debent reponi simul in Carcere.*

54 *Custodes Carcerum depositarijs æquiparantur.*

55 *Muliere reperta grauida in carcere culpa præsumitur custodis.*

56 *Detinens aliquem in priuata carcere qua pæna puniendus.*

57 *Canonicus, vel beneficiatus carceratus quando possit percipere distributiones & fructus.*

58 *Reus fugiens e carcere quando peccet.*

LAtissime de hac materia loquitur Pater meus in deffens.5. per multa capita, & in def.6.cap.1.per totum ideo pauca, adiungam pertinentia ad forum conscientiæ & ad defensionem animæ Iudicum & Superiorum.

1 Vnde dico primum quod Iudex non potest in foro conscientiæ ad capturam deuenire, nisi vere & realiter constet de del.cto Ideo primũ debet recipere Informationes de ipso del.cto, ne oberret tam in iudicando, quam in diffamando reum ita Anton. Gomez 3. var. cap.9.tit.1.referens plures textus, & auctho ritates & quem sequitur Sanchez cons.moral. lib.6.c.4.dub.6.n.1.

2 Secundo dico quod debet ad d. capturam præcedere etiam vltra cognitionem corporis delicti Informatio ipsius summaria quæ per depositionem testium probari debet, & tunc non est necessaria alia citatio ita d. Gom. & Bernard. Diaz pract. crim. cum Salz. c. 120. littera A Simanch. Instit. Cathol. tit 17. num.1.

3 Greg. Lop. p.7. tit.29. lib.1. † Summaria autem delicti informatio illa dicitur quæ per vnicum testem licet alias inh.bilem, vt est minor, seruus Consanguineus, infamis & efficitur, licet non sufficeret, si tantum deponeret pars offensa; in causa enim propria nemo est idoneus testis l. vnica C. ne quis in sua caus.; nisi diceret in Articulo tunc sufficit eius dictũ ad capturam licet non ad torturam Sanchez loco citato num.3.

4 Aduerte tamen quod in criminibus grauioribus propter quæ grauis sequitur capturati infamia non sufficit summaria informatio, sed oportet quod adsit pr. batio sufficiens ad eam tem Simanc. vbi supra nu.1.& 2. post Patrem meum in d. deffen.5.

5 Aduerte secundo quod si captura a principio fuit illicita, si postea appareat licita propter aliud delictum differens, & omnino alienum a primo, non potest pro illo retineri reus ita Salzed. vbi supra litt. A & citat alios cõtra Lopez & Socinum.

6 Tertio dico quod reus regulariter non potest capi propria auctoritate, nisi Iudex vel alius de mandato eius det aucthoritatẽ cum commissione, nisi sit in fragãti crimine in quo etiam priuatus potest capere dummodo Iudici præsentet intra terminum 20 horarum Sanchez vbi supra num.5.in fine & ego dixi supra.

7 Quarto dico quod maturius procedendum est ad capturandos Clericos, quam sæculares; quia Clerici ex captura grauiter infamantur, nec vnquam in sua pristinæ famæ integritate restituuntur, licet relaxentur; & quia est minus periculum fugæ in Clerico; tum quia facilius potest haberi à suo ordinario maxime si est Beneficiatus; tum etiam quia ob admissa crimina raro pœnam corporalem sustineat ita Silu. verb. Inquisitio 2. q. 12. Diaz vbi supra c. 120. & Salzed. litt. A. cum alijs.

8 Sexto dico quod Romæ nemo potest pro debito carcerari, quod adminus non excedat septem aureos, nisi habent annexam criminalitatem vt per Bullam Pij V. quæ incipit Volumus. Extra Vrbem vero in alijs locis seruandæ sunt Consuetudines, & statuta verum tamen est quod cedens bonis non potest carcerari vllo modo, nam vt dicit Panorm. in c. lator de pignor. non potest quis etiam per pactũ se obligare carceri pro debito renunciando beneficio cessionis bonorum, quia est contra bonos mores; nisi in duobus casibus primo si si alienauit bona in fraudem creditorum l. fin. ff. qui in fraud. tunc etiam quod cedat bonis potest incarcerari causa d. fraudis, & 2. si debitor quando contraxit, sciebat se non posse soluere l. Pen. ff. de iur. dot. & Bart. in l. alia causa ℞ eleganter ff. sol. matr. Fal. v. carcer num.3.

9 Quare sit conclusio quod incarcerare, vel detinere in Carcerare aliquem iniuste est cõtra charitatem; & Iudices sic faciendo peccant mortaliter ratione adducta ex doctrina D. Thom. 2. 2 q. 65. art. 3. scilicet quod in bonis corporis tria in ordine considerantur Primo integritas corporalis substantiæ cui detrimen-

mentum affertur per mutilationem, & occisionem Secundo quies sensus cui opponitur verberando, vel quid aliud faciendo quod sit afflictiuum illius sensus & Tertio motus & vsus membrorum qui impeditur per Carcerationem vnde [illegible]currere aliquem est dānum graue in bonis corporis inferre, & ideo si indebite facta est & carceratio est peccatum mortale & tenetur de damno & iniuria c. penult. 14. q. 5. Tabien. verb. carcer. num. primo cum alijs communiter vide Alter. lib. 5. disput. 22. cap. 4. col. 2. vers. carcerantes Vgolin. in Bull. Cen. cap. 11. vers. capientes nu. 11. & Durand. quæst. 4.

10 Sed modo querendum est vtrum Iudex Laicus possit incarcerare Clericum ex aliqua causa iuxta ea quæ supradiximus de Iudice Laico circa Iurisdictionem indd. Clericos non potest nisi, cum peccato graui, & excommunicatione facit enim ei iniuriam, & est incompetens ita Prax. Archiep. Neap. c. 29. num. 3. ex text. in c. si quis suadente 17. qu. 4. & c. nuper de sent. excom.

11 Quod amplia etiam in casu quo obtinēs temporale dominium capiat virum ecclesiasticum, captumq; retineat donec suum resignet beneficium ex Clement. multorum de pænis, nam tam hoc faciens, quam procurans, incurrunt in excommunicationem. Immo si procurans sit persona ecclesiastica Prælatus quidem incurrit suspensionem triennio a perceptione fructuum suę ecclesiæ, inferior autē eo ipso est priuatus beneficijs iam obtentis, & resignatio taliter extorta nullius est momenti ita notat Ant. Carol. Thesaur. de pæn. Eccle-
12 siast. p. 2. verb. Resignatio c. 3. † & sufficit ad ad hanc irritationem faciendam quod prędicta coactio fuerit procurata etiam a laica parte ita Host. in c. ad aures in princ. de his quę vi. Ruin. conf. 121. nu. 14. vol. 4. Par. s. de resignatio lib. 13. q. 2. nu. 18. Rota decis. 374. num. 2. in nouis.

13 Et nota quod ad incurrendam excommunicationem sufficit captura attētata per manus iniectionem, licet ad hoc vt renūciatio sit nulla, vtque procurantes incurrant alias pęnas, requiritur actus consummatus s. captio, detētio, & ad detentionem facta resignatio Bernard. Diaz in Prax. cap. 1. 7. Suar. de Cens. disp. 31. sect. 5. num. 21. Filliuc. tom. 1. tractat. 17. num. 155.

14 Sed quid dicendum si ille qui Clericum capere faciat sit ecclesiasticus? & respondeo tantummodo Ecclesiasticum Iudicem incurrere in excommunicationem capiendo Clericum, quando carceratio est iniusta, nam tunc fit iniuriosa violentia in ipsum vt bene notat Thesaurus d. c. 2. verb. Resignatio p. 2.

15 Limita in casu quo Iudex Laicus inueniret Clericum in fraganti crimine, & præsumeretur fuga, & a proprio Iudice non posset impetrari mandatum ad capiēdum nam in hoc casu non exerceret propriam Iurisdictionem sed potius alienam ex tacita commissione ecclesiæ quæ in hoc casu præsumitur cuilibet concedere d. licentiam per text. in c. cum non ab hominem de Iud. Pater meus deffens. 5. ca. 9. n. 4. cum alijs per eum quibus adde Peregrin. de Immunitat. cap. 16. num. 3. Anton. Gom. var. tom. 3. cap. 4. nu. 3. Cened. qq. canon q. 4. n. 14. Bonacin. tom. 2. disp. 10. q. 2. punct. 1. §. 1. nu. 10. vers. excipe 1. Nauarr. man. cap. 17. num. 83. Graff. decis. aur. p. 1. lib. 4. cap. 18. num. 152. de exam. eccl. p. 1. tract. 11. cap. 4. q. 4. supposit. 3. Campan. in diuersor. iur rubr. 4. nu. 16. Barbos. Collect. tom. 2. lib. 5. tit. 39. cap. 35. nu. 5. in fine Reginald. li. 19. num. 70. Duard. in Bull. Cen. lib 2. c. 15. q. 11. n. 53.

16 Aduerte tamen quod non per hoc potest detineri per longum tempus in carceribus, sed statim atque fieri potest est suo Iudici remittendus, quod si negligeret esset excommunicatus, nam ita detentio debet esse cum moderamine inculpatæ tutelæ, ad solam enim defensionem permittitur. Castro Palau. tom. 2. disp. 102. punct. 6. num. 14. Carol. de Graff. de effect. [illegible] nu. 5 7. & nu. 188. Campanil. vbi supra nu. 27. Bonacin. d. n. [illegible] vers. 2. nisi Clericus, cum alijs per eum.

17 Limita secundo quando inueniret Clericū nocte cum armis prohibitis vel mutato habito, quia præsumitur esse tamquam in fraganti crimine, vnde potest Iudex immo debet præuidere, & anticipare tumultus & occisiones quibus Cōmunitas perturbari possit ita Sousa in Bull. Cenæ cap. 6. disp. 82. num. 9. Bonn. in 2. 2. quæst. 65. art. 1 dub. 2. concl. 5. Bellett. in disq. Cleric. p. 1. tit. 2. §. 2. num. 37. Lorca de legib. p. 2. tom. 2. disp 25. membr. 4. Megal. p. 3. lib. 3. cap. 1. art. 5. qui licet contrariam opinionem asserat probabilem, attamen hanc probabiliorem dicit.

18 Ad-

18 Aduerte tamen quod in hoc casu non potest cum armis spoliare licet prætextu quod sint prohibitæ, sed tantum quando adest per culū potest tollere pro illo tunc, quoad vsque suo Prælato restituat, sicuti etiam vt statim suo Prælato præsentet ita *S*alas de leg.q.*96*.tract. 14.diff.14.sect.*9*. Castro Palao.tom.1.tract.3. disp.1.punit.14.§.6.n.9.& alij per Dian. resol. mor.p.5.tract.1.resolut.4. & alibi quibus adde Bonacin.in *B*ull.cæn. disput. 1. quæst. 16.

19 pūct.5.n.27.† Vbi summopere approbat diligentiam illorum episcoporum qui solent imponere etiam Birruarijs Laicis, quod quando inueniunt Clericos de nocte armatos ad se deducant,& sic impediunt rixas & legum transgressiones,quod notandum est a Iudicibus ecclesiasticis,notat etiam cum alijs per eum in tr.de præcept. decalog. disp.10. q.2. punct.2. §. primo numero 20. vers.sed mihi displicet.

20 Limita Tertio quando Clericus est suspectus de fuga pro debitis ex rationibus supradd. dummodo quamprimum suo iudici præsentet Decian.lib.4. capitulo *9* numero 10. Alter de *C*ensur. disp 20.capitulo primo col.9. dub.3. in *B*ull.*C*ænæ Fatinac.de Inquisit. quæst.8. nu. 119.& alij.

21 Aduerte tamen quod si d.Clericus afferat sufficientem cautionem, vel pateat aditus ad Iudicem Ecclesiasticum & non sit periculum in mora, non potest, quia tunc non esset detinere a fuga sed incarcerare ad pęnam & sic Iurisd ctionem exercere ita Matt.De Iurisd. p.4. cas.42.Duard.d.can.15.q.11.n.54.in Bullæ *C*ęnæ *B*onacin.tom.2.disp.10.q.2.punct.1.§.1.n. 21.vers.addunt.

22 Et in his omnibus notandum est quod Ecclesiasticus Iudex semper habet potestatem repetendi Clericum a Iudice Laico, qui ad nutum ipsius obligatus est reddere, nisi tamen a lege,vel ab homine nō fuerit priuilegijs clericalibus denudatus per declarationem factam seruatis seruandis iuxta decretum sacræ *C*ongregation.*C*oncil.datum sub die 12.Nouēbr. *1630*.& ab Vrbano VIII. Barberino confirmatum vt testatur *B*arbos. de iure ecclesiast. libro primo capitulo 39.numero 22.in fine,& notant etiam Bonacin.de præcept. decal. disp. 10.quæst.2.punct.1.§ 4.numero 19.& Dian. part. 3. tractat. primo resol. 48. vers. notandum.

23 Secundo principaliter quærendum est vnū iudex ecclesiasticus possit carcerare Laicos tam in delictis criminalibus, quam pro debitis ciuilibus soluendis, & licet quoad Clericos nulla sit difficultas cum iudex ecclesiasticus, prout etiam ecclesiasticus est possit ad hunc affectum pro assecuratione Clericorum vt supradiximus tenere carceres & familiam armatam & docent Roland. cons. 37. per totum lib. quarto Fuscus de visit.libro secundo capitulo 32. numero 16. Matt.de iurisd. p.1. cap.51.numero 10. *B*arbos.de pot. episc. p.3. alleg.109.num.1. & Sperell. decis.4. num.8. seq.attamen quoad Laicos incarcerandos sunt variæ opiniones, ego dico quod quando causa est criminalis,& est procedendum ad punitionem potest & debet etiam Laicos carcerare in causis in quibus contra eos agere potest de iure, in ciuilibus vero procedere debeat iuxta consuetudinem locorum ita Couarr.qq. pract. capitulo primo numero secundo & sequitur Iul.*C*lar lib.5 § fin.qu.37.nu.8. & post eum Auil.de Cens. cap.1. num.12. & Sanchez cons.mor.lib.6.cap.1.dub.4.num.5.& dub.5. num. 1.car. mihi 125. Et ratio est quia potest tam ad speciales, quam ad temporales pænas citra sanguinem procedere,quod vanum esset nisi reos carcerare posset, ita contra alios restantur & bene Marc.Anton. Genuens. Pract. Neapol.capitulo 8. numero 8. & capitulo 13. numero 13.Salzed.ad *B*ernard.Diaz in pract. Crimin.cap 87. vers.pæna vero *C*ard. Tusch. litt.S.concl 6 numero 12. *C*iarlin.controu.forens.capit.15. numero 30 seqq. Sperell.decis. for.eccles.decis.4.num.3.*B*arbos.de iur. eccl. libro primo capitulo 3. numero 164. qui & alios allegat præsertim Guazin.*P*atrem meum deffens.3. capitulo 11. numero 20. in fine.

24† Et Carceres sunt ecclesiasticis assignatæ tum ad custodiam delinquentium,tum ad punitionem eorum vt habetur in capitulo tertio de pæn.pax.in pract.numero 4.capitulo vnic. numero 4.Marta de iurisd.p.2. capit. 29. per totum vbi probat quod iudex Ecclesiasticus in casibus suæ iurisdictionis potest capturare laicos nam cum habet merum imperium habet etiam ius carcerandi Abb.in cap.quoad sedem numero septimo vers.in Ecclesia de offic ordin.et in ca.cum ab Ecclesiarum num. quarto eo August.barbos.de off.& pott.epis.alleg. 107.num.20.

25 Nec obstare videtur quod dicitur potest excommunicare ergo non potest carcerare quia respondetur negando consequentiā nam non per hoc excluditur potestas faciendi exequutionem realem, & personalem eo quia includitur potestas excommunicandi ista enim non impedit illam de iure ita Barbar. cons. 93. tom. 1. n. 20. vers. & ad textus & alij per Barbos. De Iur. eccles. lib. 1. c. 39 n. 65. qui etiam citat Guazzin. Patrem meum defens. 1. cap. 8. n. 28. vers. episcopus de veriori & tuta opinione.

26 Item neque obstat dicere quod potest implorare Brachium sęculare, ergo per se non potest, nam respondetur quod & inquisitores inuocant brachium sæculare, nihilominus carcerare, & punire possunt iuxta Constitut. Vrbani IV. & Innoc. relatas a Penna in Director. Inquisit. ab ignat. Lop. ad Diaz in praxi

27 & a Farinacc. De hæres. † Inuocatio enim brachij sæcularis fit ex duobus causis primo quando est periculū sanguinis, vnde in adulterio quod est mixti fori si imponitur pœna sanguinis, exequutio spectat ad sæcularem: si vero pœna extraordinaria prout hodie obseruatur, vterque procedit Abb. in c. cum sit generale De for. compet. nu. 23. & in c. tuæ n. 6. De procurat. † Et secundo in auxilium quando scilicet dubitat ne Reus fugiat c. 2. De Cleric. excomm. minist. & ibi gloss. & Bald. nu. 3. verb. sufficere non potest *S*alicet. n. 1. notab. 3. Caualcan. De brach. reg. p. 4. n. 266. seqq. Lęl. Iordan. De Roman. sed. orig. c. 8. n. 10. & 43. vers. & quia non est verum quia est vltimum remedium alijs deficiētis complorandū quod intellige iuxta decretum Concil. Trident. sess. 25. c. 3. De reform. Marchesan. De Commiss. p. 1. c. 5. n. 237. Vector. Pract. Rom. Cur. lib. 8. c. vlt. n. 5. vers. epis. Thesaur. for. eccles. c. 9. nu.

29 Marc'Anton. var. resolut. c. 76. n. 6. vers. audeat August. Barbos. De iur. eccles. lib. 1. c. 39 §. 4. n. 72 & seqq. vbi n. 88. testatur de praxi & stilo Sacræ Congreg. cuius consuetudo summopere est attendenda cum illum omnibus mandet obseruandum.

29 Et aduertant hic Principes sęculares ne impediant istas executiones ab ecclesiasticis faciendas tam in personas, quam in bona Laicorum immo adiuuent iuxta dispositionem sacrorum Canonum, & præsertim Concil. Trident. sess. 24. c. 8. De reform. & sess. 25. c. 3. ad finem ibi nefas autem sit & Bullæ in Cæna Domini can. 16 prout notant Io. Franc. Leo. Thes. Fori eccles. cap. 9. nu. 26 vers. decretum vero Conc & alij per Barbos. loco citato nu.

30 92. seq. † Immo denegantes eorum auxilium ecclesiasticis subiacent pęnis quibus possunt a dd. ecclesiasticis compelli iuxta comm. dd. opinionem de qua testatur Cherubin. in Scol. 2 constit. 65. Pii IV. tom 2. Comp. Bullar. qui & alius allegat. cart. 20.

31 Nota hic obiter quod Illustriss. Auditor Cameræ Apostolicæ de Vrbe vigore suorum mandatorum relaxat incarceratos etiam extra Curiam, & in partibus, vnde eius litteris ab omnibus parendum vt ex priuilegio Summi Pontificis vt est in §. 30 *Bullæ* 28. Pauli quinti *B*urghesii quæ incip. eximiæ felicitatis edita anno 1606. pag. 212. Bullarii noui.

32 Tertio principaliter quærendum quomodo Sacri Inquisitores fidei procedere debeant ad Capturam Reorum spectantium ad Sacrā Inquisitionem. & Resp. quod ab eis non proceditur nisi sint sufficientia indicia ad capturam: sic de Praxi Hispaniæ testatur Didacus contra qq. Crim. c. 1. q. 1. n. 10. & de Praxi Italię M. Ant. Genuens. Prax. Arch. Neapol. c. 68. n. 1. Et ratio est quia Carceratio in rebus fidei famam non parum lędit, & hanc summopere defendendam esse exclamant Sacri canones vt supra diximus. quod ego limitarem nisi adesset periculum aliquod imminens, & graue Communitati, & non posset aliter prouideri nisi per capturam nam vt supra dictum est Publicum bonum est præferendum honori priuato.

33 Ex his infertur quod ad capturam Confessarij sollicitantis non potest procedi ex delatione vnius mulieris tantum quamuis honestę sed solum poterit deueniri ad inquisitionem & tunc si inueniatur sacerdos leuis, & malæ vitę poterit carcerari Molfes. in summ. tom. 1 tr. 7. c. 25. n. 39. Aloijs. *Bartol.* de Conf. sollicit. qu. 15. & alij per Dian. moral. resolut. part. 4. tract. 5. resol. 54.

34 Secundo infertur quod Sacerdos vel alia persona ecclesiastica si est suspectus de Heresi non debet ad vnius testis delationem carcerari sed multum considerandæ sunt qualitates testis, & Rei, & secundum illas procedere vt dicit Id. Diana cum alijs per eum in part. 4. tract. 8. resol. 11. & 121. vers. notādum est quę

omnia

omnia perpendenda relinquit Sacris Inquisitor bus Vide Sanc.in Select.d sp.11.nu.45. & Scacc.de Iudic.lib.1.c.44.n.4.seq.

35 Tertio infertur quod in casu duplicis matrimonij, antequam ad Capturam procedatur præcedere debet plena probat o vt scilicet constet Reum esse Polijgamum, & duas vxores habere, & id non solum ex delatione ipsius delinquentis, sed etiam testibus legitimis, & authentica de Libro Parochi vbi adscr bi solent; testes vero satis est quod dicant mulierem pro vxore dicti delinquentis teneri, illamque eum tamquam vxorem domi pertractare ita Dian.p.4 tract.8.resol.4.vers. nota primo. alia circa hanc materiam inuenies.

36 Quarto infertur quod si delinquēs antequā testi ficetur seipsu n inquisitori detulerit non in carcere secreto sed i i peculiari domo recludendus est vt notant Castro Palao.in Sum. to. 1. tract. 4.disp.8.punct.16.§ 8.n.2. & Dian.p. 4.tract.8. Resol.4. vers.nota etiā supradictos.

37 Et hic nota quod carcerati ex alijs causis si in eorum carceratione aliquid emanat spectās ad Sacræ Inquisitionis Tribunal ad illud statim sunt trasmittendi ex Constit. Pij. V. Sanctissimi Pontificis quæ est.pt.in ordin.Bullar. incipiente & negociatio §.3. vt notant Simanch de Cathol. instit.tit.25.n.1.& a Penna Direct.Inquis.p.3.comentar.33.

38 Aduertant tamen Patres, & Iudices d. Sacri Tribunalis carceres sæpius visitare ad effectum ne captiui ita duriter, & aspere tractentur, vt inedia affecti perimantur, nam homicidę essent & irregulares vt notat Homobon.de stat.Hum. vitæ. p.1. tit. de Inqu sitoribus sub n.2.catt.mihi 105.cum alijs per eum.

39 Item Aduertant ex charitatis debito carceratis Confessarios concedere quoties petiuerint ad effectum vt per illos salutaribus monitis adiuuentur, & ad libere dd. sacris Iudic bus fidei delicta confitenda persuadeantur; quare erunt super hoc a dd. Patribus antea quā accedant ad d.Confessionem, instruendi ita Penna p.1.comm.25.Graff.decis.aur.lib.4.c.15.n.26 Homob.de Stat.vbi sup.n.4.vers. ex quo etiā.

40 Arresta vero carceratorum in dd.carcerib. debet fieri a Iudicibus qui reos carcerarunt ita ex Bulla Pauli 3.quę est 44.in ordin.Bullar.vbi etiam pontifex alia constituit quomodo scilicet custodiendi, & gubernandi sunt Carcerati & de modo, & tempore visitandi carceres vbi Flau. Cherubin.in scol.mouet dubium an Carceratorum causę possint tractari in diebus festiuis & respōdeo affirmatiue quia causę sacræ inquisitionis fidei, piæ dicuntur per Bald. in Tract.de carcer.n.8.& Viuium decis.341. n.9.& ideo tamquam pię semper tractari possunt Gratian.discept.forens.lib.1.c. 108. nu. 5. Rot.in decis.Cantucc 63.p.1.diuers. nu 5.per tex ū in c.sacrorum et ibi gloss. 15.caus. 12.q. 2.& notat Alex.in l.quamuis ff.sol.matr.n.10.

41 Quarto quærendum est an in delictis in quibus iudex potest Reos incarcerare, possit ad libitum loco carceris assignare aliū locū ad arbitrium respondeo quod extat Bulla Iul. 2.quæ est 24 in ordine incip.fide digno edita anno 1510 vbi Pontifex iubet vt qu uis delatus pro crimine, cuius pœna sit capitalis, vel sāguinis, per Procuratorem non admittatur nisi in carcere sit constitutus, & hoc obseruari debet in Prouincia Marchiæ; Super quæ verba Flau. Cherub.scol. 2 dicit quod potest vnum vel alium locum assignare pro carcere, & non est necesse quod cōstituatur in carceribus publicis, ita etiam tenet Angel. loquens de alia simili constitutione in l. penult. ff. quod met. causa n.1.& Ias. in Repett. l. Admonendi 31. ff de Iureiur.n.174.vbi id cordi tenendum esse inquit, & sequitur Cott.in memor.in Verb. carceres, & Tiraquell.de pæn.temper. caus.31 n.12.cum Grammat.decis.33. in fine & Viui. comm.opin.in Verb.fugiens: Quare ego dico quod dummodo Reus constituatur in loco tuto a Iudice assignato, ille locus tutus dicitur carcer & tamquam carcer est timendus. Vide Guazzin.meum deffens.26.c.1.n.53. vbi alia.

42 Quinto quærendum an carcerato ad tēpus postea condemnato in exilium debeat ei a Iudice computari tempus carceris post factam condemnationem ad d.exilium; & respondeo affirmatiue per tex .in l.omnes C. de pœnis. nisi facto eiusd.carcerati, vel alias de iure retineretur DD. allati per Cherubin. in Scol. 2. constit.56.Greg.XIII.tom.2.compend. Bull.

43 Sexto quærendum an iudex Reum carceratum sed postea liberatum ab aliqua Archiconfraternitate ex Priuilegio ei concesso a Pontifice, possit iterum liberari ab illa, aut alia si denuo in carcerem propter aliquod delictū repositus sit. respondeo negatiue, nam aliter delinquentes ista spe ducti seipsos assicurarent ad delinquendum, & Beneficia non debent in

malum conuerti, sed potius debent esse causa emendationis propter gratitudinem in DD. citati a Cherub. scol. 1. *Bullæ* Sixti V. quæ est 97. in ord. tom. 2. Comp.

44 Septimo quærendum vtrum Iudex qui capere facit iniuriose, & iniuste hominem, vt etiã iniuste ad mortem condemnetur; si d. homo occidat satellites seu publicos ministros eum capientes, possit pro hoc crimine puniri & respondeo negatiue dũmodo hoc fecerit cũ moderamine inculpatæ tutelæ, nã quilibet potest se deffẽdere ab iniurioso carcere, et iste occisor nõ peccat ita Card. de Lugo tr. eximio de iust. to. 1. disp. 10. sect. 7. n. 164. Discatill. eo. tit. lib. 2. 1. disp. 10. dub. 2. n. 31. Dian. to. 8. tra. 7. res. 43.

45 Et nota quod iniuste carceratus potest impune occidere Custodem si vitæ periculũ aliter euadere non potest, nam est iusta defensio, potest enim ad saluãdam propriam vitam alterum occidere quando non adest alia via ad ipsius defensionem ita DD. citati per Dian. d. tom. 8. tract. 7. res. 43.

46 Secundo nota quod Iudices qui ob eorum iniuriã faciunt quod Carcerati laborent fame, siti, nuditate, ægritudine, vel iniuste detineat eos in compedibus vel vinculis ferreis peccãt mortaliter nam certum est quod ille qui perituro succurrere potest & tenetur, tamen non succurrit, occidit arg. l. Iudices C. de Episcop. aud. c. posse dist. 86 Nauarr. c. 25. nu. 24. Rod.
47 in qq. Regul. tom. 2. qu. 23. art. 5. † Immo ad omnia damna illata obligantur c. fin. de Iniur. & damn. dat. Homobon. de stat. hum. Vit. p. 2.
48 c. 3. nu. 8. † Quare aduertant Iudices sæpe visitare dd. Carceres, & inuigilare quod habeant necessaria; & sciant quod Carcer debet esse talis quod custodiãtur carcerati, sed non pereant vnde Constantinus Imperator in l. 1. de Custod. Reorum constituit quod carceres tales esse debeant, vt præter fidam custodiam nihil debeant Vide Zambar. in Clement. 1. q. 7. de Pæn. & remiss. quem refert & sequitur Iacob. a Graff. decis. aurear. p. 1. lib. 3. cap. 5. num. 128. post Guazzin. Patrem meum in tract. de Con-
49 fisc. *Bonor.* conclus. 13. ampl. 57. † Qui dicit quod Iudex singulis diebus Dominicis debet habere notitiam carceratorum vt eis prouidere faciat de necessarijs & testatur de laudabili consuetudine Romanæ Curiæ quæ solet in die Iouis cuilibet Hebdomadæ visitare carceres, & fieri congregationes super d. Visitatione & sic ipse vidit obseruari dum erat Locumtenens Illustrissimi D. Auditoris Cameræ electus a Pontif. Paulo.

50 Limita nisi esset eis datus d. carcer pro pæna, & hoc post sententiam Iudicis ita d. Pater meus defens. 6. cap. 1. num. 56. Et Vide de hac materia Incarcerationis Constit. 44. Paul. 5. incip. Ad onus; nam ibi Pontifex iubet quod sine indicijs nemo capiatur nisi de mandato Gubernatoris Vrbis, & dentur copiæ indiciorum præterquam in delictis exceptis; Item quod carcerati reperti innocentes nihil soluãt omnino; quod pro eadem causa nemo carceretur a pluribus Iudicibus; quod pro minimis nemo sit carcerandus; & quod gratis relaxari possint & alia similia.

51 Nota tertio quod Captura in Ciuilibus nõ potest fieri die festo, pro Criminalibus leuibus non debet, in grauioribus vero & potest & debet ita Cost. de subsid. remed. remed. 125. n. 4. & alij per Patrem meum defens. 5. c. 1. nu. 21. & hoc ex cõsuetudine causa necessitatis introducta quæ excusat vt dicit Filliuc. tr. 27. n. 227

52 Nota quarto quod Iudex carcerare faciẽs Custodes, Parentes, vel Curatores mulieris cõiugatæ vel virginis quam postea violauit, vel adulterauit, est pæna capitis puniendus, vnde vltra peccatum adulterij vel stupri committit etiam peccatum cõtra legem est mortale quia est de re graui cum pæna graui Vide Constit. 46. Sixti. V. incip. ad compescendum tomo 2. Bullar. noui. & pag. 123. Compend. eiusdem.

53 Nota quinto quod Iudices reponere faciẽtes in eod. loco in carceribus mares, & fœminas ex eorum Iniuria, vel malitia peccant mortaliter & efficiuntur apud Deum consocij illorum criminum, quæ a dd. carceratis committuntur ideo in hoc vigilent pro defensione eorum conscientiæ est text. in l. 3. C. de Custod. Reor. & notant Bonaco comm. crim. p. 1. verb. mulieres fol. 118. Greg. Lop. l. 5. tit. 29. par. 7. Menoch. de Arbitr. l. 1. q. 88. nu. 21. & 23. Farinac. prax. crim. q. 27. n. 52. & 59.

54 Quare dd. Iudices aduertant vt fideli Custodi carceres tradantur, nam dicti Custodes depositarijs æquiparantur vnde si aliquis custos carceris carnaliter cognosceret mulierem positam sub eius Custodia debet Iudex eum acerrime punire, licet sit meretrix & sine vi cognouerit, nã est obligatus seruare indemnẽ non solum a damnis corporalibus sed multo

ma-

magis spiritualibus animæ personam positam in sua custodia notat Boer.decis. 216 post nu. 6.Ios. Lud. Per.dec.78.n.6.Mascard.de prob. cócl.167.n.4.Menoch.de Arb.cas.262 caualc. de *Brach.* reg.p.2.n.151.seqq. *Bened.* Egid.de Priuileg honest.art.12.n.1.& 4.

55 Ex his sequitur quod si reperiatur mulier grauida, d. culpa præsumitur esse custodis, prout etiam omnia quæ committuntur in d. carcere ex quo possit sequi mors, vel fuga carcerati si nó fecerit solitam carceratorum perquisitionem ita Boer.d.decis.216.Mascard. d. concl.167.n.4.& alij per *Barbos.*de pot.episc. part.3.alleg.107.n.21.seqq.quæ omnia adde Guazzino Patri meo in def. 6.c.1.n.58.

56 De carcere priuato vide iureconsultos nam secundum leges morte punitur l.vnic.c.de priuat.carcer.licet de consuetudine etiam pęna extraordinaria, nisi esset pro paruo tempore & ad impediendum aliquod crimen: vnde detinens aliquem in propria *Domo* sine prædictis causis, & conditionibus peccaret mortaliter: pertinet enim hoc ad eum qui habet disponere vniuersaliter de actibus, & vita alterius: vnde iniuriam faceret Iudici & Reo: iudici vsurpando iurisdictionem; Reo iniuste detinendo incarceratum vide Patrem meum. Defens.5.cap 7.per totum cui addo Dian.p.5. tract. 2. resol.24. & 25, vbi dicit etiam quod *C*ardinales possunt habere carceres priuatos pro suis familiaribus.

57 Tandem ad consolationem carceratorum dico Canonicum, vel Beneficiatum, aut alium huiusmodi iniuste detentum in carcere qui obligatus est ad aliquod officium: si vere in re per quam detinetur non deliquerit, & alias choro, beneficio, vel officio interesse consueuerit, postquam per Sententiam iuste absolutus fuerit, distributiones, fructus, portiones percipere potest pro tempore ipso in vinculis extiterit, licet ex parte Iudicis iuste esset incarceratus, & contra ipsum lata prima Sententia ita Guazzin. *P*ater meus deffens.6. c.1. nu. 60. cui addo Nauar.cons.9.10.& 11 De cleric.nó resid.couarr. 3.var.ca.13.nu 8 vers. vndecimo Mar. Alter.de cés.li.2.disp.6.c.9.sub fin. vers. confirmatur Laiim.Theol.mor.lib.4.tr.1.c.7. n.2.Gonzal.ad Reg.8 cancell.glos.5.§.9.n.19. Bonacin.de censur.disp.2.q.2. púćt.4.§.2.n.5. qui multos alios allegat.M.Ant. Macerat. var. res.l.1.res.102.n.19 & Th.for.ec.p.2.c.23.n.25.

58 De reo fugiente e carcere quando peccet, & quomodo, videbimus infra cum de Reo erit disputandum.

CAP. XX.

Quando Iudex possit recusari in conscientia.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit Iudicis recusatio.*
2 *Quomodo differant Recusationes in Iure canonico & Ciuili.*
3 *Quis sit effectus d. recusationis.*
4 *Iudex ante notitiam Reuocationis recte potest iudicare.*
5 *Vtrum in conscientia possit Iudex recusari.*
6 *An princeps possit hoc remedium tollere & n.8.*
7 *Differunt Recusatio, & appellatio.*
9 *Quot modi sint per quos potest Iudex reuocari.*
10 *Qua causa debet pro d. reuocatione impetranda.*
11 *Vltra quem gradum extendatur suspicio consanguinitatis in iudice.*
12 *Causa reuocationis est alleganda in iudicio.*
13 *An possit recusari vniuersitas, Collegium, & simile.*
14 *Vtrum delegatus a Papa possit recusari.*
15 *Vtrum Cardinales possint allegari suspecti.*
16 *Vtrum Papa, et Concilium generale.*
17 *Iudex electus a particulari, ab illo non potest recusari.*
18 *In quo statu litis possit in coscientia Iudex recusari & n.20.*
19 *Consuetudo in supradictis an valeat.*
21 *Recusatio potest fieri primi & secúdi Iudicis.*
22 *Coram quo & ad quem debet fieri recusatio.*
23 *In delegato ab ordinario causa recusationis debet fieri coram dicto ordinario.*
24 *Recusato vno iudice alter coniudex potest in eadem causa solus procedere.*
25 *Vicarij episcopi recusatio debet fieri coram episcopo.*
26 *Quid si Episcopus & absens.*
27 *Quando pars rediit ad iudicem recusatum non censetur amplius suspectus.*
28 *Idem admittens recusationem iniuriosam an peccet.*
29 *An possit admitti recusatio quando a lege denegatur.*

1 Quan-

1 QVia hæc doctrina apud Doctores habet multas diffi ultates propter diuersas circumstantias eidem annexas, ideo pro maiori intelligentia primo præmittẽdum est quod Recusatio Iudicis secundum canones nihil aliud est quam declinatio a Iudice ob causam suspicionis propositam, vnde quando peto, vt causa mea auferatur ab aliquo Iudice, & eius Tribunali; ob suspicionem quam aduersus eum habeo, tunc dicor declinare & sic recusare Iudicem est text. in cap. quia suspecti 3. q. 5. & text. in cap. suspicionis de offic. delegat. cui accedit etiam ius ciuile in l. apertissimis C. de Iudic. & notant specul. in p. 1. tit. de recusat. in princ. & Sanchez opusc. mor. lib. 6. c. 8. dub. 3. num. 2.

2 Secundo præmittẽdum est dupplicirer differre inter se recusationem Iudicis ecclesiastici de iure Canonico, & recusationem Iudicis laici de iure ciuili. Nam de iure Canonico tam ordinarius, quam delegatus Iudex potest in totum recusari, & definit esse Iudex in d. causa in qua recusatur iuxt. text. in cap. Iudex de off deleg. in 6. cap. cum speciali de appell. c. si quis contra Clericum de for. competent. & ibi Panormit. de iure vero ciuili ordinarius nõ potest in totum recusari sed datur illi adiunctus, delegatus solum potest in totu m recusari vt docet Bart. & de communi Doctores in l. apertissimi C. de Iudic. de vtrisque loquitur Marant. de ordin. Iudic. p. 4 dist. 5. num. 40. & hoc nisi aliter in Praxi per consuetudinem, vel per statuta particularia seruetur vt notat P. Sanch. consil. moral. lib. 6. cap 8. dub. 3. num. 4. Item differunt quia ad recusationem Iudicis Ecclesiastici requiritur iusta causa, & quod ea probetur vt notant comm. Doctores in d. cap. suspicionis, & cap. 2. quæritur §. tertio postulas & c. cum speciali de appellat. ad recusationem vero Iudicis Laici nulla requiritur causa nisi esset aliter consuetudo maxime in officialibus maioribus l. apertissimi & ibi glossa C. de Iudiciis.

3 Tertio præmittendum quod effectus recusationis est quod pendente recusatione non potest Iudex ad aliquem actum procedere in illa causa, & si procedit actus sunt nulli, suspenditur enim statim eius iurisdictio, licet fundamentaliter non auferatur, vnde si postea recõsentiant partes in d. Iudice, potest de nouo procedere Panormit. in c. monasterium de re Iudic. notab. 3. Dominic. in c. Iudex de off. deleg. in 6. Rom. conf. 220. Castr. conf. 121. vol. 2 Alex. conf. 89. vol. 1. Marant. de ord. Iudic. p. 4. dist. 16. num. 4. & alii comm. licet in foro fori aliter procedatur vt videre est per Tusch. tom. 7. concl. 913. nu. 4 7. 24. 28. Tu vero dicas cum Aufred. ad Capell. Tolostan. q. 479. num. 4. quod etiam in foro fori si recusatio iudicabitur iniusta valebit processus, si iusta & tunc non valebit; & sic possunt concordari singulæ opiniones tam pro Iure Canonico quam ciuili Vide Prob. add ct. ad Monac. h. in c. si contra super verb. nequ bit de offic. Deleg. in 6. quem sequitur Sanchez d. dub. 3. num. 28.

4 Nota tamen quod ante notitiam reuocationis officii valide iudicat c. audita & ibi Panor. de Restit. spol at. & Ratio est quia Ignorantia facti dummodo non sit incisibilis semper excusat; immo & antequã aliquis ei intimauerit d. reuocationẽ valide iudicabit, quia nõ præsumitur prius scire intentionem Patris Franc. in c. vt nostrum vers. hoc tamen col. 4. de appell. Rebuff. tit. de Simon. in resignat. n. 21. Anton. Nald. in Summa verb. Iudex n. 15.

5 His pmissis dico quod Iudex potest ex causa recusari in conscientia quia vnicuique naturaliter licitum est se defendere, & vim vi repellere, cum nil grauius & periculosius sit quam coram Iudice suspecto litigare, & ab eo sentẽtiam recipere c. quod suspecti 3. qu. 5. Tusch. tom. 6. concl. 910 num. 1. Laur. de Beneu. tract. de susp. Iudice in Princip. Quod & adeo naturale est quod † Neq. Princeps potest hoc remedium Recusationis tollere, vel saltem si tollit intelligitur de friuola recusatione facit text. in cap Pastoralis de appellat. specul. tit. de recusat § 1. num. 3. & alii per Sanchez d. dub 3. num. 111. & probatur etiam per text. in cap. singulis de stat. Monach. vbi gloss. in Verb. appelatione dicit quod iusta recusatio nulli est deneganda.

6

7 Ex hoc infertur quod licet Princeps dixerit omni appellatione remota, non per hoc intelligitur omni recusatione remota, nam differunt Appellatio & recusatio, ista enim recipit euentum causæ, illa vero recursum finita causa Franc. in c. postremo de Appell. n. 2. per gloss. in c. ad hæc de rescript. Innoc. in c. ex trasmissa de for. competenti.

8 Limita nisi princeps hoc faceret ex iusta causa, tunc enim aliquando posset tollere d. recu-

recusationem quia si potest aliquando ex iusta causa remouet appellationem multo magis poterit recusationem quia minus grauatur pars per sublationem recusationis cum testes remedium appellationis ita Lop. in c. Iudex de offic. deleg. in 6. & Sanchez cons. moral. lib. 6. c. 8. dub. 3. num. 13.

9 Et nota quod 22. modi sunt per quos potest Iudex recusari, Pater meus defens. 1. ca. 21. per totum quinquaginta tres causas ad dd. recusationem ponit cui adde Auphr. in fine sui Codicis de Potest. Eccles. in Laic. Et nota quod omnes prædd. causæ habent originem ex his fontibus .s. amore, odio, timore, ignorantia & concitatate ab istis enim pendent omnes aliæ causæ, mediate, vel immediate ideo ad hæc capita semper recurrendum erit. Vide sebast. Guazz. vbi supra.

10 Aduertant tamen litigantes & rei quod non pro voluntate ea remotissima suspicione hoc facere possunt, sed iusta, & probabili, alter grauiter peccarent, nam recusare Iudicem est illi quodammodo inferre iniuriam & causā porrigere scandali, & malæ famæ contra eum vt videri potest in Praxi Vide tradita a Franc. in c. postremo de postremo de appellat. Siluverb. recusari Innocent. & gloss. in c. cum speciali de appellat. vers. iuste; qui etiam dicunt & præsertim Franc. in d. c. postremo n. 7. quod licet non sit in iure expressa dicta causa, tamē quando est maior vel saltem eadem ratio potest recusari.

11 Secundo aduertant quod causa consanguinitatis non extenditur vltra decimum gradum successionis inclusiue, nam vltra d. gradum est in arbitrio Iudicis d. recusationem acceptare attenta mutua ipsius Iudicis recusati, & litigātis affectione, & personarum qualitate Menoch. de Arbitr. cas. 152. nu. 2. & Anton. Nald.

12 in summ. verb. Iudex nu. 17. † Qui etiam dicit quod caussa recusationis est alleganda in Iudicio de iure Canonico nisi sit scandalosa, & ita tenuit Rota Rom. decis. 563. nu. 5. seq. p. 1. in nouissimis.

13 Sed quæritur vtrum Concilium Prouinciale; vniuersitas, Collegiū, & similia possint recusari vt Iudices, & respondeo affirmatiue per text. in c. licet ex suscepto de for. compet. Franc. in d. ca. postremo qui & alios allegat & sequitur Nouar. lib. 2. consiliorum tit. de appellat. cons. 1.

14 Quod amplia idem dicendum esse in Delegato Principis, etiam Papæ motu proprio dato, licet sit legatus a Latere, & Cardinalis per text. in cap. Iudex de offic. deleg. in 6. Nauarr. vbi supra. Roland. lib. 3. cons. 19. nu. 17. Alban. de Cardin. quæst. 42. Paris lib. 1. cons. 31. num. 98. Iacob. Laur. de Iud suspect. cap. 2. nu. 13. Mandos. in Praxi commiss. in 8. Formul. vers. auditor Cameræ Glorios. resp. 11. num. 3. Zechius de repub. Christ. tit. 3. de Card. nu. 9. Priuileg. 4. & alii per Anton. Dian. resol. mor.

15 p. 5. tract. 2. resol. 30. † Qui tamen cum Guazzino Patre meo per eum allegatum tenet quod Cardinales non possint dari suspecti nisi essēt Iudices alterius Cardinalis, vel saltem quod requiratur magna causa recusationis & potētior quam in aliis quia Cardinalis recusatio non est ita facilis quam aliorum propter approbationem eorum, fidem, & iustitiæ receptionem c. nouit de appellat. vide Franc. in d. c. postremo n. 14. Imol. in d. c. nouit. & Sanch. d. dub. 3. nu. 9.

16 Limita in summo Pontifice & Concilio generali qui nullo modo possunt recusari, numquam enim præsumuntur errare, & agere cōtra Iustitiam vt DD. per d. Sanch. numero 9. quibus adde Aluar. Pelag. de plāctu Eccles. lib. 1. cap. 35. & Barbos. de iur. eccl. lib. 1. capitulo 2 num. 70.

17 Limita secundo in Iudice electo ab aliquo particulari qui ab eodem non potest recusari Authent. offeratur C. de lit. contest. & Ratio est quia per eius electionem est approbata persona, & ideo præsumitur idonea, & eius recusatio suspecta; nisi causa d. recusationis non est prius cognita, vel de nouo superuenerit sic gloss. in ca. statutum de rescript. in 6. & in cap. singulis de stat. mon. vers. & appellatione Panorm. in c. insinuante de offic. Deleg. in fine. Marant. de ord. Iud. 3. p. partis 6. secundo actu suspensiuo n. 76. cum Sanch. oper mor. lib. 6. c. 8. dub. 3. n. 12.

18 Modo quæritur in quo statu litis possit licite & in conscientia Iudex recusari. Respondeo quod in principio litis; & sic obseruatur etiā in Praxi. Debet enim esse prima exceptio quæ apponi debet ante omnes dilatorias, aliter iudicatur cōsensus in iudicem & recusando existimatur factum iniuriose, & ideo ad libitum non potest recusari Marant. vbi supra nu. 25. Et ab hac Praxi vllo modo est recedendum sine ra-

19 ne rationabili causa † Consuetudo enim ex iustis causis orta habet vim leges c. consuetudo dist. 1. & c. in ijs. dist. 11. dd. comm. per Bonacin. De leg. disp. 1. q. 1. punct. vlt. §. 3. num. 4 vers. secunda.

20 Limita nisi superuenerit de nouo aliqua iusta causa, vt dixi, tunc enim potest in quacũque parte litis opponi etiam post conclusionem causæ dummodo in conscientia sit causa iusta, & ita esse litiganti vere videatur Marãt. n. 74 Felin in c. insinuante de offic. Deleg. Domin. & Franc. in c. iudex eo. tit. Panorm. in ca. 1. De mut. petit. Sanchez d. dub. 3. nu. 19. Farinacc. p. 2. fragm. V. Iudex n. 903. Couar. pract. qq. cap. 26. nu. 3. Nald. in Summ. Verb. Iudex n. 17. & Paz pract. tom. 1. p. temp. 10. n. 19.

21 Et nota quod ista recusatio potest fieri de vno ad alterum idest post primum etiam recusare secundum quia militat eadem ratio in omnibus ita dd. per Franc. in d. cum speciali n. 19. De appellat. Et sic etiam eumdem iudicem iterum suspectum recusare super veniente noua causa Seraph. decis. 597. n. 4. & alij per Cherubin. scol. 2. Constit. 87. Pij. IV. in Compend. Bullar. tom. 2 cart. 26.

22 Secundo quæritur coram quem, & ad quem debet proponi causa recusationis, & Respon. quod recusatio debet proponi coram ipso Iudice recusato, & postea eligere arbitros, qui de causa suspicionis ob quam recusatur Iudex cognoscant sic de iure Canonico obseruatur vt patet in c. legitima de appellat. in 6. & ca. si contra & ibi gloss. initio de offic. Deleg. in 6. c. secundo requiris & c. cum speciali De Appellat. Hi tamen arbitri debent esse de communi consensu partium simul, aut diuisim: vt scilicet vna pars vnum, altera alium eligat: & in causis temporalibus etiam inter Clericos possunt esse Laici; & sufficit etiam quod sit vnus ex consensu partium c. statutum § cum autem & ibi gloss. & Franc. de rescript. in 6. Specul. p. 1. tit. de recusat. §. effectus Tiraquell. de reuocat. Donat. Verb. susceperit n. 147.

23 Limita in delegato ab episcopo aut a quocumque alio ordinario, tunc enim causa Recusationis est coram eo qui illum delegauit, proponenda Franc. in d. c. cum speciali.

24 Limita secundo quando pluribus commissa est causa, tunc recusato vno non cessat alter quia semper expresse vel tacite inest Clausula, si ambo non possunt, alter eorum iudicet in causa c. cũ plures de offic. Deleg. in 6. Monach. in c. si contra. eo. n. 2.

25 Limita 3. in Vicario episcopi. Causa enim Recusationis coram episcopo probanda est recusatio enim non est sicut Appellatio quæ concernit iurisdictionem quæ est eadem in Vicario cum episcopo, sed respicit suspicionẽ adhærentem recusato nam licet Vicarius suspectus sit; non est suspectus episcopus d. c. si contra; DD. a me citati in Tit. De Vicar. Iurisd. supra def. 1. quibus addo Oldrad. cons. 268. Domin. & Franc. in d. c. si contra num. 6. cum gloss.

26 Sublimita nisi episcopus sit absens in longinquis Regionibus vt modo est dum hæc scribo Illustrissimus D. meus Franciscus Buccapadule episcopus Ciuitatis Castelli in partibus Heluetiorum vbi est Nuncius Apostolicus, & sanctissime regit nam tunc debet fieri per arbitros vt dicit Sãch. cons. moral. lib. 6. c. 8. dub. 3. n. 27. & seq. qui & alia multa de hac materia tractat sed quia potius ad forum fori pertinet quam ad nostrum propositum, consulto ad eum me remitto.

27 Nota vero quod quando pars redijt ad iudicem recusatum, non censetur amplius suspectus nisi noua causa superuenerit quia putatur a suspicione recessisse ita Seraphin. decis. 331. n. 1. qui & aliam Putei allegat nu. 372. in nouis & sequitur Cherubin. tom. 2. Compend. Bullar. in scolijs ad Constit. 87. Pij Papæ Quarti. cart. 26.

28 Vltimo ad tuendam conscientiam DD. Iudicum dico quod si ipsi admittunt recusationem vel Appellationem indebitam, & iniuriosam peccant mortaliter, & tenentur ad restitutionem, peccant enim contra id quod ex officio tenentur obseruare Reginald. lib. 25. n. 653. fol. 463. cum alijs.

29 An vero possint in conscientia admitere d. Recusationem quando a lege denegatur Respondeo affirmatiue dummodo causa recusationis sit iusta; interpretatur enim, legem in hoc casu concurrere, cum in lege semper consideretur veritas ita Nauarr. c. 25. nu. 14. vers. nota tertio Rodrig. de ord. Iud. c. 13. n. 3. quos sequitur nouissime Io. Valer. de diff. tent. vtr. for. Verb. Appellatio differ. 2. n. 2. & dixi supra n. 10. in fine.

CAP.

CAP. XXI.

An possit quis esse Iudex vbi fuit Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *Consulens in aliqua causa non potest in ea iudicare.*
2 *Vnusquisque tenetur auferre scandalum Proximi.*
3 *Cessante omni inordinato affectu potest esse Iudex Aduocatus in eadem causa.*
4 *In alia causa independente ab illa in qua fuit Aduocatus potest esse Iudex.*
5 *In causa in qua nondum dedit responsum quomodo possit esse Iudex.*
6 *Qui fuit Iudex potest esse Aduocatus in eadem causa.*
7 *An sententia lata ab illo qui fuit Aduocatus sit valida.*
8 *Delegatus an sit obligatus ostendere litteras Delegationis.*
9 *Excomunicatus an possit petere Delegato qui eum excomunicauit vt ostendat litteras delegationis ad hoc vt Excomunicatio teneat.*
10 *Satellites non possunt capere reum nisi ostendant Mandatũ limita in loco vbi adest prę sentia iudicis competentis.*

1 REgula Iuris est quod consulens in aliqua causa, & patrocinium illius sumens non poterit postea in ea iudicare, quia Iudicium redditur valde suspectum; nam aut fert sententiam in fauorem Clientis pro quo consuluerat, & tunc noscitur suspicio potius affectione quam Iustitia motum fuisse, si vero fert contra d. Clientem in fauorem aduersarij, & oritur suspicio malum & fictum Aduocatum fuisse ita colligitur ex text. in l. eos. C. de Appellat. & docent Speculat. tit. de Assess. §. fin. Alex. in l. solent ff. de Iurisd. omn. Iudic. Greg. Lop. Constit. Lusitan. l. 10. t. 4. part. 2. vers. nõ debet Auendag. lib. 2. De exeq. mand. Reg. ca. 23. numer. 10. & alij multi per Auil. in capit. 3. Praetorum num. 3. quibus adde S. Antonin. p. 3. tit. 6. capit. 1. §. in fine circa fin. & alios per Sanchez conf. mor. tom. 1. lib. 3. cap. vnic. dub. 26. num. 1. & notant etiam Franc. Marc. decis. 409. numero. 9. & Io. Valer. de differ. vtr. fori verb. Iudex differ. 8. numero. 1. † In conscientia enim tenemur omne scandalum auferre proximo; dum actiue se habet vt est in casu nostro in quo adest iusta causa suspicionis, & scandali de mala affectione, seu operatione d. Iudicis vt supradictum est & notant DD. per Bonacin. De peccat. disput. 2. q. 4. p. 2. §. vnic. num. 12. 2

3 Limita in casu quo vere cessaret omnis inordinatus affectus; & omnis mala pręsumptio iniustitiæ, tunc enim potius passiuum quam actiuum esset scandalum, & ad id non teneretur in conscientia d. Iudex occurrere vt bene notant Diana p. 3. tract. 5. resolut. 46. & alij per eum quibus addo Cordub. in Summ. qu. 259. & F. Lei. Resolutor. Cas. conscient. Verb. Iudex n 39.

4 Ideo infertur quod in alia causa independente ab illa in qua fuit Aduocatus licet sit cũ eodem Cliente potest esse Iudex vt DD. supracitati per Sanch. d. dub. 26.

5 Secundo infertur quod in causa in qua consultus nondum dedit responsum, possit etiam relicto illo responso esse Iudex, nam licet videantur illi reuelata secreta causæ, tamen non obstat ista reuelatio nam Iudex non debet iudicare secundum reuelata per partes, sed secundum legitimas probationes ita Panorm. in cap. irrefragabilis de off. ord. & gl. in cap. dilecti De Testib. & sequuntur Auiles vbi supra & Sanch. n. 5.

6 Et nota quod non est eadem ratio a contrario scilicet quod si fuit Iudex non possit esse Aduocatus, immo multo magis, cum presumitur optime scire merita causæ, vnde deffendendo partem, pro qua sententiam vt Iudex tulit, videtur defendere suam Iustitiam; secus vero esset si vellet defendere cõtra suam sententiam, nisi adessent noua indicia & probationes habetur. in l. fin. de Assess. & tenent dd. citati a P. Thom. Sanch. conf. moral lib. 3. cap. vnico dub. 26. num. 6. & ego dixi in lib. pr. De Aduoc. def. 4. c. 2.

7 Sed quæres an Sententia lata a tali Iudice qui fuit Aduocatus in ead. causa sit valida & respondeo quod si fuerit recusatus, vel si cognoscatur aperte Iniustitia, & erit inualida; sed si fuerit iuste lata & non fuerit oppositum de Inualiditate, eius valida, quia esset magni præiudicij eius inualiditas post sententiam

iuste latam; licet aliqui dicant quod in iudice delegato numquam erit valida vide tradita a d.P.Sanchez. d.dub.26.n.2.vbi & alios allegat.

8 Tandem in fine huius secundæ defensionis hoc vnum obiter adnotandum iudico non modice necessarium scilicet quod si iudex delegatus citat aliquem vt coram se compareat non tenetur citatus comparere in conscientia nisi delegatus exhibeat delegationis litteras, quia cum citatus ignoret citantem esse suum iudicem non est præsumendum pro iurisdictione ipsi delegata eo quod sit odiosa facit text. in ca. præterea de Dilat.in princ. & hanc dicit esse communem Addiction. ad Felinum teste d.Patre Sanch dub.28. num.8. cap. vnic. lib.3. † Ex quo fit quod delegatus si excommunicet non obedientes sibi, si ab excommunicato petitur, vt delegationis litteras exhibeat & nolit exhibere, excommunicatio licet timẽda, tamen non tenet: nam in culpa non est inobediens in quo necessaria est contumacia Panorm.c.cum in iure numero 3. & ibi etiam Butr.num.32.Archid.in princ.Felin.numer.3. de offic.Deleg. Innocent. in cap. venerabili de Cens.num.1.Marant.de ordin.iudic.part.4.d. 5.num.59.Siluest.Verb.delegatus quest.4. & Bonacin. De Censur.disp.1.qu.1.punct.3.numero 19.

9

10 Secundo fit quod Satellites non possunt capere aliquem nisi in fragranti crimine etiã post delictum quando capit fugam nisi ostendant, mandatum speciale Iudicis, præterquam in eo loco in quo est Iudex, quia cum sint in hoc casu mere delegati ad capiendum non tenetur Reus eis obedire, nisi ostendat litteras delegationis quas d. Delegatus tenetur ostendere, quãdo pars petit Lop. cõst. Lusit.l.10.tit. 9.p.2.Gram. cõs.54. n.17 Perez.lib.2.ord.tit 14.l.8. Auila c.35.Prætorum n.1. & alii citati a Sanch.d.t. 1.cons.mo.l.3.c.vnic. dub.28.nu.10. seqq.

DEFENSIO III.

De iis quæ agere debet Iudex in progressu Iudicii.

CAP. XXII.

An Iudex teneatur secundum leges iudicare.

SVMMARIVM.

1 *Lex Humana duplex est alia Ecclesiastica alia secularis.*
2 *Lex quando obligat in conscientia.*
3 *Lex Ciuilis quando est contra legem canonicam semper canonica est parendum.*
4 *An Decreta Gratiani habeant vim legis.*
5 *Lex humana quando potest obligare etiam cum periculo Vitæ.*
6 *An possit prohiberi à lege homicidium quod spectato solo iure naturæ concedi videtur.*
7 *An Ius tam Ciuile quam canonicum & naturæ Epicheizari possit.*
8 *Aliud est fieri contra legem, & aliud præter legem & quomodo.*
9 *Actus factus contra decretum irritans nullam habet validitatem.*
10 *Et hoc continetur in Decretis Concilij Tridentini.*
11 *Notantur aliqua circa actus qui fiunt præter legem.*
12 *Clausula negatiua irritat actum regulariter & quid in dubia.*
13 *Omittere ea quæ sunt de forma casu necessitatis an vitiet actum.*
14 *Quando aliquid sit de forma substantiali.*
15 *Actus in quo Iuris positiui solemnitas deficit quando valeat in conscientia.*
16 *Lex pœnalis & correctoria semper debet deduci ad illam solam causam pro qua emanauit.*
17 *Quando dubitatur an Ius extet quid agere debet Iudex.*
18 *Iudex tenetur sẽper secundum leges iudicare.*
19 *Mens legislatoris an sit potius attendenda quam ipsa lex.*
20 *An iudex possit relaxare pœnas aut saltem immutare & n.21.*
21 *Quid dicendum in Iudicibus inferioribus.*

23 *An*

1 PRimo aduertendum est quod lex humana quæ fertur auctoritate humana, dependenter vero a Deo, quia conditur ab homine ex potestate sibi tradita ab ipso Deo ad hoc vt subditi a peccatis timore subtrahantur, & melius contineantur in officio, duplex est, alia ecclesiastica, & alia sæcularis, Ecclesiastica quæ fertur auctoritate, seu potestate ecclesiastica, & a Papa, Concilio, & aliis Prælatis habentib. Iurisdict. specialem sæcularis vero quæ fertur potestate sæculariũ vt ab Imperatore Rege & Principibus habentibus Iurisdictionem temporalem: & dicitur etiam lex ciuilis quatenus auctoritate hominum decernitur vt bene notat Bonacin. De legib. disp. 1. q. 1. punct. 2. n. 6.
2 & 16 † hæc scilicet tam ciuilis qua ecclesiastica tunc obligat in conscientia quando lata fuit a legitimo Superiore ob bonum commune, et est iusta, promulgata & vsu recepta Nauar. c. 23. n. 41. Valent. disp. 7. q. 5. punct. 5. & alii citati a Salas De legib. disp. 13. sect. p. 2. & 5. Reginald. lib. 13. n. 160. Filliuc. tract. 21. n. 394. & 411. & 429. Bonacin. vbi supra punct. 4. nu. 2. seq. & n. 25. & n. 27. & punc. 7. n. 1. Laiim. lib. 1. tr. 4. c. 14. n. 1. & alii per eos.
3 Secundo est aduertendum quod quando lex ciuilis est contra legem canonicam, semper Canonicæ est parendum ita Panormit. in cap. canonum statuta nu. 3. Summi tæ in Verb lex Paul. Laiim. lib. 1. tract. 4. cap. 8. n. 8. Suar. lib. 3. De leg. c. 8. n. 6. cum aliis per eum citatis; & ratio est iuxta Bonac. De legib. disp. 1. q. 1. punc. 2. n. 17. quia Ecclesia sicut potest abrogare leges ciuiles, vt constat & c. fin. de *Præscript.* ita ferre potest legem contra leges ciuiles.
4 Nota hic quod Decreta Gratiani vim legis habẽt in iis in quibus sunt vsu, vel consuetudine recepta, vel aliis certioribus Decretis confirmata; alioquin non tenemur illis, tamquam legibus, adhærere, sed tamquam sacrę doctrinæ, quæ ad rectam vitæ institutionem conducit ita Sal. de Leg. disp. 8. sect. 13. n. 69. Suar. lib. 4. c. 6. n. 7. seq. Sanch. lib. 9. de matri. disp. 12. n. 3. & 5. Laiim. lib. 1. tr. 4. c. 6. §. 3. n. 12. cum aliis per eos.
5 Tertio est aduertendum quod lex humana potest obligare ad sui obseruationem etiam cũ periculo non solum famæ, sed etiã vitæ, quãdo eius obseruatio est necessaria ad euitanda grauia Reipublicæ incommoda, præsertim cũ animarum periculis, quod summopere aduertant Iudices pro defensione eorum conscien-
6 tiæ. † Hinc & si spectato solo iure naturæ non sit improbabilis illa opinio s. quod quando inter duos lis agitur modo sit magni momenti, & vnus conetur falsis testibus opprimere aliũ Innocentem siue ciuiliter siue criminaliter agatur: si id ipsi certo constet, & non sit ei alius modus euadendi periculum, possit aliũ impune interficere vt docent Bannes 2. 2. q. 64. art. 7. dub. 4. concl. 2. & in Respons. ad 2. Nau. l. 2. de rest. cap. 3. n. 289 & Sanch. De præcept. lib. 2. c. 39. n. 7. Attamen Iure humano positiuo potest prohiberi tale homicidium prout de facto est prohibitum extensione legis prohibentis homicidia; & merito, nã si eiusmodi exceptio admitteretur grauissimi inde sequerentur abusus, nam quoties litigantes viderent esse periculum quod causa perderetur, facile sibi persuaderent hoc iniustis machinationibus partis aduersæ fieri, & sic esse ipsis licitũ occidere oppressorem. ita Egid. a Coninch. doctissime in tract. De Actib. supernat. disp. 32. d. 2. n. 11. & seq.
7 Quarto est aduertendum quod Ius tam ciuile quam Canonicum, & naturale multoties vt supra dixi in cap. 4. defens. 2. epicheizari solet, & multoties iuris rigorem relaxari ob impossibilitatem; hinc licet forma rerum in Iure posita sit seruanda, tamen vbi seruari non potest, sufficit actum facere quoquomodo fieri potest absque alio conscientiæ scrupulo; nam

lex non videtur cum tanto onere obligare; immo & ijs casibus dispensare argum. text. in ca. indemnitatibus §.pen.& c. licet deuitanda, in fine, de elect. in 6. Io. Andr. in c. in toto De reg. Iur. in 6. Decius in c. nouit n.22. de iudic. Felin. in c. dilecta n.6. de rescript. Anton. Naldus in Summa V. actus. nu.33. & 37. Suar. de Legib. lib.1. cap.31. & seqq.

8 Quinto est aduertendum quod vno modo dicitur fieri aliquid contra legem, & alio modo fieri præter legem; illud enim fit contra legem, quod efficitur quando lex prohibet aliquid fieri; vel cum est contra id quod a lege iam statutum fuerat; præter legem vero tunc aliquid fit cum lex non loquitur permissiue, seu non assistit huiusmodi actui; seu cum aliquid efficitur quod nondum a lege fuit statutum vt notat Tiraq. in Præfat. Retract. nu.31. Vnde dico quod actus contra legem semper est nullus l. non dubium § de legibus; licet ille qui est contra Priuilegium non sit ipso iure nullus, sed annullandus Abb. in c. considerauimus n.2. de elect.

9 † vnde actus commune Decretum irritans factus quo scilicet apponitur verbum nullatenus, nullo modo, & similia nullam habet validitatem, quia inducit nullitatem actus ipso iure Gonzal. gloss. vltim. in 8. Reg. Cancellar. n.65.

10 † Et hoc contineri censetur in omni Decreto Concil. Trident. ex vi Constit. Pij 4. edita super eius confirmatione vt notat Anton Nald. in Summ. d. V. actus. n.1. contra Ganz. de Benefic. part.9. cap.3. numero 13.

11 Actus vero præter legem respectu formæ est nullus sicuti etiam quando ius expresse impugnat actum factum præter legem, tunc enim præter & contra æquiparantur vt notat Butr. in c. si cui n.19. de elect. in 6. exemplum sumi potest ex extrauag. Pij. V. De Censibus in qua statuitur quod census creati sub alia forma quam illa quæ ibi decernitur sint Vsurarij, tunc qui faceret præter hanc legem respectu formæ actus esset nullus, & hoc in praxi aduertant Iudices quia ad multa deseruire potest vt inquit Naldus d. V. Actus n.2.

12 Quod & idem dicendum est quando additur clausula negatiua vel annullatiua; nam legis dispositio semper impleri debet in forma specifica, vt de Resolut. Sacr. Congregat. Concilij testatur Naldus Verb. æquipollens. num.1. In dubio autem omnis forma a iure tradita censetur de substantia actus Bald. in l. compotationes n.8. C. de fid. Instrument. nisi esset modici momenti, tunc enim propter paruitatem materiæ non vitiaret actum, quæ in similibus semper excusat Nauarr. cons.75. nu.36. Suar. de Legib. li.1. c.31 seq. Nald. V. actus num.33. Vasq. tom.2. c.2. qu.96. art.4. num.3. Bonacin. de legib. disput. 1. qu.1. punct.7. §.5. n.2. Laim. lib.1. tract.4. c.16. Sanch. de matr. lib.3. disp.4. n.17.

13 Nota vero quod aliquando etiam omittere ea quæ sunt de forma casu necessitatis, & impossibilitatis moralis non vitiat actum in conscientia vt v.g. Iubetur a Statuto quod causa Appellationis expedienda sit infra quadraginta dies, si enim contingat testes esse producendos de extra Prouinciam, profecto tempus illud posset a Iudice prorogari; & sic differunt multum esse aliquid de substantia, & esse aliquid de forma, nam quod est de substantia nunquam omitti potest secus autem quod est de forma vt dictum est ita Abb. cons.64. incip. omnipotentis postulato p.2.

14 Et vt perfecte sciant Iudices, quando aliquid est de forma substantiali, vel non pateat primo, quod vbi in dispositione legis ponitur aliquid conditionaliter illud dicitur de forma, si diffinitiue dicitur de substantia. Secundo quando aliquid interuenire potest post actum numquam dicitur de forma, sed potius solemnitas effectualis vt est insinuatio in donatione; quando verò post actum potest interuenire qualitas non est de substantia, & ratio est quia quæ sunt de substantia actus, debent explicari simul cum actu, eque esse contemporanea, v.g. in intimatione Census facienda pro extinsione per bimestre ante ipsam extinctionem: depositio pretij dicitur sufficiens intimatio equipollenter facta ita Rota Roman. decis.1413. n.4. Seraphini. Cassad. dub.26. super Regal. Tertio quando in lege dicitur quod aliter fieri non possit, vel ita demum fieri possit, tunc ei data est forma. Quarto quando in Rubrica adest talis inscriptio. De forma talis materiæ, vel de modo procedendi tunc censetur de forma ita Asin. in pract. cap.36. §.3. nu.1. Felin. in d. capit. cum dilecta De rescript. Suarez De leg. lib.5. capitulo. 31. per totum Farinaccius fragm. crim. V. lex numero 103. seqq. & Doctores supracitati.

15 Sexto

15 Sexto est aduertendum quod omnis actus in quo iuris Positiui solennitas deficit, valet in foro conscientiæ, si ei non deficit quod requiritur a iure naturali, licet peccet in illius iuris positiui trasgressione, cum omne prohibitum a lege sit peccatum, vel saltem occasio peccati & etiam mortali, in rebus grauibus cap. 4. de constit. & ibi nostr. gloss. Sot. de Iust. libro 4. quęst. 5. art. 3. Molin. tomo secundo disp. 3 5 2. Rebuff. in Praxi Benef. titul. Pract. Cancellar. Apostolicę verb. vbi supra fol. mihi 613. Tiraquell. glos. 4. ad leg. Connub. n. 21. Bonacin. de legibus cum alijs per eum.

16 Septimo aduertendum est, quod lex pęnalis & correctoria semper debet reduci ad illam solam causam pro qua emanauit, pęnalis, & odiosa semper est restringenda Bald. in l. 3. §. ex hoc ff. Naut. caup. & stadull. Aymer. cons. 236. numero 6. Hondęd. cons. 99. numero 8. & seqq. & sic in Practica seruandum est dicit Cherubin. in scol. 1. Bull. 24. Iulij secundi in Compend. Et ita dispositio legis non obligat nisi partes principales c. super eo & ibi Panormit. numero tertio decis. numero 27. de officio delegati Rota coram Mellino Rom. pecun. die 19. Ian. 1598. quę est decis. 100. Rebuff. p. 2. diuers. 11.

17 Octauo aduertendum quod quando dubitatur, an Ius extet, Iudex non debet contra aliquem ferre sententiam, quia possessio libertatis stat pro subdito, & ipse se exponeret periculo faciendi iniustitiam, cum fieri posset vt ea lex non extet ita Sanchez Henriquez & alij per Bonacin. de restit. in gen. disp. 1. q. 2. p. 2. §. incidens n. 2.

18 Sic adnotatis fit conclusio quod Iudex semper tenetur secundum legem iudicare, nec potest in facti contingentia eam minuere moderare, vel modo aliquo alterare & tantum potest vti æquitate, vbi ius expræsse non statuit c. de causis §. fin. ff. de offic. deleg. docet D. Th. 2. 2. quęst. 60. art. 5. & quęst. 67. art. 4. gloss. notabilis in cap. licet De pœn. Et ratio est quia Iudex non debet esse mitior lege, immo moderari se debet iuxta legem, & illius esse obseruator, & custos §. oportet Auth. de Iudic. valent. 2. 2. tom. 4. disp. 5. quęst. 4. punct. 2. Aragon. 2. 2. quæst. 60. art. 5. & ibi etiam Salon. Sayr. in Clau. reg. libro 12. capitulo 9. numero terzo Innocent. & felin. in c. qualiter 2. §. debet numero 29. de acusat. Bonacin. tom. 2. Pręc. decalog. disp. 10 quęst. 2. punct. 4. num. 2. Vnde si loquamur de iudicibus Inferioribus certum est quod minor in maiorem numquã habet imperium c. inferior & c. super his de maior. & obed. si vero loquamur de Iudicibus supremis, vt est Princeps & hic licet non sit legibus suis, vel aliorum prędecessorum subiectus quoad vim coercitiuam, cum par in parem non habet Imperium, ex vi tamen directiua legis naturalis, & ex quadam ęquitate ad eas obseruandas obligatur Tiraq. de Vtroq. retract. lib. 1. glos. 1. §. 13. num. 79. Salas De leg. disput. 14. sect. 3. numero 31. Sot. libro primo de Iustit. quęst. 6. art. 7. Caietan. quęst. 66. art. 3. Clau. reg. libro 12. capitulo 9. numero secondo Vasquez part. secunda disp. 67. c. 7. Bonac. de legib. disp. prima quęst. prima punct. 6. numero 19. Filliuc. vero tomo secundo tract. 40. cap. 6. num. 171. sic distinguit. Aut leges scriptæ sunt conformes Iuri naturali, illudq; continent, aut licet non repugnent legi naturali, & diuinę, continent tamen tantum ius positiuum in primo casu non potest Iudex siue sit inferior siue supremus iudicare nisi secundum d. legem quia omnes tenentur parere iuri naturali vt pote superiori cuicumque iuris alioquin iniustum iudicium esset, in secundo vero casu inferiori semper est iudicandum iuxta illos. Superiori vero ordinarie, quia interdum potest eas non sequi dispensando, legisque rigorem relaxando cum id ob bonum publicum expediens iudicabit ita etiam Less. libro secundo de Iustit. cap. 29. dub. 5. Sayr. cap. 9. nu. 2. & Filliuc. cum S. Thoma Medina loco.

19 Nota tamen quod non tantum sunt attendenda verba legis quod non magis attendatur mens legislatoris quę est anima legum, vnde si constat mentem aliam esse a verbis, non est opus consulere superiorem, si vero non constat, sed probabilius est aliam esse mentem legislatoris, tunc si superiorem adire potest, vtique debet, si non potest, adherendum est mẽti legislatoris & sequendum quod probabilius videtur, at si ęquale sit dubium & superior cõsuli non possit, iudicandum est secundum verba legis, quod lex est veluti in possessione suę auctoritatis, & ideo Iudex cum ex officio sit custos legis, vt supra dixi, & sua auctoritate priuare non potest. ita Filliuccius vbi supra qui secutus est ad verbum Doctrinam Lessii in d. dub. 5. n. 45. & seqq.

20 Pro

20 Pro praxi vero sunt aliqua adnotanda, & primo an Iudex possit relaxare, vel saltem immutare pœnas a iure impositas in delictis; & respondeo quod pœna dupliciter imponitur a lege vna quæ dicitur legalis, alia quæ dicitur arbitraria; legalis est illa quam d. lex ex se taxat & ordinat, arbitraria vero, quam d. lex non taxit, sed committit arbitrio Iudicis, itẽ etiam subdiuiduntur nam aliæ iniunguntur ad bonũ commune, aliæ ad satisfactionem partis, iterũ aliquando ex aliqua causa iusta & rationabili sic stantibus dico quod nullus Iudex potest ex mera sua voluntate absque causa iuxta pœnam a lege taxatam relaxare nisi sit tantum imposita ad satisfactionem partis læsę quia tunc consentiente d. parte nulli fit iniuria ita Sot. lib. 5. de Iust. quæst. 4. art. 4. Azzor. p. 3. lib. 13. cap. 23. dub. 3. art. 4 Clau. reg. cap. 12. num. 8. alij Bonacin. de Præcept. tom. 2. disp. 10. quæst. 2. punct. 7. nu. 1.

21 Et ratio huius conclusionis est quia leditur accusator nam reus propter iniuriam sibi cõmissam est semper puniendus, quod si Iudex relinquit agere non reddit suum ius vnicuique iuxta suam obligationem, & etiam leditur cõmunitas, nã fit ei iniuria in non seruando iustas pœnas ipsius legis, & in non puniendo delicta, cum ordinatæ mali odio habent peccare formidine pœnę, vnde graue scandalum inde oritur cum priuati qui iniuriam passi sunt, sępe inducuntur ad vindicandum illam propria auctoritate, ex quo sequuntur multa damna in d. Communitate gl. in c. si quem 2. qu. 5. &c. Innocent 2. 2. qu. 4. Silu. V. Iudex 1. qu. 1. & 16. Sot. lib. 5. de Iust. qu. 4. art. 4. Turrecrem. in c. omnis dist. 45. num. 4. Emm. Sa v. Iudex num. 8. Iulius Caluus in Sintaxi Cur. animar. lib. 2. quæst. 61. numero 4. Reginald. lib. 25. sect. 4. numero 654 ex doctrina S. Thom. 2. 2. quæst. 67. ar. 4. quam sequitur S. Ant. p. 3. tit. 9. c. 2. §. 1.

22 Sed quia vt diximus alia est iurisdictio Iudicis superioris, alia inferioris, ideo est notandum Iudicem inferiorem non posse in pœnis a lege statutis ob commune bonum & conseruationem pacis ciuium ne quedem consentiẽte Accusatore, & cessante querela eam remittere, quia ad Inferiorem solum spectat exequi non vero dispensare legem Vnde post Sot. lib. 5. de Iust. q. 4. ar. 4. ad p. merito monet Gregor. Val. 2. 2. disp. 11. in fine quandoq; esse periculosissimũ pro reis intercedere, quia nõnumquam fieri potest vt illicita penæ relaxatio petatur sicuti est quando ex d. remissione sequeretur damnum, vel iniuria parti lesæ, vel esset contra ius alicui debitum. Ita etiam Emman. Sa in d. v. Iudex n. 8. qui dicit quod Inferior potest aliquando augere pœnam sed ante latam sententiam ex magna causa, omittere vero punitionem tantum, quando ex inde peiora sint secutura, ita etiam S. Antonin. vbi supra & Couarr. plures referens libr. 2. cap. 9. nu. 8. cum aliis allegatis per P. Thom. Sanch. opusc. mor. lib. 6. c. 1. dub. 1. nu. 15.

23 Quod amplia licet sibi videretur hoc posse facere ex iusta causa, nam iusta causa non est quando contra legem aperte facit; nisi tamen esset de illis delictis in quibus etiam inferior ob aliquam circunstantiam, vel indulgentiam potest dispensare ita Sanchez vbi supra nu. 8. licet testetur etiam de opinione contraria quã dicit esse probabiliorem cum multis DD. pręsertim iunioribus cui etiam libenter ego adhereo, nam vt supra dixi non est lex tam stricte intelligenda vt si iusta causa aliquando adsit eam interpretandi vel dispensandi nec possit saltem tacite interpretari vel dispensari, vnde si Iudex inferior hoc efficiat rarissime & causa sit talis quod videatur in maius bonum vel commune vel priuatum posse succedere valeat penam legis relaxare, vel minuere vide Simanc. Inst. Cath. tit. 46. num. 79. Perez lib. 8. ordin. tit. 16. l. 9. & lib. 3 tit. 1. l. 3. Couar. lib 2. var. opin. cap. 9. num. 8. qui & alios refert Tasson. in pragm. de Antifat. vers. 12. obseruat. 1. num. 125. Mastrill. de Magist. tom. 2. lib. 5. cap. 6. num. 147. & Dian. cum aliis Resol. mor. part. 6. tract. 6. Resol. 1. vers. dico igitur.

24 Causæ vero iustæ possunt esse sequentes & similes. s. primo ætas vt pueritia vel senectus l. in delictis ff. de minor C. diuius ff. de term. mot. 2. paupertas si pœna est pecuniaria l. illicitas §. vlt. ff. de off. Præs. 3. doli defectus l. absentem §. vlt. ff. de pœna 4. Consuetudo quæ tamen non sit mala sed legitime præscripta c. cum contingat de for. comp. 5. si est Iudex non habens facultatem infligendi d. pœnam vt Sacerdos in pœnas sanguinis c. in archiepiscopato de raptor. 6. quando ex diminutione pœnę speratur correctio Castr. in c. 13. concl. 2. §. & si alias 7. si post delictum transiit aliquod magnum tempus l. si diutino ff. de pœn. nisi tamen intra hoc tempus fuisset accusatus 8. quando

Reus

Reus sponte se præsentat, & statim fatetur crimen absque metu probationum, nisi animæ vel ecclesiæ periculum immineret Siluest. S. Anton. & alij vt supra & eandem quoties est aliqua circumstantia ex qua delictum leuius reddatur quia cum pęna propter delictum incurratur, si hoc decrescit, & illa decrescere debet, ita Perez lib.8.ord.tit.16.l.9.Gomez.to.3.var.c.1.n.8. qui alios allegat & Sanch.cons.mor.lib.6.c.1.dub.21.n.11.

25 Supremum principem vero posse dico pro potestate sua plenaria pœnam reo condonare etiam accusatore nolente, si bonum commune ita exigat quia accusatio, & condemnatio referri debet ad bonum commune; ideo si reus valde est necessarius Reipublicę Princeps potest pœnam mortis ei condonare quamuis aliqui quorum interest reclament ita post Mol.tra.3. de Iust. tom.4. disp. 48. tenet Reginald.lib.25.num.639. Princeps enim cum sit etiam legislator potest ex causa iusta in lege dispensare ita comm. DD. per Sanchez d.dub.21.num.3. licet sine causa peccet saltem venialiter nõ seruando suam legem & hoc quoad vim directiuam vt dixi, obligatur enim dirigere subditos per exemplum Nauarr. cap 12. num. 37. Sot. li.2. De Iust.q.3.art.8.& alii per Io:Val.de diff. Vtr. for.v.lex diff.10. num.4.

26 Limita quando d. pęna fuerit solum ob priuatum bonum ipsius accusatoris habentis ius vt reus puniatur ratione iniuriæ sibi illatæ tũc nec Princeps supremus potest illam relaxare d. Accusatore renuente & instante pro iustitia nisi etiam in hoc casu aliud exigeret d. bonum commune; & ratio esse potest quia cum Iudex sit custos & minister Iustitiæ tenetur sic inter partes ius ducere, vt suũ cuique red dat Salon. 2.2.q.67.art.4. contr.1. Emman. Sa Aphoris v.Iudex num.8.vers.Princeps Reginald. d.lib. 25.nu.655.

27 Secundo limita quando iurasset eas leges seruare; Princeps enim potest etiam sub p.m. se suis subditis obligare cap.1.de Prob.vbbi DD. com.Rebell.de oblig.Iust.p.2.lib.1.q.8. nu. 9.& Valer.d.v.lex n.1.

28 In delictis autem vbi pœna in iure vel statuto determinata non est sed arbitrio Iudicis est relicta potest Iudex pœnam solitam temperare & potius inclinare ad mitiorem, quam grauiorem partem cap. allegant 26. quæst.7. & ibi gloss. vbi dicitur melius est reddere rationem de misericordia quam de Crudelitate; facit etiam text. in c.fin. De sentent. & re Iudicat. vbi in dubio debet præferri sentẽtiã inclinans in fauorem Rei exceptis casibus matrimonij, dotis, libertatis, & testament. & quãdo sunt iura partium obscura potius est reo fauẽdum quam actori l. accipiendum ff. de pæn. & docet S.Thom.2.2.q.67 art.4.ad primum Castr.lib.1.cap 12.concl.3 Non tamen totaliter potest pœnam remittere ita Sanchez loco citato numero 14. Bonac. numero 3. Reginald. nu.656.

29 Quod etiam dicendum est in leuioribus criminibus, vt ex furto parui momenti homicidio casuali ex aliqua culpabili negligentia facto & simili potest enim in iis ex communi vsu Iudex pœnam mitigare præsertim parte consentiente Reginald. vbi supra numer 656. vers.immo, Sanch.loco citato num.6. & Bonacin. vbi supra num.3 quia videtur sic etiam esse de mente legislatoris.

30 Nota hic obiter quod episcopus in Ingressu solemni suæ Ecclesiæ non potest illa indulta Reis facere, quæ faciunt principes, quia eis iure non conceditur immo denegatur ex decreto sacræ Congreg.episc.18 Iunii 1588. teste P.Gauanto in man.episcopor. Verb.forum episcopale n.1.

31 Quæres modo quod nam peccatum faciat Iudex remittens pœnam delinquenti sine rationabili causa iuxta supranotata. Et respondeo mortale ob graue damnum reipublicæ cuius interest delicta puniri l.si ita vulneratus & Ad leg. Aquil. Arragon. in 2.2 qu.67. art.3. Azzor.tom.3.lib.13.cap.13.quæst.3 Ledesma in sum. tom.2.tract.8.cap.22.diffic.5.concl.6. Molfes. in fine tom.1. tract.9. cap.9.num.50. Villalob.in sum.tom.2.tract.14.diffic.17.n.2. ex doctr.S.Th.in 2.2.q.67.art.4.vbi Bann. silu ius, & alij comm. præsertim Caiet. in sum. verb.Iudicis peccata; vel si est in magnum detrimentum partis lęsę quando est pęna quæ respicit satisfactionem partis.

32 Diana vero Resolut.moral.p.6.tract.6. res. 1.vers.dico igitur sic distinguit; aut hoc fit rarissime, vt supra etiam dixi ob iustas, & euidẽtes causas; vel casus miserabiles vt sunt rei minores, delictum sine animo delinquentis sed ex impetu commissum insignis delinquentis peritia; primum & vnicum delictum, & alioquin bonæ vitæ moris, merita delinquentis, vel alte-

alterius pro illo suplicantis, & similia vt supra dixi p.24.& tunc non peccant quia in casu hoc casu cessat graue damnum Repub.vnde ius in hac parte potest saltem tacite interpretari, & allegat Tasson.in prag.de Antifat. vers.12.obseruat 1. num. 125. Mastril.de magist.tom. 2. lib.5.cap.6.num. 147.& alios. Secus vero si faceret pactum, vel pænam remitteret facinorosо,vt sunt Assassini, Sicarij, Homicidæ voluntarii & similes, licet in ijs casibus pœna vnica vice tantum remitteret, nam peccaret mortaliter sit etiam dicit Sanchez.tom.2. lib. 6.c.1.dub 21.n.51.cum Soto d.ar.4.& Caiet. Summul. Verb. Iudices peccata & Nauarr. c. 29.nu.14.

33 An vero sit etiam obligatus ad restitutionẽ parti læsę, respondeo affirmatiue in defectum rei non soluentis d.pænam & nisi in ea consen-
34 serit pars ita Bonacin. vbi supra nu.2.† Et nisi esset Princeps supremus vt supradixi quia hic licet pars recusauerit, tamen ex iusta causa põt remittere pænam,nam plenariam habet potestatem ita Toler.libro quinto capitulo 56.numero vndecimo Clau. reg. libro 12. capitulo 12. numero octauo & alij per Bonacina loco citato. Et in inferiore casibus supradictis scilicet ob bonum commune & aditus ad superiorem non potest haberi, vel in criminibus leuioribus vel in pænis arbitrarijs vt bene docet cum supradd. DD. Bonacina d.nu 3. seqq.

35 An vero peccet qui intercedit pro Reis in dd.casibus non licitis apud Iudices inferiores respondeo affirmatiue quia inducit Iudicem ad faciendam rem illicitam, & malam, nam non sunt facienda mala vt eueniant bona Castr. libro secundo de leg. pœnar. capitulo 13. conclus. prima & alij per Sanchez d. libro sexto capitulo dubio 21. per totum.

36 Alia vero circa pænas vide infra in defens. 6.cap.38.

CAP. XXIII.

In quibus potest errare Iudex circa acceptatione personarum.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit acceptio seu acceptatio personarum describitur.*
2 *Quomodo cognosci possit hoc vitium.*
3 *Quando Iudex dicatur acceptator personarum.*
4 *An Iudex aliorum causas protrahens aliarum non, dicatur personarum acceptor.*
5 *An ista acceptatio pertineat ad iustitiam etiam commutatiuam.*
6 *An Iudex acceptator personarum sit in statu damnationis & an sit peccatum mortale.*
7 *Iudex debet accipere causam vt causam non vt personam.*
8 *An quando est dubium in Doctores possit Iudex iudicare in fauorem amici vel consanguinei.*
9 *Papa dicens omni appellatione remota intelligitur pro vtraque parte.*
10 *In arbitrariis quomodo se gerere debet Iudex*
11 *Ea quæ relinquuntur arbitrio Iudicis sunt in dupplici differentia.*
12 *Iudex certus de innocentia Rei debet ei fauere in ijs quæ arbitraria sunt.*
13 *Iudex habens propositum semper ferendi sententiam pro amicis an peccet.*
14 *Princeps remittens vni pænam & non alteri an sit acceptor personarum.*
15 *Iudex se adeuntibus difficilem prestans an peccet.*
16 *Iudex ex iustitia distributiua quomodo se gerere debet in expeditione causarum.*

1 SVperiori Capitulo potest præsens de acceptione personarum recte coniungi quia etiam circa ea quę a lege statuuntur, versatur pro cuius maiori intelligentia est prëmittendum quod acceptio - siue acceptatio personarum est vitium quo distributione bonorum communium id quod ex iustitia vni debitum est propter aliquam causam, datur alteri intuitu alterius causę ob quam non debetur, ita eam

eam describit Reginald. in Praxi for. Pœnit. lib. 23. sect. 1. n. 32. Vel est Iniustitiæ crimen quo in distributione aliquorum bonorum nõ causæ ad eum pertinentis sed personæ aliorumque qualitatum non pertinentium ratio habetur ita Sanch. op. mor. p. 1. lib. 2. c. 1. dub. 1. num. 1.

2 Secundo præmittendum est quod pręter Iustitiam commutatiuam, quæ efficit, vt inter personas priuatas seruetur æqualitas rei ad rē; est etiam Iustitia distributiua, quæ facit vt bonum commune distribuatur legitime, & hęc versatur inter personam publicam, & priuatam; Vnde quando non legitime distribuitur non seruata scilicet proportione dignitatis personarum propter aliquam causam particularem, & propriam vt quia amicus vel consanguineus est, tunc dicitur acceptio personarum ita Reginald. d. lib. 23. sect. 1. n. 32. Bonac. De Restit. disp. 1. q. 1. punct. 2. n. 8. Filliu. tom. 2. tract. 31. c. 2. n. 47. Sanch. cons. mor. p. 1. lib. 2. c. 1. dub. 1. n. 2.

3 Tertio præmittendum istam acceptionem personarum non solum committi posse in distribuendis beneficiis, dignitatibus, & officiis, sed etiam in iudiciis quando iudicare debet. vt habetur in c. cum in Iudiciis de Reg. Iur. in 6. & docet S. Th. 2. 2. quæst. 63. art. 4. quem sequuntur Caiet. Arag. Salon. & alii in eod. loco. facit etiam text. in l. fin. C. de fruct. & lit. expens. & in l. 1. in fine C. de Senat. vel Clar. Vnde quando Iudex constitutus a lege dispensator Iuris tamquam cuiusdam boni communis illud distribuit inter partes respiciens aliquid præter merita causarum dicitur acceptator personarū Sot. lib. 3. de Iust. q. 6. art. 5. Viguer. Instit. mor. c. 5. §. 2. vers. secundo. S. Antonin. p. 2. tit. 1. cap. 20. §. vlt. Caiet. in Summul. Verb. Acceptio personarum Silu. eo. q. vlt. Ang. num. 3. & 7.

4 Hinc sequitur quod quoties Iudex aliorum causas protrahit, & aliorum expedit, aut vni longiorem terminum tribuit ad probandum, quam alteri, quamuis sit par ratio vtriusque, vel quando causas pauperum differt, diuitum expedit, & similium pro sua tantum libidine, & gratificandi studio, est acceptor personarū ita Graff. decis. aur. p. 1. lib. 3. n. 17. Vasq. disput. 64. c. 2. Sanc. de Matrim. l. 1. c. 9. nu. 95. Filliuc. tract. 31. c. 4. n. 145. in fine & Less. lib. 2. ca. 32.

5 dub. 1. 2. n. 5. qui dicit † quod & si ius dicere sit actus Iustitiæ commutatiuæ quatenus ex officio est debitum, tam quatenus fit inter duos habet modum Iustitiæ distributiuæ; ius enim est quoddam bonum commune distribuendum partibus, vnde Iudex non solum committi vitium personarum acceptionis cum inferenda sententia personam potius, quam ęquitatem causæ considerat: sed etiā quando causas pauperum differt propter diuites & similia & Lessius cui addo Sanchez cons. mor. lib. 2. c. 1. dub. 41. n. 1.

6 His præmissis dico quod Iudex qui in Iudicio est acceptator personarum, est in statu damnationis vt Prou. c. 18 & c. in Iudic. de Reg. Iur. in 6. nam acceptio personarum ex genere suo peccatum est mortale, quia fit cum proximi iniuria, quæ de se est contra Iustitiam, ac tamquam læsiua proximi contra charitatem per quam est animæ vita, quod equidem est commune omni Iustitiæ vt docet S. Thom. 2. 2. qu. 59. art. 4. & est per accidens quod sit solum peccatum veniale, & si ex leuitate materiæ, quando committitur in re parui momenti sic DD. comm. per Reginald. d. lib. 23. num. 34. & tradunt etiam Tab. V. acceptio numero 5. & 6. Less. lib. 2. ca. 32. dub 1. numero. 4. &

7 Sanch. vbi supra numer. 2. & seqq. † Iudex enim cum sit publicus minister Iustitię habens facultatem a Republica, vel a Principe ad distribuendum bonum commune vt dictum est debet inter partes æqualitatem seruare, nisi iusta causa contrarium suadeat, & non seruando, sed considerando non causam sed personam, vel fauorem constituitur inæqualitas, & corrumpitur iudicium nam accipitur causa non vt causa, & si fit iniuria læso cum graui eius præiudicio ita ex D. Thoma 2. 2. qu. 63. art. 1. & aliis docet d. Sanch. vbi supra, cui adde Ioan. Petr. Ala De Aduoc. Christian. q. 71. p. 2.

8 Quæritur modo an quando ius dubium est inter Doctores possit Iudex in fauorem amici iudicare secundum opinionem quamcūq. probabilem absque vitio acceptionis personas. Et Resp. distinguendo, nam aut Iudex rationabiliter putat vtramque partem æqui probabilem esse aut nō: si putat æqui probabilem, pōt fauere amico, & pro illo iudicare, nam in hoc casu non tenetur ex Iustitiæ distributiuæ magis alteri quam amico cōferre bonum Iudicii fauorabilis; si vero nō putas ęquè probabilē, sed

illam alterius probabiliorem, & veram, tunc peccat acceptione personarum iudicando pro amico quia facit contra rationem Iustitiæ distributiuæ malitiose fraudando eum qui secundum veram opinionem iudicat, aut iudicare debet digniorem esse in causa ita Valentia 2.2.disp.5.quæst.7.punct.4.qui dicit quod is cui fauet opinio existimata probabilior censetur eo ipso dignior sententia fauorabili, quare si alter in Iudicio ei præferatur, quia fit cōtra ius dignioris admittitur acceptio personarum contra Iustitiam distributiuam; vnde aduertant Iudices in iudicando non respicere personas sed simpliciter causas, nam persona numquam reddit iustum iudicium, si nō adest iusta causa iudicandi ita etiam Less.loco cit. n. 5.Graff.vbi supra n.15.& Alā.de Aduoc.Chr. q.72.part.2. qui vocat istas causas non causas pro amico, vt dici solet aliquando à Iudicibus, sed causa pro diabolo.

9 Hinc infertur quod quando Papa in commissionibus causæ dicit omni appellatione remota debet intelligi pro vtraq; parte tam actoris quam Rei quia in Iudicijs seruanda est æqualitas. Vincent.de Franch.decis.Neap.136.Rot. in Decis.Putei 307.in nouissim. & in vna Hispalen. Præstimonij coram R. P. Lancellotto 19.Nou. 1601. teste Cherubin. in Compend. Bullar.scol.2.Const.19.Pauli tertii.

10 Secundo infertur quod in arbitriis non debet se Iudex adeo extendere, vt ad sui libitum possit vni parti concedere, quod alteri negauit; vt declarant Sot.lib.3. De iust.q.6.art.5.Salon. Bannes, Valent.& alii ad s.Th.2.2.q.63.art.4.

11 & notat Io.Petr.De Aduocat.q.71. part.2. † Et nota quod ea quæ relinquuntur arbitrio iudicis sunt in duplici differentia; aliqua enim sunt concessa in fauorem ipsius, vt quod possit non audire causas in die feriato, & in his non adest acceptio personarum: alia vero concessa sunt in fauorem non ipsius, sed causarum, quia leges non potuerunt decernere omnes casus particulares, & in iis est acceptio personā quia hæc non sunt gratuita, nec committuntur liberæ voluntati Iudicis sed arbitrio prudentiali, vt prouideat prout magis expedire videbit ob bonum cōmune: ita cū neotericis docet Sanch.conf.mor.lib.2.c.1.dub.41.n.4.

12 Nota tamen quod si innocens opprimeretur in iudicio, & de eius innocentia esset certus iudex, debet quantum potest citra scandalum in iis quæ eius arbitrio relinquuntur, ei fauere, dummodo tamen non prætermittat legis necessaria quia tenetur secundum allegata iudicare vt infra dicendum est: licet vero si prætermitteret, peccaret mortaliter, sed non teneretur ad restitutionem quia non aufert alteri quod suum est ita Sot.lib.3.de iust.q.6. art.5. & alii per sanch.vbi supra n.5.

13 Tertio infertur quod iudex qui habet propositum semper ferendi sententiam pro amicis cæteris paribus, est regulariter in periculo peccandi mortaliter, quia cum affectus facile perturbet iudicium, sæpe imparia ob talem effectum paria poterit existimare: secus si haberet animum semper fauendi causæ magis iustæ, amicis vero quando certo constiterit paria iura illos habere, nam tunc istud propositum causæ magis iustæ respiciendi, satis purgare videtur omne alium affectum ita Salon. 2.2.q 64.ar.4.controu.2. vers.ex quo sequitur Sanch.conf.mor.d.lib.2.c.1.dub.41.n.6.

14 Quarto infertur quod Princeps si remittat vni pœnā, & non alterio in eodem crimine, & eisdem circūstantiis existentibus, est acceptor personarum sicuti Prælatus dispensans cum vno, & nō cum alio in simili casu: quia vsus potestatis est quoddam bonum publicum ad cōmodum subditorum ordinatum vnde tenetur illud applicare sed subditos secundum dignitatem causæ vnius cuiusque iuxta iustitiam distributiuā ita Sot. vbi sup. Arag. d. ar. 4.& sanch.d.dub.41.n.8.

15 Quarto infertur quod iudex qui se adeuntibus difficilem præstat, & a colloquio familiarium amicorum separatur, grauiter peccat, & ad restitutionem damni ex litium dilatione prouenientis tenetur Homobon. de stat. hum. Vit.p.2.c.3.n.9.Nauar.cap.25.n.15 qui dicit mortaliter peccare iudicem qui miseras personas, vt viduas pupillos, peregrinos & similes aliis cæteris paribus in iure reddendo non prefert c.regum 23.qu. 5. Cassanæus in

16 Cathalog. glor. mund.par. 3.circumst. 4. † Quod & idem dicendum est quando expedit aliquam causam prius quam alias antiquiores sine iusta causa, quia iudex ex iustit. distributiua debet deffinire causas secundum maiorē, vel minorem earum dignitatem: & illę quoad ordinem temporis digniores sunt, quæ sunt antiquiores ita Sanch.loco citato cum aliis.

CAP.

CAP. XXV.

An possit Iudex Supremus inaudita parte procedere, & an eius Sententia in hoc casu valeat in conscientia.

SVMMARIVM.

1 *Princeps non potest procedere contra aliquem eo inaudito.*

2 *Citare partem vt se defendat est ex Iure Naturæ.*

3 *Sententia non ex priuata sed publica notitia ferri debet.*

4 *In crimine notorio an sit necessaria citatio partis.*

5 *Princeps timens graue damnum reipublicæ quomodo se gerere debet in superiori Casu.*

6 *In actibus omnino Arbitrarijs Iudex an possit procedere contra Reum libere & absque alia Citatione.*

7 *Citatio post Conclusionem causæ an possit à Principe tolli.*

1 Conclusio sit quod Princeps regulariter non potest procedere contra aliquem eo non audito; nec eius sententia valet, vnde nec in cōscientia obseruanda est text. in cap. 1. De caus. poss. vbi Gregor. Papa dicit nec nos contra partem inauditam aliquid possumus diffinire vbi Panorm. n. 4. dicit Verbum potest importat necessitatem sic etiam notat les. in l. Gallus ff. de lib. & posthum. n. 17. gloss. in reg. p. vers. non potest de reg. Iur. in 6. facit etiam text. in c. 1. de feud. fin. volp. non amitt. & c. caueat, & c. omnia 3. q. 9. in quibus habetur qd sententia absque citatione nulla est. Ratio est, quia Citatio partis vt se possit defendere est radix omnium sitiū § fin. institut. de pæn. tem. 2 litig. † & citare partem vt se defendat est de iure naturæ, quod dictat vnicuique locum se tuendi concedendum esse, & sententiam non posse inferri, nisi prius & perfecte cognoscatur culpa, quę cognitio haberi non potest nisi pars citetur, & audiatur ita gloss. in extrauag. 1. De Dol. & contum. verb. non obstantib. Panorm. in c. 1. de caus. possess. n. 4. & in c. iter quatuor de Maior. & obed. n. 1. Ias. in d. l. Gallus n. 18. Angel. in l. si accusatorib. C. de Accusat. Bald. & gloss. in l. fin. vers. quoniam C. de legib. Couar. qq. pract. c. 23. n. 6. Rebuff. Repetit. c. 1. de possess. vers. sexto nota. Pinell. alios referens in C. de rescind. Vendit. p. 1. Rubricæ c. 1. nu. 21. Alez. cons. 5. vol. 2. n. 2. Oldrad. cons. 43. nu. 1. Marant de ordin. iudicior. p. 4. d. 9. n. 9. Franc. Capiblanc. de offic. bon. tom. 2. pragm. 1. c. 2. n. 22. Ludouic. Peguer. pract. crim. c. 12 §. 6. n. 2. Sot. lib. 5. De iust. q. 3 art. 3. ad. p. vers. at vero verum. Nauarr. c. 25. n. 9. & 10. Caietan. in Sũmul. V. homicidium Azor. p. 3. lib. 11. c. 7. & Sanch. cons. mor. lib. 3. c. vnic. dub. 4. Ledes n. in Summ. tom. 2. tract. 8. c. 22. diffi. 4. Sayr. in Clau. Reg. lib. 12 ca. 8. numer. 21. & 35. Petr. a Nauarr. de Restit. li. 2. c. 3. n. 182 & 197. Zenard. in Theolog. Direct. p. 3. c. 39. dub 3. Barbos. in. Collectan tom. 1. lib. 2. tit. 12. c. 1. nu. 7. Rodolphin. De Absol. pot. Princ. c. 9. nu. 84. & alii qui dicunt Principem de suprema potestate non posse tollere Reo quæ est illus debita de iure naturæ vt est propria deffensio.

3 Amplia etiam si delicti certam notitiam habeat apud se quia sententia, vt pote actio publica, non ex priuata, sed ex publica notitia quę habetur ex allegatis, & probatis, debet proferri, vt ex S. Thom. 2. 2. qu. 67. art. 1. Caietan. & alii quib. adde. Io. de la Cruz direct. cons. p. 1. pr. 8. art. 1. dub. 2. concl. 3. Turrianum in 2. 2. D. Thomę tom. 2. disp. 48. dub. 4. n. 2. Villalob. in Summa tom. 2. tract. 14. diff. 4. n. 7.

4 Limita quando crimen est publicum, & notorium, & liquido constat nullam defensionē esse Reo, tunc enim non videtur necessaria citatio partis quæ ad hoc mittitur vt se defendat sic Panormit. d. c. cum olim n. 20. Rebuff. Nauar. & Caiet. vbi supra. Sil. verb. Citatio. q. 7. Armill. eo. n. 8. Ang. n. 2. Tabien. n. 3. Mald. in 2. 2. tract. 6. c. 1. dub. 14. § dico sexto. Less. lib. 2. c. 19. dubit. 14 n. 102. & c. 29. n. 110. Silu. in 2. 2. D. Thomæ q. 67. art. 3. concl. 6. Morla in Empor. iur. p. 1. tit. 2. q. 10. n. 5. & Antonin. Dian. resol. mor. p. 3. tract. 5. resol. 98.

5 Secundo limita in magna & iusta causa, vt si a Principe timeretur graue scandalum vel periculum, dummodo sit certum delictum, & curet allegari, & probari pro Reo quæcumq; possit Nauarr. c. 25. n. 10. & P. a Nau. lib. 2. c. 3. n. 190. Sanch. cons. mor. lib. 3. c. vnico. dub. 4.

6 Tertio limita in his actibus quis ipse Iudex supremus potest libere agere, & absque iniuria, & sine vlla causa: in his enim liber est, ita Socin. & Aim. quos refert, & sequitur Couarr.

uarr.pr&ct.quæst.cap.23.numer.6.

7 Quarto limita post cõclusionẽ causæ. Nã illa citatio quæ post cõclusionẽ causæ est necessaria ad pronũciandũ sententiã, quia tũc nulla est allegãda defensio, potest licite a Principe tolli ex iusta causa vel ad maiorem ipsius causæ expeditionem, quia potius est humani iuris regula quam naturalis sic Couarr. Rebuff. & alij quos sequitur & refert Sanch.d.dub.4.n.6. Vide quæ dixi infra in c.27.a n.34.& seq.

CAP. XXV.

An Iudex possit exercere actus Iudiciales in Die festo.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia qua Probibuit in Die festo, & n. 2.*
3 *Placitum quid significet.*
4 *Qui nam Peccent in exercendis Actibus Iudicialibus in die festo.*
5 *An necessitas excuset.*
6 *An Pietas excuset & an in causis Matrimonialibus n.7.*
8 *Notarij scribentes in die festo an peccent.*
9 *Arbitramentum an fieri possit in die festo.*
10 *Visitatio an fieri possit Die festo.*
11 *Inhibitiones excommunicationis an ferri possint Die festo.*
12 *An Excommunicare vel absoluere sit Prohibitum Die festo.*
13 *An appellationes fieri possint Die festo et n.14*
15 *An prosequi appellationem sit licitum in die festo.*
16 *Quæ nam Iuramenta sint Prohibita in die festo & n.17.*
18 *Processus & Examinatio Testium non potest fieri die festo.*
19 *Amplia licet Iuramẽtum ante cessisset ipsum festum.*
20 *Item Amplia licet Causa spirituales sint.*
21 *Iuramenta ipse fiunt pro custodia Fidei, & Religionis gratia semper prestantur.*
22 *Consuetudo quod possit recipi iuramentũ die feriato an sit legitima, et e cõtra quod nõ possint recipi nec iuramenta extraiudicialia. n.23.*
24 *In Praxi quid considerandum sit in supradictis Casibus.*
25 *Depositio testis facta die feriata post Iuramẽtum factũ Antea die non feriata an valeat.*
26 *Actus Iudiciales sed extra iudicialiter facti valent die festo.*
27 *Sententiæ non requirentes strepitum iudicialem an sint probibitæ in die festo.*
28 *An executio sententiæ latæ in die pro festo possit fieri die festo.*
29 *Actus iudiciales testium faciendi alibi, quã in loco vbi agitur dies festus an possint fieri.*
30 *Quæ nam feriæ renunciari possint a partibus*
31 *Citatio facta vsq. ad diem festum an valeat*
32 *Citatio pro die 25 Maij si in illa die incidit festum an valeat pro sequenti die.*
33 *Citatio facta ad locum vbi non est festus an valeat si in loco iudicij adest festiuitas.*
34 *Actus iudiciales facti in die festo non solum sunt iniusti sed etiam inualidi.*
35 *An in his casibus considerari debet locus in quo est iudex an locus vbi adest Reus.*
36 *Iudex tenetur seruare festa illius loco in quo futurus est.*
37 *Notarij & alij officiales an possint acta trãscribere in die festo.*
38 *In locis sacris an possint fieri Contractus, & Iudicia exercere.*
39 *Ordinarius an possit concedi licentia Iudici laico testes examinare in ecclesia.*
40 *An sententia lata in Ecclesia sit nulla.*
41 *An domus Ecclesiarum sint exempta.*
42 *An iudicia ciuilia possint fieri in Ecclesia.*
43 *An Actus, ecclesiastici & quæ fieri soleant sine strepitu iudicis possint exerceri in Eccl.*
44 *An actus extra iudiciales possint fieri ĩ eccl.*

1 PRæmittendum est quod Ecclesi. in dieb. festiuis vltra præceptum audiendi missam coniunxit nonnullorum prohibitionem etiam sub a peccato mortali, & hoc propter diuinũ cultũ quod datur de actu Religionis. & in finẽ prestantissimum vt dicit Reginald.l.19. Prax for. pænit. n.35. cum Caiet. Verb. Festus dies c.1. quæ non solum sunt omnia opera seruilia sed etiam mercatus, Placitum, Iudicium ad mortem vel ab alium pænam ciuilem, & iuramentum in iudicio interpositum, nisi fiat causa pacis vel necessitatis vt dicemus ita textus in cap. 1. De ferijs, & l. pen. C. eod.

2 Et ratio est quia ex ijs oriuntur iurgia, Contentiones, & discordiæ, vel saltem seculares distractiones, vnde maxime impeditur vacatio ad res diuinas, & quies intenta in diebus festis Filliuc. tom. 2. tract. 27. cap. 10. nu. 178.

3 Se-

3 Secundo præmittendum quod Placitum significat idem quod strepitus Iudiciali, hoc enim nomine intelliguntur lites, & causæ Iudiciales ita Caietan. vbi supra Suarez lib. 2. c. 29. num. 8. quod omnes sunt prohibitæ in die festo, nisi pietas, aut necessitas aliud suadeat. Nauarr. cap. 13. num. 13. gloss. in c. consequens verb. pietas de ferijs etiam consentiētibus partibus, vnde processus, & sententia non tenent c. conquæstus & ibi DD. de ferijs Caietan. in summul. v. festorum violatio Perez lib. 2. ord. tit. 1. lib. 5. Sanchez opusc. moral. lib. 6. c. 1. dub. 27. num. 1. Azzor. part. 2. lib. 1. cap. 27. qu. 12. Suarez tom. 1. de relig. tract. 2. lib. 2. cap. 30. nu. 1. & 7. & alii per Bonacin. in tertio præcept. decalog. disp. 5. quæst. vnic. punct. 2. num. 10. Filliuc. d. tract. 27. cap. 10. num. 177. & 183. seqq. Nald. Verb. Iudex num. 1. & P. Egid. Bal. Flor. tot. Theolog. v. festum num. 16. cum Nau. cap. 23. numero 12. & Suarez capitulo 29. nu. 8. & 9.

4 Sic præmissis dico quod omnes qui conueniunt ad iudicium, vt est Iudex, actor reus, aduocatus, notorius, & similes tenentur ad hanc legem seruandam .s. ad abstinendum a Placito, & aliis actibus Iudicialibus in die festo l. vlt. C. de fer. et peccant mortaliter non abstinendo, nisi sit actus meræ executionis Nauarra capitulo 25. numero 25. Sanchez vbi supra numero secundo Filliuc. tractat. 27. numero 183. & 203. Bonacina cum aliis loco citato.

5 Limita primo in necessitate, quando .s. alio tempore testes haberi non possunt, vnde si in die festo committitur delictum, potest statim a iudice fieri Inquisitio, si timetur, quod testes discederent, vel iustitia impediatur Perez lib. 1. ordin. tit. 1. lib. 5. Nauarr. cap 13. n. 14. Caietan. 2 2. q. 122. art. 4. Filliuc. loco citato & Sanchez cons. moral. lib. 6. capitolo primo dub. 27. numero 6. quibus adde etiam Sot. lib. 2. de Iust. q. 4. art. 4. ad 3. caus. 4. in fine qui etiam dicet, qui in atrociori, & extraordinario crimine, vt si publicus latro caperetur in festo, liceret eū subito in suplic um rapere, et sic etiam videtur seruari in Praxi ita etiam notāt Sanch. dub. 30. Reg. l. 19. n. 4. Azzor. to. 3. q. 11. & 12. in c. 27. & Bonac. in 3. Decal. præcept. disp. 5. q. vnic. p. 2. n. 9. vers. limitatur sicuti etiā quando Iudex cogeretur modo huic modo illuc pergere ad ius dicēdum ob multitudinem pagorum aut dum bonū pacis, concordiæ & pietatis hoc exigeret Tolet. li. 4. c. 24. Clau. Reg. li. 7. c. 2. n. 18. Azzor. p. 2. li. 1. c. 27. q. 12.

6 Secundo limita in causa pietatis non consanguinitatis tantum, vel patriæ sed misericordiæ, & Charitatis; vnde Iudices rurales excusantur dicentes ius rusticis in die festo, ne perdant diuturnum laborem necessarium ad vitam sustentandam ita Caiet. v. Festorum violatio §. quoad tertium Nauarr. cap. 13. nu. 13 Armill. v. feriæ num. 16. Lopez in instruct. Conscient. lib. 1. cap. 54. Sanchez num. 24. & Filliuc. d. n. 185. † Sicuti etiam excusantur exercentes iudiciali pro personis meserabilibus, vt sunt causæ mercedis, alimentorum, peregrinorum, causarum piarum, & aliorum tendentium ad fauorem animæ nec non dationis tutorum, & in criminalibus quando de reorum innocentia tractatur & similium vt notat Anton. Nald. in sum. v. Iudex num. 1. cum aliis per eum quibus adde Perez vbi supra Tabien. Caiet. & alios locis citatis in causis tamen matrimonialibus, & vsurarum non licet quia proprie pietas non est ita Filliuc. d. nu. 185. in fine cui addo Nald. in sum. verb. Iudex nu. 2. & Diana mor. res. p. 2. tract. 15. res. 34. & refert Laym. Theol. moral. l. b. 4. tr. 7. c. 2. nu. 8. Rodriq. in sum. tom. 1. cap. 122. num. 3. & Philarch tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 23.

7 (beside "185. † Sicuti etiam excusantur")

8 Et hic nota quod propter eamdem causam licet Notarii alias peccent mortaliter scribentes ea quæ pertinent ad strepitus iudiciales vt dicit Tolet. in summa Henriq & alii, tamen ex necessitate, vel ex pietate etiam extra necessitatem, vt ad liberandum carceratum, vel ad faciēdum negocium pauperis foranei possunt & non peccant ita Sanchez vbi supra num. 28. & Dian. loco cit. cum aliis per eos.

9 Tertio limita quādo debet procedi non Iudiciali modo, sed amicabili nam tunc potius dicitur Arbitrator, quam Iudex & notat Suarez tom. 1. De relig. lib. 2. de festorum obseruat. c. 30. numero 15. Filliucius vbi supra numero 100. vers. Arbitrium, & ex antiquis Abb. in d. cap. vlt. de feriis num. o. Armill. verb. festum numero secundo Tabien. V. feriæ numero secundo Siluest. verb. arbiter qu. 3 & sequuntur Bonacin. tom. secundo disp 5. q. vnic. punct. 2. num. 12. in fine tract. de tertio præcept. Decalog. & Io: Valer. de differ. vtr. for. v. Iudex differ. 17.

10 Quar-

10 Quarto limita in Visitatione ecclesiarum absque strepitu Iudicij, quia potius est actus Religionis, & pietatis, quem Iudicij Vnde episcopus, Visitatores religiosorum & similes potest in die festo exercere d. Visitationem absque peccato in Caietan. c. 2. q. 1 22. art. 4. ad primum cum alijs.

11 Quinto limita ita sententiis excommunicationis, quas Prælati ecclesiastici ligant inhibēdo nequid fiat, eo quia hoc proprie iudicare non est, sed potius quasi legem edere vt dicit Caietan. d. art. 4. Sanchez d. dub. 27. numero 6.

12 Suar. cap. 28. num. 55. † Immo nec sententiæ excommunicationis contra reos sunt prohibitæ vbi causæ cognito non requiritur quod intellige tam de sententia, quam de absolutione quia hæc omnia extra iudicialia sunt, & ideo non sunt prohibita Lactus C. de Ferijs Abb. in capitulo vltimo et c. Federic. de sent. cons. 11. & seq. Filliuccius numero 196. & Suarez numero 10.

13 Sexto limita in appellationibus; actus enim appellandi licitus est in die festo, quia pertinet ad naturalem defensionem; ideoque iura noluerunt hominem tam iusto subsidio priuare etiam in die festo Caiet. d. art. 4. cum alijs vbi supra cum gloss. in d. c. vlt. de fer. vbi Panorm. & de communi testatur *Bonacin.* numero 17. loco citato licet alii, & præsertim Reginald. libro 19. numero 45. vers. quesita questio, teneant contrarium, ea ratione quia cum strepitu Iudiciali necesse est hoc fieri, sicut & alij Actus Iudiciales & in d. cap. fin. prohibentur sed actus pertinentes ad strepitum Iudicialem

14 † Et ego dicerem in praxi ita esse seruandum nisi pietas, vel necessitas aliud requireret quod arbitrio prudentioris relinquendum est Vide Suar. loco citato cap. 30. num. 13. & tunc diceretur necessitas quando pręfixus dierum numerus finitur, licet si posset anteponi, vel postponi vtique faciendum est vt ait Filliuc. num. 198.

15 Nota tamen non intelligi de prosecutione Appellationis cum non sit necessarium non enim in prosecutione potest dici expirare d. terminum præfixum die cum sicut in Appellatione notat *Bart.* in l. 1. C. de fer. Armill. V. festum numero 3. Tab. v. ferię numero secundo Sanchez numero 4. Suar. numero 13. Filliuccius numero 198. & Bonacina d. disput. quinta quęst. vnic. punct. secundo numero 13. & P. Egid. Bass. d. v. Festum numero 18.

16 Septimo limita in Iuramentis quę non fiūt in Iudicio nam alias omne Iuramentum alioqui licitum & solum quod in festo fiat, esset peccatum, quod est absurdum, & cōtra vsum ecclesię; & quia eod modo omne Iuramentum alias illicitum factum in die festo peccatum duplex esset quod est contra communē; quare solum illa Iuramenta erunt prohibita tam Iudicialia quam extra iudicialia per quę firmantur pacta & contractus inter homines ita Caietan. Filliuc. & alii vbi supra quibus adde Tolet. libro 4. cap. 24. num. 11. Suar. tractat. 1. libro 2. cap. 30. num. 16. & Bass. 9. v. Festum num. 22.

17 Quod intellige, nisi pro pace aut necessitate sit pręstandum vt pro fide, obedientia & simili, quia ecclesia non obligat cum tam graui onere. Sed hęc necessitas relinquitur rectę rationi iudicanda sic Caiet. 2. 2. q. 122. ar. 4. Silu. V. Dominica quęst. 3. sot. de Iustit. libro octauo quæst. 1. articulo 10. ex doctr. D. Th. 2. 2. q. 89 art. 10.

18 Ex quo infertur, quod processus, & examinatio testium non potest fieri in die festo propter Iuramentum, quia eo die iuramentum exigi non potest vt dictum est & notat Suarez tom. 1. de relig. tract. 2. lib. 2. c. 30. nu. 17. Clau. reg. l. 7. c. 3. n. 5.

19 Quod amplia, licet Iuramentum antecessisset in die pro festo, & postea in die festo examinarentur testes, & fieret processus, nam etiam ista interrogatio, & responsio pertinent ad forum iudiciale prohibitum ob quietem & vacationem ad deum, vltra quod in Praxi obseruatur semper repetitio iuramenti, & male quare d. examinatis tali die facta nulla erit suarez loco cit. n. 7.

20 Amplia secundo licet causę spirituales sint & ratio est seruandū D. Th. quia tam spirituales causę, quam temporales, impediunt vacationem ad deum, nam non per hoc quod spirituales sunt cessat strepitus iudicialis quia & istę fiunt cum citatione, processu, & similibus Suar. num. 8. Bonac. in 3. Decal. pręcept. tom. 2. disp. 5. q. vnic. punct. 2. nu. 21. Filliuc. tract. 27. nu. 195.

21 *Sublimita* in iuramentis solemnibus, quæ pręstantur sacris inquisitoribus tam ab his qui reconciliantur ad fidem, quam a reliquis circumstantibus, quia tale iuramentum fit pro re

valde

valde speciali .s. pro custodia fidei, & ideo cũ redundet in honorem Dei quocumque tempore fieri potest Sanchez cons.mor.lib.6.c.1. dub.30.n.3.sicuti etiam religionis gratia, vt si hæreticus deberet relaxari brachio sæculari ad puniendum Sot. lib.5. de Iust.q.4 art. 3. cum Sanchez eo loco.

22 Sublimita secundo nisi adsit legitima consuetudo in contrarium quod .s. possit die feriato recipi iuramentum, & die festo prosequi, tunc enim fieri posset, cum legitima consuetudo sit legis interpres, & possit legem legitimo tempore abrogare iuxta conditiones necessarias vt bene notat Bonacina d. tom.2. disp.5. quæst.vnic. punct.2. n.21. vers. limita primo cum alijs per eum citatis quibus adde Egid. *Bass.*Flor.tot.Theol. V.Festum nu.20.

23 Amplia tertio etiam in Iuramentis extra iudicialibus ex laudabili consuetudine quæ introduxit ne fiant contractus in diebus festiuis vt supra etiam dictum est fine licentia Episcopi, aut nisi necessitas, vel pietas aliud suadeat, sicuti fieri solet in criminaliter de cõsuetudine, ita Abb.in d.cap.1.de fer.& clarius in cap. vlt.eo.num.18. Suar. de releg.tom.3. lib.2. cap.30. num.17. Riccius in collectan.p. 4.collect.840.Rot. Roman. decis.777.in nouiss. Farinac. Molfes. in summa post 1. tract. 13.cap.17.num.51 & Dian. p.2. tract.15. & miscellan.1. Resol.34. Licet p.4. tract. 4. res. 62.vers.nota idem Diana afferat tantum Iudicialia esse prohibita & testatur de probabili opinione cum Laym.lib.4.tract.7.cap.2.n.6.

24 & Caiet. 2.2.quæst.122.art.4.†In Praxi vero Iudex pro tutiori suæ conscientiæ defensione consideret tempus, locum, personas,& scandalum quod oriri potest, & iuxta has circumstantia loc, & iuxta consuetudinem cuiusque Prouinciæ agere debent Iudices & maxime vbi ageretur de Reorum innocentia ex decis.Rot. March.85.& notatis a Bertach.tract.de episc. cap.2.num.14.seq.Menoch. de arbitr.qu.30. lib.1.præiud.decis.115.

25 Et hic nota quod si testis iurat die non feriata,& postea deponit die feriata, valeat eius depositio, & ratio est quia testium examinatio refertur ad tempus Iuramenti præstiti, nisi denuo in depositione sit reiterandum d. iuramentum vt supra dictum est Riccius Collectan.919.p.4.Guid.Pap.decis.125.& Nald.d. V.Iuramentum.n.6.

26 Octauo limita in actibus Iudicialibus sed extra iudicialiter factis,& sine strepitu Iudicij quia tantum prohibentur illi, qui pertinent ad strepitum Iudicialem Azzor.p.2.lib.1.cap.27. quæst.11.Clau.reg.cap.2. num.15.*Barbos.* de pot.Episc.p.3.alleg.72.n 145.Castro Palao. in oper.mor.tom.2.tract.13.disp.2. p.5. num.4. Pereira de renouat.Emphit.cap.13.numero 5. Cardos.in Praxi Iudic.Verb feriæ num.3.Ceuall.de Cognit.per viam viol. verb. feriæ n.3.

27 †Vnde omnes sententię non requirentes strepitum iudicialem, vt sunt Dispensationes, Priuilegium, collationes *B*eneficiorum, aliique actus voluntariæ Iurisdictionis non sunt prohibitæ ita Panormit. in d. c.vlt.de fer. Suarez tom.1.de relig.tra.2.lib.2.cap.30. num.9. Feder.de Sen.cons.11.apud Suar. loco citato & apud Azzor.vbi supra cap.27. quæst.12. Reginald.lib.19.num.44.Laym.lib.4.tra.7. c.2. num. 7. & allii per Barbos.vbi supra numero 144.quibus adde Tolet.lib.4.capitulo 24. & *Bass.*vbi supra.

28 Hic queritur an executio sentẽtiæ latę in die pro festo, possit fieri in die festo,& respondeo negatiue quia executio est actus Iudicii contentiosi, & nõ potest fieri sine strepitu iudiciali, & ideo erit illicite, & inualide facta Filliuc. tr.27.cap.10.num.157. Reginald. libro primo num.45.& Bonacina cum aliis qui etiam testatur de communi in tract. 3. Præc. decalog. 1. disp.5. quæst. vnic. punct. secundo numero 22.

29 Nono limita quando dd.actus sunt faciendi alibi quam in loco vbi agitur dies festus,& ibi est dies ferialis, vt potest contingere aliquando in examinandis testibus extra illum locum vbi agitur causa, vel sit facienda inquisitio, vel celebrandum Instrumentum vt docet Suarez d.cap.29.num.7. Filliuc. num.148. & Bonac. num.19.

30 Decimo limita in feriis, quæ fiunt in leuamen partium, vt sunt tempora Vindemiæ B[a]ccanalium, & similia; nam istæ feriæ possunt renunciari a partibus, non tamen quando in honorem Dei & sanctorum fiunt, quia istæ a partibus renunciari non possunt. Filliuc. tomo secundo tract. 27. capitulo 10. numero 109.

31 Vndecimo limita in Citatione facta vsque ad diem festum, nam licet Citatio facta die non feriata pro die feriata non valeat, sicut die

feriata

feriata pro die non feriata, & sic citatus non teneatur comparere, tamē facta vsque ad diem feriatum tenet, quia potest comparere in die non feriata, nisi consuetudo habeat oppositum Siluest. verb. Citatio quæst. 4. Sanchez conf. mor. lib. 6. cap. 1. dub. 27. num. 8. seqq. Suar. de relig. lib. 2. cap. 30. num. 4. Azzor. p. 2. libro 1. cap. 27. quæst. 15. Reginald. libro 19. numero 45. Bal. v. Festum numero 19. Filliuc d. tract.
32 27. numero 191. † qui addit quod si esset facta solum pro tali die mensis v.g. 25. Maij, & in illam diem incideret festum, probabile sit valere pro die sequēti ad d. Diem festum quia verba illa indicant tamen protogatione temporis, pro quo fit Citatio; sed hæc opinio refutatur a Bonac. d. disp. 5. quęst. vnic. punct. 2. n. 16. cum Panormit. & alijs per eum citatis ea ratione quia decretum comparendi in d. festo est omnino irritum, & ideo non potest cum prorogatione conualescere per text. in d. c. vlt. de fer. Et licet formaliter non sit contra Præceptum obseruationis festi ab rectam Iudicis intentionem, tamen materialiter illi aduersatur et lex non simpliciter respicit, intentione in sed factum, & sic in Praxi obseruari debet pro tutiori conscientiæ defensione licet alia opinio etiam sit probabilis vt dicit P. Egid. Bass. Flor. tot. theol. v. festum num. 19.

33 Nota etiam quod Citatio facta ad locum vbi non est festus, valet, licet in loco Iudicii adsit festiuitas, sicuti diximus supra de testibus examinandis in num. 29. quia consideratur vbi strepitus Iudicij fieri debet, secus vero esset, si citatio facta fuisset ad comparendum in loco, vbi est festus, tunc. n. nulla esset ita Suar. d. c. 29. numero 7. Filliuc. tract. 2 . 184. & Bonac. d. disput. 5. quæst. vnic. part. 2. numero 19. quia semper consideratur locus vbi fit strepitus Iudicij ita Bonacin. loco citato vers. nona difficultas.

34 Tandem aduertendum est quod exceptis prędd. casibus adeo actiones Iudiciales sunt prohibitę, tam illæ quæ fiunt pro Inchoatione causæ, quam pro formatione processus, cognitione causę, & terminando iudicio vt est sententię probatio, vt non solum sunt iniustę, sed etiā inualide, etiā si partes cōsenserit, vnde tam processus quā sententia talibus diebus promulgata, & alia omnia irrita erunt, vt dicit Azzor. p. 2 lib. 1. ca. 27. q. 12. Reginald. l. b. 19. num. 44. vers. quem strepitum cū alijs supracitatis post Guazzin. Patrem meum def. 38. cap. 5. quibus adde Valer. diff. vtr. for. V. Iudex differ. 17. qui citat Abb. in cap. dilecti, numero 6. de Iudic. & Guid Papa quęst. 215. cum multis fallentijs.

35 Restat modo quęrere quis nam locus considerari debet pro obseruatione prędictorum an locus vbi residet Iudex an vero locus vbi reus inuenitur adeo vt si in loco vbi est Iudex adsit aliqua festiuitas solemnis illius loci sancti .s. Protectoris Ciuitatis vel Pagi, in loco vero vbi pro illo die reus inuenitur & debet aut citari aut examinari non adest talis festiuitas sit attendendus potius locus vbi adest d. iudex aut locus vbi adest reus & respondeo attendi debere locus vbi adest Iudex nam Iudex Principem locum tenet in negocio, vnde conueniens est, quod non ipse alios, sed alij ipsum sequantur ita Panorm. in d. capit. vlt. de ferijs numero secundo Azzor. vbi supra numero 17. Reginald. lib. 19. num. 45. vers. aduerte autem Suar. d. cap. 29. num. 7. Filliuc. tractat. 27. num. 184.

36 Nota tamen quod Iudex tenetur seruare festa illius loci in quo futurus est ne sit alijs scandalum, quibus in laudabili consuetudine se conformare tenetur, ac proinde abstinere a strepitu Iudiciali qui tunc temporis est prohibitus in illo loco; de quo plura Suarez d. capitulo 29. Reginald. numero 45. & alii supracitati.

37 An vero Notarii, Commissarii & alii officiales Curię possint in diebus, festiuis acta trāscribere? Vide quę dixi in libro primo de aduoc. def. 1. cap. vlt. quibus hic addo quod non peccant mortaliter; transcribere enim non est opus seruile etiam si fiat gratia non addiscendi & sine proprio profectu, nam talis actio per se spiritualis & mentalis est, & per accidens se habet quod hac vel illa intentione fiat ita Suar. tom. 1. de relig. lib. 2. cap. 25. num. 4. Bonacin. d. disput. 5. quęst. vnic. punct. 2. numero 23. vers. quarto licitum Clauis reg. lib. 7. cap. secundo num. 15. Dian. resol. mor. part. . tract. 15. res. 35. cum aliis per eum Filliuc. d. tract. 27. cap. 9. quęst. 8. numero 160. Laym. lib. 4. tract. 7. cap. 2. num. 3.

38 Ad hanc reuerentiam non solum spectat tempus sed etiam locus sacer ideo dico quod in Ecclesijs, & locis sacris non possunt iudicia exercere capitulo primo & c. cum ab Eccle-

clesia de immun.Eccles. Nauarr. De hor. Canon.c.5.n.31. Azzor. p.3. lib.8.c.9.q.7. Nouar.in Sum.Bull.tit. De eccles. Vener. nu.3. &
39 nouissime Sperell.decis.51.n.1.seqq. † qui etiam dicit pro Praxi quod Ordinarius non potest concedere licentiam Iudici Laico vulneratos, vel testes examinare in ecclesia, & n. 26. dicit bene facere dd. ordinarios qui citationum executiones in Constitutionibus Synodalibus vetant ne fiant in ecclesia, & locis sacris & ita Episcopus Racugna in pr. Synodo celebrata in Ecclesia Cathedrali ciuitatis Castelli die 25. Apr. 1644 me præsente statuit in ecclesiis nullam fieri licere delictorum inquisitionem. nullumque testis dictum excipi vt in tit. De Reuer.debit.loc.sacr.n.14.

40 Imo Sententia lata in ecclesia est nulla nisi in causa ecclesiastica, & Iudices peccant mortaliter causas ibi tractantes c. decet §. fin. ff. De Imm.eccles.in 6.Sper.d.decis. 51. nu. 7. Ludou.Correa in c.inter alia p.2.n.27 Roder. a Cunra in comm.ad c fiatorium 6.n.3.d.42.

41 Quod extenditur etiam ad domos ecclesiæ nisi a dd. Iudicibus sint conductæ vel de Licentia Prælati ex iusta causa ita Sperell. loco citato quem sequitur Barbos.de Iur.eccles.lib. 2.c.3.num.12.

42 Amplia etiam in Iudicijs ciuilibus,& ipsa Citatione quia actus Iudicialis est c. quoniam de Probat.Aezor.d.p.2.lib.9.c.9.qu.1.& alij per Barbos.de offi. Parochi c.13.n.15.

43 Limita in actibus ecclesiasticis ad Iurisdictionem voluntariam pertinentibus, & quæ fieri solent sine strepitu Iudiciali vt sunt promoueri ad doctoratum & similia Silu. V. Immunitas. 1.n.3.in fine Arm.eo.n.3.& alii Barbos.loc.cit.n 16. secundo Limita in actibus extraiudicialibus licet sęculares sint vt sunt contractus q.Constitutio loquitur tantū de Iudicialib.Barb.vbi sup.n.17. qui & alios allegat.

CAP. XXVI.

Quam opinionē sequi debet Iudex in iudicando.

SVMMARIVM.

1 *Quotuplex sit legis opinio.*
2 *Opinio probabilis quæ nam dici possit.*
3 *Opinio vnius Doctoris an faciat opinionem probabilem.*
4 *Opinio probabilior quæ nam sit.*
5 *Duo opiniones oppositæ possunt etiam dici probabiles & quomodo.*
6 *Communis opinio quæ nam dicitur.*
7 *Non quantitas solum Doctorum faciunt opinionem communem sed Auctoritas & ratio.*
8 *Quinque Classici doctores faciunt opinionem communem.*
9 *Quomdo iudex se gerere debet in electione opinionum Doctorum.*
10 *Cur sint tantę inter se diuersę opiniones.*
11 *Vtrum possit eligi opinio probabilis relicta probabiliori magis tuta.*
12 *Datur exemplum supradictæ Doctrinæ.*
13 *Non idem est Iuris de dubijs quod de Opinionibus & quomodo differant inter se.*
14 *Sequi opinionem minus probabilem etiam si minus tuta sit non est illicitum.*
15 *Quando sunt plures opiniones de aliquo opere faciendo an debeam sequi opinionem minus probabilem sed tutiorem in conscientia.*
16 *Quę nam dicatur opinio tutior.*
17 *An opinio communis sit semper eligenda.*
18 *Quæ nam dicatur opinio probabilior.*
19 *An vir doctus possit sequi suam opinionem contra communem.*
20 *Iudex potest sequi opinionem probabilem relicta probabiliori.*
21 *Arbiter an possit sequi aliorum opinionem contra propriam.*
22 *Iudex quando adest scandalum non potest relinquere opinionem probabiliorem.*
23 *Iudex prudenter agit sequendo opinionem probabilem.*
24 *In dubio Iuris æquali vtriusque partis quid agere debet Iudex.*
25 *Iudex non potest tollere alteri dimidium rei in qua habet qui in dubio.*
26 *Iudex in criminalibus tenetur sequi opinionem probabilem in fauorem Rei licet sit probabilior in fauorem fisci.*
27 *Amplia licet sit circa ius.*
28 *Quæ regulę obseruandę sint a Iudice circa electionem opinionis & n.29.*
30 *Qui ordo obseruandus sit in conscientia pro opinionibus eligendis.*
31 *Iudices aduertere debent ne ex sola probabilitate ficta iudicent.*

1 OPinio legis triplex est, alia probabilis, alia probabilior, & alia quæ dicitur opi-
2 nio communis. † Probabilis est illa quæ dat cognitionem incertam, sed tamen nititur rationibus, & auctoritatibus, vnde rationes probabiles faciunt opinionem probabilem intrinsece; aucthoritates vero Doctorum extrinsece; ita tamen vt per opposita nulla sit ratio conuincens, quę solui non possit, vel solui posse cum hac opinionis ratione vel auctoritate persuaderi valeat. ita Sanch. De matrim. lib. 2. disp. 28. num. 6. Filliuc. tract. 21. tom. 2.
3 cap. 4. n. 133. † Et nota quod auctoritas vnius Doctoris docti, & pij sufficit ad constituendam opinionem probabilem, maxime si eius opinio non sit contra communem ita Sanch. in Sum. tom. 3. lib. 1. c. 9. num. 7 quem sequitur Dian. mor. res. par. 4. tr. 4. resol. 30. quibus adde Filliuc. tom. 1. tr. 21. c. 4. n. 134. & P. Merollam tom. 1. disp. 3. c. 3. dub. 1. n. 4. Vnde concludere possumus illam posse dici opinionem probabilem quæ communiter reputatur non posse continere errorem, nec esse per canones aut Decreta superiorum abrogata. n. Filliuc. n. 136.

4 Probabilior vero opinio illa est, quæ firmiori & meliori rationum fundamento fulcitur & Doctorum Classicorum opinione firmatur. ita Azzor. p. 1. lib. 2. cap. 16. littera A. col. 157. vers. his igitur Sanch. in *Præcept*. Decal. tom. 1. lib. 1. c. 9. n. 5. Barbos. De pot. Episc. p.
5 3. alleg. 96. num. 8. circa med. † Et nota quod duo oppositæ opiniones possunt etiam dici probabiles absque quod adsit alia probabilior; siue quia vnam per rationes ex causis rerum, & effectibus dirutas probabilem iudicatur, alteram per Doctorum aucthoritatem; siue quia vtraque per intrinseca principia scilicet raiones, sed non bene intelecta; vnde potest euenire quod aliquis diuerso tempore probabiliorem reputet illam quam antea minus probabilem existimauit; & e contra ita Sãch. vbi sup. n. 12. Azzor. c. 13. & Filliuc. tract. 21. n. 137.

6 Communis vero opinio illa est quæ communi doctorum opinione confirmatur iuxta subiectam vnius cuiusque rei materiam, quare si materia est Theologica communis opinio intelligitur, quæ comm. Theolog. consensu fuerit recepta. Si materia est legalis, quæ comm. Iurisperitorum consensus approbarit, & sic de morali. Nota tamen quod non tantum ex numero Doctorum censetur communis, sed etiam ex aucthoritate & numero opinantium est iudicanda communis: nam multoties euenire solet, quod Doctores vnus post alium more ouium absque delectu meliori sequuntur, & hec impropria est communis, & materialiter tantum, vnde illa proprie, & formaliter dicitur communis, quæ a communi numero Doctorum rationibus, & aucthoritatibus ab ipsis adductis consulto communis aprobatur. Nauarr. Man. cap. 27. num. 189. Azzor. part. 1. lib. 2. cap. 13. litter. *B*. col. 147 vers. si roget. Sanch. De matrim. lib. 3. qu. 44. numer. 1. quibus adde ex Iuristis Dec. cons. 181. in fine. Menoch. cons. 37. nu 171. lib. 1. Fab. Turret. De effect. Clausf. Codic. q. 4. eff. 4. vers. hæc opinio Io: Mar. Corac. De Comm. Doct.
7 opin. in Præfat. num. 4. † Et sic licet sit tanta quantitas Doctorum vt faciant fere cõmunẽ opinionẽ attamẽ si leges, & Iura nõ bene adaptantur ad casum, vel non probent intentum, non potest dici communis. ita Mandos. ad reg. 5. Cancell. q. 5. n. 7. Roland. cons. 54. n. 21. lib. 4. Mascard. De probat. concl. 488 per tot. Decian. resp. 6. numer. 33. & 41. numer. 83. quos refert & sequitur Barbos. De pot. episc. vbi supra in vlt. editt. cart. 422. col. 1. quibus addo ex Moralibus Reginald. lib. 13. num. 92. & 105. Nauarra in man. *Con*. c. 27. num. 189. Azzor. p. 1. lib. 2. c. 17. quæst. 6. Emm. Sà Verb. dubium sub fine Th. Sanch. opusc. mor. lib. 1. cap. 9. num. 6. & *Bonac*. De legib. disp. 2. qu. 4.
8 punct. 9. num. 21 † qui etiam notat cum Filluccio vbi supra quinque Classicos Doctores posse facere opinionem communem. Vide etiam Sayr. in Clau. Reg. lib. 1. c. 11. n. 8. & P. Sal. 1. 2. qu. 21. tract. 8. disput. vnic. sect. 12. nu. 18.

9 His præmissis est quærendum quomodo se gerere debet Iudex in tractandis huiusmodi opiniones vt tute in conscientia possit ferre sententiam iustam maxime in tanta doctorum quantitate; & opinionum varietate nostri temporis; & quam Sententiam possit sequi pro defensione propriæ conscientiæ. Et respondendum est primo cum doctrinis generalibus, & postea deueniendum ad particulares, aduertendo hic moralem obseruationem ad hunc propositum factam ab insigni Theologo P. Salonio in 2. 2. S. Thomæ. qu. 63. art.

110 art.4. contr.2. concl.vlt. qui dicit. † Nec mirandum est quod in rebus etiam moralibus tot sint opiniones, quia veritas maxime post peccatum abscondita est, habitatque lucem inaccessibilem. Hoc tamen superest solatii in tanta opinionum varietate, vt si quis omni affectu humano secluso, ac simplici, & securo desiderio attingendæ veritatis diligenti studio & oratione ad Deum vtatur & his medijs adhibitis hanc, vel illam opinionem probabilem amplectatur, quæ sibi vera videbitur, manet tutus in conscientia.

111 Dico igitur primo cum Azzorio, Filliucio, Sanchez, & alijs quod in Conscientia potest sequi opinio probabilior relicta probabili, licet sit dicta probabilis magis tuta in Cõscientia quia talis eligendo d. partem probabilem prudenter operatur in rebus quæ non sunt

112 alioqui euidentes v. g. † est opinio magis tuta nefas esse si quis iuste condamnatus ad carceres, vt ibi moriatur, maneret in d. carcere quando liber ei patet aditus ad fugiendum; vel cibum respiceret quando est iure condemnatus ad carcerem vt fame pereat iuxta Caiet. 2.2.qu.69.art.4. Cordub.lib.1.q. 36. Castr.lib.2. De leg.pęn. ca.8. Couarr. var. resol.lib.1. c.2. Attamen alia opinio probabilior Soti lib.5. De Iust.q.6.art.4.cum Maiol 4. dist.15.q.22.Salon.2.2.qu.69.art. 4. contr. 4. & alijs quod scilicet liceat ei oblatam cibum refutare ab eo se abstinere, & in carcere manere ad satisfaciendum Iustitiæ, potest licite a carcerato teneri relicta prima licet magis tuta, vt notat Azzor.p.1 lib.2.ca.12.qu.1.littera. C.

113 Nec obstat quod dicitur in Dubijs tutiorem partem esse eligendam quia respondet Azzor. loco citat. nunquam in Iure haberi vt inter opiniones nos tutiorem sequi debere non enim idem est Iuris de dubijs quod de opinionibus; nam qui dubitat neutri parti assensum præbet, qui vero opinatur vni tantum parti assentitur, quamuis non sine aliqua formidine, & sic dicit etiam Filiuc. loco cit.nu. 126 vers. non obstat in hoc casu rem non esse dubium, & ideo facere hominem suspensum, sed esse probabiliorem, vnde cognoscimus intelectum ei adhærere licet cum aliqua formidine oppositi magis tuti. Vide etiam Nauarr. in Man.c. 27.num.284.

114 Secundo dico quod sequi opinionem minus probabilem etiam si minus tuta sit, non est illicitum ita de communi recentiorum testatur Filliuc.tom.2.tract.21.r.128.& tenent Nau. cap.27. nu.288 Medin.qu 19.art.6. Valent.disput.2.q.14.p.4.Bannes. 2.2.q. 10.art. 1.dub.3.Vasq.disp.62.c.4.& Sanchez d.lib.1 c.9.nu.14.cum decem, & septem auctoribus per eum citatis. Et probatur quia si loquamur de personis indoctis satis est pro defensione conscientiæ si sequantur Iudicium viri sapientis, si vero loquamur de uiris doctis vera est propositio licere ipsis relicta probabiliore opinione, & tutiore sequi minus probabilem, & minus tutam quia talis prudenter operatur credendo peritis in arte & se submittendo iudicio sapientum, nec necesse est alia maior certitudo bene operandi, quia sic nec liceret sequi probabiliorem minus tutam quod falsum est vt supra diximus; & sicut in speculatiuis illa est opinio probabilis quam licet sine periculo erroris amplecti, ita in moralibus opinio probabilis erit illa quam sine periculo peccandi licet sequi, ita DD. supracitati.

115 Tertio dico quod quando plures sunt opiniones de aliquo opere faciendo, vel de conditione ipsius operis, opinio magis probabilis & tutior sequenda est relicta probabiliore minus tuta ita Vasq.disp.63.ca.3.Suar.tom.4. disp.26.sect.6.nu.5. Et ratio est quia vt dicit Filliuc. d.tract.21.nu. 138. contingere potest vt sequendo opinionem probabiliorem minus tutam sit periculum alicuius grauis incommodi vel nobis, vel proximo, quod tenemur & Charitate & Iustitia vitare, & imprudens esset talis actio relinquendo viam tutam; & ideo vbi electio opiniorum est solum ad tollendum peccatum satis est eligere probabilem, & minus tutum, quia etiam si falsa esset nemini noceret, & vero vbi est coniuncta vtilitas proximi, vel quid simile eligenda est tutior ita etiam dicit Azzor. part. 1. lib. 2. capitol. 16. quæstione 3.

116 Et nota quod illa dicitur tutior opinio quæ plurimorum sapientum Iudicio pro tali habetur; non ea, quam vnus, vel alter forte nimis scrupolosus, quam par est pro tutiore existimaret ita Filiuc.nu. 138 in fine. & Azzor. quæsit.2.vers.vt in hac re vnde illa dicitur tutior in qua tenenda nullũ peccatũ admittitur.

Mm 2 117 Quar-

17 Quarto dico quod Communis opinio, licet frequenter eligenda esse videatur, quamuis sit minus tuta, & quando aliæ opiniones sunt æque potest eligi extra omne periculum peccati, tunc quia est probabilior tum quia videtur esse temerarium posthabita communi alteram opinionem eligere; peccatum tamen non est minus communem eligere, tum quia opinio licet minus communis, tamen tutior esse potest; tum quia aliquando minus communis opinio firmiori, & meliori ratione fulta fustinetur, & in opinionibus non sententiæ numerantur vt supradixi, sed ponderantur ita Azzor. vbi sup. quæst. 4. litt. B. col. 158.

18 Ex quo infertur quod non semper in foro conscientiæ vocatur illa opinio probabilior ex eo quod plures Auctores hoc sentiant, nec pro tali semper haberi potest; quoniam non bene se habet suffragiorum numerum examinare absque inuestigatione ponderis vel momenti eorum: sæpe enim venit in Practica, vt in suffragijs ferendis maior pars meliorem vincat, quare Dominus in libro Exodi cap. 23 præcepit quod in Iudicando plurimorum sententiæ non esset acquiescendum ad hoc vt postmodum a vero quis deuiet. vt bene notat idem Azzor. vbi supra d. quæsit. quarto.

19 Quinto dico quod quando vir doctus contra communem opinionem nullum probatum aucthorem habet, sed tantum manifestam, & firmam rationem, in foro conscientiæ sufficit, nam in hoc casu etiam dicitur sequi iustam causam, & probabilem rationem; & hoc in Praxi euenire potest quando de illa materia a nullo Aucthore tractatur, vel saltem ab vno solo, nam tunc poterit eligere eam quæ probabilis sibi visa fuerit ex rationibus: vel eisdem rationibus suffultus tenere etiam contra illum solum ita Azzor. part. 1. capitol. 17. quæsit. 6. qui etiam quæs. 7. dicit quod poterit sequi aliorum opinionem contra propriam, sicut probabile consilium alterius contra proprium ipsius.

20 Sed deueniamus ad particularia de Iudicibus: circa quæ adnotandum est iuxta supradictas doctrinas generales quod Iudex potest tuta conscientia sequi opinionem probabilem relinquendo probabiliorem immo etiam relinquendo suam ita DD. comm. ad S.Thom. 2.2. quæst. 63. artic. 4. Sanchez pract. disput. 44. num. 50. Del Rius disp. 9. mag. lib. 5. qu. 1. § quotiescumque vbi testatur de Comm. Castro Palaus tom. 1 disp. 2. punct. 11. tit. 7. Siue sit superior siue inferior Iudex ita Anton. Dian. res. moral. par. 2. tr. 13. resol. 3. cum alijs per eum allegatis quibus adde Bonac. De leg. disp. 2. qu. 4. punct. 9. n. 13. Pharaon. De Sacram. Pænit. tr. 1. sess. 6. cap. 3. Fr. Leo De offic. & pot. Confess. par. 1. recollect. 2. num. 177. Lazzar. tr. de Blasf. q. 13. n. 63. & Io. Petr. Ala de Aduocat. Christ. p. 2. qu. 72. vers. & quando ex eo quod docet Valent. 2. 2. q. 63. artic. 4.

21 Fallit in Iudice Arbitro electo a partibus sub conditione, quod iuxta suum Iudicum debeat iudicare; nam tunc non potest aliorum sequi Sententiam contra propriam, nisi probabiliter duas opinionis sustineat, tunc enim iuxta quamlibet poterit iudicare ita Molfes. Montes. p. 2. tom. 1. disp. 29. q. 3. n. 213. quem sequitur Dian. d. part. 2. tract. 13. resol. 3. vers. dico igitur circa medium.

22 Secundo fallit quando adesset Scandalum, vt si pro amico hoc faceret, & alij ex hoc scandalizarentur, nam tunc peccaret contra Charitatem, licet non contra Iustitiam est Neuizan. in Silu. nupt. lib. 6. princip. n. 2. & alij per Io. Valer. tract. de differ. Vtr. for. Verb. Opinio differ. 3. n. 2. quibus adde Reginald. lib. 13. nu. 41. Filliuc. tom. 2. lib. 21. c. 4. n. 145. vers. immo vbi dicit posse Iudicem modo vnam, modo alteram opinionem probabilem tenere & secundum illas diuersi mode iudicare, dummodo absit scandalum, & priuata simultas in alteram partium sic etiam dicit Ant. *Dian.* mor. resol. d. tract. 13. resol. 3. vers. hinc etiam. Vide Vasquez p. 2. tom. 1. disp. 64. num. 5. Sanchez lib 1. cap. 9. num. 45. tom. 1. & Sanc. pract. disp. 44. numer. 50. vbi etiam decidit

23 multos casus, & num. 72. dicit † quod Iudex qui probabilem opinionem sequitur relicta probabiliore in casibus licitis non debet vllo modo sindicari quia prudenter agit, & idem tenet Dian. vbi supra in fine.

24 Secundo adnotandum est quod in pari dubio Iuris vtriusque Partis, ita vt Iudex sit omnino pendens, cui adhærere debet, tenetur possidenti fauere nec ipsum possit cogere, vt partem restituat, quia in dubio possi-

possidens habet ius retinendi de facto ita Anton. Dian. part. 4. tract. 3. resol. 40. cum aliis per eum. Si autem neuter possidet, tenetur iudex inter vtrumque diuidere, quia ius vtriusque æquum est, quod si res diuidi non potest quia indiuidua est, potest iudex eam aplicare cui voluerit ita Ledesm. de mat. q. 45. art. 1. dub. 2. ad 3. prime sent. sed melius dici potest quod in hoc casu etiam res diuidatur dando vni ventrem, alteri vero existimationis eiusd. rei dimidium, quia vterque habet ius commutatiuæ sententiæ vt inter eos diuidatur ita Salas in 1. 2. tract. 8. disp. vnic. sess. 23.

25 nu. 240. † Et ita Iudex male ageret & contra iustitiam si tolleret alteri ex partibus dimidiũ rei in qua habet ius in dubio; nam se exponeret periculo tollendi ius suum parti, & consequenter peccaret mortaliter iuxta Nauarr. in cap. si quis autem num. 130. de pænit. dist. 7. quem sequitur Io: Valer. de differ. vtr. for. v. opinio differ. 3. num. 2. cui adde Tuschum verb. medium concl. 170. Homobon. in Consult. cas. conscient. part. 7. resp. 26. vol. 2. Coninch. de Sacram. disput. 34. dub. 10. numero 4. quare iudex debet cuique abdicare tale ius, quale verè a parte rei ei competit, & verè habet quia vt iudicium verum sit, debet respondere veritati & hoc siue quæstio sit facti, siue iuris ita Coninch. loco cit. cart. 857. vers. ex quibus col. 1.

26 Tertio est aduertendum, quod Iudex in Criminalibus non solum potest, sed debet & tenetur sequi partem probabilem in fauorem Rei non obstante opinione probabiliori in fauorem fisci, vel accusatoris; & hoc notent iudices pro defensione eorum conscientię quia nemo condemnandus est ad pęnam, nisi pro certa causa, & probationes in Criminalibus ad condemnandum reum debent esse luce meridiana clariores vt dicunt Doctores comm. & in specie Guazzin. Pater meus ex text. in l. sciant cuncti C. de probat. sed quando Fiscus vel accusator tantum probat probabilius, remanente adhuc probabili defensione rei, istæ probationes non possunt dici luce clariores quia adhuc remanet aliquod dubium ita Sayr. in Clau. reg. li. primo capitolo 11. numer. 13. Pharaon. vbi supra cas. 8. Alphons. de Leon. tract. de off. & pot. Confess. p. 2. resol. 2. num. 188. Sal. in 2. D. Thom. tract. 8. disput. vnic. sess. 12. num. 115. Salon. in 2. 2. quæst. 63. art. 4. Palaus tom. 1. disput. 2. punct. 11. numer. 4. Portell. dub. regul. V. iudex num. 4. F. Leo. Zambell. resol. cas. consc. d. verb. iudex num. 4. & Merolla disp. Theolog. tom. 1. disp. 3. cap. 4. corollar. 4. num. 181.

27 Quod amplia non solum quando opinio in fauorem Rei est probabilis circa factum sed etiam circa ius, vt tenent Villalob. in sum. tom. 1. tract. 1. differ. 15. num. 3. seq. Emman. de Moucte opusc. 1. de ensal. & incant. sect. 1. capitulo primo numero 25. quos refert. Dian. part. 3. Addict. 2. resolu. 13. qui etiam dicit contrariam opinionem quæ docet quod quando versatur dubium circa ius, possit Iudex sequi opinionem quam maluerit, non esse improbandam, licet quando versatur circa factũ, omnino non posse iudicem dãnare reum iusta opinionem probabiliorem relicta opinione probabili, nam vt optime obseruat Martinez in part. 2. tomo primo quæst. 9 art. 6. dub. 6. concl. 3. cum aliis, alterius rationis est in moralibus agere de vita & agere de bonis temporalibus; & nimis durum videtur quod Iudex velit illum ad mortem damnare quem potest absoluere iuxta probabilitatem opinionis quæ est in eius fauorem. Vide etiam Sayr. in Clau. reg. lib. primo cap. 11. numer. 12. & faciunt quæ dixi supra in capitulo 23. numero 8.

28 Postremo duo obseruanda sunt pro integra huius materiæ discussione & pro maiori facilitate iudicum Primo quæ regulæ sint obseruandæ in foro exteriori circa electionem opinionis ne iudex erret in foro conscientiæ & secundo qui nam ordo seruandus sit in d. electione ad pronunciandas sententias.

Circa primum Azzorius p. 1. lib. 2. c. 9. cum seqq. multa docet, sed quia fere omnia in breui compendio doctissime, & elegantissime restrinxit P. Filluc. in tract. quæst. mor. tom. 2. tract. 21. cap. 3. num. 140. ideo iusta eius doctrinam dico dari sex regulares & sunt sequentes.

29 Primo quod illa opinio quæ est manifesta circa fidem præferenda semper est omnium aliorum Doctorum sententia; secundo quæ magis innititur sensui & intelligentiæ legis, aut consuetudine magis probatur, aliis preferenda est, quod intellige in materia legis positiuę non autem Naturalis,

ralis, & diuinę nam contra ista non valet consuetudo. Tertio in rebus pęnalibus semper benignior sententia est amplectenda Quarto quando duo sunt opiniones in cęteris pares, regulariter tutior est eligenda. Quinto Communis opinio semper pręualet nisi minus communis fundaretur in fortioribus rationibus & Sexto semper pręferenda est illa opinio, quæ magis fauet pietati, & Religioni; vnde in Causis matrimonialibus quæ magis fauet matrimonio præsertim contracto in materia de voto, iuramento, & vltima voluntate quæ magis fauet vouentibus, Iurantibus, & testantibus cæteris paribus, & tandem ea quæ magis patrocinatur viduis pupillis peregrinis, & alijs similibus personis.

30 Circa Secundum idem Filliuccius numero 147. dicit quod in eligendis opinionibus ad pronunciandas sententias hic ordo est obseruandus in conscientia. Primo præmittendum est examen sufficiens tam circa factum, quam circa ius, ne absque debito examine sed tantum ex simplici procuratorum relatione iudicent, quia valde periculosum est, ideo videant, scrutentur, & propriis oculis inspiciant causas, & informationes, vt possint esse tuti in conscientia. Secundo si nulla pars defecerit in allegandis, & probandis quæ sunt facti, tunc iuxta probabiliorem ferendum est Iudicium; si aliqua pars defecerit, alteri parti est adiudicandum.

31 † Et in hoc aduertant Iudices, ne passiones aut aliæ extrinsecæ causæ faciant eos a iusto iudicio diuertere ita vt ex sola probabilitate etiam multoties ficta iudicent, & Tertio non debet Iudex alteri parti aperire quæ sunt allegata vel probata ab altera; hoc enim ad Aduocatum pertinet & non ad Iudicem qui se debet ostendere vnicuique æqualem, & non dare scandali occasionem. ita Filliuccius.

(∵)

CAP. XXVII.

An iudex possit iudicare secundum allegata et probata non autem secundum propriam conscientiam.

SVMMARIVM.

1 *Triplicia Bona Hominis quem sint.*
2 *Iudex potest condemnare Reum secūdum allegata & probata.*
3 *Ratio quæ sit supradictæ conclusionis.*
4 *Iudex deponere debet conscientiam dubiam in iudicando.*
5 *Iudici cui imminet periculum vitæ quid agendum sit in iudicando.*
6 *Iudex qui potest a principio iniustum accusatorem repellere debet hoc facere & causam præuenire ne ad vlteriora procedatur.*
7 *Opinio quod iudex debet iudicare secundum propriam conscientiam quando intelligenda sit.*
8 *Iudex debet aperire Carcerem innocenti si sine scandalo fieri possit.*
9 *Iudex inferior debet innocentem superiori remittere.*
10 *Pro bono graui alterius Iudex tenetur subire aliquod incommodum.*
11 *Ius debet protestare Principi de innocentia carcerati si commode potest.*
12 *Iudex qui nollet ferre sententiam contra innocentem quomodo mereatur.*
13 *An censura possit ferri in innocentem qui secundum allegata videtur reus.*
14 *Omnis sententia Iudicis videtur includere conditionem si allegata vera sint.*
15 *An iudex possit apponere in sententia supradictam conditionem.*
16 *Iudex non potest compellere reum ad ea quæ scit priuatim tunc & nunc illicita.*
17 *Delegatus ad denunciandum Innocentem excommunicatum an possit parere.*
18 *Excommunicatus qui est innocens quomodo se gerere debeat.*
19 *Iudex licite potest præcipere Innocenti vt pareat ad euitandum scandalum.*
20 *Excommunicatus qui est innocens non redditur inhabilis ad beneficium.*
21 *An Iudex saltem possit priuare bonis innocentem qui secundum allegata est probatus Reus.*

Reus.

22 *Amplia in causis ciuilibus.*

23 *Iudex potest compellere eum qui priuatim nouit debitorem adsoluendum.*

24 *Iudex in conferendis officijs non tenetur sequi publicam scientiam.*

25 *An Iudex possit condennare eum qui secreto nouit delinquentem sed secundum allegata probatus est innocens.*

26 *Iudex inferior non habet potestatem derogandi legibus superioris.*

27 *Iudex tenetur seruare ordinem tam iuris humani quam iuris gentium.*

28 *Ablatio fama est de iure naturali ideo de ea Princeps non est Dominus.*

29 *Ius defensionis & Probatio testium competit reo de iure natura.*

30 *Sicut iudex est persona publica ita debet vti scientia publica.*

31 *Ex notorietate iudicis non dicitur amplius scientia priuata.*

32 *Princeps occidendo innocentem obligatur ad restitutionem.*

33 *An iudex possit aliquem ex priuata scientia absque citatione condemnare.*

34 *Idem homo non potest esse simul Iudex, testis, & Accusator.*

35 *Sebast: Guazzin: quid dicat de potestate ordinaria iudicis superioris.*

36 *Non est eadem Ratio absoluendi & condemnanai in Principe.*

37 *In casibus atrocioribus potest Princeps condennare reum etiam absque prima citatione quando censetur populus hanc ei dedisse potestatem.*

38 *Quando agitur de malo committendo potest Princeps iure defensionis condemnare Reum etiam absque alia citatione & Iuris ordine seruato.*

39 *Intellige idem esse in Priuationibus officiorũ bonorum & similium.*

40 *An officiales infimi & ministri curie peccent cooperando sententiæ innocentis qui priuatim sciunt esse talem.*

41 *Princeps dispensans super suis legibus quãdo peccet.*

42 *Ommissa citatione monitorium est nullum.*

1 HAEc quæstio est valde discussa a Doctoribus pro vtraq; parte tam affirmatiua quam negatiua, & variæ sunt etiam inter scriptores modernos opiniones, ego breuiter dicam ea quæ in conscientia agere potest Iudex sed primo præmittendum est pro maiori intelligentia nos possidere quoadammodo triplicia bona, primo quædam quæ magis videtur esse reipublicæ quam nostra vt sunt Publica officia, & Beneficia, secundo quædam quæ omnino nostra sunt vt vita, Corpus, & tertio quædam quæ sunt quasi media, in quibus etiã respublica habet aliquod dominium vt sunt bona fortunæ, ius conuersandi, & similia; in ijs bonis hæc est differẽtia quod de primis, ac tertijs potest etiam aliquando respublica possessorem sine culpa priuare vt quando bonum commune hoc postulet, & facilius de primis quam de tertiis, vnde in iis potest in Iudiciis magis se extendere in iudicando, & condẽnãdo. De secundis vero numquam potest sine ipsius culpa alquẽ depositiue & directe spoliare, licet indirecte ex aliqua causa possint vt docet Coninch de sacram. disput. 13. dub. 13. num. 108.

2 His positis sit conclusio quod Iudex licet secundum priuatam scientiam certus sit de innocentia rei vt quia secreto fuit ei reuelata veritas, aut propriis oculis vidit delinquentem Attamen si secundum acta & probata in iudicio conuincatur esse delinquens potest iuxta illa eum condemnare & priuare eum tam de primis, & tertiis quam de secundis bonis iuxta qualitatem delicti de quo conuictus fuit in iudicio ita docet S. Thom. 2. 2. q. 67. art. 2. & q. 64. art. 6. ad 3. cum quo omnes fere Theologi, & Canonistæ conueniunt & in specie Alex Alens. p. 3. q. 40. num. 6. art. 2. Bannes Salon. Aragon. Palu. tan. & Caietan. ind. q. 67. art. 2. & d. Caiet. in V. homicidium Riccard. quodl. 3. q. 25. Maior. 4. dist. 33. q. 30. quæ est 4. de Iust. lib. 5. art. 2. S. Antonin. p. 3. tit. 9. cap. 2. § 6. Valent. disp. 5. quæst. 11. p. 1. seq. Silu. v. Iudex 2. quæst. 5. qui citat Innocent. Io: Andr. Card. Bart. Gloss. & Archid. & testatur de magis communi Adrian. q. 6. art. 3. Pa. Nauarr. lib. 2. de restit. cap. 3. num. 152. alter Nauarr. man. cap. 25. num. 9. Ios. de Ang. in Flor. Theolog. quęst. de restit. Iniust. concl. 1. viu. p. 1. dec. 78. Tolet. in sum. li. 5. c. 56. Io: Franc. Ghisler. Iud. reg. cap. 3. num. 9. Emm. Sa. Aphor. Verb. Iudex num. 13. Azzor. p. 1. lib. 2. cap. 17. quæst. 8. litt. D. col. 124. Less. de Iust. lib. 2. c. 29. dubit. 10. per totum Egid. a Coninch. de Sacram. disp.

disp.13.dub.13.n.106. qui de communi Theologorum opinione testatur. Fernand.in exam. Theol.mor.p.1.cap.19.§.2.Sanch.de præcept. lib.1.cap.9.num.48.Filliuc.tom.2.tract.40. cap.6 num.168. vers. prima communis Sayr. Clau.reg.lib.12.cap.8.num.13.Dian.res.mor. part.5.tract.4.res.22.in fine & nouissime Io: Valer.de differ.Vtr.For.v.Iudex differ.1.Homobon.de stat.hum.Vit.p.2.cap.3.num.5.qui etiam de com.testatur.

3 Et ratio huius conclusionis est,quia cum Iudex sententiam ferat tamquam persona publica,debet etiam potestate publica,& secundum scientiam publicam sententiare,vt sic seruetur debita proportio notitiæ cum vsu potestatis; Illa vero dicitur scientia publica, quam Iudex habet ex actis publicis secundum leges. Neque est iudicandum quod per hoc Iudex peccet,quia facit contra conscientiam, quia quamuis sciat carceratum esse innocétem, tamé nó habet hác conscientiã praticã s.iste non est occidendus vel dubito an sit occidendus, sed potius in contrarium,cum certo sciat quod bonum publicum præferendum est priuato, vnde ne populus in offensionem incurrat,potest condemnare innocenten in iudicio pro reo conuictum ita Azzor.vbi supra in fine cum alijs supracitatis quibus addo Salzed. in Add. Diaz reg.377.Iul.Clar.pract.crim. lib.5.§.fin. quæst.66.nu.3. & alios per Sanch.cons.mor. lib.6.c.1.dub.17.n.5.

Sed quia vt dixi a principio de bonis quæ omnino nostra sunt non potest Respublica directe disponere, & de medijs dificiliter ideo aduertenda sunt aliqua maxime necessaria ad hoc vt Iudex in Iudicandis de reis sit tutus in conscientia.

4 Et primo necessarium est quod deponat conscientiam dubiam quam rationabiliter potest deponere ex causis supradictis,nam si cum illa conscientia dubia sententiam mortis ferret mortaliter peccaret, cum certum sit quod operari cum conscientia practice dubia peccatum est, quia sic operans quantum in se est exponit se periculo peccandi Sanc.c.10. q.1. num.2.Filliuc.tract.21.cap.4.num.155.Nauar. ad c.si quis autem de Pænit. dist. 7. num. 128. & in terminis Antonin.Dian.tom.5. tract.4. resol. 21,Nald.in sum.verb. Iudex.nu.6. vers. quid autem.

5 Quod eo magis procedit quando Iudici immineret periculum vitæ vel amissionis officij facit Gloss.in l.si familia verb.agi potest ad fin. ff.si fam.furt.fecis dicat.& ibi Ias.in §. si minus n.17.Inst.de act.facit ad idem quod tradit Cordub.lib.1.quæst.37.rat.14. ad primam P. Nauarr.tom.1.lib.2.cap.3.num.144.Io:Valer.de differ.Vtriusque for.Verb.Iudex differ. 1.num.5.

6 Secundo necessarium est quod si Iudex a principio causæ potest accusatorem repellere vel ita causam preuenire, vt ad vlteriora non procedatur,debet vti tali cautela & curare diligenter, vt quando ad interogationem testiũ veniendum, sit eos pluries interoget, ac repetere faciat ad hoc vt falsitatem, si possibile sit deteget prout monet S.Thom.d.q.64.art.6. ad tertium & sequitur Caietan.art.2.vbi supra circa finem.Cord.d. q.37.Sanch.vbi supra n. 42.Reginald. loco citato & Dian.d.res.22. nam debet in conscientia quãtum potest procurare vt elucere faciat veritatem, & ratio est quia saltem eum obligat Charitas vt eccitet ne proximo innocẽti sit causa tanti mali ita Goninch.de sacram.disp.13.tit.de Censur.du. 7 13.nu.121. † & in hoc casu puto esse intelligendam partem contrariam quam probabilem etiam dicunt Filliuc.d.tract.21.nu.170.Bonac. tom.2.disp.10.quęst.2.punct.3.num.1.Couar. lib.1.var.resol.cap.1.& Valer.de differ. Vtr. for. v.Iudex differ.1.num.2.cum alijs per eos citatis.

8 Tertio necessarium est quod si potest ei præbere fugiendi copiam, apertiendo .s. occulte & sine scandalo carceres, isto remedio etiam vtatur ita Astens.p.3.q.34.membr.1.art.4. ad primum Cordub.in quęstionar.li.1.q.37.vers. ex hac opinione Sot.li.5.de Iust.q.4.ar.2.vers. secunda Conclusio Alens.3.p.quęst.34.mébr. 1.art.4.ad primum Sanch.de matr.lib.7.c.37. n.31.& lib.6.mor.c.1.dub.19.n.1.

9 Quarto necessarium est quod si est inferior innocentem ad superiorem remittat iudicandum, nam licet tale diuerticulum non prosit ad eum liberandum,vt ait Sotus.quia non per hoc potest constare facere de eius Innocentia, prodest tamen vt innocens vita potiatur durante saltem eo interualo temporis,& sępe res ex spatio temporis variantur vnde talis remissio si potest fieri absque legem pręiuditio, ommittenda non est ita Silu. v. Iudex Angles d.concl.1.Reginald.num.21.Viguerius, Caietanus

tantus Cordub.& alij citati a Sanch.lib.6.consc. mor.c.1.dub.17.n.13.

10 Quinto si deponere potest officium absq; suo magno incommodo & damno dum alia via non adest innocentem liberandi, tenetur ex lege Charitatis nam pro bono graui alterius tenemur subire aliquod incommodum ita Sot.lib.5.de iust.q.4.art.2. Reginald. d. n.31. vers.an aut Iudex Filliuc.tract. 21.n.171.Zambell.resol.cas.consc.verb.Iudex n.28.Coninch de sacram. disput. 13. dub. 12. numero 121. quod secus esset si hoc non posset facere sine suo graui damno, vel esset res parui momenti, nam cum quis patitur damnum ex malitia alterius, non tenetur cum tanta iactura illum liberare, sicut per se esset necessarium vt notat Sanchez d. libro 6. cap. 1. dub. 17. num.15.

11 Sexto si adire potest principem, & protestare innocentiam eius, & quod ex gratia liberandus sit, debet hoc facere & tunc d. Princeps, vel Iudex supremus debet eum liberare, cum hac tamen aduertentia, vt scandalo occurrat, & affirmet etiam cum iuramento, si necesse sit, se certum esse de Rei Innocentia ita Ios. Angl. d. conclus. tertia Siluius in prima 2. quæst. 66. art. 2. concl. secunda Filliuc. d. numero 171.N ald.d. Verb. Iudex numero 6 vers. supremus autem Iudex Caiet. 2.2.quæst.6 . art. 2 Sanchez cons. moral. lib. 6. c. 1. dub. 17. num.6. & 7.& melius nu.11. Couarr.lib. 1.var.c.1.nu.7.in fine Cordub.qu. lib.1.q.37.in fine.

12 Et nota quod Iudex qui nollet ferre secundum allegata, & probata contra innocentem sed potius pati quodlibet incommodum in persona, & rebus, quam ferre talem sententiã, non peccaret, imo mæreretur, procederet enim secundum ordinem iuris quod non vult vt innocens puniatur, & ipse poneret vitam propriam pro alterius vitæ defensione, quod magnæ charitatis est gloss.penult.in Clement. 1.de Homicid. DD.c.penult.de Cler. percuss. Nauarr.in cap 15.nu.2. qui dicit communem Aragon.2.2.qu.26. art.4. pag. 649. ad finem Ang.de Clauas.in summa v. iudicare num. 7. Hipolit.in pract.§. expedicta num.22.& nouissime Valerius de differ. vtr. for. Verb. Iudex differ. 1. num. 2. & 3. vers. quinto dico Nisi eius damnum esset magni pręiudicij reipublicæ vt si esset persona valde vtilis & necessaria, vt est Episcopus, quia tunc non est Dominus suæ vitæ vel famæ.

13 Modo quæres an possit ferri Censura in Innocentem qui secundum allegata, est probatus reus & respondeo quod Iudex in primis tenetur efficere quantum potest, vt veritas elucescat, atque aliis modis vt sine illius iusta offensione possit ab excommunicatione abstinere, quod si non potest efficere vt veritas elucescat aut iudicium declinare, si potest valide præcipere vt reus accusatus parti satisfaciat, potest in nolentem parere ferre sententiam excommunicationis, quod probabiliter idem dicendum est in casu, quo reus potest quidem Iudici parere, sed non tenetur, eo quod nimis grauis res præcipiatur; & ratio est quia nec reus per d. excommunicationem priuatur illis bonis quibus Ecclesia ob bonum commune non potest omnino innocentem priuare simpliciter iubendo, nec punitur innocens, cum peccet non parendo. ita Emm. Sà Aphor. V. Iudex n.13.Ang. Verb. Iudicare nu.7. Rosell. V.Iudex. nu.18. Coninch. disp.15.de Censuris

14 in gen. dub.13. nu.123. † qui etiam addit non per hoc sentẽtia potest dici continere mendacium, quia omnis sententia Iudicis intelligitur includere tacitam Conditionem, si allegata vera sint.

15 Aduertendum tamen est a iudice pro recta animæ defensione, quod in sententia apponat ista verba excommunico te si vera sint quæ allegata sunt; tum quia sic ipsius sententia magis proprie est vera; tum quia minus efficiatur cooperatur damno, quod reo inde sequitur & hoc quando pars contenta est, vt opponatur ista Conditio, aliter potest facere absolute quia pars tunc habet ius, vt publice supponatur esse vera quæ ita probata sunt. Coninch.d. disp.15.dub.13.n.123.vers. Adde Iudicem.

16 Secundo aduertendum est, quod in casu quo reus sine peccato non potest facere ea quę pars ab eo petit, vt si petat, quod ducat eam in matrimonium, quam nullo modo potest ducere ob occultum impedimẽtum; & Iudex sit de hoc conscius priuatim, nullo modo debet pręcipere, vt hoc faciat, quantumcumque publice probetur eum ad hoc teneri; non potest enim Iudex compellere reum ad ea facienda, quam scit tunc & nunc ei esse illicita; sic etiam multo minus poterit excommunicare, sed prius debet præcipere illi sub pęna

excommunicationis. ita Less. de Iust. d. cap. 29. dub. 10. quem refert, & sequitur Coninch. d. disp. 13. n. 124. seqq.

17 Tertio aduertendum est, quod is cui delegatur, vt sententiam qua in aliquem, quem nouit innocentem censura lata est, publice denunciet, si nullo modo possit mandatum excutere, tunc licite potest parere, quando & Iudex cum tali scientia eam potuit ferre: in casu autem quo alter cum tali scientia non potuisset, nec talis delegatus poterit eam denunciare, quia hac ratione etiam aliquo modo compelleret reum ad peccandum, quia grauius vrget eum sententia denunciata, quam non denũciata Coninch. d. disp. 13. n. du. 13. n. 126.

18 Quarto aduertendum quod talis excommunicatus qui scilicet secundũ allegata probatur delinquens, & est innocens non priuatur suffragijs ecclesiæ: non potest tamen exercere ea omnia, quæ prohibentur verè ligatis simili censura; occulte autem potest exercere solum coram ijs, qui vel ignorant censuram esse latã, vel sciunt eum esse innocentem, & ex hac parte vera est Sententia Caiet. 2. 2. q. 70. art. 4. ad 3. quæ dicit talem sententiam ad nihil obligare in foro conscientiæ nisi ad euitandũ scandalum vt notat Coninch. d. dub. 13. n. 126.

19 Vnde & si Iudex non potest huiusmodi abstinentiam ei præcipere nisi quatenus est necessaria ad euitandum huiusmodi apparentem contemptum ecclesiasticæ disciplinæ; posita tamen hac necessitate vere, & valide ei hanc præcipit, ideoque eius præcepto obligatur ex doct. D. Thom. in 4. dist. 18. qu. 2. art. 1. quæ-

20 stiuncul. 4. & Thomistæ cũ eo. † Ex hac causa talis excommunicatus non redditur inhabilis ad Beneficium, nisi collatio decernatur irrita, nec incidit in irregularitatem suum ordinem exercendo Suar. disp. 4. sect. 7. n. 20. 27. & 29.

21 Secundo quæres an saltem Iudex possit innocentem priuare bonis fortunæ quando secundum acta & probata conuinctus fuit delinquens. Et Respondeo affirmatiue quia hoc tunc videtur necessarium, vt publicus iudiciorum ordo seruetur quẽ seruare omnino Reipublicæ expedit; retinet tamen in ista priuatione dominium suorum bonorum licet possessione sit priuatus, quamuis non officiorum dominium, nã si officijs priuatur, omnino censetur priuatus, nam vt dixi a principio, hæc bona magis sunt ipsius Reip. quam ipsius possidẽtis, ũde põt quãdo ei expedit, de illis priuare ita Coninch. disp. 13. de Cens. in ge. du. 13. n. 128.

22 Quod idem intellige in causis Ciuilibus, in quibus potest secundum allegata, & probata iudicare, nam si potest in ijs quæ pertinent ad Vitam multo magis poterit supra bona præsertim cum licet sit lata sentẽtia, tamen adhuc remanet Innocenti via vtendi occulta compẽsatione contra illum, cui facultates per sententiam Iudicis applicatæ sunt. Lessius lib. 2. cap. 29. n. 84. Arragon. q. 60. n. 5. Valent. to. 3. disp. 5. q. 8. punct. 2. Clau. reg. lib. 12. c. 9. n. 3. seqq.

23 Nota tamen quod Iudex cogere potest eũ quem priuatim nouit esse debitorem ad restituendum, quamuis debitum in Iudicio probari nequeat, quia in hoc casu nulli iniuriã affert, sed potius curat ne debitor inferat damnum creditori, & quia etiam fungitur officio suo, ex quo tenetur damna subditorum, et iniurias impedire, nec ad illa impedienda per se loquendo tenetur seruare iuris ordinem ita Sayr. in Clau. reg. lib. 12. c. 8. n. 16. & Bonacin. tom. 2. disp. 10. q. 2. punct. 2. n. 6.

24 Item nota quod Iudex in conferendis beneficijs, officijs, dispensationibus, & similibus quæ suo arbitrio committuntur, non tenetur sequi publicã scientiã, quia in ijs casibus nõ est proprie Iudex sed distributor, & distributio fit ex meritis, quæ nõ ex testibus sed ex re ipsa desumenda est ita Salon. 2. 2. q. 67. art. 2. Clau. Reg. loco cit. n. 18. Bonacin. d. tom. 2. disp. 10. q. 2. punc. 2. n. 7. & Sanch. vbi supra n. 10.

25 Tertio quæritur vtrum Iudex possit condemnare eum quem secreto nouit delinquentẽ sed in iudicio secundum allegata probatur Innocens? Et Respondeo distinguendo aut loquimur de Iudice supremo, aut de inferiore: si

26 de inferiore & dico non posse † quia Iudex inferior non habet potestatem derogandi legibus superioris sed iuris ordinem seruare tenetur; ordo autem Iuris est vt non condemnetur qui secundum allegata probatur esse

27 innocens; † & intellige tam si huiusmodi ordo sit Iuris humani, vel Iuris gentium vt notat Sayr. in Clau. Reg. lib. 12. c. 8. n. 18. & less. lib. 2. c. 29. n. 95. Si vero loquimur de Principe supremo, aut crimen est omnino occultum, aut nõ;

28 † si occultum, vel quia probari non potest nec Iudex supremus per se loquendo potest huiusmodi Reum condemnare, nam ablatio famæ est de iure naturali cuius non est Dominus d. Iudex

Iudex supremus ita Arragon.2.2.q.62.art.2. Petrus a Nau.lib.2.c.3.nu.122. Clau.reg.vbi sup.n.22.Less.5.lib.2.c.29.dubit.11.n.94.Filliuc.tom.2.tr.18.c.8.q.4.n.131.Et vt etiam su-
29 pra dix † ius defensionis,& probatio testium competit d.Reo ex iure naturæ vt docet Sayr. in Clau.reg.d.lib.12.c.8.num.20.ex Clement. Pastoralis.de Sent.& Re iudic. Et quia etiam
30 † sicut Iudex est persona publica,ita debet vti scientia publica,cum debeat proportionari facultati, & potestati publicæ; & solus Deus est Iudex occultorum.c.consuluisti 2.q.4.& c.tua nos. De Simon.Si crimen vero est publicū, vel probari potest, & tunc potest aliquando Reū etiam quod probetur esse innocens, condemnare, dum ille certo sit in conscientia deli-
31 quisse; † tunc enim ex notorietate non dicitur amplius scientia priuata sed publica vt bene notant Nauarr.in c.25.n.80.Less.lib.2.cap.29.dubitat.11.n.100.Filliuc.d.tract.29.c.2.q.6.Clau.Reg.d.lib.12.c.8.n.26.Petr.a Nauarr.lib.2.c.3.n.195.& alij citati a Bonacin.tom.2.
32 disp.10.qu.1.punct.2.nu.5. † vbi etiam dicit quod Princeps occidendo innocentem peccat mortaliter,& obligatur ad restitutionem sicut & cæteri quia non est Dominus vitę suorum subditorum sicuti etiam in priuatione bonorū; ideo aduertant iudices supremi, & Principes.

33 Huic vltimę quæstioni alia similis proponitur scilicet an iudex possit aliquem ex priuata scientia absque citatione,testibus, & processu condemnare? Et Respondetur eadem distinctione; quod scilicet si loquimur de iudice inferiore absolute negatur,quia inferior tenetur parere iuri naturali, & legibus communibus humanis,quæ sunt vt nemo condemnetur sine testibus,& nisi sit auditus,vt habetur ex lege diuina in Sacro Deuteron.c.17.n.6.vbi dicitur in ore duorum aut trium testium peribit qui interficietur; Nemo occidatur vno contra se dicente testimonium. & facit text. in ca. Deus.2.q.1.& in c.eadem &c. qualiter de Accusat.& d.Clement.Pastoralis §. cæterum in fine de Sent.& re iudicata notant Silu. Verb. iudex.1. quæst.4.Less.d.lib.2.cap.29.dubitat. 10.& Clauis regia vbi supra cum Filliuc.tract. 40.ca.6.n.172.Neque potest inferior dispensare in legibus ad ordinem iuris, vel Superioris pertinentibus,quia inferior est, vt ex com. docet Less.d.c.29.dub.11.n.92.quem sequitur Filliuc.d.c.6.n.173. Si vero loquimur de Superiore,neque ipse potest ordinarie ex priuata scientia solum absque alia citatione condemnare, vt de comm.testatur Less.Sayr.& Filliuc.vbi sup.ex doctrina S.Thom.2.2.qu.67.
34 art.3.ad 3.in illis verbis.† eumdem hominem non posse esse simul iudicem testem,& accusatorem,quibus adde Sot.lib.5.de iustit.qu.1.art.3.Nauarr.man.c.25.n.9.& seq.Bonacin. vbi supra n.5.in fine. Nec in hoc audiendus est *Couarr.* in lib.1.var.c.1.n.7. cum alijs iuristis contrarium sentientes, quia loquuntur tātum in foro exteriori in quo consideratur potestas,& suprema iurisdictio, & non in specie
35 conscientia † licet Guazzinus Pater meus defens.10.cap.1.nu. 4. cum alijs per eum citatis duas quod neque Iudex superior de potestate ordinaria potest condemnare Reum absque citatione saltem prima in ordine iudicii quia, vt bene docet,est de iure naturę non per se sed in ordine ad defensionem quibus adde Filliuc.d.c.6.n.174.qui, & dicit hanc esse rationem,quia Respublica non censetur suam potestatem in principe transtulisse,nisi eo modo vt ius naturale, & ius gentium obseruet, & quod vtile est ad bonum regimen.& legitima probatio delicti est de iure gentium & prouenit a iure naturali Clem. Pastoralis de sent.& Re iudic.less.n.99.Sayr.n.21.& Filliuc. n.179. Vide quæ dixi supra in cap.24.

36 Nec obstat si dicatur potest absoluere innocentem quem nouit talem ex priuata scientia, ergo poterit, & condemnare nocentem, quem talem cognoscit ex eadem priuata scientia, cum absoluendi,& condemnandi eadem requiritur potestas quia Respondetur non esse eamdem rationem quia ad absoluendū Reum, quē priuate scit innocētem non est necessaria publica potestas, non enim ex tali potestate eum absoluit, sed ex priuata lege charitatis: & etiam quia non tenetur omnem Reum ita probatum condemnare, sed potest ex gratia aliquem absoluere quod secus est in condemnando vt docet *Sayr.* n. 23. cum Nauarra & Filliucio vbi supra n.174.in fine quibus adde Reginald.in Praxi for. pęnitent. lib. 21.c.2.Alens.p.3.q.40.membr.6.art.2.& qu.34. membr.1.art.4. S.Antonin.p.3.tit.9.c.2.§.6.et c.5.§.2.Viguer.instit.mor.c.5 §.2 vers.3. Cordub.lib.1.var.q 37.Sot.lib.5.De iust.q.4.art.1. Perez lib.5. ordin. tit. 2.& Sanchez consilio

Nn 2 mor.

mor.lib.6.cap.1.dub.17.numer.5.

37 Limita quando Respublica vel populus saltem tacite censentur dedisse, vel dent auctoritatem Principi, vt possit condemnare ex priuata scientia, tunc posset id facere, sed tantum in quibusdam casibus atrocioribus, quia nec populus potest derogare iuri naturali, & sic denegare Reis defensionem, licet in atrocioribus videatur tacitus consensus omniũ de populo, & censetur in his cessare d. defensionem cum defensio competat prius populo, & Reipublicæ ob bonum commune, quod semper priuato est anteponendum. ita Less. vbi supra n.97. cum Filliuccio nu. 175. quem refert, & sequitur cum alijs per eum citatis. Bonac.d.tom.2.disp.10.q.2.punct.2.n.5. qui etiam dant exemplum in casu, quo quis Reginæ, vel filiæ regis vim intulisset, & solus rex id cognosceret, vel si cõiuratio fieret in eumd. Principem, & non expediat sciri personas; posset enim tunc coniuratos secreto interficere; aduertat tamen Princeps quod in ijs casibus est necessaria certa scientia priuata non ex coniecturis tantum, vel denunciationibus aliorum qui ferè semper mouentur potius passione quam zelo veritatis.

38 Limita secundo si agatur non de puniendo Reo, sed de impediendo aliquod malum, quod Reipublicæ imminet, vt alibi dictum est quia in hoc ipso Princeps agit iure defensionis, sicuti etiam dicendum est periculum Rebellionis vel grauis perturbationis si procederetur iuridice, vt si reus esset valde potens; nam tunc potest priuatim discuti causa absq; ordine Iuris seruato: vel si delictum esset publicum, & notorium, vel saltem probabile quia scilicet scitur a Principe, & a duobus vel tribus alijs ex certa scientia, nam tunc Notorietas, & infamia habetur loco accusatoris, & testium: sic latrones reperti in fraganti, possunt statim a Principe suspendi: cessat enim tunc defensio, quia non est ei locus nisi cum periculo falsitatis. ita ex Lessio tradit Filliuc.nu.176. & Sayr. n.24 & idem Filliuc.tom.2.tract.25.c.8. quæst.4.n. 31. cum seqq. & tract.29.c.2. quæst. 6.n.17. Petra Nau.lib.2.ca 3.num.195. alter. Nauarr.in Man.cap.25.nu.9.vers 24. & num. 10.

39 Quod intellige etiam in priuationibus bonorum officiorum, & similium quia militat eadem ratio vt cum DD. supracitatis notat Bonacin.tom.2.disp.10.q.2.punct.2.n.5. post medium.

40 Vltimo quæritur quid dicendum sit de officialibus infimis & Ministris Curię, qui sciunt condemnari innocentem, sed ex priuata scientia vt supra. an peccent cooperando d.sententiæ. Et Respondetur negatiue quia hoc ipsi non cognoscunt, vt ministri iustitiæ, sed vt priuati ita Coninch.disputat.34.dub.10.n.98 cart.857. Tract. De Sacrament. Pelbart. part. 4.Verb.Iudex §.1.cart. mihi 171 vers. vtrum Iudici. Iacob.a Graff. Decis.aur. p.1.c. 400. nu. 16. vers. sextum Antonin. Dian. resol.moral. part.5.tract.4.resolut.22.post medium. Vide quæ dixi infra in Defens.4.c.vlt.

41 Et nota hic obiter quod Princeps dispensans super suis legibus, grauibus tamẽ, & multum conducentibus ad bonum commune sine iusta causa peccat mort. sed tamen factum valet, quia tale ius nullam aliam vim habet obligandi, nisi ex voluntate, & Iussu legislatoris, vnde talis actus sequutus ex tali dispensatione firmus erit, & validus ita Ledesm. 2.4.q. 27.art.2.Ius. Angl.p.1.q.5.dub.2.Nauar.cap. 23.n.44. Sot.lib.10.De Iustit.quæst.7. art.vlt. Aragon.2.2.qu.89.art.9.prope fin. & alij per Sanch.cons.moral.lib.5.cap.1. dub.6.num.4. seqq.

42 Secundo nota quod iudicis Præceptum de faciendo aliquid ante latam sententiam si est factum sine Clausula iustificante, si te senseris grauatum, est ipso iure nullum, & consequenter si ab Ecclesiastico Iudice fertur ex comm. contra non parentem tali mandato, excommunicatio etiam est nulla. Nauarr. cap. cum contingat caus.nullit.8. n. 1. De rescr. & ratio est quia fundamentũ omnis Iudicij est citatio qua omissa monitorium est nullum atque etiam pœna tamquam accessoria ita Ant. Nald. in Sum. V. Iudex n. 7.

(∴)

DE-

DEFENSIO IV.

Circa Processus, & Interrogationes a Iudice faciendas.

CAP. XXVIII.

Quomodo Iudex possit exigere Iuramentum ab illo qui interogandus est in Iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Quotuplex est iuramentum.*
2 *Iuramenta specie inter se non differunt & quando sit grauius peccatum, & eius transgressio n. 3.*
4 *Quando iuratur quomodocumque iuratur falsum, peccatum est.*
5 *Quando Iuramentum sit licitum.*
6 *Iudex an possit petere iuramentum & an in omnibus causis.*
7 *In quibus casibus petendum est Iuramentum.*
8 *Impuberes an possint iurare in Iudicio.*
9 *An periuri sint expellendi a iudice ne iurẽt.*
10 *Sacerdotes, & Prelati quando iurare possint & debeant.*
11 *Clerici ex decretis particularibus locorum quomodo iurare debent.*
12 *An Iudex possit exigere iuramentum ab eo qui certo scit falsum dicturum.*
13 *Nemo cooperare debet peccato proximi.*
14 *Iudex potest petere iuramentum ab eo quem dubitat falsum esse iuraturum.*
15 *Quando est paratus an possit iudex inducere illum de quo dubitat.*
16 *Iudices quantum possunt praestare debent ne deueniatur ad iuramẽtum saluo corũ officio.*
17 *Iudices aduertant ne faciant iurare res dubias pro certis & e contra.*
18 *Iudex sciens aliquid falsum non debet inducere ad iurandum eum qui putat esse verum.*
19 *Iuramentum ab eo qui est paratus iurare falsum non debet exigi a iudice Authoritate priuata.*
20 *Iuramentum debet peti cum vtilitate notabili vel rationabili causa.*
21 *Iuramentum Calumniae, quando annullet processum & sententiam.*
22 *Iuramentum calumniae quid operetur.*
23 *Iuramentum peti non potest nisi praecedente infamia vel semiplena probatione.*
24 *Consuetudo interrogandi reos cum Iuramẽto vbique fere recepta est.*
25 *Iuramentum voluntarium potest deferri a iudice tam actori quam reo et quomodo.*
26 *Iuramentum in causa criminali non defertur nisi sint indicia & probationes.*
27 *Iuramentum in Matrimonialibus non praestatur in defectum probationis.*
28 *Iuramenta illicita qui petunt quomodo puniantur.*
29 *Iuramenta contra libertatem Ecclesiasticam exigentes, sunt excommunicati.*
30 *Amplia vt ibi.*
31 *Limita vt ibi.*
32 *Licitum est ecclesiasticis vel laicis incolis praestare iuramentum tiranno & quomodo etiamsi sit Hereticus.*
33 *Quando iuramentum resultat in damno graui reipublicae an possint praedicti iurare.*

1 PRaemittendum est multiplex esse iuramentum; Aliud .n. est Iudiciale, aliud extraiudiciale aliud execratorium, aliud assertorium, & aliud promissorium; iudiciale est illud quod in iudicio coram iudice solemni quodã ritu adhibetur, & dicitur etiam solemne & subdistinquitur in liberum, & necessarium. Extraiudiciale quod extra Iudicium fit, & caret omni ritu, & formula, & dicitur etiam simplex. Execratorium est illud quod fit cum iurando rem aliquam Deo vltori ac Iudici se aliquis subicit si verum non sit quod iurat. Assertorium quo quidpiam affirmatur vel negatur esse vel fuisse, vel fore. Promissorium vero est illud quod fit promittendo aliquid in posterum facturum, vel non facturum. ita distingunt Azzorius Inst. mora. p. 1. lib. 11. c. 1. q. 6. Lessius de iust. lib. 2. c. 42. nu. 9. Sanch. in summ. lib. 3. c. 1. n. 7. Clau. reg. lib. 5. c. 2. ad fin. Valer. Reginald. Prax. for. paenit. lib. 18. nu. 31. Paul. Laym. Th. mor. c. 3. n. 3. & Suar. c. 12. n. 7.

2 Secundo praemittendum est haec iuramenta specie inter se non differre quia iusiurandum, siue simpliciter siue solemniter siue in iudicio siue extra siue promittẽdo, siue assetẽdo semper idem actus est religionis quo Deo tamquã teste vtimur ita Caietan. 2. 2. q. 89. art. 1. Sot. li. 8. de Iust. quaest. 1. art. 1. Less. loco citato & dubitat. 2. num. 9. Reginald. d. lib. 18. num. 31. Bonacin. tom. 2. disput. 10. quaest. 1. punct. 2. num. 2. Filliuc. tractat. 25. cap. 3. num. 60. & 73.

3 & 73 † Transgressio tamē Iuramenti solemnis est grauius peccatum, quam aliorum simplicium, & extra iudiciailium, tum propter maius scandalum, tum propter maiorem deliberationem vt notat post D. Thom. quæst. 98. art. 3. ad secundum Couarr. ad c. quamuis de pact. p. 1. §. 1. nu. 1. & sequitur Reginald. d. lib. 18. nu. 33 in fine.

4 Tertio præmittendum quod quando iuratur quomodocumque iuratur, & veritatem deesse scitur, peccatum est mortale, siue graue sit siue leue mendacium, quod iurando firmatur, nā pari iniuria Deum afficit vnus, quam alius reū testem inuocans, ita Theologi, & Summistæ comm. per Azzor. d. cap. 9. quæsit. primo & Filliuc. vbi supra.

5 Quarto præmittendum est iurare esse actum religionis, & licitum est quando concurrit necessitas iurandi in iudicio veritatem nam licet iuramentum non sit ex eo genere bonorū quę sunt per se bona, vt oratio, ieiunium est tamen ex eo genere bonorum quæ bona sunt posita necessitate, vt est vsus medicinæ, & similia ita Gregor. a Valent. 2. 2. disp. 6. quæst. 7. punct. 3. Azzor. p. 1. lib. 11. cap. 92. Sayr. in Claui reg. lib. 5. cap. 3. in princ. Sanchez in summa lib. 3. cap. 5. num. 2. Bonacin. tom. 2. disp. 4. quæst. 1. punct. 3. num. 1. & Filluc. tract. 25. cap. 10. quæsit. 1.

6 His positis dico quod Iudex licite potest petere iuramentum iudiciale & assertorium cū solemnitatibus, & cogere ad iurandum examinandos, nam hoc fit ex necessitate ad effectum vitandi mendacia, & aperiendi veritatem tam in ciuilibus, quam in criminalibus, & dd. examinandi sunt obligati ad d. Iuramētum, & nolentes id facere absque iusta causa, & coram Iudice competente, peccant, facit text. in c. intimauit de test. & ex doctrina D. Thomæ 2. 2. quæst. 70. art. 1. & notat Pater meus in deffens. 20. cap. 1. vbi multos alios allegat & testatur de Praxi & comm. DD. opinione cui addo Couarr. ad cap. quamuis de pact. p. 1 §. 6. num. 3. Nauarr. tr. de testit. lib. 2. cap. 4. num. 138. Reginald. lib. 18 c. 2. nu. 13.

7 Intellige tamen in sequentibus casibus Primo quando defertur ad veritatem elicendam. Secundo quando propter inopiam probationum ita necessarium est ad finiendam litem. Tertio quando iurare debetur de Calumnia ad fidem s. faciendam, quod s. in tota causa non agent calumniose, & competit tam actori quam Reo & Quarto quando exigitur non in genere sed in causa determinata; in genere enim non licet esigere iuramentum propter periculum periurii, & quia non videtur in tali casu esse necessitatem ita Fornar. de instrut. Confessar. Verb. Iudex num. 6. Host. in summ. tit. de assert or. Iustit. §. quod sunt species Reginald. d. lib. 18. c. 8. post n. 91.

8 Fallit in masculis ante 14. annum & in fæminis ante 12. quē sunt ante pubertatis annum istis enim interdicitur iuramentum solenne in iudicio in causis ciuilibus, quia non habent in hoc vsum sufficientem rationis ad iurandum cum debita reuerentia, & ideo non possunt cogi a Iudice, nec ipsi tenentur obedire c. paruule & seq. 22. qu. 5. In criminalibus vero non admittitur minor 20. annorum ad testificandum l. inuiti ff. de testibus si vero admittantur faciunt præsumptionem etiam sufficientem ad tortunam, & non erit necessaria præsentia curatoris, secus est quando debet pro suo delicto interogari vel torqueri, nam tunc debet interuenire curator in actu iuramenti vt docte notat Guazzinus Patrem meus def. 32. ca. 32. per totū & aduertāt hæc omnia seruare iudices, et alia eod. Patrē meo adnotata, nam aliter peccant mortaliter nam periculo se exponunt faciendi iniuriam Deo ex aliquo Iuramentu falso, & iniuriose se agendi contra d. minorem, & damnum graue inferre ei causandi, adde Siluestr. v. impubes in fine Azzor. p. 1. lib. 11. c. 11. q. 6. Sanch. in sum. lib. 2. c. 3. num. 6.

9 Secundo fallit in periurijs notorijs qui s. in iudicio alias conuicti, & condemnati sunt tāquam periurij, nam præsumuntur iterū periuraturi, vnde Iudices debent eos expellere a d. Iuramento Sot. lib. 8. de iust. qu. art. Arag. 2. 2. qu. 89. art. 10. Azzor. loco cit. Reginald. lib. 18. n. 14. Sanch. d. c. 3. n. 5.

10 Tertio Fallit in sacerdotibus, & Prelatis, nam isti sine graui necessitate & causa iurare in iudicio interdicitur c. si quis Presbiter 2. q. 5. DD. citati quos sequitur Bonac. tom. 2. disp. 4. q. 1. punct. 10. nu. 1. vers. interdicitur & notat tres casus in quibus non licet eis iurare coram iudice sęculari sine licentia episcopi primo in actu testificationis c. quāquam 24. qu. 1. secundo quando coram eo qui non est eorum superior iuratur de calumnia

lumnia cap. nos 22. q. 7. & tertio quando cogatur a Laico iurare coram ipso tamquam suo superiori c. peruenit de iureiurand. & in fine addit modum quo ipsi iurare solẽt scilicet tangendo proprium pectus quod est iurare per propriam consecrationem d. nu. c. si quis præsbiter 2. q. 5. Vnde etiam Layman. lib. 4. tr. 3. cap. 12. n. 5.

11 Nota vero circa præd. quod hodie ex consuetudine multorum locorum, & ex Decretis Synodalibus multorum Episcoporum solet apponi quod iuramentum a sacerdotibus non debet fieri nisi apud iudicem ecclesiasticum etiam in causis, quis agitare volunt, & solent in foro sæculari, ita obseruari vidi in Praxi laudabiliter vide notata apud Sanch. in sum. lib. 2. cap. 3. Clau. reg. lib. 5. cap. 3. Silu. Ang. Azzor. & alii per Bonacin. in Bulla Cœnæ & tom. 2. disp. 4. q. 1. punct. 4. n. 3.

12 Sed quæres an Iudex qui certo scit reũ falsum iuraturum, possit ab eo Iuramentum exigere & respondeo affirmatiue dummodo iuris ordine seruato illud exigit, & ratio est, quia vtitur iure suo, & tota culpa est apud eum, qui falsum iurat, ita ex doctrina D. Thom. 2. 2. q. 89. art. 4. Ricard. 4. dist. 39. ar. 2. q. 3. quem sequitur Azzor. p. 1. lib. 11. cap. 11. quæst. 2. Suarez tom. 2. de relig. lib. 3. Tit. de Iuram. c. 15. n. 10. Hurt. d. in 2. 2. disp. 173. sect. 15. §. 197. & Reginald. vbi supra nu. 77. Less. lib. 2. cap. 43. nu. 10. num. 49. Sanch. in sum. lib. 3. cap. 8. Filliuc. tract. 25. c. 11. q. 8. & 9. nu. 345. Bonac. tom. 2. disp. 4. q. 1. p. 11. n. 2.

13 Secus vero est quando non seruans iuris ordinem, aut nullus actor est in Iudicio qui illud exigat, vel quando aliud remedium idoneum adhibere facile potest, & tamẽ inducit ad iurandum illum, certo scit falsum se esse iuraturum tunc enim videtur esse in culpa, & sic cooperare proximi peccato & quilibet tenetur impedire ex charitate offensam Dei, quoties commode potest impedire ita Abb. in c. clericos de Cohab. Cler. siluius ex D. Thoma in 2. 2. q. 98. art. 4. concl. 2. So. de Iust. lib. 8. q. 2. art. 14. Basil. Pont. de matr. mon. lib. 5. c. 18. §. 8. nu. 57. Vasq. opusc. de scand. q. 43. art. 2. Reginald. d. lib. 18. nu. 77. Sanch. in sum. d. lib. 3. c. 8. num. 2. Suar. d. lib. 3. de iureiur. cap. 14. & 14. num. 8. Bonacin. d. punct. 11. num. 2. Molin. tom. 2. de Iust. disp. 335. concl. 4. Nullus etiam vt dicit Dan. in tom. 3. resol. mor. l. tract. 7. de scandal. resol. 14. potest inducere alium ad actũ qui scit se peccaturum.

14 Limita vero quando tantum dubitaret, tũc enim non peccat per se loquendo, nam in dubio non debemus præsumere alterum velle peccare, vnde licet tunc haberet aliud remedium idoneum, tamen si inducit ad iurandam in rigore Iustitiæ non peccat, licet ex charitatis æquitate benefaceret se abstinẽdo Azzor. loco cit. quæst. 2. Sanch. nu. 9. Suar. cap. 14. n. 8. & 14. Clauis reg. lib. 5. cap. 5. num. 2. seq. & alij per Bonacin. d. punct. 11. nu. 3. vers. dixi quibus addo Sot. d. lib 8. de Iust. q. 2. art. 4. in fine Nauarr. c. 21. num. 25. & Anton. Nald. in summ. v. Iuramentum c. 13. vers. sciendum.

15 Secundo limita quãdo iam paratus esset ad periurandum, nam tũc non videtur dici inducere, sed tantum assistere ex officio vide DD. allatos per Sanch. lib. 3. c. 8. n. 22. In Praxi vero seruandum puto contrarium, & tutius in conscentia, nam qui tacet consentire videtur, maxime, quãdo ex officio potest impedire, & ita tenent alii Doctores d. Sanch. quos sequitur Bonacin. d. punct. 11. nu. 3. vers. hinc patet Attamen si adsit iusta causa recipiendi d. iuramentum, puto posse recipi absq; peccato, quia non dat occasionem peccandi, sed tantum aliquo bono fine & vrgente graui necessitate permittit a parato peccatum committi sed oportet quod adsint hæc conditiones primo vt fiat sola propositione nuda propriæ voluntatis, qua optas, vt ipse iuret; & secundo vt tale Iuramentum valeat ad id quod prætenditur, licet sit falsum. ita Reginald. lib. 18. cap. 5. num. 76 vers. qui etiam, & citat Suar. d. lib. 3. c. 14. nu. 16.

16 Aduertant tamen Iudices pro defensione propriæ conscientiæ quod saluo eorum officio quantum possunt, efficiant, ne ad huiusmodi Iuramenta præstanda deueniatur nam ille qui facit indebite iurare falsum alteri plus peccat in quantum ad damnum quam homicida hic enim corpus, ille animam proximi perdit ita textus cum glossa in c. ille qui 22. qu. 5. & Reginald lib. 18. nu. 77. vers. neque est in fine nam maius damnum est in amissione vnius animæ quam mille corporum c. si habes 24. quæst. 3.

17 Item aduertant quod non faciant iurare res dubias pro certis, vel res certas pro dubijs, nã qui asserit tamquam certum quod est dubium peccat

peccat contra veritatem iuramenti vnde dicere debet dubito, vel puto ita esse ita Suar d. tom.2 de relig.lib.3.c.4.Silu.verb. periurium q.1.Nauarr.cap.12.n.7.Clauis reg. lib.5. c.5. nu 7.& alij comm.

Ex quo infertur quod aliquis qui audiuit a fide digno aliquid non potest in iudicio iurare esse tũ quia in iudicio iurantur & solũ ea quę de visu noscantur ex c.testes 3.q.9.tum quia testis de solo auditu non semiplena probat; tũ quia non certe dici potest illud scire, nam quę testificari debent in iudicio maiorem requirunt diligentiam veritatis ob præiudicium iustitiæ,& alterius proximi ita Bonacin. in secũdo pręc.decalog.disp.4.q.1.punct.3.n.7.vers. ex quo fit vbi addit cum Sanch.d.lib 3.c.4.nu. 13. & alijs non per hoc negari,quod non possit iurare exprimendo causam suæ scientiæ .s. audiuisse a fide digno; nam tunc nullum decipit nec falsum iurat.

18 Tertio aduertant quod si sciunt aliquid esse falsum,& qui iurat putat esse verum non possunt sine iusta causa vt supra d. est exigere iuramentum nam licet ille peccet per inaduertentiã, tamen ipse est in causa vt Deus tertius in testem falsi adducatur ita Azzor.p.1.lib.11. c.12.q.2. Suar.loco cit.Sanch.n.10.& alij per Bonacin d.punct.11.q.1.disp.4.nu.2. vers.addo eum grauiter peccaret.

19 Quarto aduertant quod non petatur d. iuramentum falsum auctoritate priuata,sed publica;nam peccaret mortaliter, & inique ageret inducendo eum ad faciendum opus per se prohibitum, quod est iurare falsum ita ex D. Thoma 2.2.q.98.art.4.notant Sot. d. lib.8. de Iustit.q.2.art.4 Nauarr.c.12. num.20. & alij adducti per Suarez de relig.li.3.cap.14.n.10. quibus addo Sanch.in summa l b.3.c.8.num.2.

20 Quinto aduertant quod petatur cum vtilitate notabili,vel rationabili causa vt supra etiã dictum est, & in re graui aliter peccat mortaliter quia sine rationabili causa proximo datur occasio ruinæ quæ ex charitate fuisset remouendo aliunde ablata Ang. verb.Iuramentum 3 § 11.Silu.eo.q.9.Nauarr.d.c.12.nu.20. Reginald.d. lib.18.num.76. vers. tertia propositio Suar. vbi supra nu.4. Quod intellige etiam in parte petente deferri tale iuramentum ab illo qui existimatur falsum esse iuraturum; hæc enim etiam excusari potest a peccato si intercedet causa iusta .s. vtilitas petentis Nald. V. iuramentum num.13.& alij.

21 Sexto aduertant quod iuramentum Calumnię si ante sententiã positum fuerit & non præstitũ,annullat processũ & sententiam, sic censuit Rota cõtra multos cõtrariũ asserentes in dec. 51.& in nouissim.Huiusmodi n. iuramẽta valẽt pro multis præsertim, quod litigans credat se bonam causam habere. Secundo quod interrogatus non neget, quod credit esse verum. Tertio quod nõ vtatur scienter falsa probatione Quarto quod non petatur dilatio malitiose & Quinto quod non promittat aliquid pro causa, nisi illis quibus a lege permittetur vide gloss.in c.verb.Calumniæ de Iuram.calum.& notat Ant.Nald.in Sum.Verb.iuramentum n.

22 26 Sanch.cons.moral.lib.6.c.3.dub.34. † qui subdit etiam,quod accipere Iuramentum Calumniæ in principio litis verbis generalibus scilicet quod interrogatus in qualibet parte litis respondebit veritatem, licitum est, quia non datur reo periclitandi ansa, nec compellitur ad reuelandum secreta,cum virtute talis iuramẽti nihil cogitur reuelare ita etiam notant Sot. lib.de secret.membr.2.q.7.vers.ex his colligitur & Nauarr.corolar.64. num.747. per eum allegati.

23 Septimo aduertant quod accipientes iuramentum a reo statim post capturam inquirẽdo ab ipso in particulari quod fecerit, aut nouerit super ipso facto grauiter peccant contra Iustitiam quia iure interrogari non potest nisi habeat Infamia,vel Iudicia vel semiplenã probationem. & constet ipsi reo de huiusmodi probationibus.ita tenent Hipolit.in pract.ver. postquam ex l. pen. ff. de quæst. Sotus & alij per Sanch.d.lib.6.moral.c.3.dub.34.n.2.licet bene possit absq; iuramento petere ab illo confessionem in speciali, Nauarr.d.corollar.64.n. 753.cum seq.

24 Octauo aduertant quod quando ex officio, seu ad instãtiam Procuratoris fiscalis defertur Iuramentum reo ad reuelanda delicta de quibus inquiritur,licet partes putent se falsum dicturum, attamen non peccant, nam Consuetudo interrogandi reos cum iuramento vbiq; fere recepta esse scitur Salzed. ad Bern.Diaz pract.crim.c.5. quem refert. Anton. Nald. in sum. v.Iuramentum n.13.& hoc Iuramentum defertur etiam parti in suplementum probationis quando adest singularitas testium, vel aliqua conjectura sic Rota decis.860. num.3.

iuxo-

in nouissimis & Naldeo.num.13.

25 Et nota quod iuramentum voluntarium in causis ciuilibus potest a Iudice deferri in iudicio tam actori quam reo, actori in tribus casibus. Primo quando res petita modica est, & actor est vir modestus, tunc enim, cum rem semiprobauerit, nec ipse talis apparet qui velit peierare, merito præsumitur certus de veritate. Secundo quando res petita est valde magna neque actor ipse probare potest singula, quæ perdidit tunc enim ei loco probationis Iuramentum defertur. Et Tertio quando in Reo apparet temeritas nam tunc intelligitur ex circumstantijs iuramentum cum opus fuerit esse potius deferendum actori quam Reo per text.in ca.fin. De Iureiur. in fine, Reo vero defertur an tribus aliis casibus. Primo quando res de qua litigatur est magna nec veritatem actor nouit, vel est persona suspecta, & leuis. Secundo quando Reus est tam bonæ famæ quam actor; tunc enim consentaneum est in re modica Iuramentum ipsi deferri potius ad sui defensionem quam actori ad accusationem; & Tertio cum actor deficit in probatione ad quod facit text. in c. Iuramentum §. fin. de Iureiur. & docet Reginald. in Prax. for. pœnitent. lib. 18 n. 107. cum seq.

26 Secundo nota quod vt reo possit Iuramentum deferri in causa criminali necesse sunt indicia seu probationes quæ sufficiant ad torturam, quia Iuramentum est spiritualis quædam tortura quæ mentem non minus vrget ad veritatem dicendam, quam ipsa tortura vt docet cum Couarr. & aliis Less. lib. 2. c. 41. dub. 3. n. 15. Reginald. lib. 2. n. 42 Fr. Leo Zambel. resol. cas. consc. V. Iudex n. 36.

27 Tertio nota quod in matrimoniali Iuramentum in suplementum probationis non præstatur, quia res grauis est, & criminali æquiparatur ita gloss. in cap. mulieri Verb. absoluto. de iureiur. Bor. in Sum. omn. Decis. to. 1. tit. 54. De iuram. supler. num. 45. Seraph. de priuil. Iuram. priu. 23. num. 113. & alii per Barbos. de potest. episc. part. 3. alleg. 84. num. 10.

28 Vltimo nota quod exigentes Iuramenta illicita, impossibilia aut damnosa vel libertati ecclesiasticæ vel Decretis Sacri Concil. Trid. siue iuramentum præstatur in genere, siue in specie etiam prætextu consuetudinis vltra peccatum mortale si sunt Prælati suspenduntur a diuinis, si capitula & Conuentus, eorum ecclesiæ interdicuntur, si regulares excommunicãtur, & inhabiles fiunt ab obtenta vel obtinenda, & papę reseruatur absolutio secuto tamen effectu; & solum illi qui exigunt incurrunt in dd. pœnas nam qui præstant d. Iuramentum licet grauiter peccent nisi ignorantia eos excusset non sunt comprehensi in hac excommunicatione ita habetur ex Bulla 93. Greg. XIII. quæ incipit inter Apostolicos & notant Bonacin. de excom. extr. Bull. disp. 1. q. 3. punct. 17. per totum Suar. lib. 3. de Iuram. cap. 19. n. 3. Sanchez præcept. lib. 3. c. 4. n. 6. Paul. Laym. lib. 4. trac. de iuram. c. 14. n. 9. & nouissime Anton. Carol. Thesaurus de pœn. eccl. V. Iuramentum cap. 1. per totum.

29 Sed quid dicendum est de Laicis exigentibus vel vtentib. aut exequentib. d. Iuramenta? Et Resp. esse excommunicatos in Bulla cœnæ vbi excommunicantur omnes illi qui obseruare faciunt, vel obseruant statuta vel consuetudines contra libertatẽ ecclesiasticam ita d. Thes. in V. Iuramentũ cap. 1. vers. obseruari faciẽtes.

30 Quod amplia etiam in iuramentis quibus ecclesiastici cogerentur iurare Principi laico fidelitatem, nisi ratione feudi vt dicit Abb. in c. petitio tua num. 1. & c. nimis de iureiur. & ibi Anan. Host. & Imol. & in illis quo d. Ecclesiasticus iurat de non stando contra d. Principem Laicum vllo modo, si intelligatur quod non possit stare etiam iuste vt scilicet quãdo vsurparet bona vel iure eccles. ita d. Thes. loco cit.

31 Limita quando d. iuramentum ecclesiastici exigeretur a Principe Laico non absolute coactum, sed sub conditione voluntarium quatenus si in suo territorio morari velint propter securitatem status, vel Reipublicæ, dummodo intelligatur præstari non tanquam Superiori, sed tamquam comparti Reipublicæ per modum contractus. vt habetur Cal. in Cerub. Tol. 10. c. 2. Suar. de Defens. libert. eccles. lib. 6. cap. 1. Salas de Legibus disp. 96. tr. 14. n. 96. in fine.

32 † sic etiam dicunt aliqui Doctores quod licitũ sit ecclesiasticis, vel Laicis incolis loci occupati a Tiranno etiam hæretico cogente ei præstare iuramentum iurare de eo iuuando cõtributionibus, excubijs, fossionibus, & similib. non animo eum adiuuandi vt hæreticum, sed graui metu adiecticio præstandi ei d. opera indifferentia, sed neque animo præstandi talia auxilia in casu, quo resultaret graue damnum

Oo Catho-

Catholicæ religioni, vel Principi suo legitimo ita Molar. lib. de fid. & Iuram. opusc. vlt. Laim. lib. 2. in tit. de Charitate tr. 3. cap. 13 § 2. resolues, & Thesaur. vbi supra vers. sed limita.

32 Non possunt igitur iurare animo præstandi talia auxilia, quando resultaret in graue damnum Reipublicæ Christianæ vt si non præstaretur, insurgeret magna vtilitas Principi iusto, vel ecclesiæ alios enim sic iurantes inciderent in excommunicationē. Bullæ Cenæ vel ex c. 1. vel ex can. 7. sicuti etiam si iurarent recognoscendi talem Principem in caput Ecclesiæ, quia tale Iuramentum hæreticale est, & Scismaticum iuxta Bullas Pauli V. damnantes talia iuramenta teste Suar. tr. De Defens. fid. Cath. tit. De forma Iuramenti. Sanch. lib. 2. in Decalog. c. 10. n. 5. & Thesaur. circa finem.

CAP. XXIX.

Quomodo liceat Iudici veritatē a reo extorquere.

SVMMARIVM.

1 *Modo quo vti debeat Iudex in conscientia in veritatem extorquendo.*
2 *Iudex qui Iuridice non procedit non potest Reo imponere obligationem ad iurandum.*
3 *Quando dicitur Iudicem non procedere iuridice.*
4 *Ex consuetudine non solent dari inditia Reis nisi ante tormenta.*
5 *Iudex iuridice procedens potest à Reo veritatem extorquere.*
6 *Amplia licet vtatur aliqua simulatione.*
7 *Quales debeant esse simulationes, & fictiones Iudicis ad veritatem extorquendam.*
8 *Ex confessione iniuste extorta non potest procedi ad punitionem Rei.*
9 *Magis perniciosum est Iudicem abuti sua potestate quam Reum dimitti.*
10 *Actus Ministrorum reducuntur ad actus ipsius Iudicis.*
11 *In delictis grauioribus potest iudex deuenire ad punitionem licet ei iniuste innotuerit.*
12 *Delictum ex alterius malitia detectum an sit punibile.*
13 *Reus ex animi timiditate vel leuitate crimen suum detegens potest à Iudice condemnari.*
14 *Iudex qui dubitat de sua potestate an possit deuenire ad interrogationes.*
15 *An Iudex possit interrogare Reum de alijs criminibus occultis.*
16 *Quid si Crimen sit eiusdem speciei.*
17 *Quando Crimen confessum: sit sufficiens indicium aliorum criminum & n. 18.*
19 *An Iudex omittens interrogare Reum cum debet peccet Mortaliter.*

1 HÆc quæstio valde practicabilis est, & multum periculosa in conscientia, nam iudices solent multoties omnem viam adhibere vt confiteri faciant reum nullo habito respectu modi, quo vti debeant in conscientia.

2 Ideo aduertēdum est primo quod Iudex qui iuridice non procedit, non potest Reo imponere obligationem ad crimen aperiendum, vel ad iurandum, cum nimis durum sit, & cōtra ius naturæ, vt aliquis sit obligatus ad manifestandum dilictum occultum cum suo dāno Iudici non iuridice interoganti, & ei qui non habet potestatem a iure concessam hoc faciendi, ita ex textu in c. qualiter. & quando & c. cum oporteat & c. cum inquisitionis De appellat. & ex doctrina S. Thomæ 2. 2. qu. 99. art. 2. Less. De Iust. lib. 2. c. 31. dubitat. 3. nu. 8. & communiter alii citati a Bonacina tract. 2. disp. 10. q. 2. punct. 2. n. 1.

3 Secundo aduertendum est tunc dici iudicem non procedere iuridice, cum Reum interrogat absque præcedente infamia, vel semiplena probatione, vel accusatione, vel manifestis indiciis quæ sint aperta Iudici; & ab ipso etiam manifestata ipsi Reo, ad hoc vt sciat se iuridice interogari, ita Valent. tom. 3. disp. 5. q. 13 punc. 2 Less. lib. 2. c. 31. dub. 3. n. 8. & seq. Reginald. in Prax. For. pænitē. lib. 24. n. 134. Filliuc. tom. 2. quæst. moral. tract. 40. c. 7. nu. 262. Paul. Laym. Theolog. moral. lib. 3. tract. 6. c. 5. n. 2. Io. Alderet. de Relig. discip. Sanch. in Sum. tom. 1. lib. 3. c. 7. n. 15. Ludouic. Mirand. in ordin. Iudic. tom. 2. qu. 19. art. 13. concl. 1. Dian.

4 Resol. moral part. 3. tract. 5. resol. 91 † vbi docet cum Salzed. in pract. crim. cap. 126. litt. C. quod Iudices Deum timentes debent Notario præcipere, quod ante Reorum Confessionem recipiendam, præcipiant, quod testium depositiones absque eorum nominibus contra eis legat, vt inde cognoscat quod contra ipsum probatum sit, & veritatem fateatur, & hoc in Praxi omnino seruandum esse pro tu-

tiori

riori conscientiæ defensione; Ex consuetudine tamen apud nos Italos non solent dari indicia Reis, nisi ante tormenta, pro qua praxi faciunt notata in Constit. Pauli 3. incipiens ad onus vbi præcipitur dari copia indiciorum reis ante torturam præterquam in criminibus exceptis, & notat etiam Anton. Nald. in summ. Verb. Reus n. 2. Vide Nauarr. c. 25. n. 25. Philiarc. de offic. Sacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 4. c. 25. §. Rei peccata & alij multi per Sanch. conf. moral. p. 2. lib. 6. c. 3. dub. 32. n. 2.

5 Ex quibus sequitur quod Iudex iuridice procedens potest a Reo veritatem extorquere, tunc enim legitime præcipere dicitur, & Reus obligatus est ei veritatem aperire ita ex doctr. S. Thomæ. 2. 2. q. 69. art. 1. *Beia* resol. Cas. conf. part. 1. cas. 32. Nauar. d. c. 25. n. 53. Less. de Iust. lib. 2. c. 31. dubit. 3. n. 12. Lazzar. de Monitor. sect. 2. q. 16. n. 13. Filhuc. d. tract. 40. c. 9. quæs. 4. n. 265. Bonacin. vbi supra n. 6. cum alijs per eum nam in hoc casu Iudex habet ius eliciendi veritatem ob bonum commune, & compellendi reum eam manifestandi Caiet. 2. 2. q. 69. art. 2. Sot. de Secret. membr. 2. q. 6. Azzor. p. 3. lib. 13. c. 25. q. 2. Sayr. in Clau. Reg. lib. 12. c. 16. n. 1. Homobon. De statib. hum. Vit. p. 2. c. 4. Ant. Dian. part. 1. tract. 15. Resolut. 27.

6 Amplia etiam quod vtatur aliqua simulatione vel finctione ad hoc vt a Reo, vel ab actore veritatem rei apud se dubiæ extorqueat, quia licitum est iusta de causa vti Amphibologia, & æquiuocatione iuxt. text. in c. vtile. 22. q. 2. Panorm. in c. afferte de præsumpt. & Doctores citati a Guazzino Patre meo deffens. 10. ca. cui addo Couarr. p. 1. var. c. 2. n. 16. Reginald. lib. 24. n. 138. Gom. 3. var. cap. 13. Sanch. conf. mor. p. 2. lib. 6. c. 3. dub. 35. n. 2.

7 Sed aduerte quod istæ simulationes, & finctiones debeat esse honestæ, licitæ, a iure approbatæ, & ad bonum finem factæ scilicet inueniendi veritatem; & hoc notent sumopere Iudices, vt per DD. in d. c. afferte nobis De Præsumption. secus vero si sint deceptoriæ mendaces, & falsæ. Idem Guazzin. meus loco citato n. 6. qui etiam ponit exempla horum finctionum malorum, & citat multos alios. quibus adde Nauar. man. c. 18. sub. n. 8. Reginald. d. lib. 24. n. 135. vers. cæterum P. a Nauarr. to. 1. lib. 2. c. 3. nu. 232 & Io. Valer. De Different. Vtr. for. Verb. Iudex Different. 14. car. 106.

8 Et sciant dd. Iudices quod in conscientia nō possunt ex tali cōfessione iniuste extorta procedere ad punitionem Rei, immo debent ab inceptis desistere, licet a principio forsitan bona fide processerint. Et Ratio est quia effectus ex causa iniqua prouueniens iniquus est, & uis illata contra ius, & deceptio in magnū detrimentum proximi prouueniens iniqua est, vnde Punitio immo & inquisitio inde procedens iniqua erit; nec enim fas est inde nasci iniurias vnde Iura nascuntur d. c. qualiter, & quādo Suar. vbi sup. n. 35. Gom. tom. 3. var. c. 12. n. 6. qui alios allegat Couar. 1. var. c. 2. n. 16. qui citat Im. Deci. Par. & alios quibus addo Plaza epit. delict. lib. 1. c. 37. n. 6. & Clar. §. fin. qu. 55. vers. circa secundum.

9 Nec obstat scandalum quod exinde oriri potest, cum sciat iam Reum confessum quia maius scandalum est & magis perniciosum bono communi quod Iudex abutatur sua potestate iniuriam faciendo in Iudicio quam reum per iniquitatem confessum impunitum dimitti. Vide Petr. a Nauarr. lib. 2. de restit. c. 3. n. 141. seqq. Reginald. lib. 24. n. 135. vers. cæterum.

10 Amplia siue per se siue per ministros ipsius Iudicis etiam absque d. Iudicis culpa, vi, aut fraude factum sit, quia sicut instrumenta ad causam efficientem reducuntur ita actus ministrorum ad actus ipsius Iudicis ita Reginal. n. 136. vers. Aduerte. sed de hac materia sugestionis vide Patrem meum in d. Defens. 10. quę cū magis ad forum externum videātur pertinere ideo nil amplius addo.

11 Limita in delictis quæ sunt in graue damnū Reipublicæ; aut quæ adhuc posita sunt in fieri vnde ad illa euitanda poterit Iudex deuinire ad punitionem licet ei iniuste & nulla confessione innotuerint; nam tanta est uis boni communis, vt ad illius conseruationem, licet aliquādo pręter iuris ordinem procedere, si tamē ei aliter remediū afferri non potest Reginald. d. l. 24. n. 136. seq. Less. dub. 3. n. 9. vers. aduertat l. 2.

12 Secundo limita quando Iudex sciret delictum non a se, nec a suis ministris, sed a priuata persona extra iudicium & cui ille nullo modo sit cooperatus nam tunc non obstat quod fuerit delictū ex alterius malitia, & iniquitate detectus, quia id per accidēs est Reg. d. n. 136.

13 Tertio limita quādo Reus ex animi leuitate nullo graui metu compulsus, nec fraude magna conuentus, suum crimen detegerit; tunc enim poterit Iudex procedere ad Sētentiam,

licet voluerit allegare, quod non sit seruatus ordo iuris quia sibi ipsi imputet; Iudex enim post iustam delicti cognitionem, & notitiam potest in conscientia delinquentem punire, argum c. 1. de Accusationibus in 6.

14 Quæritur modo ā iudex qui dubitat de sua potestate, aut quod adsint sufficientia indicia, vel infamia, possit cum isto dubio diuenire ad interogationes Rei. Et Respondeo negatiue. faceret enim contra conscientiam dubiam, & sic se exponeret periculo peccandi, quod minime faciendum est ita in terminis Reginald. d. lib. 24. n. 36. vers. adde obiter. & de conscientia dubia Nauarr. in Man. prælud. 9. nu. 9. Filliuc. tract. 21. c. 4. q. 8. n. 158. & alij per Bonac. de peccat. disp. 2. q. 4. punct. 7. proposit. Vnic. n. 3.

15 Quæritur secundo an iudex interogans reū de vno crimine in iudicio conuictum possit interogare de alijs occultis a se commissis? Et Respondeo quod si de illis nō præcesserint indicia, infamia, vel semiplena probatio nō possit. Est constitutio 44. Pauli Papæ Tertij incipiens ad onus vbi dicitur quod captus pro vno Crimine non possit interogari de alijs nisi, & quod Verba a Reo prolata debent scribi eodē Id omate quo proferuntur ab eo. Et probatur etiam ratione quia sicut qui de vno crimine est diffamatus, nihilominus peccat peccato detractionis, si alia peccata occulta ipsius manifestat, ita etiam peccat, qui diffamatum de vno crimine, aliud occultum circa quod famā non habet læsam, in interrogatione compellit reuelare facie tex. in c. cum oportet de Accus. & c. inquisitionis eo. Caietan. opusc. 17. resp. 5. & in 2. 2. q. 69. art. 2. Sot. de Secret. memb. 2. q. 6. dub. 5. & lib. 5. De iust. q. 6. art. 2. vers. cognoscitur Valent. 2. 2. disp. 5. q. 13. punct. 2. P. a Nauarr. lib. 2. de restit. c. 4. n. 170. cum alijs per eum allegatis. Toler. in summ. lib. 5. c. 59. n. 2. Regin. d. lib. 24. sect. 5. n. 141. Graff. decis. aur. p. 1. lib. 3. c. 6. n. 8. Sanch. p. 2. cons. mor. l. 6. cap. 3. dub. 20 Bassæus Flor. tot Theolog. Verb. Reus. n. 6.

16 Amplia licet crimen sit eiusdem speciei, nisi ex infamia crederetur frequens in eodē peccato, & ideo famosus latro potest de omnibus furtis interrogari Adrian. quodlib. 11. q. 1. vers. istis præmissis diff. 1. Corduba membr. 2. q. 6. circa concl. p. dub. 2. Palacios Verb. Iudex & alij per Sanchez d. lib. 2. cap. 3. dub. 20. numer. 2. tom. 1.

17 Limita quando crimen confessum est sufficiens indicium aliorum criminum de quibus reus interrogatur vt si quis conuictus esset de Adulterio postea inueniretur maritus adulteræ occisus in proprio lecto, poterit tunc Iudex interogare eum etiam de homicidio, nam crimen criminorum facile est indicium alterius non noti ita Toler. d. nu. 2. vers. verum est Sot. de rat. teg. q. 6. concl. 5. dub. 5. Graff. vbi supra n. 8. in fine. Polaccus. Nauarr. & alij per Sanch.

18 d. dub. 20. n. 3. † ita etiam quando est ita moraliter annexum, quod sit sufficiens indicium ad aliud, vt si quis conuictus de Homicidio, inuentum est cadauer occisi spoliatum; tūc enim potest interogari de eodem Spolio. ita Reginald. n. 141. Graff. n. 8. Panorm. in c. qualiter il primo. de acus. n. 7. Innocent. n. 3. Ang. V. testis n. 31. & alij per Sanch. cons. mor. d. dub. 20. n. 3. in fine. Vide de hac materia Caiet. Salon. Bannes & alijs in 2. 2. D. Thomæ qu. 69. art. 1. Nau. d. c. 25. Fernand. p. 1. exam. Theol. mor. c. 9. §. 6. Azzor. p. 3. lib. 13. c. 29. & Less. lib. 2. ca. 31. per totum.

19 Quæritur tertio an Iudex qui omittit interogare reum cum debet, peccet mortaliter; & Respondeo affirmatiue, quia præiudicat notabiliter Reipublicæ cuius interest delicta puniri ita aut hoc ratus ff. ad l. Aquil. & notat Graff. decis. aur. p. 1. lib. 3. tit. de Iudic. cap. 6. n. 7 Iudex enim tenetur seruare iuris ordinem vt supra dictum est exceptis casibus in quib. si est supremus Iudex potest grauare d. Reum.

CAP. XXX.

An liceat Iudici interrogare, Reum de Complicibus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex potest interrogare de complice quando est diffamatus.*

2 *In atrocioribus criminibus etiam non diffamatus.*

3. *Iuramentum de non interrogando in superioribus casibus an teneat.*

4 *Consuetudo de inquirendis socijs occultis an valeat.*

5 *Iudex potest interrogare de socio qui certum est fuisse eum Auctore criminis.*

6 *Iudex potest interrogare de socio in crimine* [illegible]

7 Quia

7 *Quod nam peccatum committant iudices iniuste interrogantes reos.*
8 *Cum causa est iniusta quidquid ex ea sequitur nullum est.*
9 *Iudex extorquens à reo crimen etiam per leuem Metum non potest contra eum procedere.*
10 *Reo non opponente de defectu interrogationis sed comprobante an iudex possit procedere in causa.*
11 *Testes qui male detegerunt crimen in interrogationibus generalibus an noceant, reo.*
12 *Ad se dandum scandalum potest iudex procedere etiam si extorsisset crimen occultum sed postea fuit factum publicum per ipsius confessionem.*
13 *Si confessio fuit extorta a persona priuata potest iudex procedere.*
14 *Complices si correcti sunt & emendati non possunt reuelari.*
15 *Quomodo testes inhabiles possunt torqueri remissiue.*

1 EX dictis in præcedenti capitulo faciliter potest responderi huic quæstioni scilicet quod Iudex non possit interrogare reum confessum de complicibus, nisi sint diffamati, aut contra eos præcesserit semiplena probatio ex eisdem rationibus & facit text. in c. 1 & cap. monasterium de confess. c. veniens de Test. c. nemini 15. q. 3. & l. fin. C. de Accusat. vel quãdo legitima præsumptio dictat reum habuisse socios Siluverb Indicium Nau. c. 17. nu. 58. & c. 18. n. 59 Grassius decis. aur. p. 1. lib. 3. c. 6. n. 7. in fine Reginald. lib. 24. n. 243. Ang. verb. Confessio delicti nu. 4. Tolet. 58. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 14. dist. 10. n. 2. Lop. lib. 2. c. 29. n. 161. seq. Laym. lib. 3. tr. 6. c. 5. n. 2. *Bassæus* Flor. tot. theologiæ verb. reus n. 7.

2 Limita in criminibus atrocioribus, vel Republicæ nimis perniciosis vt sunt Hæresis proditio Ciuitatis, coniuratio in Principẽ, Monetarii latrones viarum publicarum & similia, siue quando id requirat damnum alterius, quod aliter impediri nõ posit, tunc enim Iudex potest interrogare reum etiam de complicibus occultis P. a Nauarr. lib. 2. de rest. c. 4. nu. 173. Roder. de ord. Iudicior. cap. 10. Fernand. in Exam. Theol. Moral. p. 1. cap. 19. §. 6. Gomez lib. 3. var. resol. cap. 12. nu. 16. His enim delictis Iudex obuiare tenetur ex officio, & in eis consulere bono communi quocumque incõmodo priuato non obstante, adeo vt si ipse cognoscat in eam rem opus esse reuelatione cõplicis, debeat exigere illam a reo ex doctr. S. Th. 2. 2. q. 70. art. 1. ad 2.

3 Quod amplia licet Iuramento promisserit aliter facturus, non enim obligat hoc Iuramẽtum, cum obseruari non posit sine peccato cũ contra rationem committatur posthabendo bonum commune priuato Reginald. d. lib. 24 numero 144. Villalob. vbi supra quem refert. Anton. Dian. resol. moral. part. 3, tract. 8. resol. 99.

4 Limita secundo in illis regionibus vbi ex rationabili consuetudine mos est de occultis socijs etiam inquiri, quandoquidem ob publicã pacem, & quietem talis loci, seu regionis leges id sancire potuerũt, vel consuetudines rationabiliter introducere ita *Sayr.* in *Clau.* reg. c. 17. n. 6. & seq. Homobon. de stat. hum. vit. p. 2. c. 4. n. 2. vers. adde reum.

5 Limita tertio in casu quo maius malum consequitur ex non inquirendo vt est scandalum graue ortum in populo vel nasciturum Vnde quando crimen quod nequit sine socio perpetrari, & constat de vno Auctore illius, consequenter publicum esse debet aliquem alium cum eo eiusdem criminis reum esse quare nisi de illo Iudex inquirat, videtur officio suo non satisfacere, & populus potest accipere occasionem existimandi quod ipse velit relinquere peccata impunita, & hoc in magnum Reip. damnum & populi scandalum ita Reginald. n. 144. vers. aduerte tertio & P. a Nau. d. lib. 2. de rest. c. 4. p. 2. dub. 6.

6 Hinc sequitur posse Iudicem interrogare reum de complice, & socio criminis in vitio Sodomiæ, quando videt pendere in futurum in perniciem aliorum, quia tunc hoc crimen efficitur contra bonum commune, quotiescũque Iudex iudicat, & præsuponit habentes hoc debitum posse alios corrumpere, sunt reuelandi, vti reuelandi sunt alii socii delinquentes contra commune bonum ita cum recentioribus per eum citatis, notant Sanch. cons. mor. lib. 6. c. 3. dub. 23. n 3. & P. egid. Bass. d. verb. reus n. 7.

7 Quæres modo quod nam peccatum committant Iudices sic iniuste interogantes de socijs criminis? & respondeo contra Caiet.

opusc.17.resp.5. peccare mortaliter quia dant causam reis grauiter errandi, lędendo iniuste famam proximi, & miseris ignorantibus sunt magno scandalo ita Nau.c.18. nu.57. & c.inter verba corollar. 49. nu.584. Sot. de secret. membr.2.q.6.in fin.solut.ad 2.& lib.5.De iustit.q.6.art.2.vers.si vero nu lum P.a Nau.lib. 2.de restit.c.4.n.154.qui & dicit teneri ad restitutionem damnorum vide Sanch. part. 2. moral. lib.6.c.3. dub.24.nu.2.Iosa S.Mar.in trib.relig.tract.4.c.5. Ioannem de la Crux directtor. Consc. p.2.pr.8. art.3.dub.9.concl.3. Mirandam in ordin.Iudic.tom.2.q.19.art.11. Malder in 2.2.D.Thom.tra.6. cap.2. dub.23. Ledesma in summ.tom.2.tract.8.c.24. concl.5.Tanner.in 2.2.disp.4. q.4. dub.4.nu.86. Aldret.de discipl.tuend.lib.1.c.11.n.14. Spatar. Prax.reg.tract.9.c.12.& 13.n.5.

8 Et nota quod quando Iudex extorsit a Reo per metum grauem iniuste manifestationem proprii criminis, vel aliorum, ex tali cognitione non potest ipse procedere quamuis reus manifestet testes per quos possit conuinci quia cum causa fuerit iniusta, quod quod ex ea sequitur debet annullari l. non dubium C.de leg. D.D. quos refert & sequitur Anton. Gomez tom.3.var.c.13.n.25. quibus adde Nau. c.inter verb.coroll.53.n.596.Ledesma 2.q.10. art.3.dub.2.Sot.de secret.membr.3.q.1.concl. 5.Sanch.d.lib.6 c.3.dub.39.nu.2.

9 Amplia etiam in metu leui cum interogationibus tamen iniusti, nec enim tunc potest ex tali cognitione probabiliter procedere contra reum, nam iniuriam fauens tenetur eum corrigere, & lęso satisfacere. quare cum cognitio criminis fuerit inclusa ex iniustis interrogationibus effecta quodquod inde procedit est iniustum, & ideo irritandum ita ex probabiliori opinione contra Nauarr. tenent Caiet. vbi supra Sot.lib.5.de iust.q.6.art.6.concl.6.& Sanch.d.lib.6 c.3.dub.39.n.5.

10 Fallit quando Iudex non per metum grauē sed leuem extorsit veritatem; & reus scit confessionem esse iniustam, & non debitam, & potest se excusare, & non excusat sed confitetur delictum, vel Complices & comprobat veritatem tunc enim probabilius est posse iudicem procedere contra eum, & punire licet non contra socios, & ratio est quia tunc videtur reus cedere iuri suo, cum non Iudex videtur extorsisse sed reus libere propalasse; & metus leuis pro nihilo reputatur, et facit a simili quod quando in Processu vel forma inquisitionis fuit aliquis defectus in substantialibus reus non opponit de tali defectu, sed ipso non obstante fatetur veritatem, potest tunc Iudex ex tali confessione procedere, & punire reum, licet non socios c.1. de *Confess.in 6.* S. Antonin.p.3.tit.9.ca.7.§.2. Nauarr. vbi supra num.147. Siluest.Verb.Inquisitio 1.q.3.in fine Graff.decis.aur.p.1.lib.3.c.6. n.10.

11 Nota tamen quod si extorsisset crimen rei a testibus etiam scientibus iniustitiam & potentibus opponere non posset Iudex ex tali cognitione procedere ita Sanch.d.dub.39. nu.7. secus vero quando in interogationibus generalibus testes male detegerunt d.crimen rei nam tunc Iudex nullam illi irrogauit iniuriam vt dicit Nauarr. corollar.62.nu.769. quod & intelligendum est in omnibus casibus, in quibus fit iniustitia non ex parte iudicis, sed ex parte alterius, nam licet iste peccauerit reuelādo iniuste talia crimina, non debet aliorum iniquitas nocere Iustitiæ & bono communi ad quod pertinet punire crimen notorium Nauarr.coroll 62.nu.769.Ledesm.2.4.q.10. att. 2.dub.2. Sot.de secret. membr.3. q.1.concl.5. Sanch.d.dub.39.n.9.Henriquez lib.6. de Pęnit.c.20.nu.2.

12 Secundo fallit quando faceret ad euitandū graue scandalum vt si Iudex per grauissima tormenta extorsisset reo crimen occultum grauissimum quod per confessionem ipsius rei esset iam publicum & certissimum omni populo vt incestum enormissimum, aut sodomiæ & simile, in hoc enim casu posset Iudex procedere ad punitionem ad hoc vt scādalum sedaret ita Sot. d. membr.3. q. 2. concl.5. quem refert, & sequitur Iacob.a Graff.decis.aur. p.1. lib.3.c.6.nu.10.

13 Tertio fallit quando non Iudex sed alia persona priuata extorsisset d.crimen v. g. Petrus secreto occidit fratrem, & filius occisi suspicatus d.Petrum fuisse occisorem minis, & tormentis extorsit ab eo delicti confessionem; & testes quibus conuinci possit, & totum id confert in Iudicio, tunc potest Iudex procedere quia nihil sua interest quomodo alter extorxerit Confessionem ita Sot. d. conclus. 5. & Graff.d.c.6.n.10.in fine.

14 Et hic nota numquam esse complices reuelandos quando correcti sunt, & emēdati vel si potest

potest probabiliter cognosci per fraternam correctionem facile emendaturam quod est valde notandum, vt dicit Dian.par.3.tr.5.resol.99.cum Villalob.vbi supra tr.14.differ.10.num.2.

15 Quomodo vero testes inhabiles possint torqueri Vide Dian.p.4.to.3.cat.a 84.& nos infra de testibus lib.4.dicimus.

CAP. XXXI.

Qdomodo & quando licite possit reus torqueri.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit probatio in iudicio.*
2 *In Causis ciuilibus minus euidens probatio an sufficiat.*
3 *Indicium quid sit.*
4 *Quotuplex est indicium.*
5 *Ad probanda indicia quae requirantur.*
6 *Tortura inseruit in subsidium probationis.*
7 *Quando tortura danda sit.*
8 *Tortura non est danda quando potest per aliã viam probari veritas.*
9 *Qui nam dicatur testis omni exceptione maior.*
10 *Quot indicia sint necessaria ad torturam.*
11 *An sufficiant indicia quae faciunt semiplenam probationem.*
12 *An testes singulares sufficiant ad facienda indicia pro tortura.*
13 *Relinquitur iudicis Arbitrio an vnum indicium sufficiat.*
14 *Testis omni exceptione maior an det sufficiens indicium ad torturam.*
15 *Testis de visu quando sufficiat ad faciendum indicium.*
16 *An post semiplenam probationem statim deueniendum sit ad torturam.*
17 *Tortura semper intelligitur non denegatis defensionibus.*
18 *An debeant indicari nomina testium ijs qui torquendi sunt.*
19 *Casus in quibus minora indicia sufficiunt ad torturam inferendam.*
20 *Quando est sufficiens fama & quomodo.*
21 *Confessio extra iudicialis probata per duos testes est sufficiens ad torturam.*
22 *Quae nam sint necessaria ad dictam confessionem.*
23 *Assertio duorum vel trium sociorum an sit sufficiens ad torturam inferendam.*
24 *Amplius quid si sint singulares.*
25 *Item quid dicendum si querelatus sit vir magnae famae & bonae opinionis.*
26 *Iuramentum sociorum est sufficiens sine alia tortura pro ipsis.*
27 *An assertio vulnerati faciat indicium ad torturam.*
28 *Fuga post delictũ commissum facit semiplenam probationem.*
29 *Inimicitia grauis an sufficiat & quando.*
30 *Turbatio rei in examine quando dat indicium ad torturam.*
31 *Repertio furti apud reum et similia dant indicium ad torturam.*
32 *An emissio sanguinis e corpore recentis occisi sit sufficiens indicium, vt supra.*
33 *Clerici quando torquendi sunt.*
34 *Quae nam personae prohibitae sunt torqueri.*
35 *Dictum minoris 20. Ann. non est indicium sufficiens.*
36 *Quod peccatum committant iudices iniuste torquentes reos.*
37 *Quando iudex potest torquere reos pro confessione sociorum.*
38 *Datur consilium iudicibus in hac Materia.*
39 *An possit reus saepius torqueri.*
40 *Reus qui nihil confessus est in tortura non est iterum torquendus.*
41 *Superuenientibus nouis indicijs est seruandus idem ordo qui & a principio seruatus est.*
42 *Quanto tempore debeat durare tortura.*
43 *Tormentum fumi non debet excedere interuallum vnius horae.*
44 *Iudex excedens modum in torquendo ad quid tenetur.*
45 *An complices sint torquendi vt fidem faciant contra nominatos.*
46 *A quo incipiendum est de socijs circa torturam.*
47 *Ab illo in quo vigent maiora indicia est incipiendum regulariter.*
48 *An iudex laicus dans torturam clerico sit excommunicatus.*
49 *Vtrum possit torqueri reus qui nihil respondit interrogationibus iudicis.*
50 *Reliqua quae pertinent ad hanc materiam ibi remissiue.*

De

DE hac materia late loquitur Guazzin. meus in deffens. 30. per quadraginta quatuor capita successiue; ideo ego pauca addam pertinentia ad conscientiam ex relatis a summistis & Theologis præsertim *Diana* de tortua S. officij Inquisitionis qui multum innittitur in doctrina d. Patris mei ab eo allegati in multis locis.

1 Et primo præmittendum est quod probatio in iudicio nihil aliud est vt dicunt summistæ in V. Probatio & præsertim Siluest. in princ. quam ostensio rei dubiæ per aliqua media; & hæc duplex est alia plena, idest perfecta & sufficiens quæ constat ex dictis duorum vel triũ testium, vel per instrumenta certa, & indubitata vt dicunt text. in c. tua de Cohabit. & c. ad audientiam de rescrip. & c. tua de excessib. in 6. & subdiuitur in euidẽtissima quę fit per plurimos, & probatissimos testes, in euidenti quę fit moraliter per testes communes; & in minus euidenti quæ fit per coniecturas, & præsumptiones vt notat Silu. d. v. Probato quęst. 1. Alia vero dicitur semiplena idest semiperfecta, & minus suffic ẽs constans ex dictis vnius testis omni exceptione maioris vt diximus supra & notat *S*anch. p. 2. cons. moral. lib. 6. c. 3. dub. 12.

2 *S*ecundo præmittendum quod in causis Ciuilibus licet sint in detrimentum tertiæ personæ tamen minus euidẽs probatio sufficit quod secus est in causis Criminalibus in quibus ad punitionem corporalem proceditur v. g. fama cum vno teste, vel coniecturæ & presumptiones in causis ciuilibus fidem faciunt, quod in criminalibus in quibus probationes debẽt esse luce clariores, non valent, nam melius sẽper est noxium absoluere quam innocentem condemnare l. sciunt cuncti C. de probationibus Gomez. tom. 3. var. c. 12. nu. 26. *S*imanc. Instit. Cath. tit. 51. nu. 3. Ang. V. Indicium n. 4. *S*ilu. v. Probatio quęst. 7. Clar. lib. 5. recept. sent. §. fin. quæst. 20. *S*anchez d. dub. 12. num. 2. & Anton. Nald. in summ. v. Iudex num. 3. & verb. Reus nu. 2.

3 Tertio præmittendum quod Indicium est quoddam medium intellectuale eliciendę veritatis ex aliqua circumstantia singulari insurgens, ad hoc vt colligatur, quis sit auctor criminis, & idem est, quod coniectura proba-

4 bilis l. indicia C. de rei iudic. † Et est in triplici differentia, aliud dicitur leue, cui. l. contingit regulariter abesse veritatem, aliud graue siue probabile cui communiter contingit adesse veritatem; & aliud plenum, seu violentum cui communiter contingit nihil abesse quod animus plus inuestigare curet, & istorum nullum sufficit ad ferendam sententiam, sed tãtum ad torturam vt de communi testatur Tiraquell. de pæn. temp. caus. 27. nu. 2. 10. 11. cui adde Sarmient. lib. 1. select. c. 1. nu. 8. & Sanch. cons. mor. lib. 6. c. 3. dub. 14. n. 4. & ratio est quia ad ferendam sententiam requiruntur probationes certissimæ, in iudicijs vero semper sub est aliquod dubium quod purgari debet, & hoc purgatur per totum Lopez p. 7. tit. 1. lib. 26. qui & alios allegat. Less. lib. 2. c. 29. dub. 17. n. 149. seqq. & Filliuc. tract. 40. c. 7. n. 195.

5 Quarto præmittendum quod ad probanda indicia ad minus requiruntur duo testes iuramento adstricti, & omni exceptione maiores & hoc in omnibus delictis etiam atrocioribus vt dicunt gloss. Bart. & alij quos refert Siluest. v. indicium q. 1. & notant Anton. Gomez. tom. 3. var. 13. nu. 18. Sanch. d. dub. 14. nu 2. qui & alios allegat Iul. Clar. q. 22. in princ. vbi de cõmuni Mirand. in ordin. Iudicior. tom. 2. q 26. art. 4. concl. 3. & Antonin. Dian. cum alijs per eum allegatis resol. mor. d. tract. 6. resol. 3. vbi etiam dicit quod sufficit quod sint contestes, licet non sint idonei & omni exceptione maiores vnde admittuntur familiares & etiam infames. Vide Guazzin. meum c. 31.

6 Quinto præmittendum Torturam inseruire in subsidium probationis vt confessione reus supleat, nec adhiberi debet nisi cũ vehementia adsint indicia, vel delictum sit semiplene probatum; & etiam in delictis quæ morte vel alia

7 graui pæna sint punienda † Nec danda est cũ reus est legitime conuictus, nisi malitiose appellaret ad superiorem, vel quãdo putatur habere socios ita Less. vbi supra n. 151. & sequitur Filliuc. d. tract. 40. c. 7. n. 195. in fine.

8 Aduertant tamen Iudices pro defensione eorum conscientiæ quod quoties alia via delictũ probari potest à tortura abstineri debent, quia hæc tantum est inferenda in defectum probationum, & ad expurganda indicia Porrell. Verb. tortura in dub. regulariter Mich. Zenard. Direct. Theol. part. 3. c. 88. Ambrosin. de process. Informat. lib. 4. cap. 1. n. 8. Anton. Dian. resol. moral. par. 4. tract. 6. resol. 1. qui & citat Guazzinum meum in d. deffens. 30. c. 2. n. 2. &

tela

testatur de communi quibus addo ex Summistis Silu. V. indicium n. 2 Ang. eo. nu. 2. Tab. V. tortura n. 1. & alios per Sanch. d. lib. 6. cap. 3. dub. 15. n. 1. Nau. c. 18. n. 59. Less. vbi supra nu. 152.

9 Sexto præmittendum quod ille dicitur testis omni exceptione maior qui repelli non potest aliqua exceptione idest vlla prorsus macula, & inuulnerabilis; ex quo sequitur quod omnis macula, & quilibet minimus defectus impedit testem, ne probet indiciū Sousa in Aphor. Inquisit. lib. 2. c. 39. num. 17. Roland. a Valle vol. 3. cons. 2. num. 38. ex gloss. in ca. 1. De affinit. & Consang. adde Buratt. cons. 37. lib. 1. Maceratens. var. resol. 4. lib. 3. resol. 44. cas. 4. & Graff. decis. aurear. in Addit. ad primam partem lib. 2. cap. 61. n. 47. in n. ibi. 4.

10 His præmissis quæro Vtrum ad probationē delicti in causa criminali sufficiat vnum indicium ad effectum vt possit deueniri ad torturam, vel sint necessaria plura inditia, & Resp. quod regulariter ad torturam requiruntur plura indicia, nec vnum sufficit, nisi sit tam vehemens, & plenum, vt sufficiat pro pluribus, & valeat pro semiplena probatione, ad quod cognoscendum relinquitur conscientiæ boni viri & potest dari exemplum vt si v. g. Iuuenis inuentus fuerit cum muliere in loco secreto apto ad peccandum; vnicum est indicium sed tam vehemens quod potest pro pluribus seruire ita DD. relati a Silu. in d. V. indicium. q. 2. & sequitur Tabien. n. 2. Sanch. cons. moral. d. lib. 6. c. 3. dub. 15. quibus addo *Clar.* q. 21. n. 2. Gom. ca. 13. n. 2. *Salon.* 2. 2. q. 69. art. 2. controu. q. concl. 1. Emman. Sa. Aphoris. V. Iudex. n. 8. vers. ad torquendum Less. de iust. lib. 2. ca. 29. dub. 15. n. 153. Filliuc. qq. mor. tract. 40. c. 7. num. 196. *Bera* part. 3. cas. 18. & Nald. in Summ. Verb.

11 Reus. n. 2. in fine † Indicia enim quæ faciunt semiplenam probationem sufficiunt in conscientia ad inferendam torturam vt de communi testatur Filliuc. d. n. 196. & post eum Anton. Dian. p. 4. tract. 6. res. 4.

12 Nota tamen quod vbi sunt plura indicia sufficit quod probentur testibus singularibus quia licet indicium ad torturam debet probari per duos testes vt supra dictum est tamen vnus etiam testis facit aliquam præsumptionē vnde plures testes licet singulares de singulis indicijs deponentes faciunt plures præsumptiones quæ constituunt vnum indicium sufficiēs ad torturam, nam erit iudicium satis graue ita Albert. de agnos. assert. Cathol. p. 25. nu. 20. Paul. Laym. in Theolog. mor. lib. 3. sect. 5. tract. 6. c. 4. n. 7. cum aliis per Anton. Dian. d. tract. 6. resol. 5.

13 Et aduerte quod relinquitur iudicis arbitrio an vnum indicium sufficiat, & quæ sint sufficientia ad torturam; licet istud arbitrium non sit absolutum sed limitatum, & secundum Iuris dispositionem, vt docte attestatur Guazzinus meus locis supracitatis cui addo Tabien. V. Iudicium nu. 2. Greg. Lop. lib. 26. tit. 1. p. 7. vers. præsumptiones Simanc. Instit. Cathol. lib. 65. n. 22. Mirand. de ordin. Iudic. tom. 2. q. 261. art. 4 concl. 6. & alios per Anton. Dian. p. 4. tract. 6 res. 2.

14 Secundo nota quod vnus testis omni exceptione maior immediate deponens de delicto dat sufficientem iudicium ad torturam quando est iam Reus diffamatus de illo crimine quod notandum est a iudicibus pro eorū conscientia, nā si fuerit Reus alias bonę famę vnus testis non sufficit etiā omni exceptione maior ad inferendam ei torturam, nam, vt supradictū est, debent adesse indicia vehementia, quod nō facit d. testis, quando non adsit alia infamia ita Sanch. opusc. mor. tom. 2. lib. 6. c. 3. dub. 15. n. 3. Alderet. de discipl. tuend. lib. 1. c. 17. nu. 11. Simanch. Encherid. ti. 52. n. 13.

15 Immo si reus fuerit malę vitę potest ex vnico teste de visu deueniri ad torturam, licet non sit omni exceptione maior; sed si non est talis grauiter reprehendendus est Iudex qui ex tali Indicio deuenit ad torturam absque alio probationis adminiculo, quia facit cōtra Iura quę hoc illi non permittunt. ita Less. de iust. lib. 2. c. 29. dubit. 17. n. 157. omnino videndus cum Anton. Dian. vbi supra Resol. 6.

16 Tertio nota quod non statim vbi semiplene probatum est, esse deueniendum ad torturā sed dandā copiam prius Reo, & postea ei cōcedēdā dilationē vt se deffēdat, quod si in d. defensione defecerit, damnandus est tormento; ita Sach. vbi sup. n. 4. Simanc. n. 16. & seqq. Peguer. Prax. c. 12. §. 6. n. 3. & de communi testatur Anton. Diana p. 4. additton. 2. res. 9. vers. ad quartum adest Const. 44. P. uli 3. incipiens ad onus qui etiam in §. 7. dicit nemo torqueatur nisi legitimo processu. V. Nald. V. Reus. n. 4

17 Quod intellige in omnibus delictis etiam atrocioribus, & grauibus etiam in hæresi

in quibus omnibus semper conceditur defensio & datur copia indiciorum, nisi sint publici latrones, disturbatores, & similes, defensio enim vt in præcedenti cap. dictum est, nemini vmquam est deneganda, quia de iure naturæ est, nisi aperte cognoscatur non adesse ei locum nisi cum periculo falsitatis. ita DD. citati a Dian. d. resol. 29. circa finem quibus addo Suar. tom. 4. De Relig. fol. mihi 774. in fine Anton. Nald. in Sum. V. Reus. n. 2. vel nisi hęc facultas torquēdi denegatis defensionibus expresse haberetur in rescripto Principis, alias semper intelligitur non negatis defensionibus ita ex Constit. 8. Iulij. 2. in §. 3. vbi Cherub. schol. primo in Compend. Bull. qui & alios allegat.

18 Aduerte tamen quod non debent indicari nomina testium maxime in Tribunali Sacræ Inquisitionis, ne terreantur alii ad testificandum vt determinauit Sacra Congreg. die 14. maii 1566. teste d. Dian. Resol. 28. sed tantum propalari dicta.

19 Quarto nota quod in aliquibus casibus minora indicia sufficiunt; & sunt sequentes Primus Casus est quando adest fama publica de auctore Criminis tunc enim licet adsint indicia leuia vt testis minus idoneus, assertio socii, vestigium delicti in vestibus armis, vel si esset vir malæ famæ cum similibus, sufficit ad torturam nam duo indicia leuia constituunt regulariter ad hunc effectum vnum sufficiens in conscientia vt tradunt Silu. V. indicium qu. 3. Tab. n. 1. Sanch. d. dub. 15. n. 11. Less. d. lib. 2. c. 29. dub. 17. n. 156. & Filliuc. d. tract. 40. n. 197.

20 Si vero fuerit fama vehemens quod scilicet habuerit ortum a viris honestis, & fide dignis tunc sola sine aliis adminiculis est sufficiens quando probatur per testes idoneos, qui etiam rationem addant, qua id necessaria concludūt; & d. fama sit & iam adminiculata, quod scilicet veniat ab aliqua causa verisimili, & coniectura Simanc. vbi supra tit. 65. n. 36. Dian. in Resolut. 3. cum alis per eum.

21 Secundus casus est quando adest Confessio Rei extra Iudicium facta, & probata per duos testes omni exceptione maiores, vel fuerit facta coram Iudice incompetente, modo in specie sit facta v.g. dicens occidi Franciscū; quod non intelligitur de Confessione Sacramentali quæ semper excipitur, & numquam probat Gomez loco citato num. 8. Simanc. n. 27. Clar. lib. 5. pract. crim. § fin. q. 21. Sanch. cons. mor. lib. 6. c. 3. dub. 15. nu. 11. Less. lib. 2. c. 29. dub. 17. n. 158. Filliuc. tract. 40. n. 197. Rodriq. in sum. tom. 2. c. 162. n. 2. Zanard. Direct. Theolog. p. 3. c. 95.

22 Aduerte tamen quatuor esse necessaria ad hanc confessionem. Primo quod sit verisimilis. Secundo quod fuerit facta serio, & nō iocose. Tertio quod fuerit facta cum loco & tēpore, & Quarto quod sit probata per duos testes, qui in crimine hæresis etiā sufficiunt quādo sunt singulares ita Dian. Resolut. 12. vers. sed notandum. p. 4. tract. 6.

23 Tertius casus est assertio duorum vel trium sociorum in Crimine cum Iuramento, non autem vnius tantum, nisi adsint alia, scilicet secreta allocutio, stricta amicitia, fama & similis vt supra dictū est c. vlt. 11. q. 3. Simanc. n. 26. Sāch. n. 7. & Filliuc. cum alijs qui etiam addunt siue d. Socius fuerit interogatus, siue sponte id testatus fuerit, nam ex quo crimē suum fassus est in Iudicio, efficitur infamis saltem infamia facti, & ideo non est omni exceptione maior; & consequenter non probat nec est sufficiens Cancer. in qq. crim. c. 2. De probat. q. 1. nu. 57. Alderet. de discip. tuend. l. 2. c. 8. n. 27. Becan. in sum. tom. 3. p. 2. qu. 67. tract. de Iust. & iure Sanch. cons. mor. d. lib. 6. c. 3. dub. 15. n. 7. Paul. Laym. in Theol. mor. lib. 3. sect. 5. tr. 6. c. 5. n. 7.

24 Quod amplia licet sint duo vel tres socii criminis singulares, & nō contestes adhunc faciūt indiciū ad torturā Dia. d. p. 4. tract. 6. res. 7. vers. sed difficultas qui & alios allegat. Et licet etiā non sint alia indicia dūmodo sint duo vel tres dd. socij criminis, quia satis probāt ad indicādum reum pro tortura ita Castro Palaus to. 1. tract. 4. disp. 8. p. 15. §. 4. nu. 1. Becan. in 2. 2. de Iust. quęst. 57. de Iniust. Iud. q. 10. n. 10. Filliuc. d. tract. 40. n. 37. & Alderet. d. n. 27.

25 Limita vero in viro magnę famæ vel meriti vt est in illo qui in Ciuitate publice apud sęculares haberetur pro religioso eximię sanctitatis, tunc enim non sufficere videtur dicta duorum vel trium Sociorum; plurima enim faciēda merita vitæ antecedentis, vt docte probat Anton. Dian. d. p. 4. tract. 6. resol. 7. in fine, & resol. 9. in princ. cum alijs per eum allegatis; qui, & addit quod si tamen cum dicto socij concurrerent tot adminicula, & pręsumptiones, vt supprimerent bonam famam, tūc vtiq; posset torqueri; quę omnia in conscientia mihi videntur satis tuta.

26 Aduerte tamen quod sufficit Iuramentum dd. sociorum, & non sunt subijciendi torturæ nisi aliter seruetur in Praxi quæ in hoc casu seruanda est Vide Dian. loco cit. ref. 10.

27 Sed quæritur an assertio vulnerati, persistentis in ea vsque ad mortem faciat indiciū ad torturam & respondeo negatiue dummodo non adsint alia indicia; assertio enim ipsius nō facit semiplenam probationem Less. lib. 2. c. 29. n. 156. Filliuc. vbi supra nu. 197.

28 Quartus casus est quando reus habuit fugā statim post delictum vna cum fama, & communi suspicione, nam ista fuga facit semiplenam probationem Gomez d. tom. 3. c. 12. nu. 10. Si tamē citatus compareat purgat omnem suspicionem ita Filliuccius loco citato; dicit tamen Simanc. Instit. Cathol. tit. 65. nu. 28. & & 39. ex varijs personarum, & rerum circumstantijs relinquendum esse arbitrio Iudicis, sic etiam tenet Sanchez vbi supra n. 10. & Diana cum alijs d. p. 4. tract. 6. ref. 14. qui etiam addit quod fuga e carcere dat indicium ad torturam dummodo animo reuertendi non exiret.

29 Quintus casus est Inimicitia grauis cum alijs indicijs, vt si comminatus fuerit, parauerit arma, & similia, sola vero infamia non est sufficiens ad torturam ita Simanc. vbi supra n. 36. qui multos refert. Greg. Lop. lib. 26. tit. 1. p. 7. vers. presumptiones, licet contrarium teneatur plures alij quos refert. Gomez. n. 10. quam sententiam dicit Sanchez n. 9. tunc tantum esse veram quando reus persona vilis est, & infamatus, & fama orta sit a fide dignis, & legitime probata vt supra etiam dictum est. Vide Antonin. Dian. p. 4. tr. 6. ref. 13. cum alijs per eum allegatis.

30 Sextus casus est inconstantia & titubatio rei in examine iuncta cum alijs indicijs habita tamen ratione personæ & causæ ita Filliuc. loco citato & Less. lib. 2. c. 29. dubit. 17. nu. 164. Zanard. Direct. Theolog. p. 3. cap. 63. Becan. in 2. 2. D. Thomæ de Iust. q. 67. de iniust. iud. q. 10. n. 13. & Diana r. sol. 15. qui alios allegat & præsertim Guazzin. Patrem meum cap. 35. num. 8.

31 Septimus casus est Egressio e domo cum ense stricto, in qua deinde reperitur aliquis occisus; repertio furti apud reum nisi doceat vbi habuerit; & si commisso magno furto pauper appareat deinde diues, cum alijs similibus casibus latissime deductis a Lessio vbi supra & postea docto epilogo recollectis a Filliuccio loco supra citato.

32 Quæritur modo an recens occisus emittens sanguinem per vulnus ad præsentiam vnius, & non aliorum sit sufficiens indicium ad torturam. Respondeo nagatiue quia hoc est nobis indicium incertum & ad torturam indicia debent esse certa non .n. constat an id fiat ordinatione diuina in detestationem homicidii, an ex aliqua causa, naturali, vel fraude diaboli vnde vsitatis & iam probatis indicijs vtendum est, ne in re tam periculosa proximo erretur Less. d. dubit. 17. n. 167.

33 Quinto principaliter nota multas personas prohibitas esse torqueri & sunt infrascripti Primo Minores 14 annorum, & senes supra sexaginta; isti enim non possunt nisi aliquo leui tormento torqueri ad terrorem. Secundo mulieres prægnantes quatenus prægnantes sunt & etiam per 40 dies post partum. Tertio Nobiles vt equites, senatores, & alii constituti in aliqua dignitate qui de iure torqueri non possunt nisi in crimine læsæ maiestatis diuinæ vel humanæ, & tunc etiam leuius sunt torquendi quā plebei sic notant Delrius Disq. mag. lib. 5. sect. 9 §. quoad personas Suar. de Prax. tom. 1. p. 5. c. 3. §. 12. n 50. Emmanuel Sa verb. reus n. 8. Gomez vbi supra nu. 3. Sanchez cons. moral. d. lib. 6. c. 3. dub. 15. nu. 12. Filliuc. tom. 2. tract. 40. n. 197. vers. aduerte Less. h. 2. c. 29. nu. 155. & Antonin. Dian. resolut. 29 qui addit quod laborantes febre quartana sunt mitius torquendi, & quod non in die febris, sicuti etiam qui laborant morbo gallico, brachiorum debilitate, difficultate anhelitus, & similes isti nō sunt torquendi, quia non possunt sustinere tormenta, & potius viderentur fateri ob infirmitatis debilitatem, quam ob veritatē dicendam.

34 Aduerte tamen quod Clericus non potest torqueri nisi sit de crimine diffamatus excepto crimine hæresis in quo sufficiunt legitima indicia vt in Laicis Mirand. in ord. Iudic. tom. 1. q. 16. ar. 2. concl. 2. Salzed. ad pract. Diaz c. 125. litt. A licet Guazzin. Pater meus defens. 30. ca. 20. n. 3. dicat quod in omnem casum non sufficiunt indicia ordinaria sed requirantur grauiora, & vrgentiora propter illam præsumptionē bonitatis quam habeāt Clerici maxime in sacris constituti & ita intelligendus est Anton.

Diana resol.36.qui eumd.Guzz.patrem meũ citat pro parte negatiua cum multis alijs,quod scilicet sufficiant indicia sed debent esse grauiora. Et semper est mitius torquendus Clericus quam Laicus ita Guazzin. vt supra cum alijs per eum quib. addo ex modernis Zanard. Direct.Theol.p.3.c.94.Macerat.var.ref.lib.3. ref.44.caf.4.Ant.queuedo.de Indic.p.1.c.22. n.17. Dian. loco citato qui tandem concludit non esse recedendum ab opinione quod scilicet necessaria sit etiam infamia & hæc est opinio magis fauens statui Clericali vt testatur etiam Guazzinus meus de magis communi in n.1.verf.alij autem valentes.

35 Sexto nota quod dictum minoris 20.annorum non est sufficiens ad torquendum reum, contra quem tale dictum fuit testificatum, sed bene verum est quod duo licet minores faciũt indicium sufficiens Delr.disq.mag.append. 2. lib.5.quest.15.litter.F.Dian.resolu.25.in fine.

36 Quæritur modo quod nam peccatum committat Iudex qui non seruatis supradictis quæ adnotauimus aliquem torqueri facit. & Respondeo quod peccet mortaliter, & ad restitutionem tenetur damnorum Reo allatorum, quia iniuriam ei intulit & absque iuris auctoritate hoc facit ita Simanc.Cath.Instit.tit. 63. n.11 Sanch.n.13.Filliuc.tract.40.n.199.Tabien. verb.tortura n.1.Less.lib.2.c.29. dubit.17.nu. 153.Emmanuel Sa V.Iudex.num.20.Nauarr. Rubr.de Iudic.n.53.& Graffius decif. aur. lib. 2.c.137.n.40.& lib.3.c.6.n.15.part.1.

37 Quæritur iterum quando possit Iudex torquere Reum pro confessione sociorum, & Complicium delicti; & Respondeo quando constat, vel fama est reum habuisse socios; aut quando crimen est tale vt regulariter sine socijs non committatur vt supra dixi tunc enim ob famam sociorum licet Iudici de socijs inquirere, sic de communi testatur cum Gomez

38 c.12.n.16.Less.lib.2.c.29.dubit.17.n.161 qui etiam cõsilium dat Iudicibus quod in hoc casu reus prius condemnetur, & postea post sententiam disponatur per Confessarium vt spõte reuelet socios quos scit a delictis non esse abstenturos, sic enim non erit opus magnorum tormentorum Vide Diana resolut. 28. p. 4 tract.6.

39 Quæritur tertio an possit reus licite, & in conscientia torqueri sæpius? & Respondeo posse iterum torqueri quoties noua indicia quæ a primus differant specie & substantia, & quæ sint sufficientia ad torturam superuenerint ita Sanch.conf.mor.lib.6.c.3.dub.15. nu. 14. Vel si crimen obiectum sit atrocissimum, & reus nõ fuerit sufficienter tortus, licet tamen plus quam bis nemo torquendus sit ita etiam tenet Simãc.ab eo vtatus n.25.seq.& 81.quos sequitur Dian.cum multis alijs per eum citatis p.4.tr.6.ref.24 ex text.in c.vnius de quæstion.

40 At si nihil confessus est in tortura non potest iterum torqueri nisi grauissima essent Indicia quia per illam constantiam indicia vidẽtur purgata ita Pilliuccius vbi supra. Si vero confessus esset & postea reuocasset, repeti potest tortura, nam per reuocationem non remanent purgata indicia; sicuti etiam si noua superuenerint vt supradictum est, sed post trinã vicem, amplius in vllo casu potest torqueri, nec condemnari ita ex text. in c.de illicita.24.q.3. Aluar.de Planct.eccles.lib.2.c.41.verf.vndecimo Anton.Gom.vbi supra n.27. Paul. Laym. Theolog.mor.lib.3.tract 6.c.5. Bonacin. tom. 2.disput.10.q.5.punct.2.n.9. qui dicunt quod si semel reus in tortura confessus est, sed dictũ postea extra torturam reuocauit iterum torqueri possit, quia tortura infirmatur retractione confessionis, & videtur d.Confessio facta metu tormentorum; Verum si tertio retractasset regulariter loquendo absoluendus est, vel alia pęna extraordinaria puniendus nisi grauissima adsit præsumptio id a reo malitiose agi. adde Less. li.2.c.29.dubit.17.n.158.verf. aduerte tamen cum Gomez vbi supra n. 27.

41 Et aduertant hic Iudices quod in casu superuenientiæ nouorũ indiciorum, est denuo etiam dãda copia d.Indiciorũ reo, qui est audiẽdus quemadmodũ factum est ante primã torturã militat eadẽ ratio in vnoquoq; casu Cartar. de interog. reorũ l.4.c.1.n.158.Pegna.direct. Inquif.p.3.com.54.& Dian.resol.16.in fine.

42 Quarto quæritur quanto tẽpore debet durare tortura, & an sit relinquenda arbitrio Iudicis? et Resp. tẽporis spacio durare debet quot est grauitas delicti, ad mensurã delictorũ datur mensura tormentorũ, & sic in leuib. criminib. non debet adhiberi cum par non sit, vt pro leui crimine ĩponatur grauis cruciatus; In grauibus vero tãto grauius torqueri potest, quãto grauiora habentur indicia; & in hoc aduertant Iudices ne passione aliqua moti plus torqueant quam necessarium sit, nam cum. Tortura

sit

sit maximum tormentum ita est maxima iniuria, si extra Iustitiæ limites inferatur ita Bonacin. d. tom. 2. disp. 10 q. 3. punct. 2. n. 9. vers. dixi in grauibus criminibus.

43 Temporis spacium in tormento funis ordinarie non debet excedere interuallum vnius horæ pro qualibet vice ita determinauit Paulus v. Pont. Max. in Constit. 71. incipiens Vniuersi agri, vbi etiam decreuit quando Iudices vti possint tormento Vigiliæ; & aduertit etiã dd. Iudices ne reos verbis, aut factis iniurijs afficiant; & alia plurima. Vide Anton. Nald. in

44 summ. verb. reus nu 4. † qui dicit quod Iudex excedens modum in torquendo reo tenetur l. Cornel. de sicar. ad cognoscendum vero si excesserit, considerandа est ætas, qualitas pœnę, & modus consuetus, ex quibus arguitur, an culpa sit imputanda Iudici, quę omnia etiã sunt dicenda de aliis tormentis quę dari solent mulieribus, senibus, & regularibus, quia hæc relinquuntur discretioni Christianę d. Iudicis, vt notant Suar. de Prax. in Prax. tom. 1. p. 5. c. 3. §. 12. n. 65. Villagut. in pract. Can. lib. 7. c. 3. concl. 1. & 2. Gomez tom. 3. var. c. 13. n. 9. Mirand. in ordin. Iudic. tom. 2. qu. 26. art. 15. concl. 3. quos sequitur Sanch. d. lib. 6. c. 3. dub. 15 n. 2. quibus adde Martin del Rio in disq. mag. append. 2. lib. 5. quæst. 24. & Dian. d. part. 4. tractat. 6 resol. 35. qui & Guazzin Patrem meum in def. 30. c. 20. allegat.

45 Quinto quæritur an complices sint torquendi ad hoc vt fidem faciant contra nominatos & respondeo obseruandam esse praxim, quæ in multis locis solet esse, vt aliquantulum torqueantur ad validandam eorum depositionem, sed regulariter loquendo sufficit eorum depositio cum iuramento. ita Simanc. in Cath. Instit. part. 53. numero 38. & alii per Dian. p. 4 tract 6. resol. 10. & ego supra dixi.

46 Aduerte tamen quod in Criminibus vbi sunt plures socii, & omnes carcerati, & sunt torquendi, a suspectissimo incipiendum est & a quo facillime possit Iudex scire veritatem, vt quia timidior debilior, vel deterior sit ita Sim. Cath. Inst. tit. 65. nu. 66. Zanard. Direct. Theol. cap. 3. num. 91. Madius de sacr. ordin. cap. 36. num. 12. Suar. de Prax. tom. 1. Praxis cap. 3. §. 12. num. 85. Nald. in summ. Verb. reus num. 3. qui dicit quod deformior facie creditur etiam animo prauior, & ideo primus torquendus est.

47 Sed hoc procedit quãdo inter plures torquẽdos vigerent æqualia indicia, secus si contra vnum vigerent maiora, & pl ra, quia ab illo tortura erit inchoanda ita Guazzin. in deff. 30. c. 19. n. 4. a P. Anton. Dian. p. 4. tr. 6. res. 26. citatus sed quia ipse Diana dicit quod hæc opinio non caret difficultate, dico non adesse istam difficultatem, nam cum verum sit quod causa propter quam adhibetur tortura est facilitas sciendi veritatem, a nemine potest credi facilius posse haberi d. confessionem quam a magis indiciato, cum ob hanc causam videtur deberi incipere a timidiore vt supra dictũ est immo cum tortura sit graue tormentum & ideo non debeat vti, nisi in diffamatis, vel Indiciatis grauiter vt supra dictum est, magis ęquitati, & Iustitiæ consonum esse videtur si incipiatur ab illo qui magis in hoc grauatus est & consequenter etiam magis d. pænam mæreri posse creditur. Vide DD. ab eod. Guazzino meo citatos quibus addo Iacob. Graff. decis. aur. additam ad p. partem in lib. 2. c. 62. n. 47. ibi vero in n. 5. Tab. v. tortura n. 1 ibi caueat tamen.

48 Sexto quæritur an Iudex Laicus torquens ecclesiasticum sit excommunicatus? & respõdeo affirmatiue ob iniuriosam manus iniectionem, sicuti etiam dicendum est de iudice Ecclesiastico iniuste d. torturam inferente ex eadem ratione, ex quo die, quod vbi est consuetudo Clericus non debet torqueri a ministro laico etiam ex mandato Iudicis Ecclesiastici, & torquendo sunt excommunicati tam Iudex quam minister nisi adessent Clerici ad id idonei ita Graff. decis. aur. p. 1. lib. 2. c. 49. n. 43. qui de contraria consuetudine in nostra Italia etiã testatur cũ alijs per eũ allegatis post Guazzin. Patrẽ meũ vbi sup. cui addo etiam Did. Cant. in q. crim. q. 1. de reo nu. 1. in fine relatum a P. Anton. Dian. d. tract. 6. p. 4. res. 36.

49 Septimo quæritur vtrum possit torqueri reus qui non vult respondere interogationibus et respondeo affirmatiue quando interrogatur de iis quæ inferunt substantialiter ad crimen, & videtur quod possit reus verisimiliter recordari, & causa sit grauis, & constat de corpore delicti ita Flau. Cherub. scol. 2. in Const. 8. Iulii 2. in Compend. Bullarii & alii per eum cui addo Brunum tract. de Indiciis quęst. 5. num. 4. Mirand. in ord. Iudicior. tom. 2. quæst. 26. art. 4. concl. 5. Gomez tom. 3 var.

var cap. 12. n. 5. Peguetam in praxi c. 11. §. 5. n. 26. qui dicit quod licet in praxi hos non obseruatur vbi tamen viget consuetudo seruendum est.

50 Reliqua quæ sine torturam ad forum fori pertinent vide Latissime Guazzinum Patrem meum d. defens. 30. per totam & ad Tribunal sacræ Inquisitionis vide P. Antonin. Dian. res. moral. p. 4. tract. 6. per totum summopere cõmendatum de hac materia torturæ ab Emminentissimo Cardinali de lugo Tract. de Iustit. tom. 2. disp. 37. sect. 13. n. 161. & merito.

DEFENSIO V.

Circa ea quæ agere debet Iudex in fine causæ.

CAP. XXXII.

Quæ confessio valida censeatur ad sententiam ferendam.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit causa iudicialis.*
2 *Quæ sint causæ fauorabiles.*
3 *Quando clerici possunt sententiam ferre.*
4 *Clerici ferentes sententiam sanguinis sunt irregulares etiam non secuto effectu.*
5 *Limita vt ibi.*
6 *Sententia iudicialis quotuplex sit.*
7 *Definitur sententia iudicialis.*
8 *Sententia interlocutoria quæ sit.*
9 *Sententia quando dicitur iniusta.*
10 *Sententia est quædam lex priuata.*
11 *Quando iudex ob sententiam teneatur ad restitutionem.*
12 *Iudex sententians iuxta allegata non peccat.*
13 *Iudex an semper debeat iudicare iuxta confessione rei.*
14 *Quando confessio dicatur habere vim sufficientem ad proferendam sententiam.*
15 *Reus non est condemnandus statim post confessionem.*
16 *Sententia lata contra veritatem facti non obligat in conscientia licet sit secundum acta & probata.*
17 *Quod peccatum committat iudex qui profert sententiam iniustam ex ignorantia.*
18 *Iudex reuocatus & ante cognitionem dam sententiam an bene sententiauerit.*
19 *Reo non confesso sed indiciato an Iudex possit ferre sententiam.*
20 *Quid in Praxi obseruetur circa supradictum reum non confessum sed indiciatum.*
21 *Protestatio iudicis in torturæ rei quid operetur.*
22 *Reus confessus sed cum aliqua circumstantia excusante an condemnari possit.*
23 *Reo in patibulo negante delictum iam confessum quid agere debeat iudex.*
24 *Reus tenetur in conscientia reuocare confessionem ab eo iniuste factam.*
25 *In pœnis arbitrarijs an intelligitur Pœna Mortis.*
26 *Reus non tenetur soluere pœnam nisi post sententiam sed bene tenetur Iudex & Notarius non condemnans reum iuxta suam confessionem ex propria malitia & num. 27. & 28.*
29 *An Iudex possit condemnare reum quando non adest Accusator.*
30 *An Laicus possit condemnare reum quem Ecclesiasticus condemnauit.*
31 *Constitutio Pontificis quando faciat fidem.*
32 *Quando potest dici sans constare de ea.*

1 PRo maiori intelligentia aduertenda sunt aliqua, & primo, quod Causa Iudicialis dicitur illa materia, & origo alicuius negocij quæ nondum est patefacta discussione, & examine; quæ dum discutitur in iudicio vocatur iudicium, & dum definitur dicitur Iustitia; & hæc dum ad Iudicem ecclesiasticum pertinet dicitur ecclesiastica, vel quia crimẽ est ecclesiasticum, idest speciale, vel quia pertinet ad forum ecclesiasticum; & dum ad iudicem sęcularem pertinet dicitur sæcularis & si agitur de aliqua re pecuniaria ad effectum vendicandi aut de damnuo & interesse satisfactionis dicitur ciuilis si vero agitur directe de aliquo crimine ad eius punitionem publicam dicitur criminalis, quãdo autem agitur de aliquo crimine non criminaliter sed ciuiliter scilicet non ad punitionem, sed ad satisfactionem & recõpensationem damni, & iniuriæ in bonis temporalibus dicitur mixta; 2 † quarum omniũ sunt quatuor causæ quę dicũtur fauorabiles, & sunt, causa matrimonij, libertatis, Dotis, & testamẽti quę fauorabiles dicuntur quia in dubio quãtũ fieri potest debet iudicari in fauorem ipsarum ... dubius de re Iudicat. Silu. & alij com-

muniter

mistæ in Verb. causa Sanch. p. 2. li. 6. c. 3. dub. 8 per totum Maranta de ord. iudicior. part. 4. dist. 1. nu. 1. Buccaron. de differ. inter Iud. Ciuil. & Crimin. in pæn. nu. 3. seq. Borellus in summa omn. decis. tom. 1. tit. 42. n. 11. Boss. tit. de appell. nu. 8. Cardos. in Prax. Iudic. V. causa nu. 3. Rota decis. 113. num. 2. post tom. 2. cons. Farinac.

3 Secundo præmittendum, quod Clerici in causis ciuilibus, vbi Iurisdictionem obtinent, vel vbi sunt arbitri constituti, possunt sententiā ferre, quamuis huiusmodi onera præsertim qui curam animarum habent, debeant euitare exceptis causis quas supra in lib. de Aduocat. defens. 1. c. 1. diximus † In causis

4 vero criminalibus ferre sententiam sanguinis nullatenus possunt, & si proferant, efficiuntur irregulares etiam non secuto effectu c. 2. quibus 23. q. 8. c. clericis & c. sententiam sanguinis Ne Cler. vel mon. Salzed. ad Bern. Diaz c. 101. nu. 1. Borell. d. tom. 1. tit. 11. nu. 39. Reginald. in Prax. for. pœnit. lib. 11. nu. 13. Sayr. in Claui reg. lib. 7. c. 11. nu. 3. & de Censur. lib. 6. cap. 18. nu. 17. Auila eod. p. 7. disp. 5. sect. 2. dub. 4. Molin. de Iust. tom. 4. tract. 3. disp. 79. nu. 9.

5 † Nisi alteri committerent causam in qua postea pœna sanguinis imponitur vide Bonacin. de censur. disp. 7. q. 4. p. 1. num. 25. seq. Barbos. de Iur. ecclesiast. lib. 1. c. 40. nu. 110. & nouissime sperell. Decis. for. Ecclesiast. decis. 86. n. 16. & ego supra dixi.

6 Tertio præmittendum quod sententia Iudicialis duplex est alia iuris, alia hominis iuris est illa quæ profertur ab habente auctoritatem condendi leges, vt quando Princeps fert statutum super aliqua causa, vel negocio terminando, & facit per modum perpetuæ Constitutionis Hominis autem est illa quæ profertur a Iudice, dum inter partes determinat, & definit causam in odium alicuius mali perpe-

7 trati † & hæc sic deffinitur sententia est deffinitio iudicialis controuersiis finem imponens a competenti Iudice pronunciata, continensque absolutionem, vel condemnationem. ita Sanch. cons. mor. lib. 6. c. 3. dub. 9. ex textu in c. 2. de sent. & re iudic. qui concordat cum l. 1. ff. de sent. & re iudicata.

8 Subdiuiditur autem hæc sententia, in interlocutoriam, & deffinitiuam. Interlocutoria est quæ datur non super causam principalem, sed super alias quæstiones, quæ solent moueri inter principium, & finem litis, & dicitur interlocutoria a modo proferendi quasi quæ loquendo inter partes profertur c. fin. de sent. & re iudic. in 6. c. quoad contemplationem 2. q. 1. c. significantibus de appellat. & c. significauit de test. deffinitiua vero, qua principalis quæstio deffinitur, & hæc necessario debet esse vel condemnatoria vel Absolutoria scilicet vel cōdemnare vel absoluere vna ex partibus vide Sanch. d. lib. 6. c. 3. dub. 9. n. 3. & seq. cum summistis communiter v. sententia.

9 Quarto præmittendum tripliciter sententiā dici iniustam. Vna quę continet iniustitiam extrinsecam et accidentalem, vt quando caret aliqua solemnitate accidentali, vt si non contineret absolutionem, vel condemnationem, sed tantum verba ęquipollentia tunc diceretur iniusta licet valida tam in foro conscientiæ quā in foro exteriori, peccaret autem Iudex ob inobseruantiam iuris ordinis, & ob damnum si ob hanc causam succederet & peccatum esset graue iuxta qualitatem d. inobseruantiæ, vel damni supradicti c. biduum 2. q. 6. & c. in his de verb. signif. Alia quæ continet Iniustitiam intrinsecam & substantialem sed occultum, vt si probatio non erat sufficiens, vel delictum nō tam grauem pęnam merebatur, & similia: & tunc peccatum est mortale quoad Iudicem, si excessus continet notabilem, & mortalem, tenet tamen in foro conscientiæ quamdiu non cassatur, & reuocatur in Iudicio, non tamen in omnibus, sed in iis tantum, quæ scandalum parere possunt ex doctrina D. Thomæ 2. 2. q. 64. art. 5. qui dicit esse obediendum sententiæ Iniustæ quando non continet manifestam Iniustitiam vel intollerabilem errorem, facit etiā textus in c. cum inter de sent. & re iudic. & c. 1. 11. q. 3. Sot. de secret. membr. 3. q. 1. Tertia tandem dicitur iniusta quæ continet Iniustitiam substantialem sed claram, & manifestam & hęc nulla est & non obligat neq. in foro fori, neque in foro poli, nisi forsitan ratione magni scandali c. inter cæteras de sent. & re iudic. c. per tuas de sent. excomm. Salon. 2. 2. q. 64. art. 3. tom. 1. Anton. Nald. in sum. V. Iudex nu. 9. talis est sententia lata contra leges, vel non secundum acta & probata d. c. 1. de sent. & c. ei qui appellat 2. q. 6. Vide S. Antonin. p. 3. tit. 9. cap. 12. Nauarr. c. 27. n. 4. Siluest. v. Iudicium q. 5. Sanch. oper. moral. d. lib. 6. c. 3. dub. 10. n. 1. & 2. Bonacin tom. 2. disp. 10. q. 2. punct. 4. n. 4.

10 4. Et ratio est † quia sententia est quædam lex priuata, & lex iniusta non obligat in conscientia, & Iudicium iniquum nõ est vere iudicium quia vere iudicium debet esse conforme iuri, & declaratiuum iusti, & vnicuique tribuere q suum est S.Th.2.2.q.76.ar.3. Azzor p.1.lib.5. c.6. quæsit.4. Mol.n.tra.5. disp.73.n.3. Sayr. in Clau.reg.lib.3.cap.7.num.3. Bonacin. de legib. disp. 1. q. 1. punct. 7. §. 3. num. 2. qui & alios plures allegat.

11 Immò Iudex ex iniusta sententia tertio modo dicta tenetur ad restitutionem damnorum; quę pars lęsa passa est; sicuti etiam illa pars quę mala fide litigauit fraude, dolo, & calumnia, dolus enim nemini patrocinari debet & quod iniuste fit, & cõtra Iustitiam committitur semper obligat ad restitutionem vnde non restituendo partem obligatur Iudex in conscien-

12 tia. † Limita vero quando d. sententia esset tãtum materialiter priuatiua vt quãdo esset prolata iuxta allegata & probata, & partes bona fide litigauerunt sed falsitas solum ex parte testium interesset absque culpa Iudicis, nam tunc ad testes pertinet d. restitutio Salon. Aragon. Bannes & alij in 2.2.q.60.art.5. Valent. tom. 3. disp.5.q.4.p.2. Sot. de Iust. quæst.4.art.5. Less.eo.tit.lib.2.c.29.nu.84. & alij per Bonac. d.disp.10.q.3.p.4.n.8.

13 Sic præmissis dico quod Iudex debet semper iudicare iuxta confessione iudicialem factam a reo, & secundum illam iudicare, nam nullæ alię sunt partes Iudicis in reum confessum nisi illum condemnare l. proinde ff. ad l. Aquil. c. præterea de transact. & notat Io: Valer de differ. vtr. for. V. confessio differ. 3. n.1.

14 Quod intellige quando d. Confessio habet vim sufficientis probationis; vt est quãdo reus sponte confessus est, & confessus est rem certam, & coram iudice competenti, & non metu tormentorum, vel carceris absque alia confirmatione vt supra dictũ est de tortura Silu. v. confessio iudicialis cum alis summistis. Gomez tom 3. var.c.12.nu.3. Sanch.cons.moral. lib.6.c.3.dub.13.nu.2. & nouissime Io: Valer. in d.tract.de diff.vtr.for.verb.confessio diff.2.

15 Aduerte tamen quod licet ad confessionẽ sponte factam in Iudicio non sit necessaria ratificatio, non tamen statim post cõfessionẽ est reus condemnandus, sed debet illi assignari terminus sufficiẽs ad suam defensionem, quia potest habere aliquam causam excusantem, & ita est faciendum in conscientia; alias Iudex peccaret grauiter se exponendo periculo iniustitiæ, & denegando parti quod licite denegare non potest, nisi adesset periculũ, scandalum, vel damnum Publici, vt alias diximus Gomez vbi supra nu.3 Sim. De Cathol. Instit. tit. 13 per totum e Sanch. loco citato.

16 Aduerte secundo quod sententia lata cõtra veritatem facti, aut fundata in falsa præsumptione licet sit seruatus ordo Iudicialis, & sit lata secundum acta & probata nihilominus non obligat in conscientia & Iudex eam sciẽter ferens non potest obligare reum ad obseruationem ipsius, licet in foro exteriori valeat ita DD. per Bonacin.d.disp 10 q.2. punct.4. n. 6.tom.2.

17 Aduerte tertio quod Iudex sciẽter vel ignoranter ignorantia culpabili iniustam sentẽtiã proferens aut iustã proferre negligens peccat mortaliter & tenetur non solum ad restitutionẽ damnorũ, & interesse, sed etiam principalis, sicuti tenetur etiam quãdo ad hunc effectũ accipit aliquid, vel negligit studere causæ Nauarr.c.25.n.12. Graff. decis.aur. p.1. lib.3.c.6. n.13. Si vero sententia fuerit iuxta sed lata per odium, vel alia mala intentione licet valida sit & obliget in conscientia peccat tamen Iudex mortaliter contra charitatem vt notat idem Bonacin.d.p.4.n.5.

18 Aduerte quarto quod sententia lata a Iudice ante notitiam reuocationis officij, licet iam esset reuocatus est valida quia censetur ita esse mentem superioris illum reuocantis, ne vergat in præiudicium tertij cap.audita & ibi Panorm. & alij de restit.spoliat, immo etiam si pars haberet litteras reuocationis, & non intimauerit, ad huc valet quia non præsumitur scire an pars velit eis vti Franc. in cap. vt nostrum verb.hoc tamen col. 4. de appellat Rebuff.tit. de simon in resignat. nu.41. Nald. in sum.V. Iudex n.15.

19 Modo quæres an reus qui delictum non est confessus, & sunt aduersus eum multa indicia vrgentia possit arbitrio Iudicis condemnari; & respondeo negatiue sed prius debet torqueri, & si in tortura etiam delictum negat est absoluendus quia vt supra dixi de tortura omnia indicia per eam purgata sunt ita Anton. Gomez tom. 3. var.c.13.n.28. Oland. in Concord. Iur. litt. T. Verb. tortus nu.n.30. Sarmient lib. 1 select.c.1.n.1. Sanch. opusc.mor.p.1.lib.3.c.1.

duo.

20 dub.12.n.7. qui tamen addit † quod licet de iure talis sit absoluendus tamen ex consuetudine receptum est vt non absoluatur, sed relaxetur sub fideiussion, & quando indicia sunt grauia & valde vrgentia in pœnam condemnentur extraordinariam & ita etiam tenet Guazzinus Pater meus cum alijs iuristis ea ratione quia iste cum inueniatur aliquo modo reus, est etiam aliqua pœna damnandus ita Simanc. de Cathol. Instit. tit.5.n.12. & tit.50.nu.21. Palac. rubr. in alleg. in mat. hæres. §.11. *Plaza* epit. delic. lib.1. cap.14. num.3. & alij per Sanchez d.p.1.lib.3. cap. primo dub.12.nu.12.

21 Sed quid dicendum est si iudex protestetur in danda reo tortura, quod nolit per hoc purgatas & eneruatas probationes esse, an possit condemnare reum pœna ordinaria, ita vt tortura non purget delictum indiciatum, & respondeo negatiue nam protestatio tantũ operatur in his quæ in voluntate nostra consistunt vel quando iniuste quis ab aliquo impeditur vel ad effectum vt ius, quod nobis competit, conseruetur l. alimenta C. de neg. gest. Sanch. p.1.lib.3.c. vnico dub.12. n.8.

22 Secundo quæres an si reus confessus sit delictum in Iudicio sed cum aliqua circumstantia vel causa excusãte vt v.g. commisisse homicidium sed in propriam defensionem, possit a Iudice in conscientia condemnari? Et respondeo affirmatiue, sed mitiori pœna quam ordinaria, quia probatio ex tali confessione facta non est omnino clara, vt necessarior est in criminalibus, dummodo non constet aliunde ex alijs .s. indicijs, vel testibus, quam ex dicta sua Confessione, quod delictum commisserit, sed non in propriam defensionem, vel cum aliqua alia causa excusante sic Ant. Gabr. comm. opin. lib.7. tit. de crim. concl.29 Rub. alleg. in mat. hæres. §.11. & Sanch. d. lib.3.c. vnic. dub.13.n.3.

23 Tertio quæres, an si reus in Patibulo, vel cum ei sententia intimatur, reuocet suam confessionem negando delictum a se commissum sed metu tormentorum factum esse, iudex teneatur in conscientia suspendere suam sententiam? Et respondeo negatiue si esset cum d. Confessione conuictus etiam ex alijs probationibus & indicijs quia alias sequeretur de facili omnes reos ita eorum confessionem reuocando posse credere pœnam mortis euadere, & sic crimina remaneant impunita quod tamquam contrarium bono communi nullo modo est admittendum ita Io: Valer. de diff. vtr. for. V. confessio Iudicialis diff.2.nu 2. vers. sed his non obstantibus.

24 Sed obijcies reus tenetur in conscientia prędictã confessionem reuocare quando vere delictum non commisit propter infamiam sibi iniuste illatam c. si non licet 23. q. 5. & docet Abb. in c. ex parte. 21. n. 2. de sepult. Felin. in c. exhibita in fine de Homicid. ergo & Iudex tenetur suam suspendere sententiam, alias esset frustatorium reuocare reum suam falsam cõfessionem. Sed respondeo non esse frustatorium quoad se cum sic satisfaciat suæ consciẽtiæ, & Iudex quando non essent legitima indicia, non posset cõdemnare, & ita multo magis sententiam suspendere, nam tunc talis Confessio recognoscitur nulla, & d. reuocatio vera præsumitur, vt docet comm. per Iul. Clar. q. 55. in fine & sequitur Io: Val. diff. Vtr. for. V. Confessio Iudicialis diff.2.n.2.

25 Quarto quæres an quando pœna imponenda pro delicto est arbitraria, possit Iudex condemnare reum in pœnam mortis. Et respondeo negatiue, nisi adeo graues essent circunstantiæ delicti vt de Iure, vel cõsuetudine imponenda esset pęna mortis ita Perez. lib.8. ord. tit.16.l.1. quem citat & sequitur Sanch. cons. mor. lib.3.c. vnic. dub.14.n.1.

26 Quinto quæres an Iudex non condemnans reum iuxta suam confessionem ex propria malitia teneatur ad pœnã quæ fisco applicata fuisset ad rei punitionem & respondeo affirmatiue sicuti etiam Notarius corrumpens scripturas & Procurator fiscalis dolo vtens ad eumd. effectum nam hi omnes ex officio tenentur ad Custodiam iustitiæ publicę, seu legalis, & ideo obligãtur ad restitutionem ob illius violationẽ quia peccãt cõtra officium suum ita Salon. 2.2. q.64. art.3. Anton. Nald. in sum. Verb. iudex n. 19. qui & testatur de communi.

27 Sed nota quod non per hoc debeat soluere dd. pęnas nisi post sententiam constitutam nã fiscus & pars nondum acquisierunt ius ad talẽ mulctã, nec satis nondum constare videtur iudicẽ notariũ, & Procuratorem fiscalem teneri hęc emolumenta fisco, & parti procurare ita Less. l.2. de iust. c.12. dub.18.n.134. Tann. in 2.2 D.Th. disp.4.q.7.du.2.n.76. Azzor. r.1.li.5.c.8. quęs.5. Dian. p.3.tr.6. miscell. res.35 v.3. iudex

28 disp.175 c.12.n.13. † q; idẽ dicẽdũ ẽ de reo q; nõ obligat ad soluẽdã pęnã debitã, nisi post sẽtiã

10 Et ratio est † quia sententia est quædam lex priuata, & lex iniusta non obligat in conscientia, & Iudicium iniquum nō est vere iudicium quia vere iudicium debet esse conforme iuri, & declaratiuum iusti, & vnicuique tribuere q. suum est S.Th.2.2.q.76.ar.3.Azzor p.1.lib.5.c.6. quæsit.4.Mol.n.tra.5.disp.73.n.3.Sayr.in Clau.reg.lib.3.cap.7.num.3.Bonacin.de legib. disp. 1.q. 1. punct. 7.§. 3. num. 2. qui & alios plures allegat.

11 Immò Iudex ex iniusta sententia tertio modo dicta tenetur ad restitutionem damnorum; quę pars lęsa passa est; sicuti etiam illa pars quę mala fide litigauit fraude, dolo, & calumnia, dolus enim nemini patrocinari debet & quod iniuste fit, & cōtra Iustitiam committitur semper obligat ad restitutionem vnde non restituendo partem obligatur Iudex in conscien-

12 tia. † Limita vero quando d. sententia esset tātum materialiter priuatiua vt quādo esset prolata iuxta allegata & probata, & partes bona fide litigauerunt sed falsitas solum ex parte testium interesset absque culpa Iudicis, nam tunc ad testes pertinet d. restitutio Salon. Aragon. Bannes & alij in 2.2.q.60.art.5.Valent. tom. 3.disp.5.q.4. p.2. Sot. de Iust. quæst.4.art.5. Less.eo.tit.lib.2.c.29.nu.84. & alij per Bonac. d.disp.10.q.3.p.4.n.8.

13 Sic præmissis dico quod Iudex debet semper iudicare iuxta confessione iudicialem factam a reo, & secundum illam iudicare, nam nullæ alię sunt partes Iudicis in reum confessum nisi illum condemnare l. proinde ff. ad l. Aquil.c. præterea de transact. & notat Io: Valer de differ.vtr.for.V.confessio differ. 3. n.1.

14 Quod intellige quando d. Confessio habet vim sufficientis probationis; vt est quādo reus sponte confessus est, & confessus est rem certam, & coram iudice competenti, & non metu tormentorum, vel carceris absque alia comfirmatione vt supra dictū est de tortura Silu. v.confessio iudicialis cum alijs summistis. Gomez tom 3.var.c.12.nu.3.Sanch.cons.moral. lib.6.c.3.dub.13.nu.2.& nouissime Io: Valer. in d.tract.de diff.vtr.for.verb.confessio diff.2.

15 Aduerte tamen quod licet ad confessionē sponte factam in Iudicio non sit necessaria ratificatio, non tamen statim post cōfessionē est reus condemnandus, sed debet illi assignari terminus sufficiēs ad suam defensionem, quia potest habere aliquam causam excusantem, & ita est faciendum in conscientia, alias Iudex peccaret grauiter se exponendo periculo iniustitiæ, & denegando parti quod licite denegare non potest, nisi adesset periculū, scandalum, vel damnum Publici, vt alias diximus Gomez vbi supra nu.3 Sim. De Cathol. Instit. tit. 13 per totum e Sanch. loco citato.

16 Aduerte secundo quod sententia lata cōtra veritatem facti, aut fundata in falsa præsumptione licet sit seruatus ordo Iudicialis, & sit lata secundum acta & probata nihilominus non obligat in conscientia & Iudex eam sciēter ferens non potest obligare reum ad obseruationem ipsius, licet in foro exteriori valeat ita DD.per Bonacin.d.disp 10 q.1. punct.4. n. 6.tom.2.

17 Aduerte tertio quod Iudex sciēter vel ignoranter ignorantia culpabili iniustam sentētiā proferens aut iustā proferre negligens peccat mortaliter & tenetur non solum ad restitutionē damnorū, & interesse, sed etiam principalis, sicuti tenetur etiam quādo ad hunc effectū accipit aliquid, vel negligit studere causæ Nauarr.c.25.n.12.Graff. decis.aur. p.1. lib.3.c.6. n.13. Si vero sententia fuerit iuxta sed lata per odium, vel alia mala intentione licet valida sit & obliget in conscientia peccat tamen Iudex mortaliter contra charitatem vt notat idem. Bonacin.d.p.4.n.5.

18 Aduerte quarto quod sententia lata a Iudice ante notitiam reuocationis officij, licet iam esset reuocatus est valida quia censetur ita esse mentem superioris illum reuocantis, ne vergat in præiudicium tertij cap.au l ita & ibi Panorm. & alij de restit.spoliet, immo etiam si pars haberet litteras reuocationis, & non intimauerit, ad huc valet quia non præsumitur scire an pars velit eis vti Franc. in cap. vt nostrum verb.hoc tamen col. 4. de appellat Rebuff.tit. de simon in resignat. nu.41. Nald. in sum.V.Iudex n.15.

19 Modo quæres an reus qui delictum non est confessus, & sunt aduersus eum multa indicia vrgentia possit arbitrio Iudicis condemnari; & respondeo negatiue sed prius debet torqueri, & si in tortura etiam delictum negat erit absoluendus quia vt supra dixi de tortura omnia indicia per eam purgata sunt ita Anton. Gomez tom. 3.var.c.13.n.28.Oland.in Concord. Iur.litt.T.Verb.tortus num.30.Sarmient lib.1 select.c.1.n.1.Sanch.opusc.mor.p.1.lib.3.c.1. dub.

20 dub.12.n.7. qui tamen addit † quod licet de iure talis sit absoluendus tamen ex consuetudine receptum est vt non absoluatur, sed relaxetur sub fideiussion, & quando indicia sunt grauia & valde vrgentia in pœnam condemnentur extraordinariam & ita etiam tenet Guazzinus Pater meus cum alijs iuristis ea ratione quia iste cum inueniatur aliquo modo reus, est etiam aliqua pœna damnandus ita Simanc. de Cathol. Instit. tit.5.n.12.& tit.50.nu. 21. Palac. rubr. in alleg. in mat. hæres. §.11. Plaza epit. delic. lib.1. cap.14. num.3. & alij per Sanchez d.p.1.lib.3. cap. primo dub.12.nu.12.

21 Sed quid dicendum est si iudex protestetur in danda reo tortura, quod nolit per hoc purgatas & eneruatas probationes esse, an possit condemnare reum pœna ordinaria, ita vt tortura non purget delictum indiciatum, & respondeo negatiue nam protestatio tantũ operatur in his quæ in voluntate nostra consistunt vel quando iniuste quis ab aliquo impeditur vel ad effectum vt ius, quod nobis competit, conseruetur l. alimenta C. de neg. gest. Sanch. p.1.lib.3.c. vnico dub.12. n.8.

22 Secundo quæres an si reus confessus sit delictum in Iudicio sed cum aliqua circumstantia vel causa excusãte vt v.g. commisisse homicidium sed in propriam defensionem, possit a Iudice in conscientia condemnari? Et respondeo affirmatiue, sed mitiori pœna quam ordinaria, quia probatio ex tali confessione facta non est omnino clara, vt necessarior est in criminalibus, dummodo non constet aliunde ex alijs .s. indicijs, vel testibus, quam ex dicta sua Confessione, quod delictum commisserit, sed non in propriam defensionem, vel cum aliqua alia causa excusante sic Ant. Gabr. comm. opin. lib.7. tit. de crim. concl.29 Rub. alleg. in mat. hæres. §.11. & Sanch. d. lib.3.c. vnic. dub.13.n.3.

23 Tertio quæres, an si reus in Patibulo, vel cum ei sententia intimatur, reuocet suam confessionem negando delictum a se commissum sed metu tormentorum factum esse, iudex teneatur in conscientia suspendere suam sententiam? Et respondeo negatiue si esset cum d. Confessione conuictus etiam ex alijs probationibus & indicijs quia alias sequeretur de facili omnes reos ita eorum confessionem reuocando posse credere pœnam mortis euadere & sic crimina remaneant impunita quod tamquam contrarium bono communi nullo modo est admittendum ita Io: Valer. de diff. vtr. for. V. confessio Iudicialis diff. 2. nu 2. vers. sed his non obstantibus.

24 Sed obiicies reus tenetur in conscientia prędictã confessionem reuocare quando vere delictum non commisit propter infamiam sibi iniuste illatam c. si non licet 23. q. 5. & docet Abb. in c. ex parte. 21. n.2. de sepult. Felin. in c. exhibita in fine de Homicid. ergo & Iudex tenetur suam suspendere sententiam, alias esset frustatorium reuocare reum suam falsam cõfessionem. Sed respondeo non esse frustatorium quoad se cum sic satisfaciat suæ conscientiæ, & Iudex quando non essent legitima indicia, non posset cõdemnare, & ita multo magis sententiam suspendere, nam tunc talis Confessio recognoscitur nulla, & d. reuocatio vera præsumitur, vt docet comm. per Iul. Clar. q. 55. in fine & sequitur Io: Val. diff. Vtr. for. V. Confessio Iudicialis diff. 2.n.2.

25 Quarto quæres an quando pœna imponenda pro delicto est arbitraria, possit Iudex condemnare reum in pœnam mortis. Et respondeo negatiue, nisi adeo graues essent circunstantiæ delicti vt de Iure, vel cõsuetudine imponenda esset pęna mortis ita Perez. lib.8. ord. tit.16.l.1. quem citat & sequitur Sanch. cons. mor. lib.3.c. vnic. dub.14.n.1.

26 Quinto quæres an Iudex non condemnans reum iuxta suam confessionem ex propria malitia teneatur ad pœnã quæ fisco applicata fuisset ad rei punitionem & respondeo affirmatiue sicuti etiam Notarius corrumpens scripturas & Procurator fiscalis dolo vtens ad eund. effectum nam hi omnes ex officio tenentur ad Custodiam iustitiæ publicę, seu legalis, & ideo obligãtur ad restitutionem ob illius violationẽ quia peccãt cõtra officium suum ita Salon. 2.2. q.64. art.3. Anton. Nald. in sum. Verb. iudex n. 19. qui & testatur de communi.

27 Sed nota quod non per hoc debeat soluere dd. pęnas nisi post sententiam constitutam nã fiscus & pars nondum acquisierunt ius ad talẽ mulctã, nec satis nondum constare videtur iudicẽ notariũ, & Procuratorem fiscalem teneri hęc emolumenta fisco, & parti procurare ita Less. l.2. de iust. c.12. dub.18. n.134. Tann. in 2.2 D.Th. disp.4.q.7. du.2.n.76. Azzor. t.1. li.5.c.8. quęst.5. Dian. p.3. tr.6. miscell. res.35 v.3. iudex

28 disp.175 c.12.n.13. † ꝙ idẽ dicẽdũ ẽ de reo q. nõ obligat ad soluẽdã pęnã debitã, nisi post sẽtiã

Qq Nald.

Nald. in Sum. Verb. Delictum n. 6. qui & alios allegat.

29 Sexto queres an Iudex possit condemnare reum quando non adsit accusator? & respondeo negatiue, quia Iudex est Iustitia animata, & Iustitia est inter duos vnde debent esse duo actor & reus D. Thom. 2. 2 qu. 67. art. 3. Caiet. ibi. Sot. lib. 5. de Iust. q. 3. art. 3. limita in leuioribus vbi carceribus opus non est vel quando via correctionis, & extra iudicium proceditur. & sunt aliqua quæ vicem accusationis habent vt dixi supra in cap. de accusatione. Vide Sanch. cons. mor. lib. 6. c. 1. dub. 20.

30 Septimo quæres an Iudex Laicus possit temporaliter punire illum delinquentem, quem Iudex ecclesiasticus damnauit pœna ecclesiasticæ pęnitentiæ? & respondeo quod in delictis mixti fori potest, secus in ijs quæ sunt ecclesiastici ita Anton. Nald. V. Iudex nu. 14.

31 Octauo quæres an Iudex sententiam ferēs contra aliquam Constitutionem Pontificiam antequam exemplar eius fuit illi exhibitum, d. sententia sit valida? & respondeo affirmatiue, nam ad hoc vt aliqua extrauagans Pontificia faciat fidem in Iudicio debet allegari, & produci authentice ita Pantin. in comment. extrauag. Ioannis 22. Grammatic. in rubr. const.

32 Iul. 2. De Simonia Pap. elect. in finem † Satis autem de illa dicitur constare si fuerit impressa, & manu alicuius notarij, & Sigillo alicuius Prælati munita Marc'Anton. resol. 89. n. 1. Anton. Nald. in Sum. Verb. lex. n. 28.

CAP. XXXIII.

Quomodo sit sententiandum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia debet habere sex conditiones necessarias.*
2 *Enumerantur causa in quibus non est necessaria sententia in scriptis.*
3 *Quid desideratur in Iudice dum sententiare debet. & n. 4.*
5 *Quid sit Prudentia in Iudice.*
6 *Quid timor Dei.*
7 *An peccet ferens sententiam in Peccato.*
8 *Quid aduertere debet in semetipsum iudex ferens sententiam.*
9 *Iudex non iudicet nisi audita vtraque Parte.*
10 *Sententia non est protrahenda.*
11 *Iudex in iudicando medius esse debet.*
12 *Septem enumerantur quę compellunt Iudicem ad Clementiam.*
13 *Quid aduertere debet ī alios Iudex iudicādo.*
14 *Iudices quando incurrunt irregularitatem sententiando.*
15 *Quod peccatum committat iudex inique sententiando.*
16 *An teneatur ad restitutionem, & quando.*
17 *Iudex non cōdemnans partem in expensis an teneatur ad restitutionem.*
18 *Quæ sint istę expensę in criminalibus.*
19 *Quantum duret ista actio petendi expensas ibi remissiue.*

1 SEx conditiones necessarias & a iure requisitas debet habere sententia pro eius validitate. Primo quod sit vel condemnatoria vel absolutoria, nam adhoc institutum est iudicium scilicet quod reos condemnet, iustos, & innocentes absoluat c. in qui § deffinitiua 2. quæstion. 6. Secundo quod sit pura, & iniustitiam non continens dans vnicuique secundus ius suum c. biduum. 2. q. 6. Tertio quod detur sedendo non stando, alias est nulla de iure c. & si sentētia §. fin. de Sent. in 6. Quarto quod recitetur in scriptis citatis partibus d. c. & si sententia. Quinto quod proferatur a d. Iudice nisi sit persona Illustris, & in loco publico c. in duciæ § spatium 3. q. 3. Et sexto quod proferatur die, & non nocte, vt omnibus illucescat veritas ita Tabien. V. Sententia. nu. 3. seq. Sanch. cons. mor. lib. 6. c. 3. dub. 9. n. 3. Et si de nocte cum hominibus. Vide Filliuc. tract. qq. mor. tract. 27. cap. 11. n. 196.

2 Sunt tamen aliqui casus in quibus nō est necessarium sententiam dari in scriptis, & sunt Primo quando causa est breuis, & summaria præcipue vilium personarū, quia in istis nulla potest dubitari iniustitia: & sic solent Magistratus multores in Ciuitatibus, & oppidis iudicare in ijs casibus, in quibus habent Iurisdictionē vt in praxi ciuitatis Castelli sæpius vidi obseruare Auth. nisi C. de sent. ex principio. Secundo quando datur ab episcopo, dum suos iudicat Clericos, habet enim in eos summaria potestatem vt supra diximus in c. de iurisd. episcoporum. Tertio quando supremus Princeps vt est Papa per se pronunciat, magis. n. creditur verbo, quam scripto in eo qui sūmam re-

refert maiestatē. Quarto quando proceditur de consensu partium: nam consentienti nulla fit iniuria cap. in primis. 1. q. 5. & quinto in ijs omnib. casibus in quibus proceditur de plano & sine strepitu Iudicij Clem. sæpe de Verb. signif. Vide summistas communiter per Sāch. d. dub. 9. num. 4.

3 Secūdo principaliter notandum est quod in Iudice dum sententiare vult, & debet, desideratur fortitudo, Prudentia, & timor Dei. Fortitudo vt sententiam proferat secundum leges absque vlla alia consideratione vel affectione secundum illud Ecclesi. c. 7. Noli quærere fieri Iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua, sic etiam docet D. August. citatus in c. quisquis. 11. q. 3. & notant Dionis. Carthus. de Reg. Princ. lib. 2 art. 7 & 11. Thom. Stapleton. in vita Thom. Mori magni Angliæ Consiliarij in c. 3. Virgam enim ferream secum ferre debet Iudex quę neq; potentium aspectu, nec pauperum, Viduarum, pupillorum, & miserabilium personarum despectu a rectitudine deflectat ita Homobon. De

4 Stat. Hum. Vit. p. 2. c. 3. n. 3. † qui etiam inuehitur contra Iudices nostri temporis, qui gerunt virgulas ligneas tenues, & flexibiles aranearum telis similes an quibus infirmiora animalia, quæ sunt pauperes hærent, & validiora, quæ sunt diuites, prærumpunt.

5 Prudentia vt ea quæ suo arbitrio relinquuntur sciat recte secundum ius naturale, & rationem iustā determinare Plus. n. in Iudice valet Prudentia. quā scientia Quintil. lib. 6. orat. inst. c. vult. Ant. Thes deci. Pedemont. in Pręf. n. 24 Roder. tom. 3. qq. Reg. quęst. 34. art. 3. Neuizan. Silu. nupt. titul. quom. indicand. sit si quidem Magistratus vt vulgo dicitur uirū ostendit Rebald. de Chris. Prin. lib. 2. c. 13. & nouissime N ld. in Sum. V. Iudex. n. 4. ideo Princeps eligens sibi in Iudicem viram imprudentem, hebētem; vel alio modo imperfectum grauiter peccat vt supra alibi a me dictum est.

6 Timor Dei vt scilicet habeat pietatem, vitę puritatē, & exemplum det alijs Christianarū virtutum: quomodo enim in alijs poterit reprehendere, quod in suis moribus approbat? c. iudicet 3. q. 8. c. Sacerdos. 2. q. 7. Inexcusabilis enim est ille vt dicit Apostolus ad Roman. 2. qui iudicat dum in eo quod alterum iudicat, seipsum condemnat. eadem. n. agit quę iudicat. Vide Alexand. in Sum. part. 4. c. 8. n. 6.

7 An vero peccet mortaliter iudicando in peccato mortali vide infra cap. 36. defens 4.

8 Tertio tria aduertere in seipsum debet Iudex antequam sententiam proferat. Primo vt quēadmodum ipsi de alijs judicant, ita de se nō tantum homines, sed & ipsum Deum esse iudicaturum iuxta illud Iacobi. c. 2. Iudicium sine misericordia fiet illi qui non fuerit misericordiam; facit text. in c. primo semper 2. qu. 1. vbi Melchiades Pontifex dicit. Primo semper ante omnia diligenter inquirere vt cum Iustitia; & veritate definiatis, neminem cōdemnetis, ante verum & iustum Iudicium, nullum suspicionis arbitrio iudicetis, sed primū probate, & postea charitatiuam proferte Sententiam, & quod vobis non vultis fieri alteri nolite facere: notat Homob. de Stat. hum. Vir. p. 2. c. 3. n. 5.

9 Item secundo non iudicet nisi prius audita vtraque parte, & antequam diligentissime vtriusque partis iura cognouerit, vnde nō debet esse præceps sed maturo consilio, & præuijs probationibus debet ferre Sententiam; nulla enim res potest esse examinata, & festinata simul nisi cum magna difficultate; in cuius rei signum Iudex, dum iudicat pro Tribunali sedere debet vt supra dictum est demostrando, quod debet omnia cum maturitate facere. c. iudicantem 30 qu. 5. Alciat. in Emblem. 144. Robert. Holgot. cap 6. super sapient. lect. 77. & facit c. Deus omnipotens. 2. q. 1.

10 Nota tamen quod post causæ cognitionem in ciuilibus non est sententia protrahenda in damnū partis, nam quęlibet parua dilatio potest importare ipsi pręiudicium c. iurgantium extr. de sent. & re iudicat. In Criminalibus vero, maxime vbi de morte alicuius agitur cum maturitate est procedendum nisi aliter bonum commune, vel periculum aditionis requireret c. cum apud. 11. q. 3. Simanc. de Cathol. Instit. tit. 45. nu 81. In quibus sepe memento quod Leo Imperator dicere solebat delibera tarde, nisi aliqua necessitas celeritatē requirat, at vbi consulueris festinanter exequere, ita notat Homobon. d. p. 2. c. 3. n. 5.

11 Item Tertio in iudicando Iudex medius sit & vt dicit Paris in sum. de virtut. p. 3. tract. de iustit. ca. 3. discat ab ipso hominis corpore cui Deus dedit rectitudinem, vt ex hoc moueatur Iudex ad rectitudinem Iustitiæ ex Isidor. de

Sum.*Bon*.li.3.c.54.qui dicit omnis qui recte iudicat stateram in manibus gestet in vtroq; penso Iustitiam, & mansuetudinem, & facit text.Nicolai Papæ in c necesse est.3.qu.9. & Marcelli in c.qui accusare.3.q 8.& Felicis Papæ in cap.absente. 3.qu. 9. Si tamen in alterutram partem inclinandum sit potius ad æquitatem quam seueritatem inclinet nisi diuinus cultus vel commune bonum ex hoc
12 iacturam faceret.Muret.tract.12.† Vnde Iauell.tract.4.de Polit.Christ.c.3. septem tradit quæ compellere debent Iudicem Christianũ potius ad Clementiam quam seueritatem.Primo humanæ naturę fragilitas nam post Innocentię statum omnis ętas ab Adolescentia ad malum prona est.c.omnis ętas 12.q.1.Secundo Pius Legislatoris & legis Intellectus vnde Iudex potius respicere debet quid legislator faceret quam verba legis. Tertio aliorum bonorum copia nam etiam probi viri aliquando labuntur cum vel bonum vinum suas fæces habeat. Quarto Ignorantia, & passio delinquentis,ita vt Iudex potius electionem quam actionem consideret. Quinto rei ipsius patiẽtia,qui ęquo animo pænam sustinere paratus est. Sesto Ipsius corrigibilitas,si verbo potius, quam verbere ad bonam frugem redibit. Settimo Subiectio,& peccatis humilitas,quæ naturaliter secum defert indulgentiam. Adde quod cum Iudices Dei munere funguntur qui in Sacris litteris vt Iudex nobis demostratur vnde Paralipom.2.c.19. dicitur Videte quid facitis;non enim hominis exercitis iudicium, sed *Domini*; considerent quod Dei propriũ est semper misereri & parcere & si iudex est, & rectus & misericors & patiens est ita S. Isidor.in lib.3.De Sum.*Bon*.c 54. Homobon. d. c.3.curt.419.& Alexand.in Sum.p.4.c.8.nu.4 vers.si vis inquit.

13 Quarto iudex rationem habeat loci vt non in ecclesia; temporis, non in die festo: Delicti, non de omnibus eodem modo sed secundum iuris ordinem, & personarum nam alios publice,alios vero priuatim puniat,minori enim suplicio dignus est qui fortuito semel, aut raro deliquit,quam qui petulanter solutis habenis in malo callum obduxit vt infra dicemus suis locis. Præsertim vero aduertat ad ecclesiæ immunitatem,& ecclesiasticam Libertatem ne incidat in excommunicationes, & illaqueet animam suam:&habeat præ oculis Legem Dei,canones,& iura ciuilia sed ante omnia sciat esse Spiritus Sancti donum recte iudicare & iuste suo fungi officio. ita Ludouicus a Ponte Soc. Iesu. trat. de perfectione Christ. hom.tract.4.c.11.notat Card. Paleott. in Archiepiscopali Bononiens.c.7.serm. 6. & Ioan. Gerson.in Sum. Theolog. & Canonic. lib. 5. de iust.q.vnica.

14 Nota tamen quod licet iudices apud Deum merentur si recte munus suum obeunt, & multum sunt necessarij Reipub. & populo ob iustitiam; attamen ob actum Vindicatiuæ iustitiæ & defectu perfectæ lenitatis, si non habent licentiam a Pontifice incurrunt in irregularitatem condemnando reum ad pænam Sãguinis ita cum communi DD. assensu docet *S*ayr.tit.de irregul.lib.6.c.6.n.4.

15 Vltimo aduertat iudex quod si ex malitia iniquam proferat sententia non solum peccat mortaliter sed & principale,& expensas resarcire tenetur si sententia fuerit executioni demandata; si autem pars læsa appellauerit expensas tantum restituere tenetur, nam apellatio restituit reum ita pristino statu veritatis; Quod & idem dicendum est, si ex ignorantia graui hoc fecerit, vel vltra terminos iuris differret sententiã,quã finire posset si vellet quia omnium damnorum videtur esse in causa ita Ioseph de Angl.in flor.Theolog.quæst.De iniust.iudic.diffic.1.concl.1.vers.Hinc.

16 Amplia hoc dictum etiam in casu quo Iudex condemnet reum non conuictum legitimis probationibus, cõfessione scilicet & duobus testibus,etiamsi fuerit vere reus,& tenetur ad restitutionem,quia agit contra Iustitiã nam Iudex deficientibus legitimis probationibus caret Iurisdictione,& sic condamnat reũ sine potestate ita Ios. Angles vbi supra concl.6.seq. ex c.inquisitionis de accusat.& notat Ios.lib.5 de iust.art.3.ad tertium.

17 Amplia secundo quando non condemnat partem aduersam in expensis si in illis condemnanda sit, nam tunc parte petente tenetur Iudex soluere illas ex text.in lib. sancimus C. de Iudic. & docet idem Angles concl.5.

18 Et hic aduerte quod occidens aut vulnerans aliquem tenetur regulariter ad expensas, & Iudex eum condemnare debet ad illas in conducendo medicos vel chirurgos, nisi pro sua defensione fecisset; sicuti etiam ad damna operarum quas verisimiliter occisus fecisset, si vi-

si vixisset, & præsertim si erat solitus locare operas suas,& hæc tenetur soluere hæredibus, quando vulneratus ex illo vulnere obijt, quæ taxari debent arbitrio Iudicis Roland.a Vall.consi.39. nu.8. & seq.lib.2. Abb.& alij in c.1.de Iniur.Put.in vna Tudertin. decis. 280. part.3. & de comm. testatur Ios.Ludouic.concl.39.n.1.& in decis.Lucens.62.nu.23. ideo Iudex non solum debet condemnare homicidam vel vulnerantem in pęnis impositis a iure pro delicto commisso sed etiam ad damna, & interesse parti lęsę ita Marsil. singul. 575. quem sequitur nouissime Ludouicus Paitellus in Tract. exped. caus. annot.88. nu.35.
19 vbi etiam dicit † quantum duret ista actio, & an Dominus animalis vulnerantis aliquando teneatur ad expensas & alia multa circa hanc materiam; ideo in hoc sint cauti Iudices pro defensione eorum conscientiæ.

CAP. XXXIV.

Vtrum ministri possint executioni sententiam contra veritatem cognitam demandare.

SVMMARIVM.

1 *Superiori iniustitiam præcipienti non est parendum.*
2 *Enumeratur casus in quo licite potest obtemperari.*
3 *Ministri dubij de iniustitia an possint exequi sententiam in conscientia.*
4 *Et an quando condemnatur innocens secundum acta & probata.*
5 *Item quando iniustitia nota est soli ministro & non alijs.*
6 *An subditus teneatur obedire sententia Iudicis.*
7 *Et an idem intelligendum sit de omni alio præcepto eiusdem.*
8 *Et quid de Iudice Ecclesiastico.*

1 CONclusio sit quod vbi sententia lata a Iudice notoriam tam sibi quam alijs iniquitatem, vel intollerabilem errorem habet, non possunt, nec debent ministri exequentes illam vltra prosequi, quia cum Iudex præcipit rem aperte iniustam superiori iniustum præcipiēti obtemperandum non est, & nulla potest excusatio fingi c. pastoralis §. quia vero de offic.iudic.delegati c.inter cætera de re iudicata & docet D.Thom.2.2.q.64. art.6. ad tertium Caietan.q.67.art.2.ad finem Silu. verb. Iudex 2.q.6.Tabien.Verb.iudicatio n.6. S. Antonin.p. 3.tit.9.c.2.§.7.Nauarr.cap.25.n.14.Cord.lib. 1.q.37. §.tertio. Alens. p.3.q.34. membr.1. art.4.Ricard.quodlib.3.quæst.25. Sanch.lib. 6.cons.mor.dub.18.cap.1. Couarr. lib 1. var. cap.primo num.10.qui & alios allegat quibus adde Val. Reginald. Prax.for. pænit. lib.21. num.33.

2 Limita nisi sit iuris ordo impositus a Principe, & ex aliqua iusta causa sit ommissus tunc licet videatur sententia iniusta quia continet errorem intollerabilem, attamen, si ministro constat de tali causa, potest licite obtēperare iudici condemnanti reum Sot. lib. 5. de Iust.q.5.art.3.Nauarr.man.c.25.n.9. quos refert & sequitur Reginald.lib.21.n.12. vers. attamen.

3 Sed quæres quid dicendum si d.ministri nō sint certi sed dubij de d.iniustitia; & respondeo quod in dubio possunt exequi in consciētia,nam in dubio parendum est superiori, nec tenentur discutere iustitiam sententiæ sed tantum ipsorum est illam executioni demandare cap.quid ergo 21.quæst.3.& cap.quid culpatur 23.q.1.& DD.supracitati per Sanch. d. dub.18.

4 Secundo quæres an quando Iudex condemnat aliquem secundum acta & probata quem minister scit esse innocentem, an possit exequi & respondeo affirmatiue, quando non potest commode se excusare ab executione d.sententiæ, quia in hoc casu Iudex iuste præcipit; nec obest scientia priuata ministri, quia sententia ferenda est iuxta probata non obstante notitia priuata ita Silu. & alij a me citati in defens.1.cap.5.

5 Tertio quæres an idem dicendum sit quando sententiæ iniquitas ministro soli & non alijs nota est & respondeo affirmatiue quia executor sententiæ tantum vtitur ministeriali potestate a publica aucthoritate mota vnde licet illi manifesta sit iniustitia, non tamen iniustitia notoria est, nec intollerabilem dicitur continere errorem, vnde valida est vt supra dixi & docet Caiet. 2. 2. quæst. 70. art. 4. ad 2. cum Sot. libro quinto de Iustit. qu.7. art. 4. ad dictum quod secus & quando iniu-

iniustitia manifesta est, vel intollerabilem continet errorem, vt si appareat eam latam esse contra ius, nam tunc non debet exequi quia in hoc casu non tenetur obedire. Immo quamdiu iuste salua obedientia potest impedire tam in hoc casu, quam in alijs supradictis, debet efficere, ne huiusmodi sententia executioni a se mandetur, & contendere, est ab ea implenda liberetur Caiet. loco citato Corduba lib. 1. qu. 37. §. 3. Couarr. lib. 1. var. cap. 10. Nau. cap. 25. n. 14. seq. gloss. in cap. pastoralis vers. si sciat de offic. Iud. deleg. Tabien. V. iudicare nu. 6. Ricard. quodlib. 3. q. 1. Sanch. d. dub. 18. n. 5. & Reginald. lib. 21. cap. 3. num. 33.

6 Quarto quæres hic obiter an subditus teneatur obedire sententiæ iustæ Iudicis non expectata illius executione, & respondeo affirmatiue nisi sit corporis afflictiua, ita ex doctrina D. Thomæ 2. 2. q. 62. art. 3. & ex comm. omnium sententia tradit nouissime Io: Valerius de different. Vtr. for. Verb. peccatum different. 19.

7 Quod idem intelligendum est de omni alio præcepto Iudicis etiam sæcularis, quando ab eo præcipitur pendente causæ cognitione, quia huiusmodi præcepta sunt sententiæ interlocutoriæ; & quando res est grauis est etiam peccatum mortale, nam in re graui tenemur semper iusto superioris præcepto obedire, ita Valer. vbi sup. 1. vers. tertio quod multo magis procedit in Ecclesiastico cui magis parendum est Caietan. in opuscul. tom. 1. de obligat. præcept. tit. 15. q. 1.

CAP. XXXV.

An Iudex possit suam sententiam mutare.

SVMMARIVM.

1 *Iudex sententiam interlocutoriam semper potest emendare.*
2 *Limita quando Appellationi detulit & Iudex est inhibitus.*
3 *Item quando executioni est demandata.*
4 *Episcopus potest sententiam interlocutoriam sui vicarij emendare.*
5 *Iudex sententiam diffinitiuam non potest mutare.*
6 *Amplia licet partes consenserint.*
7 *Limita quando iudex tulit sententiam alia parte non citata.*
8 *Item limita quando fuerunt accessoria omissa.*
9 *Intellige semper dummodo petatur a Parte.*
10 *In crimine Hæresis potest pena imposita per sententiam minui.*
11 *Item in pœna pecuniaria & quando.*
12 *Constitutiones a iudice latæ bene possunt mutari.*
13 *Adde alias limitationes remissiue vt ibi.*
14 *An iudex saltem possit suam sententiam interpretare.*
15 *In causis mixti fori an vnus iudex possit alteri supplere in sententia.*

1 Distinguendum est, aut enim loquimur de sententia Interlocutoria, aut de sententia deffinitiua, si de interlocutoria dico quod non solum ipse Iudex, sed etiam quiuis alius officialis inferior potest mutare, siue emendare suam sententiam c. qualiter il primo de accusation. & ibi Panorm. Armill. Verb. Iudex nu. 16. Tab. n. 13. Angel. n. 25. Sed contrariam tenent alii præsertim Franc. in c. cum cessante de appellat. Lanias p. 2. c. 12. limit. 1. n. 52. Graff. decis. aur. p. 1. lib. 3. c. 6. nu. 16. Cardos in Prax. Iudic. V. Iudex nu. 66. seq. Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 5. coll. 1474. vers. quarto limita. Pereira qq. forens. lib. 1 qu. 9. & hoc dicit Gratian. discept. forens. c. 147. num. 11. non solum potest agere semel, sed etiam millies.

2 Limita quod non potest reuocari d. Interlocutoria quando appellationi detulit, & Iudex a quo est inhibitus per Iudicem ad quem, vel quando elapsi sunt decem dies, & non est petita licentia ab eo, pro quo data est, vel quando appellans fecit expensas, nisi prius reficiantur S. Antonin p. 3. tit. 9. cap. 14. §. 2. Silu. verb. Appellatio q. 6. Sanch. part. 2. consil. mor. dubit. 24. n. 1. cum alijs.

3 Limita secundo quando executioni est iam demandata, tunc enim cum amplius non sit res integra, non potest mutari. Pereyra qq. forens d. lib. 1. quæst. 9. n. 8. Gracian. discept. for. c. 155. n. 35. Sicuti etiam cum est geminata, tūc enim videtur quodammodo confirmata, & stabilita Pereira ex Rot. nominat 2. 2. num. 38.

4 Barbos. de pot. Episc. p. 3. alleg. 54. n. 51. † qui etiam infert episcopum posse sententias Interlocu-

solutorias sui vicarii corrigere, & emendare cum una & eadem sedes iudicatur gloss. in verb. officiali c. 2. vbi Gemin. n. 3. Franc. n. 4. de consuetud. in 6. Puteus lib. 2. decis. 502. & Iacob. de Laurent. de Iudic. susp. c. 4. n. 12.

5 Si vero loquimur de sententia definitiua, & tunc dico quod semel data amplius non potest mutari, quia Iudex nam functus est officio suo c. in libris de off. deleg. Silu. Verb. Iudex 2. q. 8. Panorm. in cap. 1. de postul. Couarr. lib. 1. var. cap. 1. n. 4. in fine & Graffius d. p. 1. lib. 3. c. 6. n. 16.

6 Quod amplia licet partes consentiant, vel si etiam postea manifestum fit iudici sententiã esse iniustam ex fide instrumentorum, quæ postea d. iudici exhibita fuere, quia recitata sententia statim desinit esse Iudex, & ita in cõscientia non potest amplius in illa se ingerere ita Io: Valer. in differ. vtr. for. verb. Iudex diff. 13. & 16. Sanch. tom. 2. cons. mor. lib. 6. cap. 1. dub. 24. nu. 2. qui & alios allegat quibus adde Barbosam de potest. Episc. part. 3. allegat. 50. nu. 279. & Anton. Nald. in summa Verb. iudex nu. 6

7 Limita primo quando iudex tulit sententiam absque altera parte citata, & si citata fuit, nondum comparuit, nam accedens, & petens se velle audiri sententia reuocatur nisi fuerit cõtumax Greg. Lop. in Ord. Lusit. lib. 4 tit. 22. p. 3 & Sanch. d. dub. 24. n. 5.

8 Limita secundo in accessoriis omissis, vt sunt expensæ & similia, si de illis nulla mentio facta fuerit, tunc poterit in istis supplere eodem die, quæ dies intelligitur non de naturali sed de iudiciali §. quo lata est sententia l. Paulus la prima ff. de iudiciis Siluest. & alii per d. Greg. Lop. vbi supra quos refert Sanch. eod. n. 5. quibus adde DD. in l. properandum §. sine autem alterutra, maxime Iason. n. 52. C. de iudicijs & nouissime Nald. in d. Verb. Iudex n.

9 6. † qui etiam addit quod in his omnibus semper intelligitur dummodo petatur a parte.

10 Limita tertio in crimine hæresis, in quo DD. notant esse speciale, vt possit etiam pæna per sententiam imposita a iudice minui vt est textus in c. vt commissi §. vlt. de hæretic. in 6. Armill. V. Iudex. num. 16. & Sanchez vbi supra cum aliis.

11 Limita quarto quando iudex damnauit aliquem pæna pecuniaria cum hac conditione, quod si eam intra id tempus non soluerit, publice flagelletur vel ad triremes cõdemnetur, tunc non soluta pecunia intra id tempus poterit d. Iudex omissa pæna corporali, eam d. pænam pecuniariam executioni demundare, nam illa pæna corporalis posita est comminatiuè, non vero deffinitiuè vt facilius d. pecuniam reus solueret ita Corneus lib. 3. cons. 5 & alii per Sanchez d. lib. cons. mor. cap. 1. dub. 23. n. 4.

12 Limita quinto in Constitutionibus ab eo latis, quæ cum causa iusta a d. Iudice bene possunt mutari vt diximus supra de Episcopo in constitutionibus synodalibus nam licet sint sẽtentiæ largo modo sumptæ, attamen remanet ad hanc in iis potestas iudicialis in iudice proferente & non dicuntur res non integra l. non est nouum ff. de leg. Innoc. in c. nostri num. 2. extr. de elect. Iacob. a Graff. decis. aur. p. 1. lib. 3. c. 6. n. 16. in fine.

13 Vide de hac materia Rip. in l. quod iussit de re iudic. qui nouem ponit limitationes & octo Ampliationes & Marian. in c. qualiter il primo de accusat. qui ponit sex limitationes, & in iudice delegato nouem Felin. in c. litteris de offic. deleg. & vnam fallentiam ponit Io: Valer. d. Verb. Iudex differ. 13. num. 4. quæ omnia cum magis pertineant ad forum fori cõsulto omittere censui, & eo magis cum satis diffuse totam istã materiam discutit Sebast. Guazzin. Pater meus in defens. 35. præsertim c. 18. in specie.

14 Modo quæredum est vtrum Iudices saltem possint interpretare suam deffinitiuam sentẽtiam? & distinguo, si loquimur de Iudice supremo, & hic potest interpretare, nam cui est condere leges, est etiam interpretare, sed sententia censetur lata secundum leges, ergo poterit etiam eam interpretare, sicut & leges, si vero loquimur de inferiore, & hic aliam non habet facultatem nisi interpretandi d. sententiam esse claram, & iuri consonam, nã eius potestas vltra se extendere non potest, quã iuxta determinationes legis, ita Siluest. in verb. Appellatio num. 6. cum alijs per Sanch. d. dub. 24. nu. 4.

15 Secundo quæritur quid dicendum in causis mixti fori vtrũ si Iudex Ecclesiasticus prius de aliquo crimine cognouerit, pænamque leuem imposuerit; possit Iudex laicus supplere vsque ad condignam condemnationem iudicando de eadem causa & respondeo quod licet

cet

cet opinio affirmatiua quod possit fit a multis DD. approbata vt a Couatruuia Gomez Iulio Claro Sanchez, Villalobos & aliis citatis a Barbos. p. 3. de pot. episc. alleg. 51. nu. 95. Attamen opinio negatiua vt magis tuta in conscientia, omnino amplectenda est, quia hæc declaratio spectat ad iudicem Ecclesiasticum, qui semper debet existimari indignam pænam imposuisse; vnde si iudex laicus vult supplere, oportet, quod & acta a d. ecclesiastico facta cognoscat, & declaret errasse ad effectum, vt possit supplere, & hæc declaratio, & cognitio videtur aliquam saltem tacitam superioritatem continere; vt bene notat Guazzinus Pater meus defens. 35. c. 11. qui & alios allegat quibus addo Salzed. ad Pract. Diaz cap. 113. vers. & quia sæpissime; & Barbos. d. alleg. 51. qui in fine d. n. 51. sic tandem concludit.

CAP. XXXVI.

Vtrum reus possit condemnari ex indicijs.

SVMMARIVM.

1 *Reus nunquam ex solo iudicio potest condemnari.*
2 *An possit saltem condemnari pena extraordinaria.*
3 *Quando quis laborat infamia & desunt aliæ probationes nec expedit adhiberi inquisitionem potest ei pena infligi sed mitior.*
4 *Quomodo saluantur iudices in conscientia aliquando condemnando innocentes.*
5 *Notatur distinctio P. Thomæ Sanchez & nu. 6.*
7 *An Pena extraordinaria possit esse Corporalis.*
8 *Notantur quatuor casus quando potest puniri quis pena ordinaria ex solis indicijs.*
9 *Quid sit canonica purgatio.*
10 *Canonica purgatio necesse est vt sit facta coram iudice.*
11 *In quibus casibus sit facienda.*
12 *Quomodo sit puniendus ille qui deficit in Canonica purgatione.*
13 *Probatio non omnino clara sed culpabilis non excusat reum ab aliqua pena.*

1 HAnc quęstionem doctissime tradit Lessius tract. de iustit. lib. 2. c. 29. dubit. 17. nu. 169. & post eum omnes alij communiter qui dicunt quod reus ex indicijs tantum numquam potest condemnari ad pænam ordinariam Criminis, quia licet aliquando violentissima inde capiatur suspicio, & sic indicium quod DD. vocant indubitatum, & ego supradixi, tamen non est vere certitudo quæ in Crimininalibus semper necessaria est; & de hoc nihil est dubitandum.

2 Sed modo quæritur vtrum saltem posit in conscientia condemnari in pænam extraordinariam & idem Lessius cum Iul. Clar. lib. 5. q. 21. nu. 40. respondet affirmatiue tribus rationibus. Primo quia iure naturæ ad puniendum reum non requiritur, nisi quædam certitudo moralis publica, sed hęc faciliter potest haberi ex dd. indiciis, maxime quando cum aliis adminiculis sunt suffulta, ergo poterit aliqua pęna puniri, licet non ordinaria, cum desit illa probatio, & certitudo quam requirit ius positiuum ad pęnam ordinariam infligendam. Secundo quia † quando quis laborat infamia criminis, & desunt aliæ probationes, nec expedit adhiberi inquisitionem propter scandalum vt si persona esset ecclesiastica, potest ei indici canonica purgatio, quod si plene non potuerit se purgare, potest ei pæna infligi, sed mitior, quã sit ordinaria arbitrio iudicis vt notat Panorm. in c. accidens nu. 5. de accusat. sed inde non habetur maior certitudo quam ex vehementissimis indiciis, vel probatione semiplena præsertim cuiusdam indiciis aducta, ergo poterit similis pæna irrogari. Tertio quia sæpe ipsa indicia trahunt secum aliquam culpam, quia non solum ab omni malo sed etiam ab omni specie mali abstinere debemus; ergo saltem ob culpam huiusmodi indiciorum pæna aliqua poterit irrogari ita Lessius. † Et sic poterunt saluari iudices in conscientia dum videntur innocentes aliquando condemnare, quia condemnant eos pæna mitiori saltem ex culpa dd. indiciorum contra eos, & sic omnino non possunt dici innocentes aduertant tamen quod si vere innocentes sunt, & indicia sunt valde remota & potius suspiciones falsæ, vel præsumptiuæ possunt dici quam indicia, in conscientia non possunt in aliquod eos condemnare, sed omnino absoluendi sunt nam iudex sic debet condemnare reos, quam absoluere innocentes.

5 Sanchez vero in p. 1. consil. mor. l. 3. cap. vnico dub.

dub. 12. distinguit. Aut reus potest torqueri, Iudex qui habet indicia vrgentia contra aliquē in Criminalibus, & ipse negat delictū, tenetur prius procedere ad torturā quod si tortus neget, licet de iure communi vt supradixi cum de tortura disserui, non esset absoluendus, tamen ex praxi recepta debet sub fideiussore relaxari; vel si delictum est graue pœna extraordinaria eum condemnare, ita Iul. Clar. lib. 5. recept. sent. q. 64. Oland. in concord. Iur. Verb. tortus n. 30. & seq. Bossius tit. de Inquis. nu. 30.

6 † Si vero torqueri non potest quia nobilis, senex, & habet contra se indicia vrgentia, pœna quadam mitiori ad iudicis arbitrium puniēdus est Guazzinus Pater meus defens. 30. c. 41. n. 3. cui addo Sanchez d. dub. 12. n. 12. qui citat. Anton. Gomez tom. 3. var. c. 12. tit. de delict. nu. 25. seq. Palac. Rub. in alleg. in mat. Hæres. §. 1. Th. Graminat. decis. 42. Simanc. de Instit. Cathol. tit. 5. n. 12. & tit. 50. n. 21. Plaza epitom. delict. lib. 1. c. 14. n. 3. Marienz. dial. relat. p. 3. c. 30. n. 5. Tiraq. de pœn. temp. c. 27. per totum & alios.

7 Item subquæritur an ista pena extraordinaria debeat esse corporalis, vel pecuniaria, & respondeo, quod si præsumptio est iudicis tātum, qui eam præsumet ex facto, & qualitate negocij, & tunc debet punire reum pœna tantū pecuniaria, vel corporali mitiori. Si præsumptio vero est determinata lege, & approbata, potest etiam grauiori punire vt est triremiū & simili sic de communi Sanch. d. dub. 12. nu. 14.

8 Limita in quatuor casibus, primo quando officialis fugit tempore sindicatus habetur. n. in hoc casu pro confesso, & potest puniri pœna ordinaria l. consiliarius c. de assessor. Secundo quādo quis est diffamatus de Simonia, & potest se canonice purgare, tunc potest condemnari ac si crimen esset probatum c. de hoc de Simon. Tertio quando Clericus deficit in defensione hæresis, punitur enim tunc pro conuicto c. inter cōsuetudines de purgat. canon. in fine, & Quarto quando alicui ter denunciatū fuit ne alterius vxorem alloquatur, & postea reperiatur in aliquo loco cum illa alloquens, potest enim tunc puniri pœna ordinaria adulterii, habetur enim in hoc casu pro confesso ob eius contumaciā vt habetur in Nouel. Constit. 17. Iustin. cap. 15. & refert Gomez d. cap. 12. nu. 25. quem sequitur Less. lib. 2. c. 29. dub. 17. nu. 170.

9 Sed quia facta fuit mentio Purgationis Canonicæ & Sebastian. Guazzin. Pater meus de ea remisse loquitur, ideo videndum est pro tutiori iudicum conscientia quid sit ita Canonica purgatio, & in quibus casibus sit facienda & dico quod canonica purgatio est quando quis iuxta statum iuris canonici se immunem & mūdum ostendit de aliquo crimine sibi obiecto, & dupliciter fit, primo modo per iuramentum ipsius purgantis, qui iurat se tale crimen non commisisse, & hoc Iuramentum aliquando sufficit, & est quando est causa leuis, vel persona authoritatis c. si quis viduam dist. 50. cap. cum ad sedem de rest. spoliat. Secundo modo fit per iuramentum ipsius & aliorum ipsum compurgantium quorum numerus arbitrio iudicis committitur, qui sint probatæ vitæ & iurent se credere prædictum infamatum verum iurasse quod effici solet quando auctoritas personæ non est tanta, & crimen non est tam leue, vt satis sit ipsius Iuramentū c. presbiter 2. q. 4. & c. omnibus & c. inter sollicitudines, de Purgat.

10 † Et necesse est quod sit facta tam in primo quam in secundo casu corā Iudice iudicialiter, vt alijs postea innotescat c. de crimine 22. q. 5. cap. illud dist. 23. & cap. omnibus 2. q. 4.

11 Sed quæres in quibus casibus sit facienda d. Purgatio? Et respondeo in tribus casibus primo quando quis laborat infamia publica orta ex probabilibus, & apud viros probos & maiori probatione conuinci non potest, tunc Iudex debet compellere reum ad d. purgationem canonicam. Secundo quando Iudex qui procedit per viam Inquisitionis vel accusationis non reperit contra eum, nisi semiplenam probationem, & Tertio quando ex ipso processu, & actibus contra aliquam remanet vehemens, suspicio apud honestos viros, in his enim casibus est reo indicenda d. Purgatio, & tūc si legitime se purgat, liberandus est a pœna & infamia, & Iudex debet denunciare ipsum esse hominem boni testimonii nam hic est effectus Purgationis rite factæ c. ex tuorum de purgatione & d. c. inter sollicitudines & c. omnibus.

12 † Si autem deficit in ipsa purgatione est puniendus, sed in duplici differentia, nam si procedatur contra reum via accusationis, maior pœna est infligenda c. ad hoc & c. insinuatū de Sim. & c. cū P. de accus. si vero procedatur via Inquisitionis vel denunciationis vel iudex agat ex officio propter infamiam, pœna mitiori

Rr &ar-

& arbitraria est puniendus reus c. significanti de Adulter. c. accidens de Accusat. ibi Panorm. & Host. Silu. Verb. Purgatio cum alijs Summistis D. Antonin. p. 3. tit. 9. cap. 10. ex quibus desumpta sunt supradicta de Purgatione: & sequitur Sanch. tom. 2. oper. moral. lib. 6. c. 3. dub. 7. tit. de purgatione cart. 764.

13 Vltimo notandum est quod reus qui confessus est Homicidium commisisse, sed cum aliqua causa excusabili v. g. in propriam defensionem; vel aliquod signum superstitionis magicæ, sed in derisum, vel ad faciendum aliquod ludum ad decipiendos simplices recreationis causa, si ex alijs circunstantijs non apparet veritas causæ illum excusantis, est puniendus pęna extraordinaria; quia Probatio ex simili cōfessione non est omnino clara, sed aliquo modo culpabilis ita Panormit. Dei. Alex. & alij quos referunt & sequuntur Palac. Rub. alleg. in mat. hęres. 11. Ant. Gabr. comm. opin. lib. 7. tit. de Crimin. concl. 19. & Sanch. vbi supra dub. 13. num. 3.

CAP. XXXVII.

An Iudex solemniter sententiando Reum in peccato mortali peccet mortaliter.

SVMMARIVM.

1 *Quando peccator corrigēdo proximum in peccato mortali peccet.*
2 *Iudex iudicando in peccato mortali non peccat mortaliter intellige tam de laicis quam ecclesiasticis.*
3 *Ministri Iustitia exequentes Iustitiā in p. m. non peccant mortaliter.*
4 *Iudex propter scandalum potest aliquando peccare iudicando alios in peccato.*
5 *Iudex iudicando in peccato mortali non peccat neque venialiter.*
6 *Iudex ecclesiasticus peccat venialiter.*
7 *An Iudex teneatur ad emendationem, vt vtiliter Reos iudicet ad correctionem aliorū.*

1 AD maiorem intelligentiam pręmittendum est quod peccator dupliciter potest alium corripere vno modo fraternaliter ex charitate alio modo aucthoritatiue ex officio vt Iudex: In primo modo certum est quod Peccator existens in p. m. & corrigens proximum suum non peccat, immo tenetur: Secundo modo est dubium inter Doctores: Caietanus dicit in 2. 2. q. 60. art. 2. ad Tertium quod non peccat; Siluester vero in Verb. Correctio q. vlt. dicit affirmatiue quod peccat; ego vero cum Bannes in 2. 2. q. 33. art. 5. vers. nobis autem, dico quod aut primo aut secundo modo nunquam peccat mortaliter nisi quando adest scandalum graue, nec enim tenetur alter proximi emendationem procurare quouis modo, sed sufficit quid medijs ordinarijs vtatur cum ad emendationem exhortando, vnde satisfacit pręcepto correctionis, sicut satisfacit præcepto elemosinę corporalis illā tribuens in peccato mortali ita in Egid. a Coninch. tract. de Iust. disput. 28. tit. de Correct. fratern. dub. 7. nu. 132. seq. Lorca in 2. 2. disputat. 42. n. 12. Malder. q. 33. art. 5. concl. 3. Castro Palaus tom. 1. tr. 6. disp. 3. punct. 7. n. 6. Antonin. Dian. p. 7. resolut. moral. tract. 3. de correct. fraterna resol. 16.

2 His præmissis dico quod Iudex publice iudicando, cum hoc tendat ad correctionem vitiorum in populum, licet sit in p. m. actamē nō peccat mortaliter, & ratio est quia existens in aliquo p. m. potest exercere actus bonos moraliter aliarum virtutum non opponendo malas circumstantias, sed mala circumstantia nō est quod sit in peccato habitualiter, alioquin in omni opere bono peccaret, etiam si daret elemosinam pauperi quod error est, ita Bannes vbi supra vers. cęterum Iudex Caiet. 2. 2. q. 60 ar. 2. Bon. tom. 2. disp. 10. q. 2 punct. 3. n. 2.

Et intellige tam de secularibus Iudic b. quā ecclesiasticis quia licet actus Iustitiæ in Iudice ecclesiastico sit actus aliquis sacer, attamen nō omnes actus sacri requirunt in operante, seu ministro gratiam sanctificantem vt est in Cōcionatore Diacono cantante euangelium, & similia ita DD. citati per Dian. d. tract. 3. resol. 17. Ergo, & in Iudice cum Iudicare non sit actus ita sacer quin a Peccatore effici possit Vide Franc. Castil. in 3. sent. to. 2. disp. 6. de Correct. q. 6. n. 3. Suar. de Charit. disp. 8. sect. 4. nu. 6. Torres in 2. 2 q. 33 art. 6. disp. 88. dub. 2. to. 1. Castro Pal. tom. 1. tr. 6. disp. 3. punc 7. n. 7. et Villal. in Sum. tom. 1. tr. 4. diffic. 8. n. 3.

3 Secundo intellige etiam de alijs ministris exequentibus dictam Sententiam; non enim noua aliqua deformitas ex illorum Iudicio insurgit nec de hoc extat aliqua positiua prohi-

prohibitio, vnde dicendum est neminem illorum peccare mortaliter ita ex doctrina S. Th. 2.2.q.60.art.2.ad 3. Nauarr.rubr.de Iud. nu. 42. quem sequitur cum aliis Anton. Nald. in Summ. Verb. Iudex n.1.vers.& de iudice.

4 Tertio intellige dummodo non adsit graue scandalum, æquum est enim vt qui alijs Iustitiam & æquitatem proponit, iustus sit, & rectus vnde per accidens fieri potest quod etiam peccet mortaliter propter scandalum vt si iudex publicus Adulter velit de adulterio alios condemnare, vel si esset Prælatus & esset malę vitæ & famæ ita Graff.decis.aur.p.1.lib.3.c.6. nu.4 Valent.2.2.to.3.disp.5.q.4.punct.2.Sayr. in Claui reg.lib.12.c.13.nu.4. Vide quæ supra dixi in defens.2. de Iudice c.1. & Coninch. vbi supra vers.Dixi communiter.

5 Quæritur modo an saltem peccet venialiter & Valent Sayr.& alij locis citatis docent quod sic, in Iudice enim requiritur Prudentia quæ cum peccato mortali non potest reperi in homine. Sed Salon. *Bannes* Aragon. & alij in 2. 2. q. 60. art. 2. respondent negatiue per se loquendo quia actus iudicandi ex se honestus est, & pertinet ad virtutem Iustitiæ, vnde non vitiatur ex eo quod ab homine peccatore exerceatur alioquin multi ab actibus ex se honestis deberent abstinere, quod falsum est. Vide Bonacin.d.disp.10.q.2.punct.3.n.3. Duccal. in 2. 2.tr. de Charit.q.9. art.4. Lorca in 2.2.disp.42. n.13. Hurtad.disp.6.de Correct.diffic.10. Vnde Iudex existens in p.m. et publice sententiando non peccat neque venialiter.

6 Quod amplia etiam in iudice Ecclesiastico nam actus iudicialis est annexus dignitati, iurisdictionis non autem ordinis; soli autē actus ordinis requirunt gratiam in operante, non autem actus Iurisdictionis, nam actus ordinis soli sunt qui suapte natura sanctificant, non verè actus merę Iurisdictionis, qui per se non sanctificant, sed tantum per accidens remote & dispositiue ita Diana par.7.tract.3.resol.17. Ego autem a peccato veniali non excusarem, quia licet propter scandalum sufficiat exterius ostendere dolorem de peccato commisso cum proposito de futuro tamen mendaciū est aliqualiter etiam non concipere idem interius vnde peccatum saltem veniale est vt bene notat Coninch.d.disp.28.dub.5.num.63.vers. Hinc patet Item ad recte iudicandum, & exercendum Iustitiam quæ virtus est præclarissima, accessorium est Lumen spiritus sancti sine quo nec prudenter, nec sapienter agitur, vnde Ecclesiasticus qui scit hanc necessitatem, & non se disponit per gratiam faciendo quantum in se est, ostendit quamdam negligentiā culpabilem & implicitum cōtemptum se saltem moraliter exponendi periculo non bene iudicandi, vnde peccat saltem venialiter. Vide Homobon.de statib.par.2.cap.5.num.1.Paludan.in 4.dist.19. quęst.3. art.3. ex doctrina D. Thomæ in 4.dist.19.quæst.1.art.2.Silu.verb. correctio num. 16. ex quibus hæc & alia deduces.

7 Vltimo quæro an Iudex existens in peccato teneatur se emendare vt alios fructuose vt vtiliter possit iudicando corripere & distinguo aut loquimur de emenda Interiori, vel exteriori, si interiori & non tenetur cum obligatione noui peccati mortalis nam peccatum interius non potest alteri nocere, & sic non erit peccatum scandali si exteriori, quando emenda est per se medium & simpliciter requisitū ad actiue corrigendum vtiliter proximum, & tenetur, nam præcepti finis obligat ad media per se vt si omnino crederet proximum in peccato moniturum, nisi ipse suam vitā emēdaret, tenetur etiam tunc ex charitate vitam suam corrigere & auferre peccatum ita Coninch. vbi supra vers.dixi communiter. Franc. de Castill.in 3.sent.tom.2.disp.6.q.6.n.5.Duccall.2.2.tract. de Charit. q.9. art.4. facit quod docent Turrianus in 2.2.D.Th. tom.1. disp.88. dub.2.Bann.q.33. art.5. concl.5. Villalob. in Summ.tom.1.tract.4.diff.8. nu.2. & Dian.p.7. tract.3.resol.16.vers.verum.

CAP. XXXVIII.

An index possit aliquid accipere pro sententia ferenda.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium dupplex est aliud ciuile aliud criminale.*
2 *Index in causis mere Ciuilibus nil aliud pretendere potest nisi quod a iure vel statuto aut consuetudine ei conceditur.*
3 *Taxa successerunt loco salarij.*
4 *Si Taxa non inueniuntur limitata standum est consuetudini.*

1 Est præmittendum quod iudicium duplex est, aliud ciuile aliud criminale; Ciuile oritur aut ex delicto, aut ex causa; ex delicto quando prætenditur Compensatio seu solutio rerum male ablatarum, damnorum, seu iniuriarum, ex causa quando litigatur aliqua res ab vtraque parte prætensa ex aliqua iusta ratione. Criminalis vero est quando agitur de Crimine commisso,& non prætenditur nisi Correctio vel pœna iusta tradita a iure.

2 His præmissis dico quod Iudex in causis merè ciuilibus in quibus ciuiliter agitur de petitorio, aut possessorio alicuius Rei Iudex nihil aliud prætendere potest nisi id quod a iure vel statuto, vel consuetudine ei conceditur pro sportulis, seu salario debito, & hoc vel ratione consumationis actus, vel laboris in studendo vel videndo acta,& scripturas, quando tamen per ipsum non stetit, quominus ad sententiam deuenerit, licet partes inter se transegerint, vel concordauerint,& ratio est quia iustum videtur, vt is sportulas in stipendium consequatur, qui pro tempore suo reperitur præstitisse obsequium c. charitatem 12. q. 11. gloss. in c. statutum § si autẽ verb. communiter de rescript. in 6.& tradunt communiter DD. vt per Roman. cons. 85.& cons. 434. col fin. n. 5 Gratian. discept. forens. c. 561. n. 36. par. 3. Bologn. cons. 71. in fine Raudens con. 50. nu. 476 & 481. in 1. Ciriac contr. forens. 67. nu. 42. p. 1. quos nouissime secutus est Ludouic. Paitellus in tract. expedit. Caus. Ciuil. annotat. 93. num. 9.& seq. Vide etiam Bonacin. tom. 2. disp. 10. q. 2. punc. 8. nu. 2.

3 Dixi a iure, statuto, vel Consuetudine; quia si sunt a iure taxatæ dandæ sunt iuxta illam taxam quæ successit loco salarij quod debetur iudici ita DD. comm. in Rubr. C. de sportul.& sumpt. in diuers. Iud. fac.& notat idem Paitellus annotat. 68. nu. 4. quibus addo ex moralibus Tab. v Iudex n. 7. Azzor. p. 3. lib. 12. cap. 23. Reginald. lib. 25. num. 659. sed quia a iure non reperiuntur taxatæ nec deffinitæ vt dicit idem Tab. d. num. 7. ex Auth. generaliter C. de Episcop.& Cleric. ideo videnda sunt particularia statuta locorum & iuxta illa recipere dd. sportulas nam istæ sic a statutis particularibus taxatæ videntur successisse loco salarij de publico constituendi ita Gratian. discept. forens. cap. 561. n. 37. part. 3.& DD. supracitati.

4 Quod si a statutis locorum particularium nõ inue-

inueniuntur taxatę, seu limitatæ & tunc aduertenda est consuetudo qua deficiente remittũtur Iudicis superioris arbitrio D.D.comm.in d.Rubr.de sportul. cum gloss. in Auth. offeratur C.de lit.Cont.Ciriac controuers.forens.67 nu.1.& 2.p.1.Gratian.discept.for.c.55.nu.38. part.1.Roland.cons.87.n.3.in 2.Tabien.verb. Iudex num. 8. & alios summistas comm.cum *Bonacin*.d.disput.10.q.2.punct.8.nu.5.Verb. quidquid sit.

5 Limita quando in causa nihil laborauit cum regulariter sportulæ debeantur vt dix' pro labore, & opere a Iudice expensa ita Alba.cons. 174.nu.31.& Ciriac.vbi supra controu.67.n. 28 & 52.part.1. nisi deberentur etiam ratione consumationis actus, pro quo solui consueuerunt,& tunc debentur tantum quando concordia inter partes secuta fuisset post conclusum in causa, ita Costa de ration.rat. q.86.nu. 12.Luc.de Penn.in l.in sacris n.18 in fine vers. & quia laborat.C.de proxim.saur.scrin.lib.12. & alij DD.supracitati.

6 Secundo limita in iudice salariato de publico,tunc enim nihil accipere potest in conscientia nisi in casu quo d. salarium non esset iustum, quia tunc aliquid accipere poterit ob illius compensationem, & ad effectum vt honeste viuat,aduertant tamen Iudices,ne auaritiæ cæcitate ducti,necessitatẽ existiment quod potius cupiditas & luxus est, nam eis imputãdum est, si officium cum tenui salario acceperunt iuxta textum in c.non satis dist.76. vbi in fine dicitur estote contenti stipendijs vestris. Vide tradita per Rebuff. de salar. taxato prouis. process. gloss. vnica in fine Lucas de Penn.in l.in causis n.21. *C*.de Proxim. sacr. scria lib.12.Menoch de Arbitr. cas.514.n.16. Paitellus annot.93.nu.17. Siluest.v.Iudex 1.q. 10.& summ.comm.cum Bonac.d. disput.10. q.2.punct 8.n.2.Reginald.lib.25.n.659.cum alijs per eos.

7 Tertio Limita in iudice Ecclesiastico tam ordinario quam delegato qui de iure communi debet ius gratis litigantibus præbere, & non potest petere sportulas nam regulariter sunt salariati, & de iure tenentur ita textus in c.cum ab omni de Vit.& honest.Cleric.& ibi notant Io:Andr.Card. Abb.& alii Anton. de Nigr.in repetit.extrauag.vnic.n.221.de vit.& honest Cler.Gratian.discept.forens.c.561.n.3. p.3.Nauarr.c.25.nu.12.*Clauis Regia* lib.12.c. 13.nu.9. Azzor. p.3.lib.12.c.23.vers. sub ū ex his infertur quod beneficiatus, cui adnexa est iurisdictio ad aliquod agendum,non potest quidquam accipere etiam si beneficium sit tenue, quia beneficium datur pro officio, & consequenter ad suplenda onera beneficio annexa,etiam si fiat remissio a donatore antequã lis finita sit DD.citati per Bonacin.tom.2.disp. 10.q.2.punct.8.n.3.vide Reginald.lib.25.nu. 659.P.Egid.Bass Flor.tot.Theol.v.Iudex n.15.

8 Nota tamen quod si adest consuetudo dandi sportulas est seruanda, dummodo non sit immoderata vt de magis communi testantur addent.ad Roman.singul.182. & notat Gratian. discept.for.d.c.561. nu 8. seqq.part.3. quibus adde Costa de Rat.rat.quæst.86.nu.1. & alios vt supra cum Reginald.lib.25.nu.659.& Sanch.cons.mor.lib.3.c.vnic.dub.2.nu.1. & seqq. cart.332.

9 Quarto limita in Causis pauperum in quibus de iure iudices non debent exigere sportulas sed gratis impertire officium suum,ne tale hominum infortunium etiam expensarum detrimento pergrauetur ita text.in l. cum de mentis in fine.C.de Episc.audiend. Et nõ debet addi afflictio afflicto vt notat ibi gloss. quam sequitur Tiraquell.de Nobilit.c.29.nu.40.*Petr.* Gerard.sing 73.Roland.a Valle cons.87.n.23. in 2.Gratian d.c.55.n.46.par.1.

10 Quinto limita in arbitris & Arbitratoribus extra iudicium qui amicabiliter ex partiũ consensũ debent sententiare; ij enim proprie, vt sępius dictum est,non sunt Iudices, sed potius charitatiui causarum Cõpositores sic ex textu in auth.generalis in fine C.de Episc.& Cler. Cardin.Tusch.in littera I.concl.13.nu.1.Gratian. loco citato n.43.

11 Sexto limita quando deducitur tantum res seu Creditum in iudicio, nam sportulæ nõ debentur apto d.re seu credito,sed tantum pro,eo quod principaliter creditur Neuizan. cons.15. per totum Osach.dec.4. Natt. cons.154. nu.8. Petr.Ant.Ang.cons.46.n.2 lib.3. vnde non attenditur res quæ deducitur in iudicio sed id q petitur puta si agatur de possessione rei, estimatur commodum possessionis,nõ autẽ valor rei Ciriac.contr.forens.67.num.14. seq. part.1.

12 Septimo limita in causis summariis in quibus de iure communi non debentur sportulæ, nisi consuetudo esset in contrarium Roland. consil. 87. numer. 15. & 21. in 2. Natt. cons.

154.n.1.

154.n.1.Asin.in pract.§.3.c.31.nu.31. Ciriac. vbi supra nu.40. sicuti etiam non debentur a Confesso seu contumaci Roland. cons.87.nu. 21.quem sequitur Paitell. vbi supra annotat. 93.n.50.seq.

23 Nota tamen quod tale salarium sportularũ ab vtraque parte est soluendum si ambæ instant pro expeditione,alias ad illa tantum quæ instat Costa de ration.rat.q.86.nu.6. vbi dicit quod debent postea dd.sportulę a victo restitui victori immo si quis ex aliquo priuilegio esset exemptus a solutione dd.sportularũ tamẽ ille in taxa expensarum potest eas repetere a parte victa quia Priuilegium non debet ei nocere ios.Sesta ex Rota Aragon.decis. 14. Ber. dec.210.Ioseph.Lud. dec.Perusin.121.Aloys. Riccius collect.1018.in antiq.& Birnius cons. 103.in 2.

24 In Causis vero Criminalibus adsũt plures Constitutiones Pontificum, presertim Pauli III.quę est 18.in numero,& duo alię .s.const. 43.& 56.Pij.V.& alia Sixti v.quæ est constitutio 93.& Clementis Octaui quæ est constitutio quinta,est nouissime septuagesima secũda Pauli V.vbi dat reformationes omnibus iudicibus Criminalibus pro Romana Curia, Notarijs,& Procuratoribus fiscalibus,& determinat quod illi, quibus certum salarium constitutum est,sportulas, aut quodq; od aliud etiam esculentum, aut poculentum etiam a sponte dantibus recipere non possint & in causis tam ordinarijs,quam commissariis a *Baroncellis* suarum Curiarum nihil recipere possint, & innouat Constitutionem Gregorij XIII.de dat.& accept.item quod in sententiis contumacialibus exprimantur pænę certę; inquisiti non cogantur abolitionem petere,neq; ad Compositionem pænas omnes penes Depositarium Camerę duntaxat deponant, & nemo de eis al quid retineat, sed a Depositario Camerę recipiat; Vigesimam fisci Procuratori, & centesimam substituto de compositionibus,Confiscationibus,& pænis eorũ interuentu in cameratis persolui mandat, & cum substituti extra vrbem ad reformandos processus mittuntur,vltra victus,& equorum impensas taxata viatica recipiant & tandem circa notarios tam pro decretis quam pro mãdatis taxat mercedem ;Quod in qualibet etiã Ciuitate proprio cuiusque loci statuto inuenitur taxatum esse,ideo obseruent iudices,& officiales ,ne vltra illam taxam quid recipiant, quia peccant mortaliter,& tenẽtur ad restitutionem vt ex doctrina S.Th.2.2.q.62.art.5.ad 2.docent comm.Doctores vt infra dicemus.vide Bonacin.tom.2.disp.10.q.2punct.8.n.2.

25 Sed quæres an saltem possint dd.iudices accipere aliquid sponte oblatum a reis, seu litigantibus pro ferenda d.sententia & respondeo quod Iudices gratis debent iudicium ferre, & sententiam irrogare,& accipiendo pecuniam, vt bene vel male iudicent, aut vt ommittant vel procrastinent sententiam, licet sponte sit oblata,peccant mortaliter,& in Prouincijs, ciuitatibus, & oppidis ecclesiasticis iurisdictioni immediate subiectis sunt etiam iudices excommunicati; ita determinauit Clemens 8. in Const. 10. incipi Pro commissa nob s pag. 8 tom.3.Bullar.noui tradunt etiam Doctores .s.Sayr.in Claui reg.lib.11.c.13.n.7. & 19. Vgolin.tit.de Simon.tab.1.c.21.Nauarr.tract.de Dat cap.Virgines. Graff.decis.aur.lib.2.c.123. nu.11.Bonacin.tom.2. disp.10.q.3. punct.vlt. §.incidens nu.21.in fine,& pun.8.nu.5.Reginald.in Praxi For.pænit.lib.25.n.659. Homobon.de stat.c.3.nu.6.Molin.tract.2.de iustit. disp.32.& Boccacc.tract.de dat.& recept. per totum & ego dixi infra decis.7.c.50.& ibi videlatius de hac Bulla.

16 Limita primo quando plures litigantes qui æquali iure temporis gaudent,& iudex rogatur vt vnius causam ante alios expediat,& ab hanc causam ei offertur aliquod munus,tũc d. iudex secluso scandalo, & damno aliorum, in gratiam remunerationis potest aliquid accipere, suscipit enim nouam obligationẽ expediendi causam ante alios quæ in se est pretio extimabilis ita Paul. Laym. in Theolog.mor. lib.3.sect.5.tract.4.c.4.num.9. quem sequitur Antonin.Dian.res.mor. part.3.tract.5. res.45.

17 Secundo limita quando accipit aliquid pro ferenda sententia in causa, in qua non est varietas opinionum, ita vt ad iudicem spectet quam partem in iudicando sequi vult, tunc si aliquid offeratur ad effectum sequendi potius vnam, quam aliam opinionem, vel etiam vt Iudex sequatur probabilem relicta probabiliore;tũc enim videtur Iudex posse accipere,nã non accipit pretium pro æquitate sententiæ, sed ad effectum tantum sequendi vnam opinionem. Sed hæc omnia procedunt spectato iure naturæ, non autem iure positiuo cum sint

sint prohibita a lege propter periculum scandali, & multorum Iudicum affectionis ad auaritiam & simile Less. lib. 2. c. 14. dub. 9. nu. 64. Diana p. 3. resol. 55. tract. 5. Miscellan. & in tract. 6. resol. 55. vbi multos alios allegat. Tutius tamen dicendum est cum Tanner. in 2. 2. D. Th. q. 6. disp. 4. d. 10. n. 290. & aliis quod neq; de iure naturali hoc procedat, vt per rationes ibi per eum allegatas omnino videndas.

18 Tertio limita quando datur aliquid instar muneris liberalis, vt maiorem solito diligentiã in causa adhibeat; tunc enim iudex secluso supradicto scandalo & periculo potest illud accipere quia & hoc estimabiles est. ita Lessius lib. 2. c. 12. dub. 9. nu. 96. Molin. de Iust. tom. 1. tract. 2. disp. 88. nu. 6. Sed hoc valde periculosum existimo conscientiæ dd. Iudicum, nam certum est quod dona ligãt homines, ita quod faciliter possunt ex his corrumpere Iustitiam, & protrahere Iudicem ad impediendam, vel saltem in longum protrahendam iustitiam, & ego Patrem meum Guazzinum dum officio Locumtenentis Criminalis Auditoris Cameræ Apostolicæ fungebatur Dona magni valoris etiam vltro oblata constantissime renunciasse scio, forsitan recordatus quod in mundo mira faciunt duo, munus & ira, Mollificant dura, peruertunt omnia iura Lex est defuncta, quia Iudicis est manus vncta, irretit muscas, transmittit aranea vespas. vt notat Homobon. de stat. Hum. vit. p. 2. cap. 3 n. 7.

19 Quarto limita quando datur aliquid loco stipendii cum a nemine sit Iudex stipendiatus vt supra etiam dictum, quia obligatio iudicandi est aliquid pretio extimabiles, nec est aliquid pretio estimabiles, nec est aliquid speciale, sed locatio operæ suæ, & operar us dignus est mercede sua c. fin. 13 q. 1. & c. extirpanda de Præbend. Azzor. pat. 3. lib. 12. c. 23. Reginald. lib 25. n. 659. & alij per Bonac. tom. 2. disp. 10. q. 2. punct. 8. n. 2. & seq.

20 Quinto limita in muneribus moderatis ex consuetudine præsertim esculenta, & poculenta vltra oblata nec petita directe vel indirecte tam quoad Iudices sæculares quam ecclesiasticos, non enim implicat ad hoc ius Canonicum contrariam consuetudinem abrogans quia intelligit de muneribus immoderatis, & quæ possunt animum Iudicis peruertere, quæ enim dari solent in parua quantitate, & moderato sumptu animum iudicis ad iudicãdũ corrumpere non consueuerunt maximequando adest cosuendo ita Bonac. vbi sup. nu. 3. Clau. reg. lib. 12. c. 23. n. 19. Azzor. c. 23. dub. 1. ad fin. Silu. verb. Iudex 4. q. 8. Tabien eo. n. 8. Caietan. in summul. Verb. Iudicis peccata in fine Ang. V. Iudex n. 16. Reginald. d. lib. 25. nu. 659. facit text. in c. statutum. § si quid autem & ibi gloss. verb. paucis de rescript. in 6. & ibi Ancaran. Dominic. Frãc. & alij Rosell. v. Iudex n. 6. Ricard. Tapet. art. 19. & Sanch. cons. mor. lib 3. c. vnic. dub. 2. nu. 1. & seq. quibus adde nouissime R. Basseum Flor. tot. Theolog. v. Iudex n. 15 verb. Xenia autem.

21 Sexto limita in expensis quas facit Iudex Laicus proficiscẽdo extra domum, vel ciuitatẽ aut oppidum vbi habitat, nã tunc non tenetur eas facere de proprio, cum in aliorum transeat vtilitatem; nemo enim militare cogitur proprijs sepensis pro bono alterius vt dicunt DD. supracitati cum Tabien. n. 9. & Bonacin. punct. 8. nu. 6.

22 Sublimita in Iudice ecclesiastico qui non potest accipere dd. expensas sicut enim non potest accipere stipendium ita neque expensas vt ait Bonacin. d. n. 6. cum alijs proxime allegatis.

23 † Excipe delegatũ qui non habet redditũ vel Beneficiũ ecclesiasticum vnde viuat, nam tunc poterit petere quod petit delegatus Iudicis Laici militat enim eadem ratio in vtriusque Panorm. in d. c. cum ab omni & sequitur Tabien. Verb. Iudex num. 13. Aduertant tamen ordinarij quod in hoc casu præsertim cum mandatur ad vniuersitatem causarum, vel ad vnam, sed maliciose, ex quadam æquitate & ad euitanda scandala & pericula tenentur prouidere de proprio arg. c. inter cætera de offic. ord. & est gloss. in d. c. cum ab omni & notat

24 Tabien. n. 10. † Sed quidquid sit, remittenda sunt omnia ad laudabiles cõsuetudines, & priuilegia locorũ vt dicit text. in c. ad Apostolicã de Simon. & notant Panorm. d. c. cum ab om-

25 ni Tabien. nu. 14. & v. Consuetud. nu. 15. † Item excipe in Episcopo dum accedit ad visitationem, nam tunc petere potest pro dd. expensis procurationem ita eis concessam a iure c. cum Apostolus de Cens. sicuti dicitur cum accedit ad consecrationem ecclesiæ propter labores extraordinarios quæ in his fieri solent c. cum sit Romana de Simon. sed hæc non faciunt ad rem nostram Vide Gauantum in man. Episc. verb. visitatio v. Episcopus & alibi, & latissime Aug.

Bar-

Barb. De potest. epis. p. 3. alleg. 73. per totam.

26 Septimo limita quando datur aliquid finita lite, nam tunc videtur dari causa gratitudinis, nisi fuisset pactum, vel aliqua tacita promissio in principio d. litis vel durante lite quia idem est, immo multo magis propter illam spem ita Sanch. cons. mor. lib. 3. c. vnic. dub. 1. num. 19. Bonacin. de excommun. ext. Bull. disp. 2. qu. 3. punct. 32. in fine qui & alios allegat.

27 Octauo limita nisi munera darentur a Consanguineis d. Iudicis intuitu sanguinis, vel ab amico ob remunerationem meritorum, quæ antea præcesserunt extra officium, quia in ijs casibus semper videtur cessare ratio legis. Bart. in l. Aquilius nu. 1. ff. de donat. vbi etiam Alex. n. 4. Iason. in l. Principibus ff. si cert. per Tiraquell. in l. si vmquam vers. donatione largitus n. 49. C. de reuocat. Donat. & facit text. in c. requisisti de test. Sanchez d. lib. 3. c. vnic. dub. 1. n. 20.

28 Sed aduerte quod raro præsumitur Donatio, vel simplex remuneratio amicitiæ ea quæ fit iudicibus, scribis, aut alijs iustitiæ officialibus, quia vt plurimum hæc dona fiunt coactè, & præter voluntatē simplicis largitatis, sciunt enim illi qui donant, quod aliter prædicti officiales negligenter, & remisse, & quod peius est longissimo tempore, negocia expediunt; & sic solent varijs signis tam verborum, quam factorum ostendere eorum voluntatem non expediendi nisi difficulter causam, dum muneribus non mouentur. Sot. lib. 3. de Iust. q. 8. art. 4. vers. quo circa Sanduol. lib. de pauper. vinctor. cura c. 15. Mercad. lib. de Contract. c. 16. & Sanch. vbi supra n. 20.

29 Secundo principaliter quæres an peccent mortaliter Iudices sic recipiendo munera? & & respondeo præter casus supradictos, nisi paruitas materiæ excuset peccare mortaliter quia transgrediuntur legem valde necessariā ob bonum commune ex qua transgressione possunt euenire multa damna reipublicæ, vnde acceptio est contra iustitiam ita Nauarr. lib. 3. de restitut. c. 3. nu. 14. Sanch. vbi supra nu. 15. Reginald. Prax. for. pænitent. lib. 25. c. 44. sect. 5. nu. 659.

30 Immo tenentur etiam ad restitutionē, quia cum sit d. receptio munerum a lege prohibita d. lex reddit eos inhabiles ad recipiendum c. statutum de rescr. in 6. c. exigit. de Censib. co. Tab. V. Iudex n. 7. circa med. Medin. 1. 2. q. 96. art. 4. ad 6. & in sum. lib. 1. Instruc. cap. 16. §. 3. Cordub. lib. 1. qq. quæst. 36. vers. ideo ad tertium Siluest. V. Iudex 1. q. 8. Armill. nu. 6. Ang. n. 8. Franc. Garc. lib. de Contract. 1. c. 4. Ludouic. Lop. in Instruct. Cou. p. 1. cap. 179. & lib. 2. de Contr. 24. Ios. de Angl. flor. qq. Theolog. p. 1. tit. de restit. n. 177. Aragon. 2. 2. q. 1. art. 13. Salon. 2. 2. q. 62. art. 3. controu. prima Couarr. reg. peccatum p. 2. §. 2. n. 7. ex doctr. D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 5. ad 2. vbi dicit quod datio, & receptio quando est illicita quia lege prohibita, non licet sibi datum retinere sequitur D. Antonin. p. 2. tit. 2. c. 5. §. 1. Caietan. 2. 2. qu. 62. art. 5. vers. in responsorio.

31 Sed quia huic opinioni aduersantur alij Doctores adducti per Sanchez cons. mor. lib. 3. c. vnic. dub. 1. ideo dicas primam opinionē procedere quando Iudex causa dd. munerum mouetur ad sententiam ferendam licet iustam; secundam vero procedere quando recipit dd. munera ratione gratitudinis, vel amicitiæ nam finis legis est prohibere dd. dona ob periculū Iniustitiæ, quod cessat quando illo fine non accipitur, & retinet semper intentionem faciendi Iustitiam nullo habito respectu ad dd. munera ita Sanch. loco citato in fine S. Anton. p. 3. tit. 9. cap. 2. q. 8. §. 8. & seq. Gabr. dist. 15. in 4. q. 6. art. 2. litter. F. Siluest. v. Iudex 1. q. 8. & seqq.

32 Aduerte insuper quod si Iudex iniuriatus aliquid accipit ab iniuriante ne ipsum puniat tenetur ad restitutionem ita Sebast. Guazzin. Pater meus def. 1. cap. 18. n. 10. cum alijs per eum adductis sed ego puto distinguendum aut fuit iniuriatus tamquam iudex, seu tamquā persona priuata, si tamquam Iudex & non potest ei remittere iniuriam in foro esterno adhoc ne puniatur quia est læsa dignitas, ciues Iudex non est Dominus, vt a simili dicitur de Sacerdote; sed si fuit iniuriatus tamquam persona priuata, et tunc poterit ei condonare iniuriam sicuti alter priuatus, iuxta adnotata, per supradd. DD.

33 Aduerte Secundo quod vbi Iudices solent iurare se non accepturos munera, sed reddituros si acceperint, teneri ad has pænas ante omnem Iudicis sententiam quod & conuenit Bullæ de datis & receptis, quia redduntur inhabiles ad recipiendum; & sic non possunt retinere si acceperint, est enim non solum iniusta retentio, sed & iniusta receptio, vnde non est

est necessaria alia Sententia sit Sot. lib. 5. de Iust. q. 6. art. 9. Couarr. 9. decret. p. 2. c. 6. §. 8. n. 10. Medin. 1. 2. q. 96. art. 4. ad 6. Merc. lib. de Contract. c. 16. Simanch. lib. Inst. Cathol. tit. 9. num. 250. cum aliis. Vide a me dicta in tit. De pænis.

34 Quæres tertio an remissio partis facta Iudici de iis quæ donauit sit sufficiens d. Iudici in Conscientia? & respondeo si d. remissio fuit facta finito officio, & facta restitutione sine aliqua fraude, & dolo quod sufficiat, at si facta fuerit durante officio absque facta primũ d. restitutione non sufficit in conscientia per d. c. statutum §. quid autem de rescrip. in quia Ius tantum vetat remissionem, non autem donationem hoc modo factam, & licet largo modo sumptum idem sit remittere, & donare; attamen proprie videntur differre, nam facilius est remittere, quam donare ita gloss. & DD. in d. §. quid autem Nauar. lib. 3. De restitur. c. 3. n. 25.

35 An vero dantes dd. munera peccent vide infra defens. 7. cap. 51. nam si faciunt animo corrumpendi Iustitiam, etiam quod sint esculenta grauiter peccant quia inter esculenta quando quidem Iustitia comeditur, & inter ossa edulium ipsa iniustitia quiescet vt dicit Ludouic. Paitell. de espedit. Couar. ciuil. expedit 93. in Annotat. num. 19. cum rebuffo, & Nauarra ab eo citatis. Vide Molin tract. 2. De Iust. disp. 32. Savr. de Cens. lib. 3. c. 30. num. 13. Vgolin. tit. de Simon tab. 1. c. 21. Clau. reg. d. lib. 12. cap. 13. Graff. decis. aur. lib. 2. cap. 123. num. 11. Reginald. lib. 25. cap. 54. num. 259. Bonac. de censur. loco citato.

(.·.)

DEFENSIO VI.

Circa pœnas a Iudice Reis insligendas.

CAP. XXXIX.

Quæ consideranda sint a Iudice in Pœnis a Iure insligendis.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis officium est condemnandos condemnare Absoluendos absoluere.*
2 *Reus condemnatus ex allegatis & probatis vbi primum de iniustitia constiterit à fisco restituendus sit.*
3 *Circa Pœnas quæ considerare debet Iudex.*
4 *Quando ius limitat certam pœnam attenditur tempus delicti.*
5 *Pœna ordinaria habet locum in delicto certo extraordinaria in incerto.*
6 *In Pœna Arbitraria an possit iudex imponere pœnam Mortis.*
7 *Pœna imposita in aliquo delicto an locum habeat etiam in loco vicino.*
8 *In Pœnis non fit ampliatio.*
9 *Pœna debet habere suos Authores.*
10 *In æqualibus pœna an extendatur.*
11 *An mittentes litteras Bannitis cadant in pœnam allocutionis cum eis.*
12 *Reus est eadem pœna damnandus qua fuit antea innocens condemnatus.*
13 *Pœna non expressa à iure non potest imponi à Iudice.*
14 *Nomine actus non venit nisi actus validus vnde pœna imposita pro aliquo actu intelligitur pro actu valido.*
15 *Pœna non declarata contra authorem an declarari possit contra hæredes.*
16 *In actibus humanis ad pœnam in bligendam attenditur qualitas principalis non secundaria.*
17 *Quomodo intelligatur lex disponens quod puniatur affectus.*
18 *Nemo puniri potest duplici pœna.*
19 *An non assignata pœna a iure canonico possit recurrere ad ius ciuile.*
20 *Lex consideratur in instanti temporis quo fuit inflicta vnde Pœna pecuniaria*

Si est

est perso'uenda ad rationem valoris monetę quo tunc temporis erat quo lex lata fuit.

21 *Laicus impediens condemnatum ad mortem ne accipiat sacramentum Eucharistiæ an sit cogendus ecclesiasticis censuris.*

22 *Reus licet timeatur quod sit eripiedus à foro est tamen communicandus.*

23 *Et quid si sit aliud de consuetudine.*

24 *Si Reus nollet se penitere an sit condemnandus absque Sacramentis.*

25 *An Iudex possit augere pęnam vel relaxare à Iure impositam.*

26 *Domini in suis terris possunt remittere Pęnas & quomodo.*

27 *Vbi factum non est punibile nec pęna dari potest.*

28 *Vniuersitas non potest remittere pęnas rei debitas.*

29 *Pęnę solutio duppliciter imponi potest.*

30 *Papa potest obligare ad pęnam etiam ante sententiam.*

31 *Pęnę an possint exigi sine sententia Iudicis.*

32 *Pęna conuentionalis an semper debeatur ante sententiam Iudicis.*

33 *Pœna priuatiua quæ prouenit ex vi Censuræ an liget ante declarationem.*

34 *Zelo vindictæ non licet ab inimico exigere pęnam & quam. & n.35.*

36 *Quando tenemur pacem componere cum inimico.*

37 *Ex diuersitate pęnę non recte distinguuntur delicta. & cur.*

38 *Compensatio de pęnis non potest exigi nisi post condemnationem.*

1 COnstitutus in Iudicio coram Iudice ex aliquo delicto, vel est absoluendus quia inuenitur innocens, vel condemnandus, quia inuenitur Reus, Iudicis enim officium est cōdemnandos condemnare, absoluendos absoluere vt dicit Aluar. Pelag. De Planctu eccles. lib. 2. c. 41. in principio. vnde si Reus absoluendus est quia inuenitur de delicto pretenso omnino innocens attendat Iudex pro defensione suę conscientiæ, ne eum in aliquo condemnet, etiam pro absolutione obtinenda, nec aliquid pro ea soluere faciat, quia est contra omnem Iustitiam, nisi sit vere indiciatus, adest Constitutio 44. Pauli tertij Farnesij quæ incipit ad onus Apostolicę vbi in § 12 expresse præcipit ne innocens quidquam soluat, & notatur etiam in §. 44. vbi pręcipit quando pro carceribus nihil soluatur: & quando carcerati gratis relaxari possunt vt in §. 2. Et circa hoc est omninò delenda omnis consuetudo, tamquam irrationabilis & cōtra ius naturale quod præcipit quod vni cuique ius suum tribuatur; iniquum enim est quod post agnitam Innocētiam debeat quis subiacere solutioni pænæ, quæ sola datur pro culpa, & pro delicto; & datur ansa maleuolis, & officialibus, ministrisue Curię innocentes vexare illa ducti auaritia aliquid ab eis excerpendi Nauarr. Rubr. de Iudic.n.36. cum seq. & Nald. Verb. consuetu-
2 do.n.6. † Quod adeo verum est vt si Reus ex allegatis et probatis condemnatus fuerit vbi primum de Iniustitia constiterit, etiam Fiscus acquisita per priuationem ex condemnatione subsecutam tenetur restituere ita Reginald. in Praxi for. pęnit. lib. 24. n 33. in fine.

At si Reus nocens & delinquens inuentus fuerit, & ideo condemnandus, aduertat Iudex,
3 ne eum absque pęna conuenienti liberet; † ad quod inspiciendum quotuor prę oculis habere debet, nempe Personam, Causam, locum, & tempus aliter enim in vna causa, loco persona, tempore; & aliter in alia inspicere debet ita gloss. in c. fin. de trans. Nald. in Summa. Verbo pęna n. 1. Vide latissime de hac materia differentem Guazzin Patrē meum defens. 33. cui hæc quæ sequuntur addenda iudicaui.

4 Iudices igitur aduertant quod quando dubitatur quod nā tempus inspiciendum sit ad pęnam infligendam, delicti ne, an Sententiæ, resoluendum est, quod quando ius limitat certam pænam, attenditur tempus delicti, & non tempus Sententiæ, vnde contingente quacunque mutatione status personæ, & priuilegij, Condemnatio, & pæna semper erit infligenda secundum primam qualitatem delinquentis scilicet tempus commissi delicti; Si vero ius non limitat certam pænam, sed imponit arbitrariam, vel extraordinariam: tunc attenditur tempus sententiæ, & non delicti. Et ratio differentiæ est quia in primo casu Reus statim obligatus est ad pęnam quia certa est: in secundo autem casu non sic, quia non adhuc est certus, quia nondum Iudex arbitratus est; nihilominus si pæna superueniens est grauior vetere, tunc delicti tempus, & non sententiæ erit inspiciendum, vt est in lege

ge eximente Bannitum soluentem v. g. centum, procedit etiam quoad Bannitos anterioris temporis quo grauior pæna vigebat Petrus Caball. cum alijs. Resolut. crimin. 147. & 156.

5 Secundo aduertant quod Pęna ordinaria locum habet in delicto certo: extraordinaria autem in delicto dubio Sanch. in decal. lib. 1. c. 10. n. 45. in fine; vnde sequitur quod delictum commissum in Aurora cum dicatur factum de die, & non de nocte, quia cum non sit certa qualitas noctis, sed dubia; non est dicendum commissum de nocte, quãquã quod esset imponenda pæna grauior, pæna extraordinaria erit puniendum, ita fuisse decisum notat Frãc. Viuius Decis. Non aliã. 452. & sequitur Anton. Nald. in Verb. qualitas. num. 12. in summa.

6 Et hic nota quod quando pæna est omnino arbitraria Iudex imponere nullo modo potest pænam mortis, nisi tales essent circumstantiæ delicti, vt pro eo Iure communi, vel consuetudine esset imponenda d. pæna: nam præsumitur lex sic iubere, nam si voluisset pena mortis esse reum condemandum, vtique eam imposuisset, sed quia culpam tanta dignam pæna non agnoscit, ideo secundum circunstãtias agrauantes relinquit illam Iudici imponendam, ut latissime Sebast. Guazzinus Patre meus in defens. 33. per totum ex gloss. in l. sacrilegij vers. considerandum ff. ad leg. Iul. cui addo Perez. lib. 8. ordin. tit. 16. lib. 1. qui & alios allegat, & sequitur Sanch. tom. 1. cons. mor. lib. 3. c. vnic. dub. 14.

7 Item nota quod pæna imposita a Iure in aliquo delicto locum non habet in actu vicino ipsi delicto nisi quis actum perficiat, licet talis aliter sit puniendus Iudicis arbitrio: quod idem dicendum est in pæna imposita per statutum quia verba Statuti exigũt actum perfectum, vnde non sufficeret inchoasse, quod secus est de pæna quæ venit imponenda per decretum Iudicis quia talis sic punitur, ac si perfecisset, ex quo peruenit ad actum propinquũ ita Sanch. de matr. l. 10. disp 4. n. 12. Silu. verb. pena q. 5. Emman. Sa Aphoris. verb. pæna nu. 10. Ballæus Flor. tot. Theolog. V. eo. num. 6.

8 Adde quod in pænis non fit ampliatio nec extensio vnde si lata est contra delinquentem non comprehendit auxiliantem, ab vno enim non fit illatio ad aliud ita Abb. in c. si culpa num. 2. De Iureiur. & in hoc casu non spectatur paritas rationis nam pæna non tam pendet a Ratione quam à voluntate legislatoris ita Nald. in Sum. Verb. casus reseruatus nu. 2. & de comm. testatur Sayr. de Censur. lib. 5 c. 15. num. 18. vide infra quæ dixi in c. de pænit. diffusius.

9 Ex quo sequitur etiam quod debet solum tenere suos auctores, nec debet innocens puniri pro alterius culpa, nisi esset propter magnam Reipublicæ vtilitatem, vt sic facilius homines a tam atrocibus delictis, & pernitiosis bono communi abstineant: vnde solent aliquando puniri filij, nepotes, & similes in pænis priuationis bonorum, excepta tamen pæna spirituali scilicet excommunicationis, & aliarum quæ tantummodo suos debet ligare auctores ita Nald. in Verb. Pæna num. 13. Nec obstat dicere quod Interdictum locale etiam afficit innocentes, cum illo lato omnes eius obedientiæ subiacent, quia respondeo quod non dicitur tunc pæna spiritualis: nam non priuat animam suffragijs Ecclesiæ, sed tantum suspendit auditionem officij diuini, quæ suspensio nõ afficit directe animam, & sic innocentibus nõ est damnosa, late Couarr. lib. 2. var. resol. c. 6. ad finem cum Naldo loco citato.

10 Item sequitur quod quamuis in fauorabilibus pæna imposita a Iure in vno casu censetur posita in alio, quando illa duo in Iure æquiparantur: in pænalibus secus est, quia quando aliqua duo in Iure sunt communiter ęqualia, & est ead. ratio expresse, vel indubitate præsumpta, tunc quod statutum est in vno, extendi potest ad aliud sed quando non sunt communiter paria sed tantum in aliquibus casibus tunc non extenditur licet etiam ratio sit eadem, ita Emman. Sa. V. pæna num. 8. Silu. eo. Verb. q. 1. n. 4. Dian. p. 1. tract. 10. resol. 26. & nouissime P. Egid. Ball. in Flor. tot. theolog. V. eo. num. 5.

11 Limita vero a supradicta quando alias non haberet effectum lex, vel statutum vt est v. g. in Statuto pænali prohibente allocutionem cum Bannitis, quod locum habet etiam in mittente epistolas, alias illud facile redderetur inutile, nam dum possent litteras mittere, parũ afficeret non posse loqui. ita gloss. in c. quamquam de Vsur. in 6. & facit text. in cap. Clerici dist. 81. & c. constitutionem vbi gloss. de Sent. excomm. vnde ad regulam quod in odiosis nõ

sit extensio, respondetur regulariter non sit extensio quando sumus in dubio, etiã in Censuris in quibus sit semper interpretatio in benigniorem partem, sed quando aliter redditur effectus inutilis fit extensio, & sic dici potest quod ante factum teneri debet opinio stricta tamquam tutior, ex post facto benignior amplectenda est ita Anton. De Butr. & Apostill. ad Dec. Tholos. notat, & cum eo Gabr. comm. conclus. de Relat. concl. 2. n. 15. Vide etiam Io. Valer. in differ. Vtr. for. Verb. Pæna differ. 1. cũ cum alijs per eum.

12 Limita secundo in casu quo pęna ordinaria esset illata contra Innocentem, nam tunc bene potest extendi contra delinquentem v. g. si quis indebite punitus fuit pęna ordinaria homicidij, si postea verus homicida detegatur, & capiatur, bene poterit ead. pęna damnari Abb. in c. quamuis de re Iud. quẽ refert, & sequitur. Ant. Nald. in Summa Verb. pæna n. 3.

13 Item nota quod pęna si a Iure non sit expressa, illa non potest imponi a Iudice v. g. condemnatur Aduocatus paciscens de quota litis, ista pęna non est infligenda litigantib. qui faciunt huiusmodi pactum quia eis lex non imponit. ita Bart. in l. si aduocatorum vers. nã sicut. C. de postul. Dec. in l. factum §. in pęnalibus n. 51. De Reg. Iur. gloss. in c. vlt. De Iure patron. Nald. d. V. pęna n. 29. Sanch. in Decalog. lib. 16. c. 13. nu. 66. & Diana p. 1. tract. 10. res. 26.

14 Item nota quod pęna quæ imponitur alicui actui, non incurritur si ille actus nullus est, & inualidus, vnde notarius conficiens instrumẽtum nullum non punitur pæna falsi sed tãtum extraordinaria nam nomine actus regulariter non venit actus nisi validus. Sanch. tom. 1. lib. 3. disp. 2. n. 2. & c. cum Felin. in c. ex tenore n. 9. De rescript.

15 Item nota quod pæna Iuris non declarata contra auctorem quæ conuentionalis non est, neque poterit declarari cõtra hæredem, quod procedit etiam in ipso hærede, vnde si maritus non est conquæstus de Adulterio Vxoris, non poterit neq. hæres de huiusmodi delicto apponere, licet maritus bene posset obijcere adulterium hæredibus mulieris ita Gabr. comm. concl. de Malef. lib. 7. conc. 3. Nald. V. pæn. n. 4

16 Tertio principaliter aduertant Iudices quod in actibus humanis ad pænam infligendam attenditur qualitas principalis, & non secundaria, vnde aggrediens principaliter aliquod licitum, quamuis secundario faciat illicitum; in hoc illicito non debet puniri pæna, qua alias puniretur sed mitius arbitrio Iudicis; vnde qui vult occidere Bannitum capitalem, & adhunc effectum ascendit muros Ciuitatis non punietur pæna imposita ascendenti dd. muros quia Aggressus principalis est licitus scilicet occisio illius Banniti ita Ant. Nald. in V. qualitas n. 9. Vers. vltimo qui etiam addit secus esse quando principalis est illicitus vnde qui furatur saccum plenum pecunijs non solum punitur de furto pecuniarum, sed etiam sacci, licet principaliter eum furari nolebat c. qui saccum 15. dist. Ias. in l. si quis ff. de reb. cred.

17 Et hic nota quod omnes pænæ statutæ a legibus contra conatum tamquam contra factũ hodie sunt correctæ per contrariam consuetudinem quod procedit etiam in atrociorib. loquendo de pæna ordinaria vnde non punitur affectus nisi sequatur effectus ead. p. 32. post Guazzinum Patrem meum latissime in d. defens. 33. cap. 24. n. 8. & 9. qui & alios multos allegat. Vide Quarant. Verb. Sodomia limit. 3. fol. 476. Guglielm. & Cyn. in l. 1. C. de extraordin. Crim. Speculat. tit. de Accusat. §. 1. Alex in l. qui & mente ff. de furt. Innocent. in c. perpetua De elect. in 6. Cepol. cons. pen. col. pen. & sic ad regulam quæ dicit quod in atrocioribus puniatur affectus, licet non sequatur effectus, intelligitur eadem lege sed non ead. pæna ita DD. supracitati quibus adde Farinacc. cons. 60 n. 5. qui testatur de comm. & Guazzin. Patrem meum loco citato nu. 3. qui & ampliat multo magis in pænis spiritualibus & irregularitatis incursionem.

18 Quarto aduertant quod nemo puniri potest duplici pæna siue ab homine, siue a Iure. Potest tamen Iudex aliquando inferre duplicẽ pænam, corporalem scilicet & pecuniariam, vt in casu Iniuriæ alteri illatæ, nam tunc potest vnam imponere ob publicam vindictam, alteram in satisfactionem contumeliæ partis offensæ gloss. in c. 1 §. si quis vero. Verb. iniuriam. De pac. tenend. int. Subd. in Vsib. feud. & ibi Carau. in addit. Nau. cons. 1. nu. vlt. De pæn. Gramm. decis. 37. Afflic. decis. 276. in fine & Nald. in Summ. Verb. quantitas numer. 1. in fine post Guazzinum Patrem meum defension. 33. capitol. 21. per totum latissime.

19 No-

19 Nota vero quod pęna non assignata a iure Canonico, vel synodali recurritur ad statuta prouincialia, quibus deficientibus fit recursus ad ius ciuile dummodo tamen dispositio sit proportionalibus statutis Clericorum personis,& rebus.ita Diaz in pract.crim.can.c.147. post multos alios per eum relatos quibus adde Nald.in verb.pœna nu.6. Igitur nota quod vbi a iure Canonico nominatur pœna capitis intelligitur de pœna mortis specialis, vel de amissione dignitatis, nullum enim crimen per Canones irrogat pœnam sanguinis c. his a quibus 23.q.8.Farinac.pract.crim.q.1.de delict. & pœn.q.19.ad n.12.

20 Quinto aduertant quod omnes pœnæ statutæ a lege quando sunt pecuniarię si valorem eiusdem monetæ variare contingat & aliud non fuerit expressum a dicta lege, est persoluenda ad rationem veteris monetæ quæ tunc temporis erat siue auctus, siue imminutus fuerit d.valor;nam lex consideratur in suo instanti temporis, quo inflicta fuit ad hoc vt mens legislatoris interpretari possimus, vt post Sot. & Medin.docent Cou.de monet.c.7.§. vnic. n.3.to.2.& Ant.Nald.in summa d.v.pęn.n.30

21 Sexto aduertant quod iudex laicus sententians aliquem ad mortem si postea impedire vult ne accipiat sacramentum eucharistiæ est cogendus ecclesiasticis censuris Clem.cum secundum de pœn.& rem.c. tanta dist.86.& c. quæsito 13. q.2. & c.super eo de Hæres.in 6. Cherub.in scol.2.Compend. Const.91.Pij V. tom.2.

22 Quod amplia licet timeatur quod sit in foro eripiendus,quia plus existimanda est æterna proximi salus, quam vt aufugiat mortem temporalem ita Silu.verb.Iudex q.13.dist.6. P.a Nau.tom.1.lib.2.c.235.Auers.de sacram. Euchar.q.8.sect.3.nu.11.Bonac.disp.4.q.7.p. 1.num.6. cum alijs per eum tit.de sacram. Eucharistiæ.

23 Secundo amplia licet sit aliud de consuetudine quæ tamquam repugnans iuri diuino quod obligat in articulo mortis communicari; & Canonico vt patet ex d. Clem.cum secundum de pœnit. & remiss. est extirpanda Nau.& alij per Henriq.lib.8.c.5.nu.4.litt.Z. Roderiquez in sum.c.78. nu.5. Reginald.lib. 29.n.70.P.Eg d.Bass.flor.tot.Theolog.v.Cōmunio n.10.

24 Et nota quod si reus nollet se pœnitere, & Sacramentum Confessionis recipere licet in foro exteriori posset eum iudex condemnare aut in foro conscientiæ si secluso scandalo, & periculo fugæ esset spes aliqua, tenetur expectare duos vel tres dies ad instar extremè egētis,cui succurrere necesse est. ita P. a Nauarr. vbi supra n.226. quem refert, & sequitur Io: Valer.de diff. Vtr.for. V.Iudex differ.5.Bonac. loco cit.nu.6. Vide etiam Reginald.d.lib.29. n.70.Suarez q.69.sect.3.Filliucc.tract.4.c.8. q.11.nu.238.Molfes.in sum.tr.3.c.8.nu.32.& Auers.de sacram.Euchar.d. q.8. sect.3. nu.11. vers.nec est tamen.

25 His positis quæritur an iudex possit augere, vel relaxare pœnam a iure impositam respondeo quod iudex commutans pœnam mortis in iure positam in pęnam pecuniariam & e contra,si est in damnum publicum, quod fere semper potest dubitari,peccat mortaliter & fit reus omnium malorum, quæ postea sequuntur ob eius liberationem;ita comm.DD. ex D.Thom.2.2.q.67.art.4.Sot.lib.5.de Iust. quæst.4.art.4.Nauar.in Man.c.25.nu.14.Tolet.lib.5.c.56.Molin.tom.4.tr.3.disp.48.n.3. Clauis reg.lib.12.c.12.n.6.Reginald.lib.15.n. 654.seqq.Valent.2.2.disp.5.quæst.11.in fine & P.Bass.Verb.Iudex n.11.Vide quæ dixi supra deffens. 2. c. 2. & latissime Patrem meum deff.33.c.27.

26 Quibus adde quod Domini nullum recognoscentes superiorem, possunt in suis terris remittere pœnas tam pecuniarias, quam corporales eo modo,quo potest Iudex supremus vt Pontifex,Imperator, & rex; recognoscētes vero superiorem non possunt, nisi ex consuetudine præscripta centum annorum & a Principe tollerata Auend.exeq.mandat.reg. cap.7.n.1.6.8.13.vbi alios refert.Auil.c.2.pretor.§.camera n.5. quem sequitur Sanch.conf. mor.tom.1.lib.3.c.vnic.dub.5.n.3. seqq.

27 Amplia in omni casu vbi factum nō est punibile,nam tūc nec pœna dari potest, tam si sit punibile,de iure quam de statuto, vel de consuetudine vt late notat Sebast. Guazzin. Pater meus in defens.2.c.1.cum alijs latissime.

28 Amplia secundo in Vniuersitate si ex consuetudine statuto populi aliqua pœna veniat ei applicanda & illa sit liquida, nam tunc non potest vniuersitas remittere dd.pœnas quia proprie non sunt Domini,& sic non possunt præiudicare bono communi temporali

ita

ita Auendag. vbi supra nu. 18. & Sanchez loco citato nu. 7.

29 Adde Secundo quod Penę solutio dupliciter imponi potest, vno modo tamquam prętium constitutum a lege secundo modo tāquam pæna violantium legem in primo modo excessus est semper soluendus in conscientia, secundo modo non nisi post condemnationē, hinc est quod testes, vel officiales, qui non reuelant fisco delinquentes, qui tenerentur postea condemnati pęnam soluere, sicuti alibi dictum est, non teneantur ad restitutionem d. pęnę, nisi post condemnationem. ita a Nauarr. man. c. 25. num. 51. qui citat Siluestrum & alios, & sequitur Filliuc. tractat. 21. cap. vlt. nu. 425.

30 Adde tertio quod licet tam pæna ciuilis quā ecclesiastica nō obliget nisi post sentētiam cōdemnatoriam criminis Caiet. 2. 2. q. 62. art. 3. ad primum Sot. lib. 1. de Iust. q. 6. art. 6. Nauarr. cap. 23. n. 66. Attamen summus Pontifex potest etiam ante d. sentētiā obligare, vt si diceret nulla expectata sententia, vel declaratione, & valeret vt in Extrauag. ambitiosa de reb. Eccl. & in sess. 23. Concilii Tridentini cap. 10. de reformat. quod idem est, si hoc declaratur vel per expressam vel tacitam conditionem notāt Filliuccius tract. 21. c. vlt. n. 424. Sayr. de Censur. lib. 1. c. 11. n. 4. Salas de legib. disp. 15. sect. 3. n. 41. Suar. lib. 5. cap. 7. 1. n. 1. de legibus, nouissime Thesaur. De pæn. Ecclesiast. pat. p. c. 3. in principio.

31 Nota tamen quod pænæ positiuæ que ad sui executionem indigent aliqua actione, siue ipso iure siue facto non incurruntur sine sententia iudicis & executione per ipsum vt est priuatio bonorum corporalium patrimonialium, vel beneficiorum, aut officiorum, aut pæna banni, vt de magis communi testantur Tiraquell. in l. si vmquam verb. reuertatur nu. 400. & multi Theologi quos refert Clau. reg. lib. 3. cap. 9. n. 25 cum Suar. de leg. lib. 5. cap. 8. nu. 5. & Layman. lib. 1. tract. 4. c. 15. n. 5. In priuatis vero quæ nullum actum physicum exigunt, vt est priuatio tituli, vel solius dominij, ciuilis, priuatio vocis actiuæ, vel passiuæ obligant in conscientia ipso facto etiam in occultis ante omnem declaratoriam sententiam ita contra Sotum & Molinam de communi testatur P. Egid. Bass. in Florib. totius Theolog. tam moral. quam sacrament. V. pæna n. 3. cum Sanchez de matrim. lib. 9. disp. 10. n. 1. Emman. Sà verb. pęna n. 1. Caietan. 2. 2. q. 62. art. 3. & nouissime Thesaur. de pæn. Eccles. p. 1. cap. 5. vers. respondeo 3.

32 Item nota quod pæna conuentionalis quando non imponitur pro interesse lucri cessantis, vel damni emergentis non debetur, nisi post iudicis sententiam; quia intentio constituentium d. pænā ea est, vt per talā pænam compelli possint ad fidem seruandam, & teneantur ad eā secuta condemnatione ita Nauarr. c. 23. n. 67. Guttier. qq. cannon. lib. 2. c. 20. n. 13. P. Basseus d. v. pæna c. 6. Less. lib. 2. c. 34. nu. 101. & Thesaur. de pæn. Eccles. p. 1. cap. 32. vers. fallit secundo. & Diana p. 1. tract. 10. de legib. resol. 23. vers. 2. quæso.

33 Item nota quod pęna priuatiua, quę prouenit ex vi censuræ ligat in conscientia ante declarationem, Suar. de Censur. disp. 13. sect. 2. Gutt. can. 99. lib. 1. c. 1. nu. 92. & plurimos allegant Ganz. de Benef. p. 7. c. 13. nu. 90. & Sanch. consil. mor. lib. 2. c. 2. dub. 11. nu. 3. qui omnes loquuntur de excommunicato; quamuis contraria opinio sit etiam probabilis vt tenet Sanch. de matr. lib. 3. disp. 51. nu. 12. qui & alios allegat & sequitur Bonacin. de Censur. disp. 2. qu. 2. punct. 4. §. 2. n. 2. cum Conin. h. de Cens. disp. 14. dub. 9. n. 82. Laym. lib. 1. tract. de excom. c. 2. num. 9. §. dico secundo Thesaur. cap. 32. p. 3. vers. fallit tertio qui etiam notat quomodo intelligendum sit de suspenso, & interdicto, & irregulari.

34 Adde quarto quod zelo vindictæ non licet ab inimico exigere pænam, quæ solum infligitur vt satisfaciat Iustitiæ, vt esset pęna verberationis, mutilationis, & mortis; istę enim pænæ tantum zelo iustitie exigendæ sunt, alias esset lictor, ex doctrina D. Thomæ 22. qu. 25. art 9. & ibi Caietan. Siluest. verb. Charitas q. 6. Nauarr. cap. 14. n. 45 Filliuc. tom. 2. tr. 28. nu. 24. cap. primo & tunc seruato etiam iuris ordine, & vt corrigatur ne respublica sit plena hominibus perniciosis.

35 Nota tamen quod regulariter, & vt plurimum non expedit exigere d. penam ad satisfaciendum Iustitiæ, maxime inter æquales ob periculum scandali & vindictæ, ideo expedit etiam remittere actionem in foro exteriori quā in interiori semper tenemur, iuxta verba marci

18. &

28. & luc. 17. de remissione iniuriæ ita Filliuc. d. tract. 28. cap. 1. n. 26.

36 Pacem vero componere cum inimico tunc tenemur quando is legitimæ satisfactioni se offert; & tempus sufficiens ab iniuria elapsum est, nec malum probabiliter timetur oriturum, tunc enim irrationabilis esset negatio pacis, vnde statim ac offensio illata est non tenetur est enim res violenta, & superat humanam fragilitatem, consulenda tamen est & procuranda ita Azzor. tom. 2. lib. 12. c. 3. quæst 7. Filliucc. vbi supra n. 25.

37 Adde quinto quod ex diuersitate penę non recte distinguuntur delicta & peccata tũ quia pęna est quid consequens ad peccatum iam commissum, & consequenter distinctum, tum quia peccata diuersa specie persępè puniuntur eadem pęna saltem humana vt est simonia, & percussio Clerici quæ puniuntur eadem pœna excommunicationis Filliuccius tract. 21. cap. 6 nu. 238.

38 Postremo obiter addendum est quod non potest quis compensationem accipere de pęnis sibi debitis, ad quas alter tenetur, nisi a Iudice condemnentur; quia tales pęnę non sunt regulariter liquidę, & consequenter non potest quis pro eis se compensare ita ex Rebellio de obligat. Iust. quęst. 10. part. 1. lib 2. n. 3. Io: Valer. de differ. vtr. for. Verb. possessio differ. 5. num. 4.

CAP. XL.

De pęnis a Iudice ecclesiastico infligendis.

SVMMARIVM.

1 *Pœna quotuplex sit.*
2 *Nomine pœnarum in priuilegijs Pontificum quid veniant.*
3 *Pęna Ecclesiastica quot modis incurrantur.*
4 *In dubio pęna censetur comminatoria non latę sententię.*
5 *Pęnę latæ sententię cum verbis obliquis an determinentur aliquando ad sensum directum.*
6 *Verbum incurrere etiam si exprimatur in futuro est tamen directum.*
7 *Pœna ecclesiastica solum imponitur pro actibus externis.*
8 *Quid sit actus externus.*
9 *Religiosus conferens se ad curias principum sæcularium animo nocendi suo prælato est excommunicatus.*
10 *Pœna ecclesiastica aliquando imponitur etiam pro actu interno & quomodo.*
11 *Obtinens beneficium Parochiale cum mala intentione non se promouendi ad sacerdotium est excommunicatus.*
12 *Intentio mala facilius obtinendi dispensationem in copula incæstuosa est explicanda.*
13 *Episcopus puniens innocentem ex mala intentione an sit excommunicatus.*
14 *Procurantes beneficia cum spe pensionis an sint excommunicati.*
15 *Iudices Ecclesiastici ad pœnas spirituales non nisi in subsidium procedere debent.*
16 *Differentię inter pœnas spirituales quę sint.*
17 *Statutum respiciens actum prętеritum eo tempore quo delinquens erat subditus etiamsi postea ille existat extra territorium tamen eum ligant.*
18 *Pęnę comminatorię latę a iure quando ligēt etiam cooperantes.*
19 *Pęnę latę sententię quando ligent etiam cooperantes.*
20 *Pęnę in crimine lęsę maiestatis extenduntur etiam contra Conatus.*
21 *In percussione clerici dum extendunt pęnas etiam ad alios.*
22 *In simonia etiam mediatores ligā tur.*
23 *in cooperantibus in abortu extenditur etiam irregularitas.*
24 *Pœna infamiæ procedit etiam in minus principales.*
25 *An pœna latę sententiæ ante declarationem Commissi transeat ad hæredes.*
26 *An censuræ speciales ligent impuberes.*
27 *Et quid de irregularitate, & excommunicatione & si quis suadente. n. 28.*
29 *An iudex possit procedere contra absolutum tantum in foro conscientiæ & quid si fuerit concessa absolutio cum Clausula saluo iure nu. 30.*
31 *An schedula confessionis sufficiat ad absolutionem obtinendam in foro fori.*
32 *Absolutio semper intelligitur satisfacta parte.*
33 *In despensatione Matrimonij non est credendum in foro conscientiæ tantum sed debet ostendere litteras datariæ Romanæ.*
34 *An talis absolutus sit bene absolutus.*

35 Cau-

1 PRæmittendum est quod pœna duplex est alia ecclesiastica, & alia sæcularis; sæcularis est illa quæ a iudice sæculari, vel laico imponitur, & est vel pecuniaria, vel corporalis & dicitur etiam ciuilis eo quod a iure ciuili imponitur ita DD. in Auth. Clericus quoque C. de Epist. & Cler. & in c. cum sit generale de for. competent. Conrad. Brun. de Hæretic. lib. 5. c. 3 n. 1. Angel. in verb. pœna nu. 2. & alij comm. Ecclesiastica vero est illa quæ a Iudice ecclesiastico, vel a iure Canonico imponitur, & est in duplici differentia alia est spiritualis, & alia temporalis, spiritualis est illa, quę principaliter punit animam priuans eam spiritualibus bonis tametsi interdum in consequentiam priuet etiã temporalibus & hæc proprie & ex sui natura dicitur pœna Ecclesiastica vt sunt Censuræ, irregularitas, priuatio beneficiorũ, aut officiorum, inhabilitates, & similia; temporalis vero est, quæ priuat temporalibus bonis & subdiuiditur in pecuniariam, & corporalem ita gloss. in d. Auth. Clericus quoq; & ibi etiam Bald. nu. 7. C. de Episc. Suarez de relig. tract. vlt. lib. 9 c. 2. n. 46. & nouissime Carol. Ant. Thesaur. in tract. De pœn. Eccles. p. 1. c. 1. vers. secundo modo.
2 do.† qui & etiam notat quod nomine pœnarũ quæ in nonnullis priuilegijs Pontificium apponuntur quando .s. dicitur concedimus facultatem absoluendi a censuris & pœnis ecclesiasticis, sunt sinonima, seu æquipollentia & significare solas Censuras, & ponuntur tantum ad maiorem intelligentiam ita notant etiam Gutier. pract. q. 13. nu. 61. lib. 3. Gonzal. in reg. Cancell. gloss. 3. n. 13. Henriq. in sum. lib. 7. cap. 13. n. 6. litt. X. & in Comm. litt. A. Tolet. lib. 1. c. 89. in fine.

3 Secundo præmittendum quod dictæ pœnæ Ecclesiasticæ duplici modo incurruntur, aliæ enim sunt latæ sententiæ, aliæ a iudice infligendæ. Penę latæ sententiæ sunt illæ quæ a iure ipso facto absque ministerio iudicis infligũtur & sunt quando ponuntur ista verba ipso iure ipso facto, vel latę sententiæ; siue quando apponuntur ista aduerbia, confestim, statim, illico, ex tunc, omnino, prorsus, & similia, siue quando pœna ponitur per verba de præsenti vt est declaro definio, iudico, voto; vel per verba imperatiui modi temporis præsentis vt est subiaceat, incurrat, incidat, & similia infligendæ vero sunt quæ requirunt cõdemnationem, vel executionem Iudicis, & sunt quando dicitur præcipimus sub pœna tali, vel incurrat pœnam comminatoriam, vel per verbum futuri temporis excommunicabitur, vel imperatiui temporis sed continetur pręceptum alteri impositum ad ferendam illam pęnam vt excommunicetur a iudice, & simile ita Bart. in l. 1. in fine ff. de compensat. Abb. in c. 1. de re iudicata Felin. in c. rodulphus n. 24. de rescrip. Sayr. in Claui regia lib. 3. c. 8. n 24. & de Censur. l. 1. cap. 1. num. 4. Salas de legibus disp. 15. sect. 3. num. 41. Suar. lib. 5. cap. 7. num. 1. tit. de legibus Bonacin. eo. tit. disp. 1. quæst. 1. punct. 1. num. 6.

4 Nota quod in dubio censetur pęna non latę sententię sed comminatoria & infligenda per regulam generalem quod odia sunt restringenda & in mitiorem partem accipienda c. odia de re iur. in 6. Felin. in d. c. Rodulphus de rescri-

rescriptis num. 28. Suarez de leg. d. lib. 5. c. 6. num. 25. Sayr. de Censur. d. lib. 1. c. 11. Azzor. p. 1. lib. 5. c. 6. & 26. Auil. de Censur. p. 1. dub. 7. Filliucc. tract. 1. cap. 1. quęs. 8. Coninch. disp. 13. dub. 2. num. 20. & 22. vers. Respondeo primo in tract. de Sacram. tit. de Cens. eccles. & nouissime Thesaur. p. 1. c. 3. & Dian. p. 4. tract. 2. Res. 16.

5 Item nota quod licet pæna latę sententiæ aliquãdo proferatur nõ verbis directis, sed obliquis, & communibus vt est excommunicetur, suspendatur, id contingit quia ex alijs additis d. verba communia vel obliqua determinantur ad sensum directum vt notant Sayr. Suar. & Salas vbi supra.

6 Item nota quod Verbum incurrere etiamsi exprimatur in futuro, vel in infinito est tamen Verbum directum, quia ex natura sua excludit factum hominis per text. in extrauag. 2. De simon. & docet Rota Cassad. decis. 1. n. 4. & seq. & de comm. testatur Tiraquell. in l. si vnquam C. de reu. Don. verb. reuertatur numer. 147. & sequitur Thesaur. vbi supra.

7 His positis aduerte quod pæna Ecclesiastica tam si est latæ sententiæ quam ferendæ solum inferri potest pro actu externo, quia ecclesia non iudicat de omnino internis, & occultis quæ soli Deo reseruantur c. consuluisti 2. q. 5. c. erubescant. 32. dist. & ibi gloss. Sanch. Præcept. Decal. lib. 2. c. 8. num. 1. Salas De legib. disp. 9. sect. 2. n. 3. & 6. Sot. in 4. dist. 22. q. 3. art. 3. Vasq. de excom. dub. 13. & 2. 2. disp. 160. Reginald. lib. 9. nu. 158. Auil. de Censur. part. 1. dub. 10. Mar. alterius lib. 3. disp. 13. numero 71. Vgolin. tab. 1. capitolo 9. §. 10.

8 Actus vero externus est signum sẽsibile moraliter significatum in ordine ad aliud actus interni, adeo quod sit perceptabile, vel intelligibile ab alio homine si adesset, saltem in aliqua circunstantia loci etiam si actu nullus homo adsit ita Sanchez in Decalog. Præcept. lib. 2. cap. 8. numero 7. Suarez. de Relig. tomo 1. tract. 3. lib. 1. c. 6. num. 11. & de fide disp. 21. sect. 2. num. 9. Paul. Laym. lib. 2. tract. De fide cap. 14. & Nald. Verbo excommunicatio.

9 Limita quando fertur pæna ipso facto incurrenda pro actu interno non secundum se, & vt internum est, sed per ordinem ad actum externum, quem informat, & cum eo componit vnum actum in genere moris, vt si diceret excommunicamus Petrum si animo turpi, vel ad malum finem aderit monasterium ad colloquendum cum monialibus. Et procedit etiam si actus externus alias esset bonus, vel indifferens ex obiecto, & fine operis: seu ex obiecto immediato, quia potest reddi malus ex obiecto, & fine operantis, seu ex obiecto remoto, seu ab actu imperante, seu intentione mala agentis ita DD. comm. in doctrina D. Thomæ part. 1. q. 20. art. 2. Et procedit licet illa mala intentio seu actus internus nullo modo prodeat exterius, nulloque signo se manifestet ita Sayr. in Clau. reg. lib. 3. c. 6. in fine. Salas De leg. disp. 9. sect. 1. numero 7. 10. & 12. Suarez disp. 4. sect. 2. numero 17. Alphons. a Castr. lib. 2. De leg. pænal. cap. vlt. & alij citati a Bonacina de Censur. disput. 1. qu. 1. num. punct. 2. proposit. 2. num. 4. circa medium.

10 Ex his infertur quod Religiosus qui ad curias Principum sæcularium se confert absque licentia suorum Prælatorum animo nocendi suo Prælato etiamsi ea intentio malo nullo signo externo se prodat, eo quod actus internus componit vnum morale cum externo, est excommunicatus ita Caietan. in Summula V. excommunicatio. Salas vbi supra quos refert, & sequitur Carol. Anton. Thesaur. part. 2. Verb. Curia cap. 10.

11 Secundo infertur quod obtinens beneficiũ Parochiale cum mala intentione non promouendi se ad sacerdotium pæna excommunicationis ligatur c. commissa §. cæterum De elect. in 6. etiam si illa intentio nullis signis externis se prodat ex rationibus supradictionis ita Azzor. p. 1. lib. 5. cap. 10 §. 1 in hac Sanchez libr. 7. De matrimonio disp. 45. num. 1. & numero 11. Garz. p. 3. & 4. numero 58. & alij.

12 Tertio infertur quod Copula habita cũ Cõsanguinea intentione facilius obtinendę dispẽsationis matrimonialis necesse est exprimi d. intentionem, licet sit occulta, quia ille actus internus cadit sub ead. potestate sub qua cadit actus externus per se malus per talem intentionem ita Suarez De Censur. disp. 4. sect. 2. num. 22. Coninch. d. disp. 13. num. 72. Car. Anton. Thesaur. Verb. incestus p. 2. c. 1. nu 6. vers. verum est.

Tt 13 Quar-

23 Quarto infertur ex Clement.1.§.verum de hæretic. Inquisitores vel episcopos qui cum mala intentione odij vel spe lucri puniunt aliquem innocentem, esse excommunicatos non precisè ob actum internum odij, sed per ordinem ad actum externum punitionis, qui prouenit ex actu interno odij gloss. in d. Clement. not. 2. & ibi Imola Botnias. Anchar. & alij. Angel. Verb. excommunicatio 7. cas. 42. Silu. eo. num. 81. Suar. De Censur. disp. 1. q. 1. punc. 2. numer. 4. Thesaur. Verb. inquisitor. cap. 5. part. 2.

24 Quinto infertur quod procurantes in Curia Romana Beneficia pro personis cognitis, sed id ignorantibus cum spe super eisdem beneficijs contractandi cum prouisis, seu paciscendi, vel procurantes pro alijs beneficia cum spe pensionis ab eis obtinendæ, vel accipiendi alicuius commodi temporalis quamuis modici, etiam quod ista intentio fuerit mente retenta etiam nullo pacto externo interueniente incidunt in excommunicationem & in alias pœnas latas in Bulla 12. Pauli. 4. quæ incipit inter cæteras. vt notant Garz. par. 11. c. 3. nu. 141. & Thesaur. Verb. simonia cap. 5. par. 2. vers. amplia.

25 Secundo principaliter aduerte quod Iudices ecclesiastici ad pœnas spirituales præsertim ad pœnas excommunicationis non nisi in subsidium procedere debent, cum nulla maior pœna reperiatur in ecclesia, dum Spiritualia tractat, quam excommunicatio c. corripiuntur 24. q. 3. vnde S. Greg. Nanzianzen. & S. Chrisost. relati a nostro emminentissimo Baronio tom. 1. annal. fol. 451. vers. hic etiam grauissimum, dicunt hoc pœnarum spiritualium grauissimum pondus non nisi ex vrgentissima causa adhibendum esse, ita vt necessarium sit prius constare ex actis realem vel personalem executionem fieri non potuisse ad minus per nuncij relationem, & declarauit Sacra Congreg. Interpetum Concil. Trident. super c. 3. sess. 25. teste Barbos. de Iur. Ecclesiast. lib. 1. c. 39. §. 4. nu. 77. qui etiam testatur de Sibillo Curies.

16 Tertio aduerte, quod dd. Pœnæ spirituales, vt sunt Censuræ aliquando feruntur per modum sententiæ, aliquando vero per modum statuti; quando feruntur per modum sententiæ afficiunt personam subditam vbicunque sit, etiam extra territorium, siue latæ sint per sententiam generalem siue specialem, si vero latæ sunt per modum statuti, tunc obligant solum existentes, & delinquentes in territorio legislatoris; dicitur enim lex territorij ita Abb. in c. a nobis de Sentent. excommun. Alter. de Censuris lib. 3. disput. 9. cap. 3. col. 12. & alij contra Couarr. in c. alma mater p. 1. §. 10. nu. 3. vt notat Bonacin. disput. 1. q. 1. punct. 11. n. 2. De Censuris.

17 Nota vero quod si statutum respicit actum præteritum patratum eo tempore, quo delinquens erat subditus, adhuc ligatur censura, etiam si extra territorium existat: sicuti etiam dici debet quando causa iam inchoata fuerit, & interim Reus mutet domicilium adhuc etiam poterit conueniri, & pœna spirituali ligari c. proposuisti De foro competent. Sayr. lib. 1. c. 11. num. 18. Filliucc. c. 3. quæst. 10. concl. 2. num. 76. lib. 11. tom. 1. Coninch. d. disput. 13. num. 57. nam licet dictus Reus non sit simpliciter subditus, attamen respicitur persona secundum se, & consequenter illam afficit vbicunque existat. ita Bonacin. loco citato num. 2.

18 Quarto aduerte, quod Pœnæ comminatoriæ sententiæ scilicet ferendæ statutæ a Iure contra committentes aliquod delictum procedunt eodem modo contra alios scilicet contra cooperantes, auxiliantes, & similes, quotiescunque fuerunt causa proxima delicti, & si efficaciter in talem effectum influxerunt, omnes debent puniri pœna ordinaria statuta, secus vero si tantum cooperati sunt remote ita vt sine illorum cooperatione eodem modo esset sequutus effectus nam tunc puniendos esse pœna minori idest extraordinaria dicunt comm. DD. teste Iul. Claro quæst. 90. §. final. & Farinacc. quæst. 130. num. 41. & seq.

19 † Quod attinet vero ad pœnas latæ Sententiæ maxime in spiritualibus cooperantes etiam proxime, & efficaciter non incurrunt, quia in his fit stricta interpretatio, & non extenduntur etiam ex identitate rationis vt alibi etiam dictum est Caiet. Summ. Verb. excommunicatio cap. 47. Siluest. eo. 10. dub. 4. Tab. V. eo. cas. 49. Sanch. de matrim. disp. 48. num. 3. lib. 7. Vitalin. in Clem. 1. num. 34. De Consang. Nauarr. manual. cap. 27. numero 51. qui de communi testatur, & cons. 48. numer. 2. de Simonia. vbi de omnibus pœnis generaliter loquitur quando sunt latæ sententiæ Sanchez

opus.

opusc. moral. lib. 2. cap. 3. numero. 104. Suar. De censur. disp. 4. sect. 3. numero. 5. Ioan. Andreas in cap. adit de Reg. Iur. in 6. Abb. in cap. vlt. de iurepatron. Tiraquell. in l. vnquam vers. reuertatur numero 203. C. de Reuocat. Donat. vbi testatur de magis communi Hypolit. de Marsil. in capit. & si Clerici numero 56. de Iudice quod amplia etiam si talis cooperatur esset mediator aut Proxenita ita Sanchez, & Nauarra vbi supra.

20 Limita si ex verbis legis pænalis aliud colligitur tacite vel expresse, vt est in crimine lesæ maiestatis, in quo extenditur etiam ad conatum, qui punitur eadem pæna ac si effectus esset consummatus l. 1. ff. ad leg. Iul. maiest. &

21 l. 3. C. eo. vbi comm. dd. † Item in Simonia vbi etiam mediatores tenentur, & cooperantes ad restitutionem ecclesiæ lesæ extrauag. 2. de Simon. & notat Vgolin. de Simon. tab. 4.

22 cap. 8. numero 3. & seq. † Item in percussione Clerici vbi Iura expresse extendunt etiam ad alios cap. ex quanta de sent. excom. et notat Auil. de Censur. p. 2. cap. 5. disp. 3. dub.

23 2. post conclus. 2. vers. ad secundum † Item in cooperantibus in abortu vel homicidio quoad Irregularitatem quia omnis cooperans in illud est irregularis scilicet si sine illius auxilio principalis non fecisset vel non tam facile, vel non tam cito cap. sicut dignum §. qui vero & ibi Doctores De homicid. & alia similia exempla inuenies apud Thesaurum tract. De pæn. Eccles. part. 2. Verb. Procuratio.

24 Item limita in pæna Infamiæ Iuris resultante ex sententia condemnatoria, vel ex transactione in causa famosa, quia hæc pęna est in consequentiam penæ comminatoriæ, ideo procedit etiam in alios minus principales si fuerint condemnati, vel si pacti fuerint, nam vt dicit gloss. & Bald. in l. Imperator ff. de postuland. infamia proprie non est pęna, sed est aliquid consecutiuum ad pęnam Vide tradita a P. Thesaur. p. 1. cap. 10. vers. limita tertio, & ego dixi infra tit. De pæna Infamiæ.

25 Quęres modo hic an pæna latæ sententiæ commissa ante declaratoriam transeat sed hæredes? & Respondeo affirmatiue tam passiue quam actiue, nam quod commissum est statim desinit eius esse qui crimen commisit, vnde dicta pæna bonorum iam ipso iure incursa, transit ad hęredes defuncti: vt de commu. testatur Tiraquell. in d. l. si vnquam §. reuertatur numero. 296. & 298. C. de reuocat. Donat. Cyn. in l. 2. C. qui test. fac. poss. Bald. in Rubr. C. si pend. appellat.

26 Quinto aduerte quod minores, & impuberes non dum proximi pubertati etiam maiores septemnio non possunt ligari Censuris specialibus latis ab homine, vel per edicta generalia pro culpis pręteritis nisi dolo capaces inueniantur, quia pręsumptione iuris & de iure tales impuberes non censentur delinquere ita Suar. de Censur. disp. 5. numero. 19. sect. 1. coninch. disput. 13. numero 45 Roderic. 99. Regul. tom. 2. quæst. 60. art 2. Sanchez. Decalog. lib. 1. cap. 12. numero 8. Bonacin. De censur. disp. 1. quæst. 1. punct. 4. numero 9. Et numquam in dd. sententijs generalibus pro culpis præteritis censentur comprehensi nisi exprimantur ita Sanch. l. c. 12. num. 7 Paul. Laym. lib 1. De legibus cap. 10. numero 5. Diana par. 2. tract. 4. resol. 120. Thesaur. De pæn. Eccles. part. 1. cap. 1 . vers. censuris qui & in fine dicit quod talis impubes pubertati proximus non incurrit iuris pænas proprie dictas si delinquat in ommittendo. Vide Diana part. 3.

27 tract. 6. resol. 88. † Quod intellige etiam de Irregularitate Ascan. in Summ. Dian. Verb.

28 irregularitas numero 2. † Limita vero in percussione clerici & hoc propter delicti grauitatem Castro Pallauicino opusc. moral. tom. 1. tract. 3. disp. 1. punct. 24. §. 2. numero 9. Zambell. Verb. excommunicatio numero 22.

29 Sexto aduerte quod contra dispensatum, vel absolutum in foro conscientiæ tantum, potest Iudex procedere ad pęnas, ecclesiasticas spirituales ab eo incursas ac si absolutus vel dispensatus non esset, vnde excommunicatus tali modo absolutus poterit a dicto Iudice declarari, & denunciari, & si celebrauerit declari irregularitatem inuenisse, quamuis coram Deo non sit talis, nam ea quæ sunt gesta in foro penitentiali non probant regulariter in foro externo, qui non iudicat de rebus occultis gloss. in c. de his in fine de Accusat. Nauarr. cons. 23. n 4 De pænit. & remiss. cons 82. nu. 2 de simonia & cons. 51. De sentent. excomm. Menoch. De Arbitrar. cas. 539. n. 3. Suar. tom.

4 de relig. tract. vlt. lib. 9. c. 2. n. 35. Sanch. lib. 8. de matrimon. disp. 34. n. 29. Genuens. prax. c. 25. Auila de Censur. p. 2. cap. 7. disput. 3. dub. 12. §. ex dictis Layman De Cens. in comm. lib. 1. c. 7. nu. 7. & de comm. testatur Thesaur. cap. 22. p. 1. de pæn. Eccles. Sanchez disp. 26. n. 18. Dian. p. 3. tract. 6. resol. 88. qui & alios allegat.

30 Et hęc maxime procedit si fuit d. absolutio concessa saluo iure cognoscendi de illo delicto in foro externo, vt fieri solet de consuetudine Merand. in man. Prælat. tom. 1. qu. 96. art. 7. Reginald. lib. 9. num. 5. medin. in instruc. lib. 2. cap. 12. ad finem Coninch. d. disp. 14. dubbio 16. num. 227. Henriquez in Summ. lib. 13. c. 27. num. 5. Roderiq. p. 1. cap. 83. numero 9.

31 Limita quando constet talem fuisse absolutum per Schedulã Cõfessarij vt solent multi Pænitentiarij agere dum requiruntur, tunc Iudex potest saltem contra eum benigne agere, & illam etiam si velit acceptare, & repellere Promotorem fiscalem ita Nauarr. cons. 4. n. 4. De fid. Inst. Genuens. in Prax. cap. 25. Menoch. De Arbitr. cas. 539. & Dian. p. 1. tract. 11. resolut. 26. vers. nec obstat vbi alios allegat.

32 Quod intellige nisi pars legitime contradiceret in casu quo Iudex non procederet ex officio sed ad instantiam partis, tunc non potest Iudex eam acceptare in præiudicium partis, nam semper absolutio intelligitur satisfacta parte vt per Nauarr. Genuens. loco citat. Vide Paul. Laym. de Censur. in comm. c. 7. numer. 7. Auil. p. 2. cap. 7. disp. 3. dub. 13. Nauarr. cons. 51. numero. 3. De Sentent. excommunicat.

33 Dispensationem vero super impedimento matrimonij in foro tantum conscientiæ non potest Iudex ecclesiasticus ratam habere sed debet constito de illo impedimento cogere ad separationem donec obtineant dispensationem in Dataria *Papæ*: non est enim obligatus illi credere donec ei constet in iudicio, & hoc ad euitanda scandala, & pericula ita Nauarr. cons. 4. De Iud. n. 7. Sanch. lib. 3. disp. 15. num. 15. & 17. Coninch. d. Sacram. disput. 27. n. 6.

34 Nota tamen quod talis sic absolutus non indiget noua absolutione, immo potest cum alijs communicare, & exercere alios actus prohibitos per Censuram; dummodo constet etiam alijs d. Absolutio propter scandalum, nam re vera fuit absolutus ita Bonacin. vbi sup. punct. 40. num. 3 cui addo Nauarr. cons. 23. De pænit. & remiss. & Nald. V. excommunicatio. num. 39.

35 Item nota quod si causa fuit deducta ad forum externum, & ad huc pendet sub Iudice, & excommunicatus est paratus satisfacere parti, cum primum possit, poterit absolui in foro conscientiæ: sed coram iudice agendum erit pro Iuridica causæ expeditione, qui Iustitiam debitam administrare debebit, & si pars læsa renuerit acceptare d. satisfactionem congruentem poterit etiam in foro externo excommunicatum absoluere Auil. de cens. p. 2. capitulo 7. disp. 3. dub. 10. Suarez tomo 5. folg. 163. in fine quos refert, & sequitur Nald. in Summa Verbo excommunicatio num. 39. vers. solet autem dubitari.

36 Septimo aduerte quod quando sententia pænæ spiritualis puta excommunicationis suspensionis est valida in foro fori quia est iusta secundum acta, & probata; licet sit iniusta in foro coscientiæ vt v.g. si lata esset ex iusta causa apparenti, debet timeri in vtroque foro, & si reus priuetur vel declaretur priuatus beneficio, vel officio, & illud alteri conferatur huiusmodi prouisio erit valida pro vtroque foro: quia Sententia in se iniusta sed iusta secundum acta, & probata, valide priuat bonis communibus seu publicis, licet non priuatis, quia sic expedit bono publico Coninch. disp. 13. De cens. numero 118. Suar. disp. 4. sect. 7. numero. 23. & 29. Menoch. de arbitr. cas. 542. Sayrus lib. 1. c. 17. num. 7.

37 Octauo aduerte quod nunquam potest proprie dicta Censura ferri propter peccatum quod sit solum contra ius naturale, vel diuinum, sed necessarium semper est vt Reus faciat etiam aliquo modo contra ecclesiam spernendo eius præceptum vel admonitionem; quia Censura non est instituta, nisi ad frangendam contumaciam, siue inobedientiã erga ecclesiam c. ex parte de Verb. signif. facit text. in c. qua fronte de appellat. & c. ex literis de Constit. Nauarr. c. 17. num. 9. set. in 4. dist. 22. quæst. 1. art. 2. concl. 4. Auil. De Censur.
38 p. 1. c. 5. disp. 1. dub. 10. † quod intellige tam de excommunicatione quam de omnibus alijs pęnis

pænis ecclesiasticis spiritualibus vt est suspensio, interdictum, irregularitas vt notat Suar. disp.4.sect.5.num.6.quam refert, & sequitur Coninch. disput.13. de Censur. in gener. dub.8.

39 Et notent Iudices hic quod quando in iure fertur aliqua pæna specialis propter aliquod peccatum, intelligitur de peccato completo vt supra etiam dictum est cum Sebastiano Guazzino Patre meo cui addo etiam hic Coninch. disp.13. nu.75.de Censur.Auil.p.2.c.5. disp.3.dub.5.Suar.disp.4.sect.3.nu.4.Nauarr. cons.37.lib.5.de sent.excom.n.2.Sanch. lib.3. de matr.disp.2.n.5.sub finem Dian. p.5. tract.

40 9.resol.56. † Nisi aliud exprimatur, facit textus in c. perpetuo sanctionis de elect. in 6. & ex eo notat Coninch.d.disp.13.n.15.& docet Auil.de Censur.p.2.cap.5. disp.3.dub.5.Suar. disp.4.sect.3.nu.4.Nau.cons.37.nu.2.lib.5.de sent.excomm.Sanch.lib.3.de matrim. disp.5. num.5.sub finem. Dian. part.5.tract.9. resol.56.

41 Quæritur modo an dd. pænæ speciales ferri possint ob culpas leues? & respondeo quod nisi fiant graues ratione circumstantiarum, vel Inobedientiæ non possunt, nam pæna debetur pro culpa; vnde cum pænæ speciales sunt graues, non nisi quam ob culpas graues ferri possunt. Suar.disp.4.sect.4.nu.7. quem refert & sequitur Coninch.d.disp.13.dub.8.nu 68. & nu.66.seqq.quibus addo Dian.p.5.tract.9. resol.47.qui etiam citat Fabr.4.dist.25.qu.1.

42 disp.5. p. 2. num.51.† & etiam notant quod quando feruntur dd.pænæ solum ad terrorem non obligant sub mortali adde Sanchez in Sum.tom.2 lib.6.cap.4.num.51.Dian.part.3. tractat.6. resol.66. immo etiam quando sunt comminatoriæ tantum vt dicit idem Dian. part.1. tract.20. de legib.resol.21. licet ipse omnino non approbet hanc opinionem tamquam periculosam ego dico quod quando potest iudicari, quod dictæ comminatoriæ sint tantum ad terrorem, sicuti sæpe contingit, idem sit dicendum scilicet quod non obligent ad mortale eadem ratione; secus vero si ad punitionem, nam tunc præsumitur culpa grauis cum sit etiam pæna grauis. vide Silu. v.scrupulus num.4.& Nald.V.excommunicatio nu.3.

43 Limita in interdicto & suspensione, quæ possunt ferri etiam pro peccato veniali vt notant Caietan. in summul. Verb.suspensio Henriquez lib. 13. cap. 50. num. 1. & alij ego vero dicerem tutius esse in praxi se a tali opinione abstinere quia pænæ ecclesiasticæ hac de causa parui pendentur & vnde melius est pro leuibus culpis etiam pænas leuiores adhibere & v.g. suspendere ab vno tantum actu eligendi, vel ab ingressu ecclesiæ per mensem & simile, nam hæc leuia communiter pro leuibus permittuntur a D.D. vt notant Dian. part.5. tract.10. resol.19. cum alijs per eum allegatis Coninch.d.disp.13 de Cens.dub. 8.num.68.Cornelio in part.3.tractat.5. disp.3. dub.2.& Anton.Nald. in summ. V.Censura num.4.

44 Et nota quod dum dicitur quod nemo ligatur dd. pænis præsertim excommunicatione nisi pro mortali, intellige de excommunicatione lata a iure; nam in excommunicationem lata ab homine incurritur etiam quod prohibitum vel iussum ab eo non sit ex se mortale; efficitur enim mortalis eius trangressio quia mandatur ab homine sub pæna excõmunicationis quæ pæna maxima est,& obligat sub mortali, licet alias non esset peccatum vt est in alloquentibus cum monialibus licet allocutio per se non sit mala attamen si est prohibita sub pæna excommunicationis, est peccatum graue ob prohibitionem factam ab homine sub tali pæna, videlicet excommunicationis ipso facto incurrendæ ita Silu.d.v.scrupulus n.4.in fine. Nald. verb. excommunicatio n. 3. vers. & quid & Reginald.in Prax.for. pænit.lib.32.c.20. nu.28. qui etiam dicit cum Suar.disp.28.sect.4.sub fin.quod quando grauis suspensio ab officio vel beneficio iure imponitur ob aliquod crimen, non incurritur ab eo qui illud committendo peccat solum venialiter siue ex defectu deliberationis siue ex leuitate materiæ quod valde in praxi notandũ est vide etiam Dian.p.3.tr.6.res.51.cũ Filliuc. tract.20.c.3.nu.58.& alijs per eum allegatis.

45 Item nota quod licet in excommunicationẽ quis nõ possit incurrere nisi pro peccato mortali vt supradictum est; in foro tamen fori sufficit culpa, vel contraria præsumpta mortalis etiam si in rei veritate d.culpa non præcesserit Vnde in praxi est aduertendum quod ad incurendas pænas speciales tam fori exterioris quam interioris requiritur peccatum mortale verum, sed ad pænas fori exterioris tantum suffi-

sufficit præsumptum sic singulariter declarat Io: Valerius de differ. vtr. for. verb. excommunicatio diff. 9 n. 8. limitando quod tradit Suar. tom. 5. disp. 18. sect. 2.

46 Item nota quod si talis excommunicatus non se gerat vt excommunicatus, potest accusatus a iudice excommunicante puniri tamquã violator, & inobediens Suar. loco cit. sect. 7. disp. 4. nu. 18. quem sequitur Valer. vbi supra num. 8.

47 Nono principaliter aduerte quod Iudices Ecclesiastici habentes potestatem ferendi cẽsuras, non possunt eis vti in causa propria quia nemo potest esse sibi Iudex cap. inter querelas 23. q. 4. Dian. p. 5. tract. 9. resol. 52. quod intellige procedere quando profertur per modum Iudicij, nõ autem per modum defensionis cõtra violẽtem inuasorem, quia iura omnia vim vi repellere permittunt c. dilecto filio de sent. excomm. in 6. Mercor. de Sacram. p. 3. qu. 10. dub. 4. & etiam vbi causa est tam manifesta, vt nec negari valeat, nec examinari oporteat Abb. in c. cum venissent de iudic. Dian. vbi supra res. 52.

48 Decimo aduerte quod pœna specialis lata sub disiunctione. s. sub pœna excommunicationis, vel suspensionis ita vt arbitrio rei relinquatur, vt eligat quam maluerit ex duobus,

49 valet † Iudex tamen hoc modo ferens censurã grauiter peccat quia est contra rationem pœnæ quod relinquatur arbitrio rei Corneio in 3. part. tract. 5. disp. 5. dub. 4. Dian. p. 5. tr. 9 res. 63. sed reus nullam illarum eligens, in ambas cadit Filliuccius to. 1. lib. 11. c. 5. n. 187. Zambell. resolut. cas. consc. v. excommunicatio nu. 38.

50 Vndecimo aduerte quod pœna specialis iniuste lata quia scilicet fuit sine iusta causa, vel ex causa iniqua, vel falsa, vt quia non comparuit tali die, & præcise fuit impeditus vt in c. venerabilibus §. porro vers. idem iuncta ibi gloss. in verb. impedimento vbi ponũtur multa exempla de sent excom. in 6. vel quia Iudex iubeat rem impossibilem v.g. a paupere solui statim debitum de quo D. Anton. p. 3. tit. 24. c. 73. §. 1. ad fin. vel quia fuit sine ulla monitione de quo in c. si Episcopus 11. q. 3. uel similia copiose tradita ab Henriq. in sum. tit. de excom. c. 15. §. 1. est a d. excommunicato seruanda quoad ecclesiam tam in publico quam in priuato, non tamen quoad Deum ut est communis tutior, & conuenient cor opinio, & ante factum cuicumque consulenda licet post factum possit consulere quod in publico sit etiam quoad Deum seruanda propter scandalum licet non in priuato, & occulto Couar. in c. alma mater. p. 1. § 7. n. 7. Nau. consl. 65. nu. 2. de sent. excomm. & n. 3. & 48. Caiet. 2. 2. q. 70. ar. 4. ad 2. Durand. in 4. dist. 18 q. 4. Alfons. a Veracrux in specul. Coniugat. p. 3. art. 5. pag. mihi 544 Cened. collect. 25. in Decretal. n. 5. Henriq. de excomm. cap. 14 § 3. & 4. & de Indulg. c. 13. §. 2. in fine ubi late in gloss. u. & dicit communem Cordub. lib. 1. qq. quæst. 13. & 43. Sotus in 4. dist. 22. q. 1. art. 4. uers. adde Paludan. 4. dist. 18. q. 1. art. 3. & nouissime Io: Val. diff. utr. for. v. excommunicatio diff. 9. n. 7. vers. nos uero.

CAP. XLI.

Quæ seruare debet Iudex ecclesiasticus in ferendis pœnis spiritualibus.

SVMMARIVM.

1 *Nemo ferre potest Pœnas spirituales nisi habeat iurisdictionem.*
2 *Pœna spiritualis debet exprimi per signa exteriora.*
3 *Item debet adesse causa.*
4 *Quæ pœna incurratur ab ecclesiastico aliter faciente.*
5 *An peccet mortaliter.*
6 *An requiratur temeritas.*
7 *An Episcopus sit comprehensus in supradicta pœna.*
8 *An quando fertur per modum legis Generalis.*
9 *Quænam verba requirantur ad pœnas Ecclesiasticas.*
10 *Verba de futuro an sufficiant vt .e.g. excommunicabo.*
11 *Verba indefinita nihil operantur.*
12 *Quomodo debeat assignari persona.*
13 *An censura lata sine scriptis & sine expressione causæ sit valida.*
14 *An censura lata a visitatore dicatur lata à iure.*
15 *An requiratur in his pœnis spiritualibus trina monitio & n. 16.*

17 Quid

17 Quid si constet de Contumacia rei an requiratur dicta monitio.
18 Intellige supradicta de omnibus penis Ecclesiasticis.
19 Quando pene spirituales late sunt pro futuris culpis an requiratur nominatio sicuti etiam quando est latum preceptum sub censura ipso facto incurrenda & n. 20. & 21.
22 An saltem requiratur citatio in sententia declaratoria censure & n. 26.
23 Pretermissa Citatione an declaratio sit valida & n. 27.
24 De Episcopis in penis spiritualibus debet esse facta specialis mentio.
25 Admonitio & citatio debet fieri ad instantiam partis.
26 Excessus notorius an requirat citationem.
28 Monitio debet esse trina & vna pro tribus & quomodo debeat assignari tempus.
29 An intercedente vna tantum monitione censura sit valida.
30 An dicta monitio debeat esse personalis & quid si non habeat domum vel se abscondat nu. 31.
32 Facta semel monitione alia sufficiunt quod affigantur ad valuas Ecclesie.
33 Quando fertur aliqua pena Ecclesiastica contra communitatem sufficit fieri monitio illi ob cuius delictum est ferenda.
34 Monitio debet esse facta sub pena excommunicationis.
35 In penis ecclesiasticis debet apparere causa que debet etiam esse expressa in scriptis. nu. 36.
37 Prelati Mendicantium habent facultatem ferendi excommunicationem solo verbo.
38 Causa probata per testes realiter non vera in conscientia non sufficit.
39 Censura lata amore vindicte an sit valida.
40 Censura semper timenda est.
41 In penis spiritualibus seruanda est circunstantia loci quod non sit exemptus vel alterius iurisdictionis.
42 Religiosorum Prelatus habens iurisdictionem sine territorio potest vbique ligare suos subditos.
43 Iudex ferens censuram sine strepitu iudicij an possit extra suum territorium.
44 Quando Censura liget etiam subditos extra territorium existentes & n. 45.
46 An extraneus delinquens in territorio alterius superioris possit ligari Censuris.
47 Papa sententia ligat omnes christianos quouis loco existentes.
48 Subditi futuri quomodo ligantur dictis penis spiritualibus.
49 Locus exemptus quomodo excuset transgredientes statutum ordinarij & n. 50.
51 Quod territorium debet inspici in Delicto incepto vel consumato.
52 Communicans in crimine criminoso quomodo incurrat in eandem censuram.
53 Temporis circunstantia est etiam aduertenda in censuris sicut etiam persona.
54 Quando necessaria sint monitoria.
55 Pene ecclesiastice debent omitti quando moraliter aduertitur non esse obtemperaturos nisi ferantur ad terrorem.
56 Quomodo censure debent ferri contra debitores.
57 Per appellationem suspenditur censura late sub conditione.
58 Et quid si sit lata pure & absque conditione.
59 An a declaratoria detur appellatio.
60 Quod tempus requiratur ad dictam appellationem.
61 Petens Romam vel superiorem an egeat alia appellatione.
62 Iudex a quo potest absoluere a sua Censura.
63 Quem effectum operatur appellatio a dictis penis.
64 An possit dari absolutio extra confessionem.
65 Petitio absolutionis an faciat probationem contra petentem.
66 Quid requiratur ad cognoscendum an absolutio sit lata in vtroque foro.
67 Quid requiratur vt constet de facta partis satisfactione & quid nomine partis & nomine satisfactionis intelligatur.
68 Vtrum absolutio sine satisfactione partis sit valida & n. 69.
70 Qui moraliter non potest satisfacere an possit absolui.
71 Facta satisfactione an sit necesse etiam quod interueniat absolutio.
72 Ritus qui seruandus est in dicta absolutione.
73 An impeditus adire Romam pro absolutione ab Episcopo possit absolui & an debeat absolui

1 PRimo aduertendum est a Iudice ecclesiastico pro defensione suæ cōscientię quod non potest ipse ferre pænas spirituales, nisi habeat a iure potestatē, vt ex iure ordinario adest Papæ Episcopi, Legati a latere Vicarij supradictorum, Capitulum sede vacante, & alij quibus ex officio, vel statuto Ecclesiæ competit, vt e. g. Cardinales respectiuè ad ecclesias in quibus d. iurisd. in foro externo habent, Abbates Prælati religiosorū, & alij habentes Iurisdictionem in foro externo item Collegium Ecclesiasticum vbi plures, aut saltem ęquales sunt ecclesiastici sæcularibus si ei concedatur, & tandem clerici omnes quibus concessa fuit talis facultas ab habēte potestatem ordinariam cum multis alijs Bonacin. de cens. d. 1. qu. 1. p. 1. nu. 5. Laicus vero non potest nisi de potestate absoluta Papæ, est enim de iure humano vt potestas spiritualis iurisdictionis a solis Clericis exerceatur DD. vbi sup. Vide Auers. de Sacram. pænit. quęst. 16. sect. 4. num. 2.

2 Pęna vero spiritualis ab eo lata debet exprimi per signa exteriora, & non per solam voluntatem internam ipsius volentis, requiritur .n. ad incurrendam hanc pænam contumacia, quę numquam dicitur nisi prçceptū superioris fuerit expressum, & quamdiu non exprimitur, ignoratur & ignorantia excusat a contumacia c. 1. de sentent. excomm. in 6. Silu. Verb. excommunicatio 1. n. 15. Nau. man. c. 17. n. 12. Sayr. de Censur. lib. 1. c. 11. n. 1. Filliuc. tom. 1. lib. 1. c. 3. quæst. 2. Vgolin. Tab. 1. c. 1. & alij per Bonacin. de censur. disp. 1. q. 1. punct. 3. n. 1.

3 Item debet adesse causa, quæ est culpa, pęna enim nō infligitur absque culpa, quę debet esse grauis iuxta qualitatem penę, & in excommunicatione debet esse propria, & non aliena, licet in suspensione & interdicto etiam pro alienis incurri possit, quia licet in illis an sit culpa, adest tamen causa ita Bonac. vbi supra n. 3. Reginald. lib. 9. nu. 156. & 167. Filliuc. tom. 1. tr. 12. c. 6. n. 157. Coninch. disp. 13. d. 8. n. 66. & alij comm.

4 Quæ pęna vero incurratur a iudice Ecclesiastico aliter faciente notatur a P. Thesauro p. 2. verb. censura cap. 2. vbi ex d. c. 1. dicit si quis autem iudicum huius constitutionis temerarius violator extiterit per mensem vnum ab Ecclesię ingressu & diuinis officijs nouerit se esse suspensum; superior vero ad quem recurritur, sententiam in tali casu relaxet, & d. Iudicem talia facientem condemnet in expensis & interesse, & alijs arbitrio puniat, & si diuina officia in d. censuris fuerit executus, fiet irregularis a solo Papa dispensabilis, sic etiam notant Menoch. de arbitr. cap. 541. a num. 14. Nau. vbi supra n. 8. Sayr. lib. 5. c. 13. n. 17. Henriq. lib. 3. cap. 34. n. 4. Aul. p. 2. c. 2. disp. vnic. dub. 3. Coninch. tit. de Censur. disp. 13. sess. 1. dub. 9. nu. 85. Alter. de Cens. tom. 2. disp. 7. c. 2.

5 Ex quo constat peccare etiam mortaliter quia facit contra ius in materia graui præscripta sub pæna grauis censuræ ita Bonacin. d. disp. 1. punct. 8. n. 1. cū alijs per eum allegatis.

6 Nota vero quod ad incurrendam hanc pænam in iudice ecclesiastico requiritur temeritas ad quam sufficit etiam lata culpa, & ignorantia crassa vt dicit gloss. in d. c. 1. verb. temeritas

ritas & ibi etiam DD. commun. & notat Genuens. in Praxi c. 24. nu. 1. & Thesaur. d. p. 2. v. censura cap. 2.

7 Limita in Episcopo quia de ipso non est facta specialis mentio, quæ semper requiritur in dictis pœnis cap. quia periculosum de sent. excommunica. in 6. Genuens. d. c. 24. nu. 5. Thesaur. Bonacin. & alij communiter.

8 Limita secundo quando pœna talis spiritualis ecclesiastica fertur per modum legis vel per modum præcepti spiritualis pænalis facti extraiudicialiter Coninch. d. disp. 13. n. 85. Tolet. lib. 1. c. 9. n. 6. Genuens. d. c. 24. n. 4. Thesaur. d. v. censura c. 2. vers. declara quatro. licet hæc opinio sit contra communem, quæ dicit, quod neque per modum præcepti specialis facti extraiudicialiter ferri potest d. pæna vt testatur Genuens. vbi sup. n. 1.

9 Nota secundo quod non per hoc requiruntur certa & determinata verba sed sufficiunt quecumque exprimentia intentionem Iudicis ecclesiastici, nullo enim iure hoc cautum est, vt tenent comm. DD. supracitati quibus addo Auil. de Cens. p. 2. cap. 2. dub. 1. Coninc. disp. 13. dub. 2. nu. 23. Alter. tom. 2. de suspens.

10 disp. 7. c. 2. Reginald. lib. 9. n. 194. † Bene verũ est quod debent d. verba significare de præsenti alias non inferunt Censuram, vt si diceretur excom m unicabo, & debent continere executionem, non autem solam perceptionem ita Filliuc. d. tr. 11. nnm. 57. Suar. disp. 5. sect. 2. n. 10 & nouissime P. Bass. in flor. tot. Theolog. v. excommunicatio n. 7.

11 Nota tertio quod verba indeffinita, vel indeterminata, vt sunt, qui tulerit arma vinculo Censuræ sit obstrictus, nihil operantur, vnde aduertat Iudex ecclesiasticus quod proferat verba de nata ad aliquam particularem pęnã spirituale veluti excommunicationn suspensio

12 nem † sicuti etiam ad aliquam personam eã nominãdo si cognoscitur vel describendo aliquo modo, vel designando per ordinem ad delictum, vnde non sufficit dicere excommunico vnum de duobus, licet sufficiat dicere clericus qui gestauerit comam sit excommunicatus; ratio enim differentiæ est quia in primo casu verba sunt indeterminata, nec constat ad quem intentio superioris referatur, & sic nullus remanet excommunicatus in secundo vero casu est sufficienter determinata, & assignat personam per tale delictum ita Suar. tom. 5. de Censur. disp. 3. sect. 2. n. 16 Filliucc. d. tr. 11. c. 3. q. 4. n. 56. Ang. verb. excommunicatio 2. n. 4. Bonacin. vbi sup. proposit. 3. n. 3. Bassæus V. excommunicatio n. 7. cum alijs per eum.

13 Queritur modo an talis censura lata sine scriptis vel sine expressione causę sit valida & respondeo affirmatiue quia non deficit in forma substãtiali, sed tamẽ in accidentali ita Suar. lib. 5. de leg. c. 32. Filliuc. loco cit. n. 109. Alter. tom. 2. disp. 7. c. 2. quos refert & sequitur Bonacin. de Censur. in comm. disp. 1. q. 1. p. 8. nu. 3. qui etiam testatur de comm. contra Ripam. in Rubr. de const. nu. 48. quibus adde Zanbell. resol. cas. cons. v. excomm. n. 33. & P. Bass. d. v. excomm. n. 8. in fine.

14 Quæritur secundo an Censura lata a visitatore dicatur lata a iure siue per statutum vel potius dicatur lata ab homine & respondeo quod si est lata ad tempus per modum præcepti dicitur lata ab homine, vt sunt monitoria ad reuelandum, si vero latæ sunt cum intẽtione, vt perpetuo durent, seu donec reuocẽtur, intelliguntur latæ quodammodo per statutum ita Nauarr. cap. 27. num. 2. Mar. Alt. de censur. lib. 1. disp. 2. c. 5. col. 3. Nec obstat dicere quod Bullæ in Cæna Domini quotannis renouentur, attamen latę sunt per modum statuti, quia respondetur hoc esse peculiare istius Bullæ ad maiorem cautelam, & memoriam vt patet ex Pio V. Greg. XIII. & Sixto V. & notant DD. comm. cõtra Sotum & alios quos citat. Becan. in tract. de fide cap. 15. quæst. 8. cap. 6. prout refert Bonacin. de excommun. tomo primo disput. 2. quæst. 1. part. 2. numero 4.

15 Secundo principaliter aduertendum est a iudice Eclesiastico quod non ferat Censuræ sententiam nisi premissa trina admonitione corã testibus, & dicitur ordo iuris substantialis & necessarius sine quo nulla est excommunicatio nam aliter incidit in pænam priuationis ingressus ecclesię per mensem vnũ & alias pænas ad arbitriũ; & intelligitur tam in ferẽda pæna excommunicationis, quam suspensionis & interdicti vt notant Felin. Henriq. Alter. Bonac. & alij per Thes. de pæn. eccles. v. cens. c. 1 p. 2. quibus addo Menoch. de Arbitr. c. 34. Nau. c. 27. nu. 11. Sayr. lib. 1. c. 12. nu. 6. Sanch. lib. 6. de matrim. disp. 32. nu. 13. 21. Vasq. de excomm. dub. 12. num. 4. Tolet. lib. 1. cap. 45. num. 3.

Suar.de Censur.disp.3.sect.8.n.2. & 12.nu.4. Coninch.de Censur.in gen.disp.13.dub. 9. n. 79. Reginald.lib. 9. n. 180. Laym. de Censur. lib.1.c.5.n.4.& c.6.n.5.Sot.in 4.dist.22. qu. 1. art.2.Fabr.in 4.dist.25.q.1.disp. 4.c.2. Diana p.5.tr.9.resolut.19.& DD. in c. Romana De Sent.Excom.in 6.& nouissime P. Basseum in Flor.Tgeol.V.excommunicatio nu. 9. vers.secundo.

16 Amplia quod nec in specie, nec in genere pro culpis præteritis, vel præsentibus ferri debent dd pœnæ spirituales sine competenti monitione, alias sententia est iniusta d.c. Romana De Sent. excomm. in 6. & ex alijs iuribus relatis a Suar. d. disp.3. sect. 8.num.3.seq. Vide Dian.part.5.Resolut. moral. tract.9. res. 18. §. non desinam vers.sed mihi.

17 Amplia secundo etiam si constet de Contumacia Rei, vt si publice asseuerauerit etiam cum iuramento se monitionibus non pariturum; aut si d. Reus cederet Iuridicæ canonicæ monitioni, adhuc tamen non debent ferri dd. Censuræ sine dd. monitionibus ita Suarez De Censur.d.disp.3.sect.10.n.8.Corneio in 3. Part.D.Thom.tract.5.de Censur.in gen.disp. 6.dub.2. quos sequitur Diana part. 5. tract. 9. De Excomm.res.l 19.in fine.

18 Amplia tertio siue intelligamus de pœna excommunicationis siue de alijs scilicet suspensionis vel Interdicti; In omnibus enim opus est Admonitione, quia in omnibus vrget eadem ratio. ita notat. Alph. Noct.in Summ. Dian. Verb.Censura n.22.vers.quæ omnia; licet alij dicant hoc solum procedere quando suspensio, vel interdictum infligitur per modum Censuræ, vel medicinæ non vero quando infligitur per modum pœnæ simplicis vindicatiuæ pro delicto commisso ita Villalob. tom.1.tract. 16.diff.8.n.6. Dian.d.resol. 18. §. notandum, ita ex verior, & communiori opinione per textum in c.cum litteris de testib. & notat Bonacin.de Cens.disp.1.q.1.p.9.n.3. vers.respondeo cum Alterio & alijs per eum.

19 Limita quando pœnæ supradictæ latę sunt pro futuris culpis, & quando fertur præceptum sub censura ipso facto incurrenda, quia in his casibus lex ipsa non ignorata admonet cattreprehensibus De appellat.in Pręcep.Decal.lib. 6.c.4.n.50. Suar.d.sect.8.n.3.& 5. Paul.Laym. tract.Theol.mor.lib.1.tit.de Censur.c.6.nu.5

20 Mar.Alt.tom.2.disp.7.ca.2. † Et procedit siue illud præceptum latum sit specialè ab homine extraiudicialiter, siue latum sit generale a iure, quia alias sequeretur nullam Censuram incurri posse de facto, si præter legem necessaria esset alia admonitio ita Vasq.tract. de excomm.dub.12.n.4.Filliucc.tract.11.c.4.quęst. 1.n.83. Vgolin.tab.1. c.18. Bonacin. De Censur.in comm.disp.1.quæst.1. punct.9.num.1. vers.ratio. Aula vero dicit in part.2.c.2.disp. 1.dub.5.concl.5.§.quod in hoc casu melius faceret Iudex, si vnam saltem præmitteret monitionem, sed Dian.par.5.tract.9. res.18.dicit quod licet hæc sit opinio probabilis tamen probabilior est quod etiam in hoc casu debeat

21 præcedere trina monitio,†ego vero cum alijs puto quod sufficiat Citatio cum termino ad allegandum pro se sicuti est quando lex excommunicat ipso facto, quod sufficit Citatio ad hoc vt declaretur excommunicatus ita Sot. 2.2.q.2.art.2.in secundum. Nauarr.lib.5. consil. tit.De Sent.excom.cons.10. n.4. Aul. vbi supra concl.1.cum alijs per Bass.Flor.tot.Theolog.Verb.Censura nu.15.

22 Limita secundo in Sententia declaratoria censurę ipso iure incursæ in qua vt dixi non requiritur monitio, sed sufficit tamen vna Citatio ad dicendum causam quare non debeat declarari excommunicatus, & ne d. Sententia deferatur in inauditum; nisi in contumaciam gloss.in d.c.sacro Verb.constiterit de Sentent. excomm.& in Clem. de præsenti de Censur. Genuens.in Prax.c.20.n.16. Ant.Carol. Thesaur.de pœn.eccles.V.Censura p.2.c.2.in fine;

23 † notandum est tamen quod si prætermittatur d. Citatio, Declaratio nulla est DD.relati per Couarr.in c.Alma mater p.1.§.9.n.6. vers. & hæc. Vide inf.n.27.

24 Limita tertio in episcopis quia in d.c. sacro nulla est facta mentio de ipsis, & in dd. pœnis requiritur mentio specialis de illis Sayr.de cēs. lib.1.c.13.nu.15.Suar.disp.37.sect.1.n.3.Coninch d.disp.13. dub.9.nu 80.vers.nota Iudici & probat ex cap.periculosum de Sent.excom. in 6.

25 Notandum est tamen quod admonitio, & citatio debet fieri ad Instantiam partis, quando ferenda est ad commodum priuatæ personæ, Iudex enim nō potest interponere suam auctoritatem ob priuatam vtilitatem; licet secus esset si ferenda esset censura ab commune bonum, nam tunc posset ex officio admonere

si, ue

sicut potest ex officio procedere c. veritatis de dol. & contum. & ibi Panorm. n. 5. Suar. disp. 3. sect. 11. n. 1. Filliucc. tom. 1. d. tract. 11. cap. 4. quæs. 6.

26 Secundo notandum est quod præter monitionem requiritur in alijs casibus citatio, ad hoc vt pars sciat causam quæ agitur in Iudicio, et compareat ad se defendendum nisi forte excessus adeo sit notorius, vt expresse constet Reo nullam competere excusationem quod difficiliter omnino cōtingere potest vnde aduertant Iudices non ferre sententiam declaratoriam vt dixi etiam supra quod aliquis inci-
27 derit in censuram absque præmissa prius parti citatione nam aliter d. Declaratio esset nulla Nauarr. cons. 56. n. 5. de Sent. excom. Alter. tit. de Interd. disp. 10. cap. 3. col. 5. Bonac. d. punc. 9. circa finem cum alijs per eum quibus adde Dian. part. 5. tract. 9. resol. 18. in fine, & nouissime P. Bass. Flor. tot. Theol. V. excommunicatio. 2. n. 15. in fine.

28 Tertio notandum est quod monitio trina debet esse, vel vna pro tribus, & debet assignaris tēpus dierum pro singulis arbitrio Iudicis vt non minus quam vna, vel saltem duo dies communiter pro singulis monitionibus assignentur c. constitutionum de Sent. excomm.
29 in 6. & ibi dd. Menoch. cas. 545. n. vlt. † Si tamen vna interuenerit admonitio simpliciter, valida erit Sententia, sed Iudex grauiter peccabit, eo quod faciat contra iuris prohibitionem in re graui, nisi aliter cogat necessitas, vt si periculum esset in mora. ita dd. apud Bonacin. d. disp. 1. q. 1. punc. 19. n. 6. seqq. Barbos. in c. Romana nu. 21. de sent. excom. in 6. Dian. d. resolut. 28. Carol. Ant. Thesaur. de pęn. eccles. Verb. censura cap. 1. par. 2. vers. declara tertio Bassæus V. Censura 2. nu. 8. & alij per eos. Et hæc procedunt tam in pœna excommunicationis quam suspensionis, & interdicti Auson. in sum. Dian. V. Censura n. 22. & etiam quoad Prelatos regularium Dian. d. tr. 9. resol. 20. P. Bass. Censura n. 34.

30 Et aduerte quod monitio supradicta debet esse personalis si censura ferenda est contra personam particularem, quia Iudex debet esse omnino certus, quod ad reum peruenerit in notitiam d. Monitio, ne puniatur absque contumacia omnino necessaria ad Censuram ita Conich disp. 13. dub. 9. num. 9. Filliucc. d. tract. 11. c. 4. q. 7. Reginald. lib. 9. nu. 8. cum alijs communiter. Vide Fabr. de Censur. in 4. sent. dist. 25. qa. disp. 4. c. 2. num. 75. Cornejo 3. part. D. Thom. tr. 5. de Censur. disp. 5. dub. 2. Villalob. Summ. to. 1. tr. 16. diff. 8. Hurtad. de censur. in com. diff. 19. seq.

31 Sed quid dicendum est huiusmodi si delinquens non habeat domicilium, & interim se abscondit per dolum, vel impedit per vim ne moneatur. Respondeo quod Probato prius illum per dolum se abscondere vel per vim impedire, sufficit quod monitio fiat in ecclesia Cathedrali vel principali illius loci, & secundum vsum, & consuetudinem loci quæ laudabilis est ita DD. per Bonacin. vbi supra num. 8 quibus adde Bass. in Flor. tot. Theolog. V. censura num. 35. & Couarr. in c. alma mater p.
32 1. §. 9. n. 4. † Quod etiam obseruandum est quando semel fuit facta d. monitio personalis, vel quando citatio facta ad domum innotuit delinquenti; vel in casu quo ageretur de reuocando ipsum ad priorem censuram eo quod male fuit ab illo absolutus Rota in nouissim. decisione 339. cum alijs per Bonacin. loco citato.

33 Si vero suspensio vel interdictum fertur cōtra communitatem monitio facienda est illi ob cuius delictum ferenda est illa censura: ipse enim est inobediens, & contumax vt notant Suar. disp. . sect. 8. n. 2. Alter. lib. 3. d. 3. c. 3. vol. 3. & alij per eos.

34 Item nota quod Monitio debet esse facta sub pœna excommunicationis ad effectum cōstituendi Reum contumacem, quod obseruādum est in omnibus pœnis spiritualibus ecclesiasticis; & hæc est sententia probabilior licet contraria etiam videatur probabilis a P. Antonin. Dian. p. 5. tr. 9. res. 55. vers. sed Sententia cum alijs per eum. Vide Sot. in 4. dist. 22. qu. 1. art. 2. concl. 3. Iacob. 2. Graff. par. 1. decis. aur. lib. 4. c. 9. num. 14. Aull. p. 2. c. 5. disp. . dubb 6. conclus. 6. Coninch. De censur. disp. 13. nu. 82. dub. 9. Barbos. de Iur. Eccles. lib. 1. c. 20. numer. 54.

35 Tertio principaliter aduertendum est a Iudice ecclesiastico quod in ferendis dd. pœnis spiritualibus habeat causam iustam, alias inualida erit d. pœna, & ratio est quia Sententia in tātum est vera & valida, in quantum est ęqua & iusta, sed quando causa ob quam fertur est materialiter iniusta, sententia non dicitur æqua & iusta, cum non habeat conformitatem

rei ad rem, ergo Censura materialiter iniusta nulla erit. ita Sot. in 4.dist.22.quæst.1.art. 3.concl. 1. Nau. man. capitulo 27. numero 3.Sayr.lib.1.c.17.*Bonacin*.punct.10. num.4.

36 † Et debet esse expressa in scriptis; aliter faciens Iudex peccat mortaliter,& est interdictus ab ingressu Ecclesiæ per mensem c. cum medicinalis & c.sacerdos de sent.excommun. *Bonacin*.de susp d.3.nu.5 §.1.n.34. Suar.disp. 37.sect.1.nu.1.Filliuc.tr.18.c.6.q.8.num.146.

37 † Prælati autem mendicantium habent facultatem ferendi excommunicationem solo verbo vt notant Dian. p.5. tr.9. res. 79. cum alijs per eum quibus adde Anton. Nald. in summ. V.cens.n.1.

38 Quod procedit etiam si per testes dicta Causa in iudicio probetur vera, cum realiter non sit talis nam non est sufficiens in consciẽtia licet in foro fori seruetur contrarium vt notant DD.per *Bonacin*.vbi supra n.3.

39 Censura vero iniusta hac ratione quia prouenit non ex amore Iustitię, sed potius ex odio,valida est,dumodo nihil essentiale ei deficit, nam iudicis potestatem non tollit; licet ipse Iudex grauiter peccet ita DD.comm. per Vasquez tit.de excomm. dub.11. num. 4. in opusc.

40 Verumtamen est quod Censura siue iusta siue iniusta semper timenda est, dummodo nõ careat iuris ordine essẽtiali,et hoc appareat omnibus, sententia enim lata non seruato iuris ordine necessario,non est sententia; ita docent Coninch.d.disp.13.dub.13 Alter.lib.3. disp. 2.c.1.& Filliuc.d.tract.11.c.8.q.3.n.223.& 230. cum alijs communiter.

41 Quarto principaliter aduertendum est Iudici ecclesiastico, quod in istis pænis spiritualibus seruet circumstantiam loci, & territorij, ita vt inualide non ferat illas extra propriam diæcesim, quod fit, quando opus habet vti Iurisdictione contentiosa sedendo pro Tribunali,& cum causæ cognitione c.nouit.de offic. deleg. & ratio est quia iurisd.contentiosa non potest exerceri extra proprium territorium sine licentia ordinarij illius loci, sicuti neque exerceri potest in loco exempto c.cum Episcopus de offic.ordinar.in 6.cap.fin.de Constit. in 6.& cap.luminoso 18. quæst.2.Auil.part.2. cap.3.disput.2.dub.1.Reginald.lib.9. numero 155.Roderic.qq.reg.59.art.1 Rot.diuers. decis.145.n.1.p.2.[illegible]n.1.

42 Limita primo in Prælatis religiosorum habentibus iurisdictionẽ sine territorio, qui possunt vbicumque existant ferre Censuras, & ligare subditos licet extra monasteria delinquant Siluest.u.excommunicatio 2.n.15. Emman.Sa verb.Absolutio n.7.Manual.Prælat.q. 3.art.8.concl.2.seq. Coninch. d. disp.13.dub. 13. nu.64. Rodriq. d.q.59.ar.1.& nouissime Portell.Lezan.Pellizar.& alij.

43 Limita secundo quando esset absque strepitu Iudicij,& tantum Iudex opus haberet iurisdictione gratiosa,nã tunc nondicitur turbare iurisdictionem alterius ita Nauarr.c.27. n. 6.Vgolin.tab.1.cap.27.§.1.num.4.Sayr. lib.1. c.14.n.4.Paludan.dist.19 q.2.art.3.

44 Limita tertio quando Censura profertur a Iudice Ecclesiastico existendo in territorio sed contra subditum extra territorium existentẽ tunc si d.Censura lata est per modum sententiæ & non per modum statuti vt etiam supradixi, ligat subdictum vbicumque existat nam sententia respicicit personam, statutum vero territorium,vnde lata per modum statuti, vel pro culpa iam commissa non ligat existentes extra territorium ita DD. comm. teste Alter. de Censur.lib.3.disp.9.c.15. propos.3. quem citat & sequitur Bonac.vbi sup.punct.11. n.6. & seqq.quibus addo Præpos.in part.3.disp.2. dub.2.concl.1.cum alijs per Dian.p.3.tract.5 res.21. licet in res.74. qui docent esse probabilem etiam opinionem quod neq; per modum sententię liget subditos extra Diocesim delinquentes, & existentes vide Ant. Nald.in sum. verb.Censura n.9.& P.Bass.verbo.excomm.2. nu.11.seq.

45 Si vero commisit delictum in propria diecesi potest contra eum ferri Censura licet in alieno territorio existat Couar. c. alma mater p.1.§.10.Sal.de legib.disp.14. sect.8.Coninc. d.disp.13.dub.5.n.62.& Bass.n.12.in fine.

46 Et hic nota quod superior alicuius loci nõ potest ligare Censuris extraneum delinquentem in suo territorio, & ibi breui tempore commorantem licet sit lata censura per modum statuti, quia non est subditus superioris illius loci Clau reg.lib.3.c.4. nu.15. Sanch.in su[illegible].lib.1.cap.12 *Bonacin*. de Cens. disput.1. quæst. 1. punct. 11. num. 20. Filliuc. tractat. 11. num.154. & *Bass*.d.v.excomm.2. num.13. qui testatur de veriori opinione quod [illegible] extraneus non teneatur ad leges & senten-

tentias illius loci, in quo per modum transitus reperitur.

47 Limita quarto in dd. pœnis latis a summo Pontifice quæ ligant Christianos vbicumque existant, modo talis lex continens dd. pęnas sit legitime acceptata & non sit lata tantum pro aliquo loco Suar. disp. 5. sect. 4. n. 3. Coninc. d. disp. 13. n. 49.

48 Limita quinto in futuris subditis quando .s. censura lata est per modum sententiæ & est ab homine, tunc enim solum ligat præsentes subditos iudicis illam ferentis, licet si sit lata a iure, vel per modum statuti comprehendat etiam futuros; lex enim semper loquitur, & quis forum sortitur etiam ratione delicti Vgolin. de Cens. tab. 1. cap. 9. §. 2. & num. 4. Tolet. libro primo cap. 5. Nald. d. V. Censura num. 9. & V. excommunicatio n. 1. vbi etiam notat quod omnes Censuræ possunt semel, & in eod. tempore in quempiam ferri, maxime in Clericum per extrauag. tertio De priuileg.

49 Transgredientes vero statutum ordinarij in locis exemptis, sed existentibus intra Diœcesim proprii episcopi non pertinent ad ipsum respectu iurisdictionis, nam hic locus dicitur materialiter tantum, & non formaliter esse in illa diœcesi ita Siluest. v. excommunicatio 2. n. 12. cum aliis per Bonacin. d. punct. 11. n. 8.

50 Notandum tamen est quod in loco exempto improprie & per accidens, vt cum ratione tantum personarum exemptarum dicitur esse exemptus vt fere sunt omnium regularium monasteria, potest exercere iurisdictionem contentiosam, licet non contra dd. personas exemptas; ita de comm. testatur Sal. de leg. disp. 14. sect. 6. n. 85. cum Suar. disp. 5. de censur. sect. 4. nu. 6. quibus addo nouissime Thesaur. v. Episcopus par. 2. c. 5. vers. non potest, & alios allegatos per Dian. p. 3. tr. 5. resol. 74. & per Barbos. de Iur. Eccles. lib. 1. c. 20. n. 54.

51 Item notandum est quod quando requiritur ad censuram incurrendā actus consumatus vt est quando e.g. esset lata contra stupratorē virginis attendendum est territorium, non vbi inchoatum est trahendo .s. virginem extra illud, sed vbi consumatum est, .s. consumata copula, nam in delictis uetitis sub censuris non militat sicut in aliis, vbi subiciuntur delinquētes superiori vtriusque territorii quia hoc ab ecclesia non est sancitū ita Suar. disp. 5. sect. 4. n. 9. Filliuc. d. tr. 11. c. 5. n. 150. Bonacin. de Censur. tom. 1. disp. 1. q. 1. punct. 11. n. 10. vers. obiicies Corn. in 3. part. tract. 5. de Censur. in gener. disp. 6. dub. 2. Hurtad. de censur. in comm. diff. 8. Dian. p. 5. tract. 9. resolut. 22. per tot. & resol. 59. cum aliis per eum.

52 Item notandum est quod communicans cum excommunicato in Crimine criminoso idest in delicto propter quod ille fuit excommunicatus, incurrit in eamd. excommunicationem etiam extra territorium excommunicātis, cum incurratur d. excommunicatio ex vi legis, nec ab ea possit absolui, nisi a quo potest ille excommunicatus c. si concubina de sent. excommunicat. Nald. in sum. V. excommunicatio n. 31. Tolet. lib. 1. c. 14. n. 1. qui etiam dicunt quæ concurrere debent ad hanc excommunicationem incurrendam.

53 Quinto principaliter aduertendum est a iudice ecclesiastico quod in ferendis dd. pęnis spiritualibus seruet temporis circumstantias quod scilicet nō illas ferat diebus feriatis, nam licet sententia esset valida tamen peccaret casu quo requireret causę cognitionem, faceret enim contra præceptum ecclesiæ in re graui Sayr. lib. 1. c. 14. n. 6. Vgolin. tab. 2. cap. vlt. §. 2. n. 3. P. Egid. Bass. d. V. excommunicatio 2. n. 14. sicuti etiam aduertendum erit vt habeat rationem ad personas vt scilicet quando sufficiat leuior Censura ommittat grauiorem, & e contra, & omnes ferat quando expediens iudicauerit, ita Doctores communiter per Bonacin. vbi supra punct. 12. n. 2. & seqq.

54 Sexto principaliter aduertendum est a d. iudice vt licet in ferēdis dd. pęnis debeāt prius fieri monitoria vt supradixi tamen si aliud ratio boni priuati, vel communis requirat possint omitti debent tamē fieri in Ecclesia, & postea publice affigi ad portas Ecclesię post pręmissam citationem vt supra dictum est & sententiam criminis declaratoriam c. deuenit & c. consuluit de appellat. Sayr. lib. 1. de censur. c. 13. nu. 20. Filliuc. tract. 11. cap. 4. q. 10. & 11. Alter. lib. 3. disp. 5. cap. 3. & alij communiter & nota quod in iis omnibus standum est consuetudini locorum Suar. d. 5. sect. 14. num. 7. P. Elig. Bass. Flor. tot. Theolog. v. excommunicatio 2. n. 15 cum aliis per eum.

55 Septimo aduertant ne dd. pænas ferant dū moraliter sciunt delinquētes non esse obtemperaturos, nam censura est pœna medicinalis

non

non vero mortalis iuxt. text. in c. notandum 24.q.3.& c.multi 2.q.1. nisi feratur ad terrorem aliorum,& ad exemplum, ad hoc vt absti neant a criminibus ita Abb.in c.ab excommunicato n.20.de rescript.Couarr. in c.alma mater 1.p init.Alter.de censur.lib.3.disp.6.c.2.

56 Et hic nota quod non debet ferri censura nisi in subsidium vt supra etiam dixi Vnde si duo in solidum obligantur realiter in Contractu,& contra alium procedi potest realiter & personaliter,cōtra alterū vero non,tunc iste nō poterit excōmunicari, quia remedium censurarum subsidiarium est ex Conc. Trident.c. 3. sess. 25. de reform. Sacra Congregatio teste Anton. Nald. in summa V. Censura nu.3. Marchesan.de Commiss.p.1.n.154.& in impressione vltima pag.803. qui dicit in iuris subsidium præuijs citationibus etiam per contradictas debitor excommunicatur vide Barbos.de iur.ecclesiast.lib.1.cap.39.§ 3. n.81.

57 Octauo aduertant,quod per appellationem a dd. pænis ecclesiasticis spiritualibus factam ante adimpletionem conditionis, si sit lata cēsura sub conditione v.g. Præcipio tibi sub pæna excommunicationis ipso facto vt compareas intra mensem;causa deuoluitur ad alium iudicem , & suspenditur iurisdictio prioris iudicis,qui tolleret d.sententiam sub conditione vnde si ille Iudex prior post d. Appellationem ferre velit Censuram inualide feret cum illius iurisdictio sit per appellationem suspensa Siluest.v.suspensio §.3.Alter de Cens. tom. 2. disp.6.c.2. col.7.

58 Sed quid dicendum si appellatur a Censura quæ lata sit pure,& absolute absque vlla conditione & Bonac.d.disp.1.q.2.pun.3 n.2. vers. dixi in propositione respondet negatiue, sicuti neque suspenditur post conditionis euentū quia censura absolute lata statim habet effectum,& mandatur executioni , a qua non datur appellatio ; & quidem est regula in iure quod pænæ spirituales.s.excommunicato,suspensio & interdictum non suspenduntur per appellationes c.pastoralis § verum c.15.cui & c.ad hæc de appellat. Genuens. in Prax.c.22.a nu.2.Felin.in c.Rodulphus nu.43.de rescript. Sanch. tom. 1. consil. moral. lib.3 c.vnic.dub.

59 32.num. 240.& 256.† A declaratoria tamen censuræ & alterius latę sententiæ ex ipso iure commissę datur appellatio dummodo non sit vere notorium pænam commissam gloss. in c.cupientes §.quod si v. priuatus de elect.in 6. de communi testatur Genuens d.c.22. n.1. & 2.Sanch.loco citat.n.243.& per talem appellationem suspenditur non ipsa pæna sed declaratoria vt interim habeatur pro non declarato,& interdum non poterit denunciari,& si Cedolones affixi sunt,erunt per iudices remouendi vt Sanch.d. dub.32.n.243.qui & alios allegat quibus adde Auil.p.2.c.5.disp.5 n.11. conc.5.Gutier.pract.99.lib.1.c.502.quos nouissime sequitur Io:Carol.Thesaur. p.1.c.25. vers.3. modo Vide Filliuc. tom.1.lib.11.c.4. quæst.12.nu.118.Bonacin.disp.1.q.2.punct.3. nu.7 de Censur.Marcell.Vulpe in Prax. Iudic. for.eccles.c.1.nu.5.Io:Valer.de diff.vtr. for.v. excomm.diff. 6.nu.2.Megal.p.3.lib.3.q.1.c. 2.nu.7. Dian.p.5.tract.9 resol.30.qui & alios allegat.

60 Et hic notent Iudices ecclesiastici,quod speciale est in censuris , vt possit fieri appellatio quocumque tempore ante conditionis euentū quamuis in aliis sententiis debeat fieri intra decem dies Couarr.in c.alma mater part.1. §. 10.n.4.Alter.disp.5.lib.3.c.1. dub.5. & alii per Bonacin.vbi supra n.9.vers.ex quo.

61 Item notent quod ea quæ dicta sunt de appellatione militant etiam quando quis nesciens appellare se tradit Pontifici protegendū , & ad hunc affectum inchoat iter Romam versus , vel recurrit ad superiorem implorando eius Iudicium quia hæc videntur ęquiuallere appellationi c.ad audientiam de appellat. & c.dilecti filii 1 2.de dol.& contum. modo seruentur ea quę sunt necessaria legitime appellationi,vt.s. adsit iusta causa,& bona fides appellandi , & fiat ante conditionis euentum & exprimatur in scriptis causa appellationis .s. quia me grauasti volo adire Principem,& peto Apostolos ita DD. supracitati cum Bonac. nu. 10. quibus adde diffuse Sanch. d. dub.32. per totum.

62 Item notent quod non per hoc quod appellatum est , Iudex amisit Iurisdictionem , ne possit ab illa Censura absoluere , quia habet illam solum quasi impeditam,vnde absoluendo a Censura lata ab ipso absolutio valet , quia videtur facere, quod pars intendebat per appellationem Mar.Alter.de Cens.lib.4.disp. 2.c.5.dub.4 Filiucc.lib.11.c.4.num.306.Suar. disp.7.sect.2.n.32 Sanch.d.dub.32.nu.33.

63 Item notent quod licet appellatio subsequens

quens non suspendat censuras, non est tamen d. Appellatio vana, sed habet duos effectus, primus est quod impedit quod non possit denũciari & secundus quod talis appellatio habeat effectum deuolutiuum ad superiorem; eximit .n. appellantem à iurisdictione iudicis, a quo appellatur cap. per tuas de sent. excomm. vbi Henric. n. 2. Felin. n. 1. speculat. tit. de appellat. §. in quibus n. 16. Panormit. c. ad reprimendum de offic. ordin. n. 8 9. Nau. in c. cum contingat de rescrip. 7. caus. nullitat. n. 14. Henriq. in sum. lib. 13. de excomm. c. 16. n. 2. litt. m. & Sanch. d. dub. 32. lib. 3. c. 1. n. 286.

64 Nono aduertendum est a dd. iudicibus ecclesiasticis, quod si habent iurisdicionem ordinariam possunt extra confessionem absoluere subditos a censuris; habentes vero iurisdictionem delegatam tantum iuxta conditionem sibi factam & ratio est quia sicut possunt in iudicio extra confessionem ligare, ita & possunt absoluere Vasq. de excom. dub. 20. n. 9. Filliuc. d. tract. 11. c. 9. quæst. 8. n. 294. Alter. lib. 4. disp. 4. c. 4. dub. 3. Bonacin. loco cit. q. 3. punct. 6. n. 7.

65 Petitio vero absolutionis a Censura non facit probationem d. censuræ contra petẽtem, licet faciat aliquã præsumptionẽ, quæ præsũptio tamẽ non sufficit in criminalibus, & in iis quę afferunt graue prçiudicium, nam in iis debent esse dd. præsumptiones luce clariores, vt supradictũ est; & notat in multis locis Sebast. Guazzin. Pater meus in tract. ad defens. cui adde. Felin. in c. litteras n. 19. de præsumpt. Panorm. in c. prudentiam vers. sexta n. 36. de offic. deleg. Alter. de censl. li. 4. disp. 6. c. 5. cũ aliis.

66 Item ad cognoscendum vtrum facultas absoluendi a censuris sit lata in foro tantum cõscientiæ, vel in vtroque foro, tam conscientiæ quam iudiciali, sunt consideranda ipsa verba nam quando conceditur facultas absoluendi nulla addita limitatione videtur concessa in vtroque foro, modo prius satisfactum sit parti, nisi ex circumstantiis aliter videatur cõstare de superioris voluntate, vt est in concessione *Bullæ* iubilæi quoad in absolutionem excommunicationis. Nauarr. c. 23. nu 278. Coninch. disp. 14. tit. de Censur. dub. 16. nu. 247. seq. q. 12. Bonacin. disp. 1. q. 3. p. 10. n. 2. eod. tit.

67 Rodriquez in sum. c. 83. n. 9. † Aduerte tamen quod vt constat de facta partis satisfactione iuxta declarationem Pii V. & prosit in foro scriptis coram Notario, & testibus de licentia pænitentis si est facta absolutio in foro interno. Nomine autem partis cum dicitur in Bulla satisfacta parte absoluatur non intelligitur superior conditor censuræ, sed alia persona distincta quæ lęsa fuit; & nomine satisfactioni intelligitur etiam restitutio honoris, & famę. Suar. de Censur. d. 7. sect. 5. n. 21. & 4. Filliuc. tract. 7. n. 291 Henriq. lib. 13. c. 28. nu. 2. Dian. tract. de Bull. Cruciat. resol. 23. P. Basseus in Flor. tot. Theol. v. absolutio n. 23.

68 Sed quæres vtrum absolutus ab excommunicatione sine satisfactione partis sit valide absolutus, & respondeo affirmatiue si absoluatur ab habẽte potestatem ordinariam, quia cum ordinarius non habeat iurisdictionem limitatam, ideo valide ea vtitur, quoties voluerit, licet grauiter peccaret absoluendo ante d. satisfactionem non solum contra charitatem, sed etiam contra iustitiam, cum ex officio teneatur bonum partis procurare ita Henriq. d. lib. 13. c. 28. nu. 1 Silu. verb. absolutio 3. nu. 7. Nau. d. c. 25. nu. 57. quod idem dicendum est de habente facultatem delegatam absq; limitatione satisfactæ partis quia vices gerit ordinarii, & priuilegium tantum valet quantum sonat Suar. disp. 7. sect. 5. nu. 42. Sa. v. absolutio ab excomm. n. 4. P. Bass. d. v. absolutio n. 25.

69 Si vero in priuilegio dicatur tantum (satisfacta parte vel de consensu partis) sine alia expressione verborum & non possit absolui, vel nullius roboris sit absolutio, tunc si absolutio fuerit collata ante satisfactionem iuxta opinionem probabiliorem erit valida, quia superior apponens huiusmodi Clausulas non intẽdit nouam formam inducere, aut limitare iurisdictionem sed tantum certiorare absoluentem vt seruet formam iuris communis ita Sanch. de matr. lib 2. d. q. & lib 3. d. 33. Auila part. 2. cap. 7. disp. 5. dub. 9. concl. 2. & Bass. vbi supra num. 26. contra *Suarez S. yr.* & Filliuccium qui tenent contrarium.

70 Illum autem qui moraliter non potest satisfacere, vel sine graui damno famæ, vel status modo creditor non sit in æquali damnũ, potest Iudex absoluere sine partis satisfactione, quia verba priuilegiorum sunt benigne interpretanda. Immo qui dubitat se teneri ad satisfaciendum, potest a iudice ecclesiastico in foro externo absolui ante præmissam satisfactionem. ita *Nau.* c. 27. nu. 13. Reginaldu.

Pax.

Prax.for.Penit.lib.9.n.65.seqq. Suar. vbi sup. n.41.& 45.Roderiq.p.2.c.83.n.3.

71 Et aduerte quod si censura fuit lata hac forma donec satisfacias, facta satisfactione adhuc remanet ligatus & indiget absolutione regulariter loquendo ita Emm.Sà.d.V.absoluo ab excomm.n.12 Filliuc.tract.11.c.10.q.1.& P. Basseus d.v.absolutio n.26.in fine.

72 Ritus vero qui seruandus est in absolutione excomm.impedenda a iudice in foro exteriori hic est .s. quod primo præcedat petitio Rei,& hoc ex quadam cögruitate,secundo quod promittat se pariturum mandatis Ecclesiæ tertio si adest detrimentum partis, debet fieri vt dictum est,satisfactio si fieri potest, sin minus, sufficiet debita Cautio & quarto debet recitari Psalmus miserere & interim leuiter cedi censuratus flagello, vel virga super humeros & ita impendi postea absolutionem vt ex text.in c.per tuas de sent.excomm.& c.a nobis & notant comm.DD.vt per Tolet.lib.1.c.15. n.9.Nauarr.c.26.n.8.Reginald.lib.9.n.83.Filliuc.d.tr.11.nu.335.& Bass.loco cit.nu.33.& post absolutionem publicanda est d.absolutio ne aliis præbeatur occasio scandali ita DD.supracitati & Suarez vbi supra nu. 5. sed nota quod non omnes semper seruandæ sunt, sed remittitur iudicio prudentioris iudicis iuxta qualitatem personæ & delicti & iuxta consuetudinem locorum rationabiliter introductam Dian.p.5.tr.9.res.23. qui dicit non peccare mortaliter relinquendo aliquid ex dictis solemnitatibus.

Modo quæritur vtrum habës cësurä reseruatam Papæ & sit impeditus adire Romam, an

73 possit sine magna difficultate possit ab ordinario absolui. Et respondeo affirmatiue; Vnde sexagenarius licet fortis ad iter, Pauper qui attento suo statu videtur indigere, valetudinarius licet nö perpetuo vt est laborans podagra tertiana quartana & simili femina, impubes, vel alius simili impedimëto laborans quod legitimum existimetur iuxta prudentis viri iudicium vt est inimicitias habens, curati, Pater familias qui vxorem, & filios haberet, & eos relinquendo egerent Clerici collegialiter viuentes,& officialis Principis coercens turbä cum aliis similibus possunt ab ordinario absolui; ratio autem desumitur ex benigna summi Pontificis voluntate, qui non præsumitur uoluisse absolutionem reseruare cum tanto incommodo c.de cætero de sent.excom. Molina tom.4.disp.63.n.2.Tract.de Iust.Bonacin. censur.disp.4.q.punct.5.n.3.vers.tertius Henriq.in sum.lib.6.de pænit.c.11.nu.5.& alij per Barbos.de pot.Episc.d.p.2.alleg.41.nu.6. seqq.

74 Aduerte tamen quod si impedimentum nö est futurum perpetuum debet absolui cum cautione iuratoria,cum primum potuerit debeat comparere coram Pontifice,vel sede Apostolica mandatum eius accepturus,alias recidat eo ipso; & quomodo intelligatur hoc impedimentum remittitur arbitrio iudicis præscindendo a reditu a Curia ita ex d.de cætero c.mulieres,c.ea noscitur, & c.de monialibus de sent.excommunic. Nauarr.d.c.27. n. 90.Sayr.lib.3.c.18.n.40.Henriq.in sum.lib.6. de pænit.c.11.n.5.Molin.d.disp.63.n.2. Hieron.a monte q.15.n.29.Carol.de Grass de effect.9.nu.158.& 181.Zambran.de casib.in art.mort.dub.4.nu.14.Barbos.d.alleg.41.nu. 15.Sanch.præcept.Decal.lib.2.c.73.nu.4.Bellett.disq.Cler.p.1.§.3.nu.12.tit.de fau.Cler. canon.licet impuberes religiosi,Clerici colligaliter viuëtes,& officiales coercentes turbam ad hoc non tenentur,gaudent .n. speciali priuilegio vt per DD.allegati a Barbosa loco citato d.nu.15.in fine cum alijs per eum in vltima impressionem Lugdunensi.

75 Limita hoc non procedere in suspensione, vel Interdicto, sed tantum in Excommunicatione quia istæ Censuræ non arcent absolutè a Sacramento Penitentiæ recipiendo, & supradicta concessio pro excommunicatis impeditis est facta, ne quis diu arceatur a d.sacramento pænitentiæ, cum alia non sint tam necessaria ita Carol. Anton. Thesaur. de pęn. ecclesiast.p.1.c.24.vers.ampliam primo.

76 Secundo limita non procedere in inferioribus Episcopi,licet sint Vicarij Generales, nisi habeant mandatum speciale episcopi, quia est concessio exorbitäs & materia ardua Abb. in c.monachi n.3.De sent.excom.Silu.v.absolutio 4.n.7.sbrozzius de off. vic.lib.2.q.108. num.1.

77 Tertio limita quando posset per nuncium vel per Epistolam recurrere ad sedem Apostolicam & ita practicatur in sacra Pænitentiaria vt notat cum alijs nouissime d. Thesaurus sacrę Romanę Curiæ Pęnitent.in d.tract. de pæn.eccles.vers.amplia tertio licet Barbos. dicat

dicat quod iustum impedimentum dicatur habere is qui licet possit Romã mittere attamen ire non potest ita in d.alleg.41.n.7.cum alijs per eum quibus addo P.*Basseum* in Flor. tot.Theolog.V. Absolutio nu. 30. ego tamen dicerem quod quando fieri potest commode vt per epistolam obtineatur d.absolutio in foro interiori, non est præmittendum, licet in foro exteriori possit absq; d.epistola ab ordinario absolui, & ita possunt intelligi supradd. Doctores Vide Bonacin.tom. 1. De Censur. disp.1.q.3.punct.2.nu.4. & Barbos. vbi supra n.31.quod & idem intelligi debet de adeundo legatum,vel alium habentem facultatem vt per dd.DD.citatos.

78 Item aduerte quod in absolutione a Censuris, quæ vocatur ad reincidentiam quando .s. datur cum conditione, vt non adimpletis illis quæ iubentur, in eamd.vel similem incidat denuo, requiritur ad reincidentiam nouum contumaciæ peccatum & noua Iudicis sententia lata sub conditione nisi tale quid absolutus prę stiterit ad quod iure obligatur Sanch.lib.2.mor.c.15.n.28.Henriq.lib.13.c.29.n. 2.litt.N.& P.*Bass*. d. v.censura num.42.cart. mihi 5.

79 Item aduerte quod in absolutione Censurę per se loquendo non requiritur expressio causæ ipsius cẽsurę quia hęc expræssio nullo iure præscribitur,per accidens vero posset dari casus,vt est in illo,qui multis est irretitus cẽsuris & ab vna tamen absoluitur tunc necessaria est expressio causæ, ad hoc vt sciatur a qua illarum absoluitur DD. per *Bass*. d. v.censura num.10.

80 Decimo principaliter aduertendum est a Iudicibus ecclesiasticis multos esse qui non possunt dd.pænis spiritualibus affici, & sunt, primo mortui; hi enim non possunt excommunicari, sed tamen declarari in excommunicationem incurrisse dum viuerent, cum ecclesia non habeat super illos directam iurisdictionem,sicut etiam indirecte absoluere, quatenus non priuentur sepultura ecclesiastica Valent.tom.4.dist.7 punct.17. Vasq. tract.3. de excomm.dub.17.n.6.secundo non baptizati etiamsi sint cathecuminis, nondum .n. sunt sub potestate ecclesiastica Reginald.lib.9.nu. 135. cum alijs comm. tertio Pueri nondũ doli capaces,quia non præsumitur hos posse peccare Impuberes vero possunt excommunicari,tamen non debent,maxime dum est lata ab homine, alijs vero pænis præsertim interdicto possunt,nam impuberes dolo capaces valide ligantur ab omnibus Censuris Coninch. disp.13.n.44.Filliucc tract.18. n.131. quarto perpetuo amentes, insani, & furiosi cum alijs habentibus vsum rationis impeditum Coninch.d.disp.13.n.47.*Bonac*. vbi supra punc. 4.per totum. Quinto religiosi & exempti in casibus in quibus sunt exempti ab episcopali Iurisdictione Alter.de Censur.lib.3. disp. 10. cap.5.col.7. Sexto Inferiores vel æquales non possunt aliqua pæna tam excomm. quam interdicti & suspensionis alios æquales, & superiores afficere, nisi quatenus sint delegati a supremo Iudice *Bonac*.vbi supra n.12. & 18. Septimo Communitas, vel Collegium quod licet suspensionis & interdicti pæna possit ligari,non potest tamen excommunicari quia debet esse persona determinata, ne contingat hæc tam grauis pæna innocentes aliquando punire ita Couarr. 3.var.c.8.n.9. Vasq.de excom.dub.17.n.8. & alij.

81 Vndecimo aduertant quod qui semel ligatus est vna Censura, ad huc capax est alterius etiam eiusd.rationis & sic potest Iudex inferre plures excommunicationes Siluest. v. excommunicatio 1.num.10.Suar.disp.5.sect.2. Auil.part.2.cap.4.d.vnica dub.7.Filliuc.tract. 11.c.5.q.7.& alij per *Bonacin*.de Censur.disp. 1.q.1.punct.5.n.1.

82 Hinc infertur quod percutiens plures clericos successiue, incurrit in tot. excommunicationes,quot sunt Clerici percussi, quia istæ sunt plures formaliter, & numero distinctæ percussiones ita Suar.d.disp.5.sect.3.n.6. qui num. 7.dat distinctionem, aut actio quæ exercetur versatur circa terminum definitum in quo perficitur ipsa actio, & tunc multiplicata actione multiplicatur paccatum, & consequenter tot censuræ incurruntur, quot sunt actionis multiplicatæ, vt est in multiplici fornicatione cum vna est eadem persona absque mora temporis,aut versatur circa terminum,qui non est certus, & deffinitus, sed habet extensionem, & latitudinem, & constituunt vnum peccatum, & consequenter vnam tantum excommunicationem vt est in percussione facta successiue contra eumd. Clericum. ita Suarez.

83 Item infertur quod percutiens plures

Clericos simul vnico tantum actu plures excommunicationes incurrere, nam vnitas peccatorum non desumitur tantum ex vnitate actionis, sed etiam ex multiplicitate personarum & subiectorum circa quæ versatur d. actio, nam circa singulas habet suam formalitatem distinctam malitiæ ita Zerol. de pænit. c. 12. quæst. 48. & est sententia magis probabilis & tutior licet contraria sit etiam probabilis & notat Bonacin. d. disp. 1. q. 1. punct. 5. nu. 8. vers. dixi probabiliter qui & alios allegat quibus adde *Bassæum* in flor. tot. Theol. mor. V. censura n. 26.

84 Item infertur quod percutiens sacerdotem qui simul est Diaconus vnam tamen excommunicationem incurrit, quia istæ circumstantiæ non mutant speciem actus moralis; secus vero si percuteretur monachus sacerdos, vel Clericus, nam hæc percussio censetur duplex transgressio, vna contra statum Clericalem, altera contra religiosum Vgolin. tab. 1. c. 6. §. 3. Sayr. vbi supra nu. 10. & Suar. num. 9. & 15. Corneio in 3. p. q. 5. & vlt. tract. 9. disp. 9. dub. vlum.

85 Item infertur quod transgrediens præceptum prohibens aliquem actum latum a multis superioribus habentibus eamd. potestatem incurrit vnam tantummodo excommunicationem vel Censuram, nam formaliter isti videntur esse vnus, licet materialiter sint plures nisi habeant diuersam potestatem, tunc enim tot incurruntur Censuræ, quot sunt superiores prohibentes, modo quisque intenderet ferre nouum ius, & imponere nouam pænam, quia committitur multiplex formalis contumacia Coninch. de pænit. Dist. 7. dub. 6. Paludan. in 4. d. 18. q. 2. ad finem nu. 46. *Sayr.* lib. 1. c. 18. n. 11. Bass. n. 28. quare duas excommunicationes incurrunt qui faciunt contra præceptum iuris communis, & particularis vel Papę & Episcopi vide Bonacinam, & alios per Dianam p. 5. tract. 9. resolut. 60. & Bass. v. censura num. 26.

86 Aduertant tandem iudices Ecclesiastici quod in huiusmodi pænis non imponant pænam pecuniariam per se loquendo, si non paruerint, quia redolet suspicionem auaritiæ, vt patet ex Concil. Narbonens. c. 14. teste *Bonac.*

87 d. q. 1. punct. vlt. n. 5. † Et quod ignorantia nō crassa inconsideratio, seu obliuio legis aut præcepti Ecclesiastici semper excusat quia in his pęnis requiritur contumacia, seu contemptus, & hoc procedit, licet ignorantia concomitans sit, vt si quis sciat opus esse prohibitum a lege ecclesiastica, tamen ignoret illi esse annexā Censuram ita DD. comm. ex c. 2. de Constit. in 6. vt notant *Bonacin.* d. disp. 1. q. 2. punct. 1. Sanchez de matrim. lib. 9. disp. 32. n. 12. & 16. & *Bass.* V. Censura n. 29.

88 Quæ vero sint formæ præscriptæ a iure; quoad excommunicationem vide quę dixi supra nu. 72. quoad suspensionem & interdictū vero non est lata forma specialis a iure vide tradita a Reginald. lib. 32. n. 28. & n. 57.

89 An vero committant peccatum mortale Iudices ecclesiastici relinquendo aliquid requisitum a dd. formis, & respondeo negatiue secluso scandalo & contemptu sed tantum peccant venialiter ex traditis a Tanner. tom. 4. disp. 6. quæst. 10. dub. 6. nu. 124. Turrian. de Censur. lib. 2. disp. 24. dub. 3. quos refert & sequitur Diana p. 5. tract. 9. resol. 23.

CAP. XLII.

De aliquibus specialiter aduertendis a Iudice circa pænam excommunicationis.

SVMMARIVM.

1 *Quotuplex est excommunicatio.*
2 *Effectus minoris excommunicationis.*
3 *Iudex excommunicatus peccat mortaliter suam iurisdictionem agendo.*
4 *Etiam in fauorem aliorum quando non sunt tollerati.*
5 *Excommunicatus etiam tolleratus non potest esse auctor in iudicio.*
6 *Limita quando esset pro sua defensione & num. 7.*
8 *Item quando hoc ageret ex necessitate.*
9 *Excommunicatus donec repellatur potest augere contra suum debitorem.*
10 *Excommunicatus conuentus in iudicio Potest per procuratorem respondere decentius tamen est quod prius absolutionem obtineat num. 11.*
12 *Excommunicatus non tolleratus debet a iudice ex suo officio repelli.*
13 *Opponens actorem esse excommunicatum debet probare infra octo dies aliter actor absoluitur & opponens condemnatur in expensis.*

14 Ne-

1 PRæmittendum est breuiter & summatie ad maiorem intelligentiam quod excõmunicatio alia est maior alia minor, alia est lata a iure, alia ab homine maior est quæ priuat a parceptione sacramentorum, a suffragiis Ecclesiæ, & a comunione fidelium & regulariter sub nomine excommunicationis semper inteligitur in iure de maiori excõmunicatione nam verba absolute probata accipiuntur in sua significatione simpliciter Minor vero est illa, quæ tantum priuat a perceptione Sacramentorum actiua. Latata a iure est illa quæ fertur per modum statuti a lege generali cõprehendens omnes subditos illius qui eã profert; Lata a vero ab homine est illa, quæ fertur per modum sententiæ alicui particulari personæ vel negocio, siue de peccatis præsẽtibus siue futuris, & hæc aliquando est generalis & aliquando particularis scilicet contra determinatam personam, & cessat cessante vita Iudicis, vel quia ab officio remouetur ita vt de nouo contrauenientes non liget Silu. v. excõmunicatio 2. nu. 10. Tolet. lib. 1. c. 4. seq. Nauar. c. 27. n. 2. Filliuc. tract. 12. c. 1. n. 3. & 9. Bonacin. de Cens. disp. 2. q. 1. nu. 2. & seqq. Bass. Flor. tot. Theol. V. excommunicatio 1. num. 3. seqq. & alij comm.

2 His premissis de minori excommunicatione nihil dicam, cum non pertineat ad forum Iudiciale, hæc enim regulariter non contrahitur nisi ex communione cum excommunicato, quæ in iudicio semper esse solet cum vtilitate, & necessitate propria, vel ipsius excommunicati quæ excusant a d. excommunicatione minori vt ex doctrina D. Th. in 4. dist. 18. quæst. 1. art. 2. quæstiunc. 1. notant Suar. dist. 15. sect. 3 n. 9. Coninch. disp. 14. dub. 12. Filliuc. tract. 13. n. 98. Reginald. lib. 3 2. n. 98. Sanch. de matrim. lib. 9. disp. 14. num. primo & alij communiter.

3 Defensio igitur erit circa excommunicationem maiorem tam latam a iure quam ab homine; comminatoriam; & latæ sententiæ circa quæ primo aduertant iudices ecclesiastici quod si ipsi excommunicati sunt non possunt licite sua iurisdictione vti in fauorem suum & quoad se, & aliter faciendo, siue occulti sint, siue publici, vel euitandi peccant mortaliter, & acta sunt inualida; nisi sint in fauorem aliorum, & ab ijs requisiti & sint etiam tollerati vt per DD. supra citatos in defens. 1. cap. 1. quibus addo Alter. lib. 2. disp. 2. cap. 1. col. 4. Coninch. disput. 14. Tit. de excomm. dub. 10. & dub. 11. nu. 102. & nouissime Bass. Flor. tot. Theol. v. excommunicatio 3. nu. 21.

4 † quod si non erunt tollerati, nullo modo poterunt exercere ea, quæ ad eorum Iurisdictionẽ pertinent, vt est leges ferre, dispensare in votis dare licentiam ad quodlibet munus ecclesiasticum, ferre iudicium, delegare suam Iurisdictionem Beneficia conferre & similia quia ecclesia eo ipso, quo non tolleret huiusmodi excommunicatum, eum priuat vsu iurisdictionis propriæ; immo etiam extinguitur iurisdictio Vicarij generalis excommunicato principali vitando ita Nauarr. c. 27. nu. 16. Filliuc. d. tract. 12. nu. 145. seq. Bonacin. disp. 2. q. 2. p. 5. Auil. part. 2. d. 6. cap. 6. dub. 6 Reginald. lib. 1. num. 47. seq. Bass. d. v. excommunicatio 3. num. 22.

5 Secundo aduertant excommunicatum quã-

nis tolleratum non posse esse actorem in iudicio nec per se, nec per alium in quacumque causa, siue temporali, siue ecclesiastica, quia concilium Constantiense in extrauag. ad euitanda, nihil concessit in fauorem excommunicatorũ, sed tantum in fauorem aliorum communicantium cum illo, & magnus fauor esset posse in iudicio agere, vnde in quacumque parte litis semper est a Iudice admittenda exceptio excommunicationis facit etiam text in cap. decernimus de sent. excommun. & notant Nau. d. c. 27. n. 23. Suar. de cens. disp. 16. sect. 3. nu. 2. Coninch. disp. 14. de Censur. dub. 11. nu. 110. Bonacin. de excomm. disp. 2. q. 2. punct. 7. nu. 5. Filliuc. tract. 12. n. 107. & alij per *Bass.* in d. verb. excommunicatio 3. num. 29. vers. Præterea.

6 Limita quando hoc faceret ad probandum sententiam excommunicationis esse inualidã; ad excipiendum contra testem, ad prosequẽdam appellationem; vel excipiendo contra actorem, & ob id imploraret officium iudicis & similia, tunc Iudex debet eum admittere; omnia hæc enim sunt ad propriam defensionem & propria defensio cuique competit ex iure naturæ, & nemini negari potest sicuti
7 † etiam dum rationabiliter dubitat suum debitorem posse aufugere, potest eum corã iudice conuenire, ne detrimentum patiatur; tunc enim potius censetur implorare officium iudicis ad sui defensionem, quam agere ita Couarr. 1. var. res. c. 13. Henriq. lib. 13. c. 7. n. 4. Vgolin. tab. 2. cap. 15. Suar. disp. 16. sect. 4. Auil. disp. 7. in princ. Alter. lib. 2. disp. 3. c. 1. Filliuc. tom. 1. tract. 12. c. 7. q. 5. Bonacin. d. punct. 7. nu. 7. cum seqq.

8 Item limita quando hoc faceret ex necessitate, vt si accusat aliquem ex magna necessitate motus ita *Bonacin.* loco cit. n. 5. & Coninc. d. disp. 14. nu. 115. vers. multi hoc negant, ex Les-
9 sio de iustit. c. 16. n. 79. † ex quo infertur quod petens ius suum re vera debitum in Iudicio sine vi & fraude non peccat, donec per exceptionem repellatur, vel per iudicis officium. ita Turrian. lib. 2. disp. 14. dub. 3. quem refert & sequitur Antonin. Dian. part. 5 mor. resol. tract. 9. resol. 110.

10 Limita tertio quando ab alio conueniretur in iudicio, tunc enim potest per procuratorem respondere; & si per seipsum compareat, neque est a iudicio repellendus, quia hoc non est ad fauorem ipsius sed conuenientis; & quia etiam non videtur negandum excommunicato, quod communi iure cuiuis reo conceditur. ita gloss. in §c. intelleximus vbi etiam Panorm. n. 5. De Iudic. Coninch. d. disp. 14. dub. 11. n. 116. Bonac. d. punct. 7. proposit. 2. n. 8. cum alijs per eum allegatis quibus addo Pręposit. in 3. part. qu. 2. dub. 13.
11 num. 87. † Nota tamen quod si Iudex potest operare, quod prius absolutionem obtineat, decentius est, quod antea per se ipsum non respondeat vt aduertit Dian. d. tract. 9. res. 111.

12 Tertio aduertant quod licet aduersario nõ excipiatur contra d. Actorem de Excommunicatione, tamen Iudices ex eorum officio, si excommunicatus citandus est, debent repellere a Iudicio. ita text. in c. 1. De except. in 6. & c.
13 decernimus de Sent. excomm. † Et est notandum quod si aduersarius opponat d. actori esse excommunicatum, debet illud probare infra octo dies, aliter debet d. Actor audiri, & condemnari in expensis opponens ita
14 text. in c. pia De excep. in 6. † Sicuti etiam est notandum quod in eod. Iudicio non potest sępius quam bis d. exceptionem opponere, nisi nouæ excommunicationes innotescerent ita d. cap. 1. De except. in 6. Vide supracitatos *Doctores* cum Auila disput. 7. dubio primo conclus. 2. & Coninch. d. disput. 14. dub. 11. vers. nota primo.

15 An vero Iudices teneantur sub peccato mortali dd. excommunicatos a Iudicio expellere; multi respondent negatiue: si est tolleratus, etiam quod sit publicus, vel nisi pars peteret probando sufficienter illum esse excommunicatum ita Hurtad. De excom. disp. 8. diff. 3. num. 6. & alij per Dian. d. part. 5. tract. 9. resol. 110. quibus addo Reginald. lib. 32. num. 32 vers. octauum.

16 Quarto aduertant non admittere in Iudicio dd. excommunicatos pro tutoribus, & Curatoribus est text. in d. c. decernimus de sentent. excommunic. vbi a tali officio expelluntur. Si tamen ammittuntur contractus ab illis facti in fauorem pupillorum sunt validi, quia non possunt alijs nocere. ita ex probabili opinione tenet Corneio in p. 3. D. Thomæ quæst. 5. & vlt. tract. 5. disp. 9. dub. vltim. Et nullum ius eos irritat; docet Diana d. tract. 9. resolut. 115. cum Turrian. libro 2. disputatione 14

dub.

dub.15. & Villalob. in sum. tom.1. tr. 17. diff. 14.n.10.contra Silu.in V. excommunicatio 3. n.2.quibus addo Reginald.in Prax.for.pænit. d.lib.32.nu.32. vers.vnde etiam & Bonacin.d. disp.2.q.2.punct.2.n.16.

17 Quinto aduertant per censuras Ecclesiasticas repellere excommunicatos a testimonio ferendo, non possunt enim excommunicati esse testes,nisi in casu matrimonij, vel fidei vt patet per textus in c.fin.de sent.& re iudic.cap. decernimus de sent. excomm. in 6. & c.fidei de hæretic.in eo. & notant Sanch. de matrim. lib.3.disp.41. n.5. & ex Auila Corneio in d.p. 3.tract.5.de excomm.disp.10.§.9. q.6. quibus adde Bonacin.d.punct.2.n.11. Filliucc. lib.11. q.7.n.187.qui eos admittit tãtum in causis fidei Filipp.Fab.de Cens.in 4.sent.dist.25.q.1.disp.4 c.6.n.202.qui dicit ex c.licet de sent.excom.excõmunicatũ tam in iudicialib. q̃ extraiudicialib. a legitimis actibus esse remouendum quod in-

18 tellige de non tollerato † Nota tamẽ quod acta etiam non tollerati facta tam in Iudicio,quam extra,probabiliter valida sunt,cum nullum ius apparet quod eorum acta irritentur quando testimonium eorum admittitur ita Henriq.in summ.lib.13.c.7.num.5.in fine quem sequitur Dian.res.13.d.tr.9.in par.5. Vide Sayr.in Thesaur.cas.consc.tom.1.lib.2.c.8.n.1.& 4. Præpos. in 3 p.q.2.de excommun.dub.13.nu.90. Turrian.lib.2.disp.14.dub.4.Filliuc.tract.12. c.7.n. 187.Reginald.d.lib 32.nu.33.Bonacin. vbi supra nu.13.& alios per Bass.d.v.excommunicatio 3.nu.29.circa finem qui dicit testimonium excommunicati vitandi validum esse in iudicio, & in alijs contractibus quia nullo iure probatur inualidam esse maxime accedenti consensu Iudicis.

19 Sexto aduertant excommunicatos posse iterum excommunicari, excommunicatio enim duos habet effectus,vnum eiciendi extra ecclesiam,alteram detinendi extra ecclesiam, & sic secũda excommunicatio operatur hunc effectum s. detinendi reum extra ecclesiam vt notant DD. in cap. & geltrudam 3. quæst. 4. & in cap. officij de sentent. excommun. & Anton. Nald. in summ. v. excommunicatio. num.13.

20 Septimo aduertant quod quando Iudices sunt delegati ad hoc vt excommunicatio ab eis lata,sit valida,ostendant reo eorum authoritatem,quia alias non teneretur d.reus obedire,& excõmunicatio esset nulla vt docet Sayr. de Censur.disp.12.sect.6.nu.11. quem refert & sequitur Zambell.in resolut. cas.consc. v. excommunicatio nu.35.& alibi a me dictum est supra.

21 Modo quærendum est primo vsquequo Iudices debent repellere dd.excommunicatos a iudicio. & Respondeo quousque constet de absolutione c.sicut nobis de sent.excom. Paludan.in 4.d.18.q.6.art.2.Nau.c.27.n.36. Auil Suar.& alij per Bonacin.vbi supra n.54.Quomodo autem constare debet de d.Absolutionem dico sufficere communem existimationẽ vel saltem vnius, vel alterius personæ grauis & fide digni testimonium dicentis illi datum esse d.absolutionem, quia ad hoc sufficit moralis certitudo, cum nulli sit præiudicium, & præsumptio stet pro reo. ita Vgolin.de Censur. tab.2.cap.23. in princ. num.2. Reginald. lib.32. num.59. Henriq.in sum.lib.13.cap.6. Filliucc. lib.1. q.8. num.50.seq.Auila vbi supra d.11.ad finem suar. disp.15. sect.3. nu.7. & alij.

22 Secundo queritur an Iudex qui tulit sententiam excommunicationis contra aliquem possit postea eo vti in iudicio, vel potius teneatur & ipse eum deuitare? & respondeo quod & ipse tenetur euitare, sicut alij c. cum desides §. secundum de sent. excommunicat. quia talis prohibitio est data a iure,& omnes generaliter comprehendit, nec Iudex potest a seipso excipi, nisi facultate obtenta a Papa ex iusta causa Siluest.V.excommunicatione 5. nu.10.in fine Paludan.vbi supra art.2 sub fin. Couarr.in c.alma mater p.1.§.2. nu.2. Reginald.loco cit.n.64 Anton.Ricciull.de iure personar.lib.4.c.44.n.8 Suar.tom.5.disp.15.sect. 7.n.4.vers.quod adeo verum.Henriq.in sum. lib.13.de excomm.c.3.§.4.litter.N. Barbos.de potest.Episc.p.2 alleg 41.n.37.

23 Tertio quæritur an idem dicendum sit de eo,de quo dubitatur an sit denunciatus?& aliqui respondent affirmatiue nisi adsit præiudicium, & ignominia ipsius excommunicati, quia tutior pars est eligenda ita Vgolin.vbi supra c.23.§.10. nu.2. & alij ego autem dico quod non tenemur vitare, & sic Iudex tuta conscientia poterit talem dubium in iudicio admittere, quia in ijs quæ sunt facti, semper possumus benigniorem eligere opinionẽ, quoad vsq; constet clare de d.facto ita Suar.p. 3.tom.

3.to.5.disp.15.sect.3.n.4.Reginald.d.lib.32.n. 65.& alij per eos quibus addo Filliuc.d.to.11. nu.31.Auilam de Censur.p.2.c.6.disp.11.dub. 2.Bonacin.disp.2.q.2.punc.6.§.2.nu.42.qui nu.44. addit quod si adest publica fama eum esse denunciatum, & a duobus fide dignis est auditum, est uitandus & sic etiam a iudicio repellendus ita etiam Mar.alter.de cens. lib.1. disp.15.n.5.

24 Nota vero quod Parochus ostendendo litteras denunciatorias facit maiorem fidem, quam publica fama ita Nauarr.c.27.num.22. Auil.p.2.c.6.disp.11.dub.2.& Sanch.de matrim.lib.2.disp.93.n.36.

25 Quarto quæritur an si excommunicatus dixerit secreto Iudici se esse notorium percussorem Clerici, vel nominatim denunciatum, & ideo nolle in iudicio agere, vel testificari, sit credendus a d. Iudice, & eum possit, & debeat expellere. Respondeo quod sic, si sit alias fide dignus, ne detur occasio reddendi acta inualida, dummodo fieri possit sine scandalo, & præiudicio ita ex Paludano & Siluestro Reginald.d.lib.32.n.61.

26 Quinto quæritur an Iudex possit admittere in sua Diæcesi illum quē scit fuisse denunciatū excommunicatum in alia, respondeo negatiue nisi quando communiter ignoratur esse talem, tunc enim occulte admittendus est, nisi d.Iudex haberet apud se testes, quibus facile ipse posset probare d.denunciationem Silu.v. excommunicatio nu. 20. Couarr. in d.c.alma mater p.1.§.3.nu. 2.& Reginald. in Praxi for. Pœnitent. d.lib.32.nu.61. & ratio est quia delinquens iam ammisit ius ad suam famam per publicitatem, seu notitiam publicam delicti & nos tenemur obedire præcepto iuris præcipientis talem esse euitandum, & excommunicatio suum vbiq. præstat effectum ita Bonacin.d.disp.2.q.2.punct.6.§.2.n.48.Vasq. in tract.de excomm.dub.8.n.2.Duard.in Bulla Cænæ lib.2.can.1.Henriq. in summa cap. 24.n.1.& alij per eos citati.

27 Sexto quæritur quando incurratur excommunicatio vel a die qua declarauit Iudex vel a die qua pars intimauit excommunicationem, & respondeo distinguendo, si excommunicatio fertur a iudice ob contumaciam, vel crimē commissum, & simile tunc dependet a voluntate ipsius Iudicis proferentis, & secundū eius intentio non est regulandum, si vero cōcernit interesse partis, ita vt ob solam eius instantiam, vel interesse fuerit lata, & tunc non incurritur donec d.pars non declarauerit per intimationem se velle, vt in ea incurratur Cassiodorus decis.Rot.2 & 3.de Locat.Io: Valer. de differ. vtriusq; for. differ.11. in v.excommun.2.vers.quid dicendum.

28 Tandem quæritur an si quis cœperit causam in iudicio, vel agendo, vel testificando, vel simile.& interim incidat in publicam excommunicationem scilicet percutiendo Clericum vel per denunciationē, possit Iudex prosequi in causa, & sequi suum testimonium? & respondetur quod si adsit parti, vel Iustitiæ præiudicium non prosequendo potest prosequi causam, quia in hoc casu quælibet necessitas excusat, etiam illa quæ est de Consilio, non enim est credibile ecclesiam velle obligare ad euitandos dd.excommunicatos cum tanto incommodo, & necessitas vel vtilitas semper excusat in hoc casu a peccato ita ex text.in c.quoniam multos 11.q.3.Vgolin.tab.1.c.23. §.11 Filliucc. tract.15. cap.6. q.12. Reginald. lib.32. sect. 5. num. 126. Bonacin. vbi supra num.57.

CAP. XLIII.

Quæ animaduertenda sunt a Iudice in pænis suspensionis & interdicti.

SVMMARIVM.

1 *Suspensio multiplex est.*
2 *Suspensio lata absque limitatione suspendit absolute ab omnibus.*
3 *Suspensus ab ordine an censeatur suspensus a iurisdictione.*
4 *Suspensus ab administratione ecclesiæ non est suspensus ab ordine.*
5 *Suspensus ab officio est etiam suspensus ab iurisdictione.*
6 *Censura ista sequitur suspensum vbique.*
7 *Suspensus ab administratione an pecce agendo in officio.*
8 *Suspensus non denunciatus non peccat faciēdo aliquas actiones sui officij ad petitionem fidelium.*
9 *Communicans cum suspenso ab iurisdictione peccant & quid si non sit denunciatus & num.10.*

11 *Actus*

ne Christi.

75 *Particula sit quando iungitur participio præteriti temporis est canon latæ sententię.*

1 QVoad id quod pertinet ad suspensionem pro deffensione spirituali animarum iudicum præmittendum est, quod suspensio ecclesiastica, quæ fertur in foro ecclesiastico externo multiplex est; alia est ab officio, siue sit officium ordinis siue iurisdictionis alia a Beneficio, siue sit dignitas, siue aliud; alia est ab officio, & beneficio Simul. Item alia est ab officio in totum, alia in partem scilicet ab aliqua parte, non autem ab omni vsu sui officij. Item alia est suspensio pænalis; alia medicinalis; alia temporalis; alia perpetua; alia a iure, & alia ab homine vt videre est comm. per Doctores de hac materia disputantes præsertim Nauarr. c. 22. n. 154. Reginald. lib. 32. tract. 2. cap. 19. Filliuc. tom. 1. tract. 17. c. 1. Tolet. lib. 1. c. 42. nu. 45. Coninch. disp. 15. de susp. Auil. eo. tit. p. 3. disp. 1. dub. 3. Alter. tom. 2. disp. 1. c. 3. Bonacin. tom. 1. tit. de suspens. disp. 3. punct. 1. proposit. 2. & nouissime P. Bassæus, de Flor. tot. Theolog. V. suspensio n. 2.

2 Secundo præmittendum est quod suspensio lata absque limitatione expressa vel tacita suspendit absolute, ab omnibus, idest tam ab officio quam a Beneficio, & censetur perpetua quia Verba generalia generaliter accipienda sunt ita Siluest. V. suspensio quæs. 5. Tolet. lib. 1. c. 43. Auil. tit. de suspens. dub. 1. concl. 2. Coninch. disp. 15. n. 8. Bonacin. p. 2. disp. 3. n. 1. & Reginald. d. c. 19. nu. 9. seqq. Si vero particulariter & cum expressione effectus particularis est lata, tunc particulariter est accipienda, ita supradicti Doctores & alij communiter cum Zambell. resolut. cas. conf. v. suspensio nu. 3. & Bassæo vbi supra n. 9.

3 His præmissis dico, quod Iudices ecclesiastici si sunt suspensi ab ordine, non censentur suspensi a iurisdictione temporali, quia sunt disiunctæ; & tunc solum suspensio vnius trahit suspensionem alterius, cum vnus actus sit annexus alteri, vt suspensio ab vsu sacerdotij, quæ trahit suspensionem ab vsu Iurisdictionis Sacramentalis; ordo vero & iurisdictio est quid ab ea distinctum vt est in Episcopo non consecrato qui potest exercere Iurisdictionē excōmunicando, & absoluendo, non autem ordinē, consecrando, & simile ita Nauar. c. 27. n. 160. Filliucc. tract. 17. c. 2. q. 4. n. 24. Bonacin. disp. 3. p. 3. n. 4. Reginald. lib. 32. n. 13. Suar. disp. 26. sect. 4. Bassęus v. suspensio 2. n. 10. & 11. Caietan. in summula v. suspensio Couarr. in rubr. de homic. p. 1. elect. §. 1. vers. 2.

4 Notandum tamen est suspensum ab administratione Ecclesiæ in spiritualibus, & temporalibus, non esse suspensum ab ordine, sed tantum ab Administratione temporali, & spirituali, vnde sacerdos celebrans non efficitur irregularis sed conferendo beneficia; administrando sacramenta peccat mortaliter quia hæc est actio pertinens ad iurisdictionem, seu administrationem spiritualem Hænriq. lib. 13. c. 31. n. 4. Sayr. lib. 4. c. 7. n. 6. Tolet. lib. 1. c. 43. n. 12. Silu. v. suspensio q. 7. *Bass.* eo. verb. n. 15.

5 Dico secundo quod suspensus absolute ab officio nulla addita limitatione, intelligitur suspensus non tantum ab officio ordinis, sed etiā ab officio iurisdictionis idest a potestate ecclesiastica quę illi competit ratione ordinis vel iurisdictionis vt gloss. in c. cum dilectus de consuetud. & sic suspensus ab officio non poterit exercere ea quæ sunt Iurisdictionis Panorm. in d. c. cum dilectus n. 10. prope finem Suar. tom. 5. in 3. part. D. Thom. disp. 26. sect. 2. Reginald. d. lib. 32. n. 12. & de communi testatur *Bonac.* d. punct. 3. num. 9. Dian. p. 5. tr. 3. resol. 8. circa princip. Zambell. vbi supra n. 2. *Bassæus* d. v. suspensio 2. n. 12. Filliuc. tr. 17. n. 15. & nouissime Thesaur. de pæn. Ecclesiast. part. 2. v. Conseruatores.

6 Et nota suspensum simpliciter, & generaliter absque alia limitatione ab officio esse vbique suspensum, vnde non potest in aliquo loco iurisdictionē exercere, quia hæc est censura quæ sequitur suspensum vbique ita Alter. cum aliis comm. in tom. 2. disp. 4. c. 5. col. 3. seq. Quomodo vero intelligenda sit suspensio ad tempus & quomodo per mensem, vel annum, & an cesset statim videre est Bonacin. late in d. p. 3. a num. 2.

7 Tertio dico quod suspensus ab administratione in temporalibus, & spiritualibus peccabit grauiter agendo in Iudicio super rebus ad ecclesiam pertinentibus, aut alia ratione de illis disponendo ita Bonacin. vbi sup. nu. 18. vers. peccabit; immo grauiter peccabit exercens aliquod munus, quo suspensus est exercet enim absque iurisdictione ita Nauarr. c. 27. nu. 163. quem sequitur Reginald. d. lib. 32. nu. 31. cum alijs

alijs multis per Bonacin.d.punct.4.n.1. quibus addo Dian.p.1.tr.10.Res.9.cum Tanner. tom.4.disp.6.q.10.dub.6.n.136.

8 Nota tamen quod vsque quo talis sit denũciatus, si aliquas actiones faciat sui officij ad petitionem fidelium, quibus tale obsequium debet, siue ex charitate, siue ex Iustitia obligatus, non peccat, nam cum suspensio non priuet Communicatione fidelium, vt est excommunicatio, non priuat fideles posse vti d. beneficio ante denunciationem ita Suar.d.tom. 5. disp.28.sect.5.n.4.Reginald.lib.32.nu.31. vers. hic notandum & Bonacin.d. p.4. n.3. & colligitur ex determinatione Concil.constant. quod tamen loquitur de denunciatis.

9 Quarto dico quod suspensus ab officio, vel Iurisdictione facit omnes actus inualidos, & ideo communicantes cum ipso in ijs actibus peccant mortaliter, sicuti etiam quando extra necessitatem inducunt illum ad exercendos eos; participans enim in peccato alterius, peccat Nau.d.c.27.n 163.Emm.Sa.V.suspensio.Auila Henriq.Suar.& alij relati a Bonac. n.4.vers.addit, & nouissime P. Elig. Bass. V. suspensio num.7.

10 Limita in suspenso sed non denunciato, vel in casu quo adesset titulus coloratus, & communis error vulgi; in his enim casibus ecclesia tolleret & permittit nos communicare in suis officijs sicut dictum est de excommunicato ita Filliucc. tract. 12.cap.6. q.1.n. 143. & quęs.3.num.147.Egid.a Coninen.disp.14. dub.10.n.89 Suar.disp.14.sect.1.n.8.& disp. 26.sect.2. n.7. Dian. part.5.tract.9.resol. 52. Et eius acta sunt valida, idem Filliucc. cap.10. quęs.3. Henriq. lib.13.c.33.n.1. Say. Tit. de suspens.c.11.n.15.& Bass.d.V.Suspensio.n.8.

11 Limita secundo in ijs quæ non sunt propriç Iurisdictionis; quia actus, qui non requirunt Iurisdictionis ad sui valorem, validi sunt; cum nullo iure probetur ipsum priuari vsu Iurisdictionem non propriæ sicut dictum est de excommunicato. ita Alter. De Censur. disp.6.c.1.col.3.& alij per Bonacin. tit. de suspens.disp 3.quæst.4.prop.4.n.7.

12 Quinto dico quod Iudex Ecclesiasticus nõ Episcopus, qui facit iniuriam parti litiganti in Iudicio, amore, pretio, vel odio, suspensus est ab officio per annum, sed hoc debet fieri duobus requisitis copulatiue scilicet quod faciat contra Iustitiam; & contram conscientiam c. cum ceteri de Sent.& re iudic. in 6. Vnde ad hanc suspensionem incurrendam quinque consideranda sunt. primo vt talis Iudex non sit Episcopus. secundo vt grauamen sit contra Iustitiam tertio quod sit contra conscientiã, & malitiose faciat. quarto vt sit Iudex & quinto vt faciat passione vel turpis lucri gratia ita Nau. c.27.n. 157. Sayr. l.4.c.13.n.3. Silu.V. suspensio q.6.n. 19.Tolet.lib.1.c.14. Filliucc. tract.19.n.117.

13 Amplia in ijs qui exercent munus Conseruatoris, qui si se intromittunt scienter in alijs quam de manifestis iniuriis, & violentiis: aut suam potestatem ad alia extendunt quam ritus Iudiciales requirunt sunt suspensi per annum c. vlt. De off. Deleg. in 6. Suar. disp.31. sect. 3.n.17. Filliccius & alii per Bonacin. De suspens.disp.3.punct. 5.n.11.quibus adde Reginald.d.lib.32.c.24. sect. 2.n.67.& Sanch. li. 3. De matrim.disp.48.n.4.

14 Quæritur modo ob quas causas possit Iudex Ecclesiasticus potestatem habens in foro externo licite ferre hanc pęnam, & contra quas personas; & respondeo breuiter quod tantum contra personas ecclesiasticas, etiam contra Communitatem Clericorum & omnes simul suspendere c. quia sæpe De elect. in 6. §. nos inter c. 1. ne sed vacant. Nau.c.27.nu. 164. vers.4.Henriq. lib.15.c.34. §.2.& c.35. §.1. Suar.in 3 part.D.Thom.tom.5. disp.28. sect.3 n.9.seq Reginald. d.lib.32. cap.26.nu. 26. Causa vero propter quam suspendi possunt dd.personæ Ecclesiasticæ est culpa, nam cum suspensio sit pæna, culpam necessario præsuponit ex Doctr. S. Thomæ 2.2. quæst. 108. articul.4. & text. in c cognoscentes De

15 Cõst. & ibi gloss. in Verb.culpa caret.† Vnde infertur quod quando d. Suspensio fertur in Communitatem non comprehendit illos, qui non fuerunt in culpa, nisi proferetur non distributiue scilicet vt omnes suspendantur, sed præcisse prout est collectio personarum ecclesiasticarum constituentium vnum corpus politicum, tunc enim incurritur etiam ab Innocentibus, tamquam partibus totius suspensi & sic in hoc casu potest d. suspensio incurri sine culpa sed non sine causa, & hoc fit ob bonum publicum & commune vt est bellum quod fit contra Vrbem rebellem vbi etiam nocentes cum innocentibus occiduntur vt notat. Regin. vbi supra.

An vero in dubio censeatur suspensa Communitas vel personæ prout singulæ sunt, resp. nisi aliud ex verbis, vel ex subiecta materia, vel ex circunstantijs colligatur, censetur solum Communitas suspensa, & non personæ, quia versamur in materia pænali, & stricte intelligẽda est. Bonac. loco cit. n. 11. vers. sed modo qui & alios allegat.

16 De quanam culpa est intelligendam dicas de mortali, quia pęna debet esse proportionata delicto, & vindicta ex ęquo respondere excessui c. felicis §. illud autem de pæn. in 6. Venialis etiam aliquando sufficere potest, quando scilicet fertur aliqua suspensio, quæ parum incommodaret illum, qui suspenditur vt supra dixi, & hæc omnia videre poteris apud Reginald. d. c. 29. n. 27. & seqq.

17 Casus vero in iure positi propter quos incurritur suspensio, vel excommunicatio videndi sunt apud Bonacin. t. De suspens. tom. 1. per multa capita, & nouissime apud P. Egid. Bass. in Flor. tot. Theol. Verb. Suspensio 4. per totum; pręter Filliucc. tract. 17. ca. 5 & seqq. Toletum l. 1. c. 45. seqq. Nauarr. Suarez Sayrum, & alios.

18 Secundo quæritur quinam possint absoluere a suspensione; & Respondeo generaliter sicut & in aliis pænis spiritualibus illos posse absoluere, qui possunt illas inferre; nam Censura lata ab homine, ab illo homine absoluitur: lata a Iure, si delictum est occultum, etiam ab Episcopo, si est publicum ab illo, cui est reseruata, & si non est reseruata, ab omnibus etiam a simplice Sacerdote ita ex Conc. Tridentin. sess. 24. cap. 6. Doctores comm. prout referuntur a Bonacin. d. disp. 3. punct. vlt. n. 5. & 6.

19 Solũ superest difficultas quod cum suspensio non reseruata lata tantũ in puram pęnam pro delicto præterito, non auferatur proprie per absolutionem, sed per dispensationem, & dispensatio ex sui natura censetur reseruata, nisi explicite concedatur per gloss. in c. in quibusdam de pæn. verb. dispensatum.

An vero possit per episcopum vel inferiorem absolui, seu potius dispensari; & respondeo quod si a Canone non est reseruata, potest, quia aut sit Absolutio, aut dispensatio, in hoc casu videtur omnibus concessa: sed si est lata, vel in perpetuum, vel ad tempus, non potest, quia eo ipso censetur reseruata, ex quo Canon pręfiniuit tempus durationis, ita de comm. testatur nouissime cum aliis per eum allegatis Anton. Carol. Thesaurus de pæn. ec-

20 clesiast. p. 1. c. 24. §. amplia tertio. † quod si lata est in contumaciam, & non est a canone reseruata, probabile est posse non solum ab episcopi Vicario secundum comm. opinionem sed etiã ab inferiore absolui, vt est Parochus, vel Confessarius licet cõtraria opinio probabilior sit & communis vt notat d. Thesaur. loco citato omnino videndus. Vide etiam Viuald. tit. de suspens. n. 31. Bonacin. disp. 1. qu. 3. punct. 1. n. 10. Coninch. disp. 14. dub. 16. num. 230. Filliucc. tr. 17. n. 68. & 70. Suar. de Cens. disp. 29. sect. 2. Sayr. lib. 5. c. 15. n. 21. Laym. li. 5. tit. de suspens. c. 4. nu. 2. Tanner. tom. 4. disp. 6. num. 142.

21 Tertio quæritur an si Iudex Ecclesiasticus qui tulit pænam suspensionis ad tempus non exprimendo spacium temporis, per quod tẽpus intelligatur v. g. si dicatur suspendo te ad tempus respondeo a simili intelligi debere per decennium ex text. in l. fine pręfinito, & ibi DD. ffale pęn. Felin. in c. cæterum s de Cõstit. Foller. pract. crim. can. p. 3. Iud. c. 33. n. 78. Vgolin. De Cens. c. 4. tab. 4. de suspens. §. 2. n. 8. Nald. in Sum. V. suspensio. n. 16.

22 Quarto quæritur an per appellationem suspendatur pæna suspensionis, & Respondeo quod quando imponitur in pęnam delicti suspenditur per d. appellationem subsequentẽ; secus est si ob contumaciam, vt si Iudex iubeat aliquid facere sub pæna suspensionis latæ sententiæ, quia tunc est potius medicina, quam pæna ita Sanch. tom. 1. cons. moral. lib. 3. c. vnico dub. 32. n. 255. qui & alios allegat.

De Interdicto. §. 2.

23 Circa interdictum hæc sunt adnotanda, quæ pertinere possint ad forum conscientiæ personis, quæ versantur in exercendis Iudiciis. & primo, quod licet interdicere proprie sit idem quod prohibere, & interdictum generaliter sumptum, dicatur quælibet prohibitio, siue ciuilis, siue Canonica, aut ecclesiastica, attamen quatenus est pæna spiritualis imposita a Iure ecclesiastico nihil aliud est quam ecclesiastica Censura, qua prohibetur participatio actiua, vel passiua diuinorum officiorum, & Sacramentorum secundum se ipsa, & ecclesiasticæ sepulturæ ita Reginald.

eginald.d.lib.9.c.25.n.1. Bonac.tom.1. disp.5. punc.1. Bass. V. Interdictum n.1.

24 Et diuiditur multipliciter, aliud enim est locale, aliud personale, & aliud mixtum; locale quo interdicitur locus; personale quo persona: mixtum quo persona & locus, & hoc duplex est generale, & particulare, generale, quando interdicitur locus vniuersalis vt Diœcesis, Ciuitas, Castrum, vel tota Parochia comprehendens ambitum totius Castri: vel totus populus totius regni, vel ciuitatis, & est personale generale: Particulare vero quod respicit aliquam ecclesiam, vel personam ita DD. commun. vt videre est S. Antonin. p.3.tit. 26. Paludan.4.dist.18.q.8. Sotus dist.22.q.3. Summistæ in V. interdictum, & V. cessatio a diuinis. Nauar.c.27.n.164. Couarr. in c. alma mater p.2. Greg. Sayr. lib.5.cas.consc. Viuald in 2 tom.5. in 3 par. D.Thomæ disp.32. & seqq. Reginald.lib.32.cap.25.tr.5. Auil. p. 9.disp.1. Egid. a Coninch disp.17. dub.1. Fill. tract.18.n.1.seq. Alter. tom.2 de interd. disp. 1.c.1.col 3. & Bonac.d.disp 5.pun.1.

25 Modo quærendum est Vtrum Iudex qui tulit interdictum comprehendatur in interdicto. Respondeo cum Bonacina loco citato n.28. quod si Interdictum est personale non comprehenditur in eo, cum non habeat iurisdictionem coactiuam in se ipsum, sicut neque habet in superiorem, vel æqualem. In locali vero comprehenditur, quia effectus interdicti sunt instituti a iure communi: in iure autem communi non potest inferior Papę dispensare: vnde Iudex qui aliquem locum interdixit tenetur abstinere ab officiis persoluendis in eo loco, quia hic est effectus interdicti a iure communi introductus, ita Nauarr. d.c.27.n.161. Sayr.c.3.n.68. Auil.disp.1.dub. 5. conc. 2. Vgolin. tab.5. cap.6.§.1. Coninch. disp.17.n.25. Alter. disp.1.c.5.dub.8. & disput. 10.c.6.ad finem. Filliucc.tract.18.n.26.& Bass. in Flor.v.interdictum 1.n.10.

26 Ex quo sequitur quod non priuatur per hoc vsu exterioris iurisdictionis & iudicialis officii nam effectus interdicti est tantummodo priuatio diuinorum officiorum; vnde iudex etiã quod fuerit interdictus, vel in interdicto comprehendatur, attamen poterit excõmunicare, absoluere iudicare etiamsi fuerit nominatim denunciatus ita suar. disp.40.sect.2.n.46. silu. V. interdictum §.3.n.4. Henriq.c.43.n.4. & alii per eum citatis addo Barbos. de pot. epis. alleg. 18. part. 1. n.19.

27 Secundo quæritur vtrum Interdicto populo censeantur interdicti singuli illius populi ad effectum vt Iudex sciat quomodo se gerere debet circa singulos, & respondeo affirmatiue, quando est interdictum generale locale; quia effectus interdicti non conueniunt populo vt sic, sicut conuenit suspensio lata in communitatem vt supradixi, sed singularibus personis, nam auditio diuinorum, perceptio sacramentorum, & ecclesiastica sepultura, quæ per interdictum prohibentur, non competũt populo vt vniuersis, sed vt singulis c. si sententia de sent.excom. Bonacin. de Cens. in comm. disp.1.q.1. punct.4.nu.11. vers. obicies primo Bass. vbi supra n.6.

28 Nota tamen quod interdicto populo non intelliguntur exteri alterius Ciuitatis, vt sunt Scholares quamuis per longum tempus ibi habitent quia non sunt pars populi Henriq. loco citato c.41. Bonac. d.disp.5. punct.1.n.17.

29 Nota secundo quod interdicto posito super Collegium Doctorum non inficit Clericos & Regulares eiusd. Collegii Doctores, si vero esset interdictum contra ecclesiasticos, etiã regulares, tam masculos, quam feminas, & nouitios comprehendit, non tamen si esset super Clericos tantum, tunc enim regulares non cõprehunduntur, cum nomine Clericorum non veniant regulares nisi in fauorabilibus Sayr. d.lib.5.c.4.n.29.seq. Auil.p.5.d.1.dub.9.c.1. Henriq.c.41.lib.13.num.3. Zambell. resol. cas. consc. v. interdictum nu.5. Elig. Bass. v. interdictum 1.n.4. vers. præterea.

30 Nota tertio quod licet Concilium Trident. statuit vt interdicta ciuitate per interdictum generale locale cẽsentur etiam interdictæ religiosorum ecclesiæ, quæ alias sunt exemptæ attamen per interdictum speciale episcopus non potest interdicere ecclesias exẽptas, quia hoc illi ius non permittit Conc. Trident. sess. 25. de regul. c.12. & 12 bass. v. interdictũ 1.n.8.

31 Nota quarto Ciues communitatis interdictæ licet actu habeant domicilium etiam alibi, vel trasferant illac, etiam si absunt, tamẽ subiacent interdicto, quia sunt pars Communitatis ita Sayr. de Censur lib.5.c.4.n.2. Vgolin. tab.5.c. 20.§.5. bass. vbi sup.1.n.5.

32 Quarto quæritur a quo tollatur Interdictũ & respondeo ab eo qui illud tulit, aut in-

totum aut in partem quoad aliquos effectus immediatos ita DD. per *Bonac.* punc. vlt. n. 4. d. disp. 5. & ratio est quia Censura ligat ad nutum, & voluntatem creditoris licet Suar. disp. 38. n. 5. dicat cum alijs nullam censuram auferri posse nisi per absolutionem, seu relaxationem eius qui Iurisdictionem habet, & hoc videtur magis practicari Vide Silu. V. interdictum 2. q. 9. Couarr. in c. alma mater p. 1. §. 21. n. 8. & nouissime *Bassæum* eo. V. Interdictum 5. n. 2.

33 Nota vero quod episcopus potest absoluere ab Interdicto Locali posito a Iure, non autem personali, nisi sit occultum, vel non reseruatum, ab interdicto autem lato ab homine vt est a Papa non potest, quia inferior non habet Iurisdictionem in Superiorē Reginald. lib. 32. n. 55. seqq. tract. 3. Henriq. in Sum. lib. 13. d. 48. nu. 5. seq. *Bonacin.* d. disp. 5. punct. vnic. propos. 2. & seq. a n. 4. Filliuc. tract. 18. n. 125. Coninch. disp. 17. dub. 6. n. 76. *Bass.* d. V. interdictum 5. n. 4.

34 A Vicario tamen episcopi non potest tolli, nisi ex speciali eius mandato ita Sbrozz. De offic. Vicar. lib. 2. q. 185. nu. 5. *Barbos.* de pot. episc. alleg 54. n. 46.

35 Item nota quod interdictum adnexum excommunicationi reseruatæ, non est reseruatum sumus enim in materijs odiosis quæ non sunt ampliandæ Tolet. lib. 1. c. 55. Alter. disp. 11 c. 4. col. 2. *Bass.* d. v. interdictum. 5. n. 5. in fine.

36 Item nota quod destructo ędificio in quo erat interdictum, non cessat idem interdictū vnde destructa Ecclesia non potest per hoc in eo loco sepeliri; sed destructa communitate cessat tantum respectu innocentium. Coninc. disp. 17. n. 78. Bass. d. V. interdictum 5. n. 3.

37 Quinto quæritur quænam causæ requirātur ad inferendum interdictum. & respondeo illæ quæ requiruntur in alijs pænis spiritualibus scilicet culpa proportionata pęnæ quod relinquitur arbitrio Iudicis prudentis ita Reginald. d. lib. 32. n. 17. vers. cæterum.

38 Ex quo infertur quod interdictum personale speciale non potest inferri, nisi ob peccatum mortale proprium, quando simpliciter, & absolute fertur, quia si limitatum, & leue infertur etiam pro veniali Nauar. d. c. 27. n. 168. Suar. d. disp. 38. sect. 3. n. 2. seq. Quod & dicendum est de interdicto locali generali in quo requiritur causa grauissima, vt scilicet non tantum ex peccato mortali, sed etiam aliquo modo publico, seu communi, sicut est peccatum Principis, gubernatoris, seu Communitatis, et licet quoad interdictum locale particulare sufficiat culpa minor, & si grauis & aliquo modo communis Vide Egid. Bass. in d. V. interdictum 4. n. 3. qui & alios allegat.

39 Aduertant igitur Iudices ecclesiastici pro deffensione propriæ conscientiæ interdictum personale non posse in aliquem ferri nisi ob ipsius propriam culpam licet locale etiam ob alienam, sed non sine causa. Suar. tom. 5. in 3. p. D. Thomę disp. 38. sect. 3. num. 2. seq. & alii per Bass. d. num. 3.

40 Secundo aduertant interdictum locale latum contra Ciuitatem, & ciues, propter contumaciam alicuius personæ, d. persona debet esse non priuata, sed publica vt est persona Domini, aut Gubernatoris prout determinauit Concilium Basiliense sess. 20. approbatum a Nicolao Papa V. vt habetur in Codice consiliorum tom. 2. tit. de interdictis non leuiter ponendis. his verbis quoniam ex indiscreta interdictorum promulgatione multa consueuerunt scandala euenire statuit hęc sancta Synodus quod nulla ciuitas, oppidum, castrum, Villa, locus ecclesiastico supponi possit interdicto nisi ex causa seu culpa ipsorum locorum seu Domini, seu rectoris, aut officialium, propter culpam autem seu causam alterius personæ huiusmodi loca nequaquam interdici possint auctoritate quacunque ordinaria, vel delegata, nisi talis persona prius fuerit excommunicata, ac denunciata, seu in ecclesia publicata, ac Domini seu rectores, vel officiales ipsorum locorum auctoritate iudicis requisiti huiusmodi personam excommunicatā infra biduum inde cum effectu non eiecerint, aut ad satisfaciendum compulerint, qua etiā post biduum eiecta recedente, vel satisfaciente, mox diuina resumi possint, quod etiam in pendentibus locum habeat. notat Couarr. in

41 c. alma mater p. 2. §. 1. n. 5. † Sicuti etiam non debet esse pro contumacia ciuili scilicet ad recuperandum debitum contra Dominum nolentem illum soluere, nam non expedit Reipublicæ Christianæ sacra interdicere nam potest per hoc generari remissio circa Dei cultum, necessitate non excusante, cum multæ aliæ rationes suppetant agendi debitores ad so-

ad solutionem æris alieni ita Couarr. vbi supra d.n.5.Suar.de Censur.tom.5.disp.38.sect. 5.n.8.seqq.Barbos.de potest.episc.alleg.38.n.
42 17.part.2.† cum licentia tamen Papæ potest poni interdictum generale ob non solutionem debiti pecuniarii priuati Nauar. c.27.nu.168. Arm v.interdictum §.5.nu. 27. posset etiam ferri interdictum particulare alicui Ecclesiæ vt dicit Calderin.tr.de Eccles.Interd.membr. 1.cap.4.

43 Tertio aduertant quod Interdictum generale locale non debet ferri vt supradictum est,nisi ob peccatum graue, cum pæna etiam sit grauis & peccatum non est necesse sit omnium sed tãtum sufficit vt sit Domini eius loci,seu communitatis, aut collegii, seu Prælati respectu loci ipsius spirituali iurisdictioni subiecti, & etiam Capituli, senatus, aut Concilii quod totam Communitatem representet, & cui sint commissæ suæ vices ita Reginald.d.li. 32.n.18.seq.Interdictum locale vero particulare requirit etiam,vt supradixi, culpam grauem, sed non tantam, cum nec tanta culpa sit ita Reginald.vbi supra vers. quartum est Siluest.V.Interdictum 3.q.5.Nauarr.c.27.n.168 Couarr.in d.c.alma mater p.2.§1.nu.4. Suar. disp.36.sect.3.n.2.Bassæus v.interdictũ 4.n.3.

44 Quarto aduertant quod quando interdictum fertur ob contumaciam præmittendam esse trinam monitionẽ, & in scriptis Reo tradendam sententiam exposita causa, propter quam afficiatur tali pæna c. reprehensibilis de appellat.& c. cum iudicialis de sent. excomm. in 6. licet ad obseruantiam Interdicti sufficiat quod sit promulgatum in ecclesia primaria illius loci, & ita obseruatum mihi dixit fuisse in interdicto lato de anno 1639.contra Rempub.luccens. Illustris. meus episcopus Tiferni,cui causa commissa fuit ab Vrbano VIII. qui licet absens mandauit affici monitoria ad valuas Ecclesiæ Cathædralis illius ciuitatis,& ad loca viciniora in finibus illius status. iuxta textum in c.1.§.verum de postul. Prælat.Reginld.vbi supra n.21.in fine.

45 Quinto aduertant quod nullum interdictũ locale in iure est Papæ reseruatum præter latum in *Bulla* Cenæ in canon. 2. contra appellantes ad futurum Concilium; Personale vero particulare in iure latum & non reseruatũ potest ab episcopo tantũ absolui, licet sit etiã opinio probabilis, quod quilibet simplex sacerdos possit absoluere, dummodo sit ex aprobatis ab ordinario, quia hæc pæna simbolizat cum excommunicatioone ita tenet Suarez d. disp. 38.sect.2.n.8.Egid.de Coninch.disp.13.dub. 6.concl.3.Filliucc.tract.18.nu.126.& alij per Carol.Anton Thesaur.de pæn.eccles.p.1.cap. 24.ampl. 5. Interdictum autem a iure latum ob contumaciam indefinitè, si non est reseruatum,potest tam episcopus,quam Vicarius, & quilibet alius Prælatus ecclesiasticus absoluere;secus si est latum ad tempus Sayr. de Cens. lib.5.c.15.n.14.

46 Et hæc intellige procedere tam in interdicto locali,quam personali,siue sit particulare, siue generale; & possunt absoluere in vtroque foro.ex textu in c. nuper § in secunda de sent. excommunic.Auil.p.5.disp.4.dub.1.concl.8. Paul.Laym.lib.1.de Interd.c.1.n.1.Sbrozz.de offic.Vicar.q.185.n.2.

47 Sexto aduertant quod suspensio Interdicti soli Pontifici reseruatur, vnde non potest a iudice ecclesiastico Inferiore suspendi,& hoc siue sit personale,siue locale, siue a iure, siue ab homine, etiam si illud protulerit c.ad hæc & ibi gloss.de appellet.Henriq. in summa d. lib. 13.c.51.§.4.vers.quarto Auil.de Censur.disp. 6.dub.6.concl.4.Barbos.de potest.episcop.p. 1.alleg.38.nu.6. Aloys.Ric.decil.Neapol.p.4. decis.133.

48 Septimo aduertant,quod in prolatione ipsius Interdicti possunt diuidi,& limitari ipsius effectus,ita vt intendant priuationem vnius,& non alterius,nam præter excommunicationẽ, cuius effectus sunt omnes de iure communi inuicem annexi, & super eos solus Papa dispensat, aliarum censurarum effectus eod.iure sunt diuisibiles,ita Henriq.d.lib.13.cap.2.§.3. quem citat & sequitur Barbos. de pot. epis. d. alleg.38.n.8.

49 An vero violantes interdictum incurrant in pænam aliquam vltra peccatum respondeo negatiue, cum in iure nulla inueniatur imposita,licet ex adiuncta circumstantia regulariter incurrant in excommunicationem, vel in alias pænas arbitrarias contra tales violatores a superioribus impositas Clement. 2. de sent. tent. excom. Peccant tamen mortaliter, quia faciunt contra prohibitionem Censurę in materia graui, quamuis quoad locale multi dicant peccare tantum venialiter, Clerici vero tam sæculares, quam regulares incurrunt in irre-

irregularitatem & in suspensionem ab officio cap. 15. de sentent. excommun. in 6. c. tanta de excess. Prælat. c. Episcoporum de priuileg. cap. postulastis de Cler. & Clement. 1. De sent. excomm. vide Elig. Bassæum verb. interdictum 3. n. 2.

50 Limita in Clericis quando actiones non spectant ad ordinem, sed ad suum officium, sed eas faciunt tamquam laici, vt si sepeliant aliquem in loco interdicto absque diuinis officijs, vel audiant missam, vel assistant matrimonio absque benedictione sponsorum, nam tunc licet peccent mortaliter, tã non efficiũtur irregulares, nam irregularitas contrahitur solum ab exercitio ordinis, & officij ecclesiastici in hac materia Henriq. Bonacin. Filliuc. Reginald. Coninch. & alij citati a Bassæo d. v. interdictum 3. num. 4.

51 Celebrans vero coram interdicto non incurrit in irregularitatem, peccat tamen participando cum eo, quando est denunciatus, & interdicitur ab ingressu Ecclesiæ, donec satisfaciat arbitrio illius, qui tulit interdictum; & hoc procedit tam in Clericis celebrantibus, quam in alijs permittentibus huiusmodi interdictos audire diuina officia. ita Nau. c. 25. n. 94. Suar. dsp. 14. sect. 4. nu. 11. Sa v. Interdictum Auila disp. 5. dub. 4. Filliucc. vbi supra n. 57. & 147.

52 Nominatim autem interdicti denunciati dicuntur illi qui exprimuntur nomine proprio, vel nomine officij, vel alio signo manifestante illam personam in particulari, & in interdicto personali contra aliquod collegium vel communitatem habentur omnes pro nominatis, quia Communitas nihil aliud est quã singuli omnes vt bene notant Suarez disp. 37. sect. 2. n. 3. Sayr. lib. 5. c. 12. n. 23. Filliuc. tract. 18. cap. 6. & alij per Bassæum d. v. interdictum 3. num. 6.

53 Qui nam sint casus in quibus a iure imponitur pæna interdicti sunt sequentes Primus quando a Domino alicuius loci impeditur legatus Apostolicus, ne possit fungi officio suo, extrauag. super gentes de Consuetud. Filliucc. tract. 18. nu. 137. Secundus quando episcopus vel Cardinalis temere percutitur, capitur, aut bannitur Clement. 1. de pæn. & cap. felicis de pæn. Reginald. lib. 32. nu. 63. Tertius quando Rectores ciuitatis in electione summi Pontificis non faciunt obseruari ea quæ constituta sunt in c. vbi periculum de elect. in 6. Tolet. lib. 1. c. 21 §. 4. Bonacin. p. 8. n. 4. Quartus quãdo Iudices & Prælati ecclesiastici ob concessionem domus manifestis vsurarijs permanserunt per annum in excommunicatione c. 1. de vsur. in 6. Viuald. de interd. nu. 10. In his casibus sunt interdictæ Ciuitates, & loci vbi hæc patrata sunt & dicitur interdictum generale loci.

54 Interdictum speciale loci in iure latum reperitur in duobus casibus primo quando hæreticus sepelitur in Ecclesia; illa ecclesia perpetuo interdicta est quoad sepeliendos alios. & secundo quando Clerici, & regulares inducunt aliquem ad vouendum, promittendum seu alias iurandum vt in eorum ecclesia eligat sepulturam, & ibi sepelitus est, donec restituant ecclesiæ, cui de iure sepeliendus erat c. felicis de pæn. & c. animarum de sepult. in 6. Filliuccius n. 139. & 141. Suarez disp. 37. sect. 1. n. 17. & 25.

55 Interdictum generale personale in iure latũ reperitur in ijs casibus primo quando vniuersitas concedit represaglias, pignorationes contra ecclesiasticos, quando eas concessas ab ab alijs non reuocat; vel quando exigunt talias vel decimas a dd. ecclesiasticis, vel bona illorum occupant c. vnic. de immun. in 6 c. Clericis de Immun. Eccles. Nau. c. 27. nu. 136. Henriq. lib. 13. c. 43. §. 5. Secundo quando vniuersitates appellant a sententijs Summi Pontificis ad futurum concilium in Bulla Cænæ n. 2. Secundo quando a capitulo sede vacante conceduntur illicite litteræ dimissoriales Concil. Trid. sess. 7. de reform. c. 10 Filliuc. n. 144. & Tertio quando ab vniuersitate non obseruatur constitutio Io. XXII. circa fructus beneficiorum vocantium extrauag. vnica de sed. vacant.

56 Interdictum personale particulare in iure latum reperitur in sequentibus casibus Primo quando inutile pronunciat sententia excommunicationis, tunc est interdictus Iudex ab ingressu ecclesiæ c. cum medicinalis de sent. excomm. in 6 Henriq. lib. 13. de interdict. c. 43. §. 5. Secundo eod. interdicto subiacent Prælati ecclesiastici vsurpantes ex creditibus dignitatis vacantis, aut ecclesiarum subditarum. c. præsenti de offic. ordin. in 6. Sicuti etiam quando illegitime alienant bona ecclesiæ. extrauag. vnic. de bon. eccles. non alienand. vel quando edunt Commentaria in Trid. Pius IV.

IV. in Bull. confirm. d. Concil. Filliuc. nu. 147 Tertio episcopus in visitatione aliquid accipiens, & intra duos menses non restituens duplum, interdicitur; vbi supra Tridentin. sess. 24. c. 3. sicuti etiam quando Metropolitanum suum vltra annũ non residentem ad Romnum Pontificem non defert infra tres menses. Conc. Trident. sect. 6. de reform. c. 1. Item idem Interdictum incurrunt qui recipiunt aliquam dignitatem ecclesiasticam a laicis, & Sacerdotes admittentes interdictum ad diuina officia c. si quis deinceps 16. q. 7. & vltimo violãtes interdictum locale saltem generale c. episcoporum de priuileg. in 6. isti enim omnes ab ingressu ecclesiæ interdicuntur vide de his late Bass. v. interdictum 6. a n. 1. seqq.

De cessatione a diuinis §. 3.

57 PÆna interdicti est & alia similis saltem ad effectum, licet nõ sit proprie pęna, sed potius factũ quoddam, & dicitur Cessatio a diuinis per quod factum ex arbitrio superioris suspenduntur in aliquo loco diuina officia, quæ quamuis non inueniatur a iure imposita, tamen est ex consuetudine a d. iure permissa sic est text. in c. in canonici, & c. quãuis de offic. ordin. in 6. Suar. tom. 5. disp. 39. sect. 1. Sayr. lib. 5. th. cas. consc. c. 12. Nau. c. 27. n. 189. Reginald. lib. 32. c. vlt. sect. 1. sub nu. 70. Bonacin. disp. 6. punct. 1. n. 2.

58 Et nota quod per hanc cessationem non solum cessatur a persoluendis diuinis officiis, sed etiam ab administratione sacramentorum & sepultura Laicorum; & duplex est, alia particularis, vnius scilicet ecclesiæ; altera generalis totius scilicet regni, Ciuitatis, vel oppidi ita comm. DD. per Suar. d. disput. 39. sect. 1. n. 1. & 5. Bass. V. Cessatio n. 1.

59 Nota secundo quod hæc cessatio differt ab interdicto, eo quod non fertur per modum Censuræ, sed per modum simplicis prohibitionis, & violantibus illam non est imposita irregularitas, & nunquam incurritur ipso facto Filliuc. tract. 18. c. 7. Henriq. lib. 13. c. 54. n. n. 1. Sayr. d. lib. 5. c. 17. nu. 8. Bonacin. vbi supra num. 3. & seq. & nouissime P. Bass in Flor. tot. Theol. v. cessatio a diuinis n. 2.

60 Nota tertio quod hanc prohibitionem potest imponere quilibet Iudex ecclesiasticus tã ordinarius, quam delegatus, vel obtinens hanc facultatem ex consuetudine sicut & in aliis pænis ita Silu. v. Cessatio Reginald. d. lib. 32. tract. 3. n. 72. Filliuc. d. tract. 18. cap. 7. quæst. 1. Henriq. d. lib. 13. c. 54. nu. 1. & Sayr. vbi supra c. 18. nu. 3.

61 Nota Quarto quod licet non sit licitum tempore cessationis pulsare Campanas, attamẽ potest pro necessitate infirmorum semel in hebdomoda ad renouandam eucharistiam priuatim cum vno ministro celebrare, & Clerici priuatas actiones in ecclesia recitare, & ianuis clausis sine cantu &, submissa

62 voce horas canonicas recitare, † & etiam ex probabili opinione in quatuor præcipuis festiuitatibus contentis in c. alma mater, & in octaua Corporis Christi diuina officia solemniter dicere, & sacram. ministrare, sicut tempore generalis interdicti vt notat P. Bass. vbi supra n. 5. cum alis per eum ibi allegatis, sicuti etiam iuxta benignam Doctorum interpretationem, & praxim sacramenta Baptismi & Pænitentiæ administrare. ita Sayr. Reginald. & alii locis citatis.

63 Nota 5. quod Clerici non priuantur ecclesiastica sepultura ex benigna iuris interpretatione Auil. de Cens. disp. 1. nu. 10. Suar. vbi supra num. 31.

64 Nota sexto quod Cessatio potest poni cum Interdicto, vt accedat noua, & arctior prohibitio ita Bass. vbi supra nu. vlt. cum alijs per eum allegatis.

65 Nota septimo quod causa ob quam profertur ista prohibitio, est, vt in alijs pænis, culpa, quæ grauior esse debet, quam pro interdicto cum grauior etiam censentur ista prohibitio, & non sufficit, quod nota sit rationibus probabilibus, & cõiecturis, sed debet esse manifesta, & expressa in litteris, ea ratione, quia hæc cessatio est valde publica & onerosa ecclesię, ideo vt sit propositio iter culpa, & pęnã debet esse etiam culpa manifesta c. si Canonici & ibi Gemin. Ancheran. & alij de offic. ordin. in 6. & Doctores supracitati.

66 Et culpa sufficiens ad imponendam hanc Cessationem potest esse; edictio statuti contra libertatem ecclesiasticam; Detentio Clerici per Iudicem secularem; Impositio Collectæ Clericis, & similia communi bono ecclesię, & potestati ecclesiasticæ contraria, quæ relinquuntur arbitrio iudicis, licet ad Papam postea pertineat cognoscere, an culpa sufficiat

gloss.

gloss.in d.c.si.Canonici v.inuenta Mar. Alter tom.2.disp.2.c.6 col.1. cum alijs per Bonacin.vbi supra n.5.

67 Sed vt melius omnia Iudicibus ecclesiasticis nota sint pro defensione eorum conscientiæ aduertendæ sunt septem conditiones necessarias ad validitatem ipsius notatæ a iure in c. quamuis de offic.ordin. in 6. cum c.si canonici,& c.irrefragabilis,§.cæterum de offic. ordinar.& referuntur a DD. in d.c. quamuis & a summistis in v. cessatio, & ab alijs communiter & sunt sequentes prima est vt, is cuius auctoritate cessatur a diuinis, habeat a iure facultatem, vt sunt, Papa, Episcopi a dignitatis in sua Diœcesi,capitulum sede vacante,& Canonici ex priuilegio in quibusdã ecclesiis d. c.si.canonici & ibi DD.rône secũda est vt cõuocentur dd. Canonici nullo eorum dempto etiã absentes,qui conuenire possunt ad tractãdum de ipsa Cessatione d.c.quamuis & ibi de d.Causa mature discutiatur, & maior pars capituli concludat esse cessandum. Tertia est, quod causa sit rationabilis,& expressa d.cap. irrefragabilis. quarta est vt offensa, propter quam cessatur sit manifesta,ac notoria;quinta est,vt Instrumento publico, & patentibus litteris authentico sigillo munitis causa cessationis exprimatur,& tradatur ei contra quem cessatur.Sexta est, vt cessaturi postulent ab eod.delinquente,vt emendet competenter iniuriam suæ offensæ propter quam volunt cessare, quod si facere nolit locum habet tunc cessatio.& septima vt post cessationem vtraque pars tam ferens cessationem, quam ille contra quam fertur per se,aut per procuratores ad sedem Apostolicam intra mensem adeant,vt cognita causa Pontifex prouideat de remedio.Nota tamen q. si non seruentur omnes istæ conditiones non est seruanda d.Cessatio d.c.quamuis Suar.d.tom.5.disp 39.sect.3.nu. 13. post Io: Andr.in d.c. quamuis Ang in v. cessatio n.3.Silu.n.2. Sot.in 4.dist. 22.q 3.ar. 2.concl.2.quos sequitur Reginald.d.lib.32.c. vlt.sect.1.nu.71.& notant Coninch.disp. 17. dub 7.num.87.Filliuc.d.tr. 18.c.17.quæst.8.& nouissime Bonac.d.punct.1.disp.6. tit. cessat. proposit.2.n.3.cum alis per eum citatis † vbi

69 etiam notat quod si partes inter se conueniãt potest d.cessatio tolli ab eo,a quo lata est,& tunc non esset opus sedem Apostolicam adire immo etiam postquam causa deuoluta fuit ad summum Pontificem, potest tolli excommuni consensu, & satisfacta emendatione; quia intentio Papæ est remedium ecclesiæ ne dãna succedant si d.ecclesia absque diuinorum celebratione diu permaneat, quod quomodocumq; fiat non est querendum.

70 Aduerte quod licet d.Iura loquuntur in casu tantum,quo capitula,vel conuentus d.cessationem inducant;multi tamen Doctores allegati per Coninch.d.disp.t. tit.de interd. dub. 7.n.90. dicunt esse idẽ dicendum in cessatione ab alijs Prælatis illata, quamuis non videatur tam necessaria illa Conditio quinta vt scilicet moneatur pars per instrumentum publico sigilo munitum, sicuti etiam illa vt Romam adeant, quia hæc nullo iure Prælatis præcipitur, nisi forte ex Consuetudine inducta sit.

71 Item aduerte quod ad tollendam cessationem semper requiritur Iudicis relasatio, quia nunquam imponitur ad certum tempus nec sub conditione, sed absolute, & potest relaxari tam in totum, quam in partem quoad certus effectus, & certas personas.ita Reginald.d.lib.32. n.84 Bene uerum est quod per appellationem antecedentem impeditur,sicut & aliæ pœnæ impediuntur, vt supradictum est.

72 Forma vero tollendi hanc pænam in iure non reperitur, sufficit enim, quod Iudex Ecclesiasticus verbis suam voluntatem explicet, nam cum hæc prohibitio non sit a iure, sed feratur simpliciter, debet etiam simpliciter tolli. ita Suar.d.disp.39.sect.2.Henriq. d. lib. 13.c.53.Filliucc.vbi supra n.186.Alter.d sp. 2. c 9.dub.1.Reginald.n 83.& Bonacin. tom.1. disp.6.p.3.n.12.vers.quæ de relaxatione tit. de Cessat.

73 Quod nam peccatum committant non seruantes eam, dico mortaliter rationibus supra adductis de interdicto & Religiosi excommunicantur ita ex Clementin. 1. de sent. excomm.notat Reginald.d.n.83.

De alijs suspensionibus. §.4.

74 VLtimo est notandum quod est & alia suspensio in iure quæ vocatur a sacro corpore & sanguine Christi & habetur in cap. nullus de Consecrat. distint. 1. lata a Zacharia Papa in Sinod. Roman. cap. 14.

& est

& est latæ sententiæ, quia ibi dicitur sit su-
75 spensus a corpore † & hæc particula, sit, quã-
do iungitur participio præteriti temporis est canon latæ sententiæ vt dicit. Carol. Anton. Thesaur de pæn. ecclesiast. p. 2. V. Missam ca. 13. In qua licet sint variæ Doctorum opiniones de qua suspensione intelligatur, tamen verior est quod tantum intelligatur de celebratione missarum, & de Sacra Communione ita Nauarr. miscell. 86. De orat. Armill. V. missa n. 12. Diaz in Prax. c. 46. Sayr. lib. 4. c. 15. nu. 1. Filluc. tract. 17. De suspens. n. 104. Sed nulli est reseruata Thesaur. d. V. missam c. 13. vers. sed quæres.

CAP. XLIV.

De pœna depositionis.

SVMMARIVM.

1 *Depositio an sit proprie censura, & quomodo diuidatur.*
2 *Quid sit depositio Verbalis simplex.*
3 *Quid verbalis præparatoria ad actualem.*
4 *Quid verbalis absoluta.*
5 *Quid actualis depositio.*
6 *De qua intelligendum dum reperitur imposita à Iure.*
7 *An denegatus retineat Characterem ordinis.*
8 *Effectus depositionis qui sint.*
9 *Causa propter quam imponitur quæ sint.*
10 *Quid respicere debeat Iudex in imponendã hac Pœna.*
11 *Quid agere debeat Iudex cum Clerico fornicatio.*
12 *Quæ delicta mereantur degradationem.*
13 *Vtrum in delictis requiratur incorrigibilitas.*
14 *Quæ nam sit ista incorrigibilitas.*
15 *Crimina adnotata in Bullis Pontificum ad incurrendam depositionem quæ sint.*
16 *An in crimine Sodomia sufficiat vnicus actus.*
17 *Item an debeat esse notorium et consumatum.*
18 *Quid dicatur occultum.*
19 *Quid de Sodomia commissa cum fœmina.*
20 *Actus repetiti an denotent fraudem legis.*
21 *An quis teneatur ad pœnam in Conscientia ante sententiam.*
22 *An in Crimine sollicitationis in Confessione possit sacerdos degradari.*
23 *Abortus fœtus animati est vnum de criminibus pro quibus potest clericus deponi.*
24 *Supplicans in sacra Penitentiaria pro dispensatione ab irregularitate ob abortum fœtus animati necessarium est dicere an sit à se genitus.*
25 *An assasinium sit delictum sufficiens ad degradationem.*
26 *An cadauer Clerici sit degradandus si est comburendus post mortem n. 27. 28.*
29 *Contra quas personas possit inferri dicta Pœna.*
30 *Iudex secularis non potest procedere contra Clericum nisi post sententiam.*
31 *An Episcopus possit despensare in hac pœna & n. 32 & n. 37 & 38.*
33 *Quid de capitulo sede vacante.*
34 *Episcopus Clericum deponens à beneficio potest illum denuo restituere.*
35 *Restitutio supradicta debet fieri cum assistẽtia aliorum Prælatorum.*
36 *Forma quomodo sit facienda dicta restitutio.*
39 *Quinam Iudices possint hanc pœnam inferre.*
40 *An Episcopus nondum consecratus possit degradari.*
41 *An sit hodie necessaria assistentia prælatorũ ad degradationem.*
42 *Et quid de degradatione verbali.*
43 *Quæ sint dignitates de Iure Canonico, & de Consuetudine. n. 44.*
45 *Modus quo fit ista degradatio.*
46 *Nemo ordinarius potest infligere pœnam degradationis nisi in casibus a iure expressis.*

1 DEpositio differt a suspensione, quia priuat spe restitutionis in integrum, & nõ est proprie censura, quia non est medicinalis sed tantum pæna punitiua Reginald. lib. 32. tract. 2. n. 30. in princ. & nihil aliud est quam perpetua remotio ab altaris mini sterio, & ordinibus; & duplex est Verbalis; & actualis, Verbalis subdiuiditur in Verbalem simplicẽ. Verbalem præparatoriam ad actualem; & in Verbalem absolutam.

2 Verbalis simplex est illa qua clericus priuatur in perpetuum officio, & beneficio ecclesiastico, non autem Priuilegio clericali fori, canonis, & bonorum capit. veritatis in fine De dol. & contum. Et hæc aliquando in

iure est latæ sententię vt est in c.clerici. De Cler.excom.min.c.ad falsarios de crim. falsi, & alibi,& notant DD.comm.in c.at si Clerici De Iudic.Menoch.de Arbitr.cons.415.a n.6. Sayr. lib.5.de Censur.c.20.n.10.Paul.Laym. lib.1.tract.5.p.3.tit.de suspens.c.6.n.3.Filliuc. tract.18.c.8.q.2.n.193.Reginald.lib.12.c.23. n.3.&seq quomodo vero infligenda sit ista pęna videbimus infra,& tradit Thesaur.de pęn. Eccles.p.1.c.27.

3 Verbalis præparatoria ad actualem est illa quæ deponit Clericum ab omni ordine, & beneficio, & ab omni priuilegio Clericali, & requirit certum numerum Prælatorum, seu Ecclesiasticarum personarum ad Sententiam specialem ferendam vt infra melius dictum, & notat textus in c.nouissimus De verbor.significat.& c.1.De pęn.in 6.Concil.Tridentin. sess.13.De reformat.c.4.

4 Verbalis absoluta est illa quæ priuat omni priuilegio Clericali, & non exigit depositionem actualē, sed ipsa est depositio, vt ait Menoch.De arbitrar.cas.415.nu.27.Carrer.in Proem.tit.de Degrad.n.13.& hæc pæna frequenter in iure repetitur latæ Sententię vt in c.1. de homicid.c.cleric.de excessib.Prælat. & alibi.

5 Actualis depositio est quæ præter d.Verbalem præparatoriam priuat personaliter, & actualiter, & spoliat delinquentem ecclesiasticis ordinibus adiuncta reali actione, & cæremonia per canones instituta,& dicitur proprie degradatio ita Simanc. De Cathol. Inst. tit.46. n.6. Henriq. in Summ. lib.13.c.55. Alter. De Censur.tom.2.disp.2.c.1. Vers. Degrad.Monet.de distrib.quotid.q.17.a nu.1. Bellett.disq.Cler.p.1.tit.De fauor. Cler.pers. §.10.a n.3.Fernand. exam. Theolog.mor.p.2. c.14.§.1.Fr.Emm.qq.regular.tom. 2.q.123. art.2 Barb. f.De pot.episc.p.3.alleg.110.n.2. & 4. Bonac.de Censur.disp.4.punct. vnic. n. 2.& 3.Suar.de Cēs.disp.39.sect.1.& 2.P.Elig. Bass.Flor.tot. Theolog. V.degradatio n.1.

6 Hic nota quod quando in iure vel in aliqua Constitutione reperitur imposita pęna depositionis intelligendū de Verbali,non autem de Actuali, quia Actualis non infligitur,nisi pro casibus specialiter ab ipso iure decretis;& verbum illud simpliciter prolatum de mitiori pæna,veluti ex dispositione odiosa est intelligendum c.1.de pęn.in 6.Folier.pract.crim.n. 27.Vers.quid si Bellett.d.§.10.n.5.Bonacin. d.p.vnic.n.6.vers.addo.Monet.de distr.quot. q.17.n.9.Elig.Bass.d.V.degradatio nu.3.& Thesaur.vbi supra intelligit de depositione, non autem Degradatione Verbali.

7 Nota quod degradatus quomodocumque sit,semper retinet Characterem ordinis,quia hic indelebilis est. propter hoc non est ęquū vt efficiatur melioris conditionis,quam cæteri propter suum delictum,ideo nō eximitur ob oneribus ordinis, vt a recitatione Horarum Canonicarum, & a Voto castitatis, & si matrimonium contraxerit inualide contrahet. Tolet.lib.1.c.30.n.1.Filliuc.tr.18.c.8.nu.191. Bassæus d.V.Degradatio n.5.

8 Nota tertio quod effectus degradationis actualis est,traditio degradati Curiæ sęculari, vnde Episcopus præsente Iudice sæculari declarat illum esse illius Curiæ,debet tamen intercedere vere,& efficaciter pro eo vt non moriatur: Iudex vero sæcularis potest illum punire pæna Iure ciuili Laicis imposita pro illo delicto. Silu.V.depositio.n.2.Silu.ea.qu.2. & Bass.vbi supra n.6.

9 Causæ autem propter quam imponitur ista pæna sunt crimina maxima,& atrociora,cum maxima etiam, & grauissima sit eadem pæna Vnde ad incurrendam Verbalem degradationem est necessarium,quod Reus conuincatur de delicto Adulterij,Concubinatus,& sit perseuerans post monitionem, Simoniæ notoriæ stupri,incestus,sua culpa decedendi suum Parochianum sine Baptismo,& alia omnia quæ inferunt irregularitatem ita Bonac. d. p. vnic. n.6. Emman.Sa.V.Depositio n.2.Bertachin. tract.de episc.p.8.lib.4.tit.de Caus.mat.Degr. Henriq.in Summ.c.55.§.5.Molin.tom. 4. de Iust.disp.49.tract.3.n.14.Alter. de Censuris tom.2.disp.2.c.1.qui dicit quod depositio iure Canonico infertur in omnibus illis casibus in quibus Iure Ciuili imponitur pæna mortis quibus addo P.Elig.Bass.Flor.tot. Theolog. Verb.Degrad.nu.6.Parolett.Palestr.Cleric.p. 2.sect.1.c.2.condit.8.vers. quatro crimina & Azzor.p.2.lib.6.c.7.quęs.12.ab eo citatum.

10 Aduertant tamē Iudices ecclesiastici quod ad imponendam hanc pænam non respiciant solum Canones antiquos, quia illi faciliores erant ad imponendam depositionem, sed qualitatem delicti, personæ,& temporis, cū ob humanam fragilitatem multum sit de illorum

lorum rigore relaxatū c.fraternitatis.34.dist.

11 † Vnde Clericus frequens fornicarius nō statim est deponēdus,sed gradatim est cum illo agendum:ita vt prius Iudicis arbitrio moneatur,& si monitus non resipuerit,ipso facto sit priuatus tertia parte fructuum beneficiorum ac pensionum applicandorum fabricæ Ecclesiæ, & si adhuc permanet secundum qualitatem loci,personæ,temporis,& aliarum circūstantiarum seruet ea quæ statuit Concil. Tridentin.in sess.25.c.14.de Reformat.vbi quomodo sint puniendi Clerici Concubinarii,vel suspecti,prouidetur.Vide adnotata per Bonac. d.disp.4.punct.vnic.n.7.qui & citat Alter.c.6. col.4.Et ego oro in visceribus Christi Dominos meos Iudices ecclesiasticos vt in his criminibus tam frequentibus & apud Laicos tā scandalosis ne sint nimis præcipites,nec nimis negligentes sed inuigilent ad remedium cum omni charitate,& diligētia quia propter hoc vitium pauci,maxime Sacerdotes, saluantur vt dicit D.Augustinus.

12 Crimina vero quæ merentur realem degradationem alia sunt posita in Sacris Canonibus alia in sacris Pontificum Constitutionibus,& alia sunt de consuetudine.

Quæ sunt posita a Canone tria sunt specialia,Heresis,falsi in litteris Apostolicis,& cōspirationis in proprium episcopum, de primo loquitur text.in c.ad abolendam &c.excommunicatum de Hæretic.de secundo c ad falsariorum de crim.fals.& ibi gloss. in V. postmodum,& c.cum nō ab homine de Iudic. de tertio c.si quis sacerdotū 11.q.1.Quibus adde etiam Reuelationem Confessionis est text.in c.omnis de pæn.in 6.Et vsuram c. si quis.dist. 47.de iis criminibus tractant Bellett.disq.cler. p.1.§.10.n.6.Carolus de Grassis de effect.clericat.effect.1.n.856.Alter.d.tom.2.disp.1. c. 2.& 6.Alder.de Relig.discipl.tuend.lib. 2.c. 17.n.11.Menoch.de Arbitr.cas.306.n.6.seqq. & couarr.var.lib 2.c.20.n.7.cum aliis per eos quibus adde nouissime Parol.in Palest. cleric. p.2.sect.1.c.2.cond.8.n.8.post litter.c.

13 Modo quæritur vtrum in iis delictis requiratur incorrigibilitas: Respondeo quod de æquitate habito respectu personæ,loci,& tēporis necesse est incorrigibilitas,sed de rigore Iuris non requiritur,nam dicti Canones nihil loquuntur de incorrigibilitate, nisi in conspiratione erga personam Episcopi. vt bene notat Guazz.Pater meus in defens.39.c.1.n.12. ibi,Doctores tamquam mitiorem sequuntur. cui addo adnotata a Barbós. de potest.Episc. part.3.alleg.110.n.12.cum aliis per eum allegatis vbi etiam n. 14. declarans † qui nam sit

14 ista Incorrigibilitas, dicit, ꝙ Iudex sæcularis non potest punire Clericum incorrigibilem, nisi prius per Iudicem Ecclesiasticum sit per sententiam declaratum reum esse incorrigibilem, nam si adhuc restat talis Declaratio,tam ecclesia habet vltra quid faciat, & sic non potest curiæ sæculari tradere ita etiam ex Cōc. Trident.in sess.13. De reformat. c.14. notant DD.citati ab Elig.Bass.in Flor. tot. Theol. V. degredatio n.3.vers. Degradatus.

15 Quæ sunt posita in Sacris Pontificum constitutionibus quatuor sunt crimina, primum est non ordinatus celebrans, vel Sacramentū Cōfessionis audiens;adest Bulla Clem.octaui edita Romæ 1.Dec.1601.incipiens, & si alias. & eā refert Quarant.in Summ. Bullar. Verb. ordo. pagin.387.& Diana moral. resol.par.4. tract.7. Resol.11. qui testatur etiam de alia Bulla nouissima Vrbani octaui in qua etiam statuitur quod minores 25.annis si huiusmodi delicta committant tradi debeant curiæ sæculari: & docet quomodo contra huiusmodi debeat procedi vide quæ tradunt Peyrin. in Priuil.minim.tom.2.concl.9.Paul.V.§.1.n.22 Sanctarell.De Hæres.c.42.dub.vnic.n.5. Vallens.in Pract.Iur.Canon.lib.5.tit.28.nu.5.& Sousa in Aphoris.inquis.lib.1.c.32.

16 Secundum Crimen est Vitium nefandum contra naturam; adest Bulla Pii V. incipiens Horrendum illud scelus. edita anno 1568.& eam refert Nauarr.c.27.n.299.Sed difficultas est an intelligatur de illo qui etiam semel hoc delictum commisserit,aut de illo,qui frequētauit,& sæpius commisit,& licet Flau.Cher. in scol.2. huius Bullę cum aliis paucis per eū citatis dicat esse intelligendum de vnico actu; hæc tamen opinio est contra omnium Teologorum, & Canonistarum opinionem qui communiter tenent esse necessariam frequentationem ex illa Verbo posito in.d.Bulla exercentes,& ita etiam obseruatur in Praxi.vt notat Barbos.de pot.Episc.p.2.alleg.44.n.25.cū vigintiquatuor Doctoribus per eum allegatis inter quos videre est Nauarr.d.c.27.vers.tertio dico.Sayr. De Censur.lib.7.c.12.n.23.Azzor.Instit.mor.p.3.lib.5.cap.19 quæs. 2. Bonacin.

nacin.de Matrim.q.4.p.11.n.1.vers.aduertendum est primo Suar.tom.5.in 3.p. D.Thomę disp.31.sect.4.n.42. Diana p.4. tract.7.resol. 20.Garziam c.10.part.11.n.198. Adde etiam Reginald. Prax. For. Pœnit. lib.21.cap.8.sect. 10.nu.50. Egid.a Coninch. disp.15. tit. De suspens.dub. 5.nu.65. vers.immo nec in fine Filliucc.tract.17.c.7. quæst.4. Lucern.Regular.verb.sodomia nu.4. seq. pag. mihi 278.& nouissime Thesaur.de pæn.Ecclesiast.in verb. sodomia p.2. c.1. vers. limita primo qui dicit quod requiritur consuetudo siue frequentia, licet etiam per vnicum actum possent degradari Marchin.de sacram.Ordin.tract.1.part.8. cap.4.nu.13.Lotter.de Benef. lib.3. q.31. nu. 66 & iterum Dian. part. 2. tract. 17. res. 66. qui adducit pro hac opinione vigintitres Doctores.

17 Duo tamen sunt necessaria ad incurrendam hanc pænã vltra d.frequentationẽ, primo quod tale crimen sit notorium, & non occultum; & secundo quod sit in sua specie consumatum, vt ex supradd. Doctoribus, & alijs comm. vide etiam Vgolin. de irreg. cap. 43. Alter. d. cap. 3. vers.tertio notandum Lezanam in sum.qq.regular. cap.1. nu.11. Fenell. De cas.reseruat.cap.6 nu.6.Auil.de Censur.p. 3.disp.7.concl.7.Iacob.a Graff.decis.aur.lib.2. cap.90.par.1.n.13.Belloch.de Casib.reseruat. par.2.quæst.1.nu.271.Floron.eo.tract.part.2. cap.7.§.1. nu.7. qui nu.9.etiam dicit quod tres actus venerei cum masculo antequam quis diuertat ad extraneos actus habentur pro vno continuato per l.vulgoris in princ. ff. de furt.

18 Occultum autem dicitur quando non constat nec per sententiam, nec per confessionem Rei in iudicio nec per facti euidentiam adeo manifestam, vt nulla possit tergiuersatione cælari c.fin.de Cohab.cler.& mul. Nauarr.c. 27.n.248.vers.tertio.Henriq. in summ. lib.14. de Irregular.c.56.1.Sayr.tom.1.cas.consc.lib. 2. c.12.nu.21. & in Claui reg.lib.8.c.5.n.16. vers. iure autem Azzor. qui testatur de communi tom.3.lib.3.c.19. vers.sexto Vgolin. de Irreg.cap.43.num.44.§.2. Prosp.August. in add. ad quarant. V. sodomia vers.illa vero Finell.vbi supra cas.9.n.6.Floron.d.c.7.§.1.nu.7. vers.alij vero.

19 Sed quid dicendũ de sodomia comissa cũ femina; & respondeo quod cum hoc crimen sit impropriè sodomia, vt comm. tenent DD. maxime recentiores, licet sit contra naturam, non intelligitur de ista, sed cum masculo intra vas masculi ita ex doctrina D.Thom. 22.q.154 art.11.qui dicit quod sodomia propriè est concubitus, in quo non seruatur debitus sextus teneant Caiet.& alij ibi ad dub.4. & 5.Azzor. tom.3.lib.3 cap.20.in princ.Graff.p.1.in Prax. lib.1. nu.10. Chapeauill. c. 15. nu. 1 vers.tertia Homobon.in Com.de cas.reseru.p.2.c.4.sect. 5. Floron. vbi supra Azzor. p.3. lib. 3.cap.19. quæst. 3. Bonacin. Dian. Filliucc. & alij comm.

20 Aduerte tamen quod dicit Sousa in Aphor. Inquis.lib.1. cap.59. nu.63. quod quando non est actus consumatus, suplet repetitio Actuum qui censentur facti in fraudem legis, quem citat, & sequitur Dian. p.4. tract.7. res.20. vers. notandum est in fine. Repetitio enim actuum denotat malitiam, & fraudem legis, & sic non debere excusari a d.pæna legis; & in hoc casu puto intelligendam esse opinionem Cherubini & aliorum per eum vt supra num.16.

21 Item aduerte procedere tantum in foro fori non autem in conscientia, nam non tenetur quis ad pænam, nisi post sententiam ita Floron. vbi supra cap. 8. & Zambel. resolut. cas.cons.V.irregularitas nu.46.cum alijs communiter.

22 Tertium Delictum est sollicitatio in confessione, si delicti grauitas hoc postulet adest Bulla nouissima Greg.XV. edita die 30. Aug. 1622.incipiens vniuersi,& eam refert Laur.de Franch.in Contr.Episc.& reg.pag.mihi 179. Et possunt de hoc crimine etiam episcopi cognoscere vt resoluunt ex verbis d. Bullæ Bonacin.var.tract.disp 6.p.3.num.23.Barbos.de pot.episc.p.3.alleg.105.n.6.& Diana p.4.tr.5. per totum & in specie res. 52.53.& 55. vbi de qualitate criminis necessaria, & de alijs circũstantiis cum Doctoribus per eum allegatis.

23 Quartũ delictum est abortus fętus animati secuto effectus. adest Bulla Sixti V. edita 16.Nauarr.1588. incipiens effrenatam,& eam refert Quarant. verb. abortus; ibi numer. 6. dicit quod ex hoc delicto traditur Curiæ sæculari & citat Capeauill. de casibus reseru. part. secunda cap. 9. quæst. prima fol. 259.quibus addo Thesaur. de pæn. Ecclesiast. part. 2. verb. abortus, qui in fine dicit eo magis procedere si erat fætus a se-

geni-

24 genitus † qui supplicans in sacra Pœnitentiaria pro dispensatione ab Irregularitate ex abortu, debet exprimere, si erat a se genitus alias gratia est subreptitia, quia adest circumstantia maioris Malitiæ, & sic sequitur maior difficultas in dispensando; & ita obseruari de stilo dictæ pœnitentiariæ ipse testatur.

25 † Crimina vero quæ sunt de Consuetudine duo tantum sunt quæ grauiora, & atrociora vocantur; Assassinium, & crimen Læsæ maiestatis; & licet super his criminibus sint apud Doctores variæ opiniones an dd. Clerici sint deponendi e Curię sæculari tradendi, cōmunior tamen, & receptior opinio est quod circa crimen læsæ maiestatis cum talis pœna in iure non sit posita, neque de consuetudine debet infligi ita nouissime DD. per *Barbos.* de pot. Episc. p. 3. alleg. 110. nu. 13. Quoad assassinium vero quod non sint degradandij, sed solum deponendi ita DD. per Thesaur. de pœn. Ecclesiast. v. assassinum c. 1. n. 7. in fine. Sebastianus autem Guazzinus Pater meus in deffens. 39. c. 2. n. 6. cum Iul. Clar. §. fin. q. 36. n. 3. 27. & 33. cui addo etiam *Barbos.* loco cit. dicūt quod dubitari potest de Consuetudine; ideo Doctores asserere videntur quod super hoc esset expectanda aliqua constitutio Romani Pontificis vide etiam Diaz cum addit. *B. Salzed.* prac. crim. q. c. 3. seq. & c. 99. in fine. *Barbos.* in c. 1. num. 14. de Homicid. & Dian. p. 1. tract. 2. resol. 51.

26 Modo quæritur an Cadauer Clerici naturali morte defuncti qui post mortem debet ob graue crimen commissum, dum ad huc viueret, in frusta concidi, comburi, vel alia graui pœna corporali affici, debeat prius degradari; & Sebastian. Guazzin. vbi supra relinquit hoc alijs decidendum licet in Praxi non degradari dicat. Ego autem vt Patri meo satisfaciam dico non esse necessariam istam degradationem, nam ista pęna infligitur ad effectum reddendi Clericum delinquentem inhabilem ad omnes ordines Clericales cum depositio, & degradatio nihil aliud sit quam perpetua remotio ab ordinibus, & ab altaris ministerio vt dicit *Barbos.* loco supracit. num. 2. quod in mortuo non potest verificari, & fit ad terrorem, & exemplum aliorum vt videre est in cap. felix. 5. q. 7. cap. non potest de re Iudic. & cap. 2. & c. degradatio de pęn. in 6. Concil. Trident. sess. 13. de reform. cap. 4. *Bonacin.* d. disp. 4. c. vnic. nu. 2. Barbos. nu. 4. cum alijs per eos Item pœnæ non sunt ampliandæ sed potius restringendę cum sint odiosæ cap. hodiæ de reg. iur. in 6. & ideo cum iura non loquātur nisi de Clerico viuo, nos ad mortuum extendere non debemus.

27 Sed obijcies pœna mutilationis membrorum, furcæ, & ignis extenditur etiam ad mortuum, sicuti ego vidi Romæ de anno 1624 in die festo S. Thom. Apostoli de mane publice comburi in acie campi Florę magno populi concursu corpus cuiusdam Archiepiscopi de Spalatro qui adhuc viuens conuinctus fuerat de relapsu in hæresi, ergo poterit etiam extēdi ista pœna degradationis quæ minor est. Respondeo quod in pœnis a iudice infligendis duo considerantur Punitio Rei, & emendatio aliorum vnde quando non possunt haberi simul, saltem vnum ex illis debet haberi; & sic in pœnis afflictionis corporis, licet in mortuo non adsit punitio rei, tamen adest emendatio aliorum, qui vident illud corpus male tractari, quod apud viuos est magni terroris. Sed in Pœnis degradationis & depositionis cum sint potius afflictiuæ animæ quam corporis eo quod priuentur bonis spiritualibus, non adest nec punitio Rei nec emendatio aliorum qui parum terreri possunt ex iis quæ vident reum vllo modo pati posse, nec in corpore, nec in anima.

28 Obijcies secundo quod mortui excommunicantur, ergo & deponi possunt. Respondeo quod mortui non excommunicantur, sed tantum declarantur excommunicati; & hoc fit ad effectum priuandi eos ecclesiastica sepultura quod est ipsius corporis quoad alios afflictiuum, sed degradatio non priuat nisi ordinibus, & ministerio Altaris quod non consideratur in mortuo. Et licet existimet vulgus hanc Ceremoniā degradationis fieri ad reuerentiam ordinis sacerdotalis; & ideo degradetur, ne in manus Curiæ sæcularis tradatur tāquam sacerdos vel Clericus, sed tamquam sęcularis, hoc falsum est cum character sacerdotalis, & ordinis numquam deleatur cum impressum sit in anima, & numquam desinat esse Sacerdos, vnde si postquam est degradatus proferret verba consecrationis, licet peccaret tamen valida esset consecratio, vt notat Bonacin. vbi supra n. 5. & Barbos. n. 3. cum multis alijs apud sayr. lib. 5. c. 22. nu. 25. Lazzar. v. degra-

gradatio Tolet.lib.1.c.50 Filliuc.tract.18.nu. 19.Reginald.lib.32.tract.2.c.23.n.30.in fine & Elig.Bass.v.degradatio n.2.

29 Secundo quæritur contra quas personas ferri possit d. Pœna tam scilicet verbalis quam actualis degradationis & respondeo contra omnes personas ecclesiasticas etiam Episcopos, & in minoribus ordinibus constitutos c. si quis Episcopus 27.q.1.licet circa clericos in minoribus constitutos non sit in vsu vt dicit Bonacin.n.18.in fine.

30 Nota vero quod istæ pœnæ licet vt supra diximus sint in multis casibus latæ sententiæ attamen non ligant in foro conscientiæ ante sententiã declaratoriam vnde Iudex sæcularis non poterit interim contra Clericum ipso iure degradatum, seu priuatum omni iure Clericali procedere secundum veriorem sententiam, & tutam in Praxi ita Suar.de Cens.disp. 31.sect.4.n.22.Sayr.eo.tit.li.5.c.20.n.16.in fine Auil.p.7.disp.4.dub.7.circa quem Henriq. in sum.lib.14.c.15.n.1.in Comentar.litt.F. & lib. 13.c.56.nu.2.& nouissime Thesaur.p.1.c.27. § quæres.

31 Item nota quod super pœna depositionis verbalis ex ipso iure incursa quando s. non est ventum ad actualem degradationem, si pœna sit lata ob delictum non grauius adulterio poterit episcopus ex causa rationabili dispensare ita text. in c.& si Clerici §.de Adulterijs & ibi DD.comm.de iudic. Alter. tom.2. tr. de suspens. disp.2. c.9. col.7. Alois. Ricc.

32 in Praxi Aur. resol. 221.† Super pœna vero degradationis verbalis quando s. priuatur Clericus omni priuilegio Clericali, licet verbaliter tantum non poterit dispensare, quia æquiualet degradationi actuali, super qua Episcopus non potest dispensare, seu restituere degradatum per text.in c.si lapsis & c.si semel dist. 50. & notat Silu.in v. degradatio nu. 19. Diffamatus enim a solo Papa restitui potest c.ex diligenti & ibi gloss. in v. Infamia de Simon. speculat.tit.de Legat.§. nunc.ostendam n.6.Barbos.de Potest.Episc.Part.3.resol.110. n.32.& Carol.Ant.Thesaur.d.p.1.c.27.§.quæres secundo.

33 Amplia quod non solum episcopus sed etiam capitulum sede vacante potest cum Clerico verbaliter deposito dispensare in casu quo poterat episcopus vt dictum est, nam ista potestas pertinet ad iurisdictionem, in qua succedit d. Capitulum.Panorm.in c.& si Clerici & ibi etiam dec.de Iud.Alter. d. tom. 2.disp.2.cap.9.col.6.& 7. cum aliis per Bonacin.disp.4.punc.vnic.n.20.vers. addo non solum tom.1.tit.Degrad.

34 Ex his infertur episcopum qui Clericum deposuerat solum a Beneficio, posse illum iterum restituere, nisi sit de iure patronatus, tunc enim requiritur etiam consensus Patroni; sed aduerte quod post factum, si Episcopus præueniat Patronum, d.restitutio valet, quia multa facta tenẽt, quæ ante factum non valerent, maxime in iis, quæ principaliter dependent ab auctoritate superioris Vnde Hostiens.in c.trãsmissa de renunc. & in c.innotuit de elect. Gomin.in c.quamuis nu.6.de rescript.in 6. Alter. d.disp.2.c.9.vers tradit col.3. Papa vero, & legatus a latere possunt etiam super Iuspatronatum disponere, & super illum derogare ita Bonacin. d. part. vnic. num.21. vers. ex dictis constat.

35 Aduerte tamen, quod d.restitutio, quando auctoritatiue, & iudicialiter fit, debet fieri cũ assistentia aliorum Prælatorum, siue per sonarum in dignitatem constitutarũ, quæ ad sentẽtiam depositionis cooperatæ sunt per text.in c.Episcopus 11. q. 3. vbi dicitur quod gradus amissi recipi debent de manibus Episcoporũ ergo supponit etiam alios, qui de iure antiquo requirebantur quod essent Episcopi licet

36 modo sufficiant alii vt infra dicemus.† & nota quod in d.c.Episcopus datur etiam forma quomodo Episcopus debeat solemniter illum restituere scilicet coram Altari de manibus ipsius recipere vestes & instrumenta quę recipit in ordinatione, & sacerdotibus Planetã Diaconis Albam; subdiaconis Calicem & patenam, & sic de singulis vt notat Bonac.de degrad.tom.1.disp.14.p.vnic.n.20.

37 Item aduerte quod quando d. degradatio actualis inualida esset, & depositus petat restitui in pristinum statum de iure, & non ex gratia, vt si probetur falsitas testium, aut sit lata sententia per falsa instrumenta, aut sine citatione, aut Reus non sit conuinctus, potest Episcopus restituere, quia tunc non dicitur proprie dispensare, sed potius iudicare ita DD. comm. per Bonacin. d. punct. vnic. sub num. 19. quibus adde Tollet. & Filluccium quos citat Elig. Bassæus in verb. degradatio num. 4.

38 Quod

38 Quod idem dicendum est si episcopus in sententia sibi reseruasset ius mutandi pœnam, quia tunc ex iusta causa posset restituere, ita Sbrozzius de offic. vicar. lib. 2. q. 37. quem sequitur nouissime Parolettus in Paleitr. Clerical. part. 2. sect. 1. cap. 2. condic. 8. litter. F. in fine.

39 Tertio quæritur qui nam Iudices possint has pœnas inferre; & sublatis ijs casibus in quibus de iure positæ sunt dd. pœnæ siue degradationes latæ sententiæ in Verbali depositione & degradatione potest tam episcopus quã Vicarius ipsius episcopi, & capitulum sede vacante. In actuali vero solus episcopus ita Concil. Trident. sess. 13. cap. 4. de reform. Henriq. cap. 43. numer. 5. Nauarr. cap. 27. numer. 81. Toler. lib. 1. cap. 50. nu. 9. Molin. tom. 4. de iust. tract. 3. disp. 49. nu. 13. & DD. comm. in c. degradatio de pœn. in 6. quibus adde ex noeritiis Filliucc. tract. 18. c. 5. n. 204. Sayr. de Cens. lib 5. c. 20. n. 11. Coninch. d. disp. 16. num. 6. & Bass. v. degradatio n. 3.

40 Intellige de Episcopo consecrato, & nõ de illo, qui tantum electus, & confirmatus est, quia iste actus degradationis actualis est contratus Consecrationis, & ideo videtur esse sicut consecratio, actus ordinis, Actus vero degradationis verbalis potest fieri etiam ab Episcopo tantum electo, cum spectet ad iurisdictionem tantum gloss. in c. transmissam. v. dotalibus de elect. Alter. vbi supra vers. quærunt Doctores Barbos. d. alleg. 110. nu. 14. & *Bonacin.* d. punct. vnic. n. 9.

41 Quarto quæres an hodie sit necessaria assistentia Prælatorum ad degradationem tam actualem, quam verbalem. & respondeo affirmatiue, licet non sit necessarium, quod sint omnes episcopi, sed sufficiunt Abbates, si cõmode in Diœcesi haberi possunt, alias possunt interesse alij in dignitate constituti qui ad minus sint sex; & tunc non sunt simpliciter consultores sed Iudices; Immo in degradatione actuali sacerdotis debent omnes in sententia consentire nemine discrepante Et hęc Præsentia non solum est necessaria in ferenda sententia actuali, sed etiam in esecutione illius quando scilicet debet delinquens degradari ita ex Conc. Trident. d. c. 4. sess. 14. de reform. tenent comm. DD. præsertim Bonacin. d. disp. 4. p. vnic. a nu. 10. *Barbos.* de pot. episc. p. 3. alleg. 110. a n. 22. Reginald. in Prax. for. pœnit. disp. 5. dub. 1. concl. 3. Sayr. de Cens. lib. 5. cap. 20. n. 18. Suar. eo. tit. disp. 30. sect. 1. n. 19. cum Auil. Bellett. & alijs per eos allegatis quibus addo Coninch. disp. 16. de depos. & degrad. n. 7. & seqq. pag. mihi 613.

42 Limita in depositione verbali simplici scilicet quãdo priuatur Clericus tantum Beneficio, & officio ecclesiastico, nam in ista sufficit simplex sententia Iudicis ecclesiastici absque alia Prælatorum solemnitate, cum hac pœna non irrogetur iniuria Clero sed personæ vt colligitur & c. veritatis de dol. & contum. & de Consuetudine testatur Clar. §. fin. qu. 74. vers. sed quæro & notant DD. in c. 1. de pœn. in 6. Sayr. de Censur. lib. 5. c. 22. Suar. ea disp. 30. sect. 1. nu. 18. Thes. de pœn. eccles. p. 1. c. 27. & potest ferri etiam a Vicario ex commissione Episcopi Sbrozz. de off. Vic. lib. 2. q. 157. nu. 8. Laym. lib. 1. tr. 5. p. 3. c. 6. nu. 5. & *Bass.* d. v. degradatio & verbalis potest fieri etiam contra absentem secus vero actualis degrad. ita Elig. Bass. d. verb. degradatio num. 3. cum alijs per eum.

43 Aduerte tamen quod dignitates de iure Communi sunt Archidiaconatus, & Archipræsbiteratus tam Catedralis, & collegiatæ quam ruralis si collegium, conuentum, vel collegiata habuerint, Aretin. cons. 23. n. 4. Feder de sen. cons. 80. n. 2. vers. considerantur ergo Tusch. tom. 1. litt. A. conclus. 635. n. 3. 6. & 12. Aloys. Ricciusin collect. dec. p. 6. coll. 1132.

44 † De consuetudine vero (quæ semper in ijs casibus debet consideratari magis quam ius commune vt dicit Rota dec. 518. n. 2. p. 1. diuis. & notat Lotter. de re benef. lib. 2. q. 33. nu. 36.) in numero dignitatum existimantur Pręposītus, Primicerius, Decanus, quando locum Archipræsbiteri in ecclesia obtinent Thesaurarius & Prior quando habent præminentiã vel Iurisdictionem in ecclesia ita cum multis Doctoribus tenet Barbos. de Canon. & dignit. c. 4. nu. 5. 25. & seqq. de Prothonotarijs non participantibus nulla est dubitatio vt notat Michel. Fer. de pręced. q. 42. n. 1. cum alijs per eum allegatis.

45 Circa modum vero, quo fit ista actualis degradatio, aduerte, quod debet fieri in aliqua ecclesia seu oratorio, & sacrestia sufficit vt ego in Praxi vidi obseruari Romæ in sacrestia S. Hyeronimi de Charitate dum adhuc essem impubes, nam sicut in ecclesia ordinatus

tus

tus fuit, ita in ecclesia degradandus est ex d. c. Episcopus 11. q. 3. & Episcopus debet assistere in Pontificalibus, qui publice Reo abradit loca capitis, & manum, in quibus fuit facta sacra vnctio in susceptione ordinis siest sacerdos & detrahit omnia signa, quae in susceptione ordinis accepit, & demum exuit eum habitu Clericali, & tamquam Laicus eicit & saeculari Iudici tradit. Vide Barbos. d. alleg. 101. n. pen. & Bonacin. d. p. vnic. n. 16. seq. sed melius Pontificali Romano titul. ordo suspensionis.

46 Vltimo aduerte quod nullus ordinarius potest infligere paenam degradationis nisi in casibus a iure expressis quos refert Sayr. d. lib. 5. c. 21. n. 1. & 5.

CAP. XLV.

De irregularitate quoad Iudices pertinente.

SVMMARIVM.

1 *An irregularitas sit proprie pęna.*

2 *Opinio D. Thomæ quod sub nomine censuræ includatur etiam Irregularitas.*

3 *Qui sit finis istius pænæ.*

4 *Irregularitas non incurritur nisi in casibus a iure expressis.*

5 *In periurio non incurritur Irregularitas.*

6 *Item neque in dubio de Mutilatione vel homicidio iusto.*

7 *Pueri ante pubertatem non incurrunt in hanc pænam.*

8 *In dubio an censeatur quis irregularis.*

9 *Clericus quomodo efficiatur irregularis delegans iudicium cum pęna sanguinis.*

10 *Mutans membrum debilitatum an efficiatur irregularis & quid sit membrum.*

11 *Confirmans homicidium suo nomine factum non est irregularis. & n. 12.*

13 *Occidens hominem iam ad mortem vulneratum an sit irregularis.*

14 *An sodomita occultus & similes.*

15 *Quando incurratur irregularitas quæ dicitur lenitatis.*

16 *Degradatus an sit irregularis.*

17 *Simoniacus an sit irregularis.*

18 *Irregularitas non incurritur cum excommunicatione existimata sed vera.*

19 *Approbans abortum post factum non est irregularis.*

20 *Dubitans mutilationem membri non est irregularis.*

21 *Accusantem Reum de delicto leui qui postea morti condemnatus fuit an sit irregularis.*

22 *Infamis irregularis ministrans non incurrit nouam irregularitatem.*

23 *An possit introduci noua irregularitas.*

24 *Consensus Doctorum & consuetudo Ecclesiæ est optima sacrorum canonum interpretatio.*

25 *Irregularitas non incurritur nisi secuto effectu.*

26 *Debet adesse iusta causa licet non semper culpa ad incurrendam irregularitatem.*

27 *Quæ verba importent hanc penam de iure.*

28 *Irregularitas comprehendit etiam laicos.*

29 *Irregularitas quæ prouenit ex facto non tollitur nisi per dispensationem.*

30 *Ad incurrendam irregularitatem non requiritur scientia iuris & quid in dubio num. 31.*

32 *Occidens aliquem cum culpa solum Veniali non est irregularis.*

33 *Irregularitas ex delicto non incurritur nisi ex culpa graui.*

34 *Amplia vt ibi & n. 35.*

36 *Occidens ob sui defensionem non est irregularis licet ipse causam dederit.*

37 *Occidens ob defensionem rerum suarum non est irregularis.*

38 *An supradicta procedant etiam in foro exteriori.*

39 *Homicidium casuale non volitum licet detur opera Rei illicitæ non est culpa quæ incurrat in irregularitatem.*

40 *Iudex sententiam ad fustigationem essent si Reus moritur non est irregularis.*

41 *Occasio in irregualaritate ex Delicto non est sufficiens ad hanc pænam incurrendam.*

42 *Explicantur multi Casus in quibus non incurritur irregularitas.*

43 *Mors parum Accelerata non inducit irregularitatem.*

44 *An in hac pęna requiratur contumacia.*

45 *Tria sunt capita maiora propterque incurritur hæc pæna.*

46 *Hæresis oportet quod sit manifesta & publica ad inducendam irregularitatem.*

47 *In reiteratione Baptismi etiam occulta adest irregularitas.*

48 *Suspectus de Hæresi est irregularis quando scili-*

1 Licet irregularitas non sit proprie pœna, sed impedimentum quoddam canonicũ ex delicto, vel defectu proueniens; quo quis prohibetur ad ordines promoueri ecclesiasticos, vel in eisdem ita susceptis ministrare ita Reginald.in Prax.for.pœn.lib.30.tract.2.c.1. n.2. Suar.tom.5.disp.40.sect.1.Molin.tom.4. de iust.tr.3.disp 63.n.1 Vgolin.de irreg.c.1. §.1.n.1 Filliuc.tr.19.q.1.n.2.Coninc.disp.18. dub.1.n.2 & alij per Bonac tom.1. De irreg. disp.7.q.1.punc.2 quibus adde Io.Val.de diff. Vtr.for.V.irregularitas diff.7. n.1.Attamen quia multum respicit crimina, & sic consequenter videtur spectare ad illos qui in iudicijs versantur, ideo ponam aliquam iudicibus præsertim ecclesiasticis non parum scitu ne-
2 cessaria; † Præsertim cum sit etiam probabilis sententia illorum asserentium, esse communem in schola Diui Thomę illam opinionem sub nomine censurę maxime in Bullis cruciatæ includi etiam irregularitatem procedentẽ ex delicto, de qua nobis specialiter faciẽda est mentio, & quæ est pura pęna peccati ita DD. ex Diana res.mor.par.4.tract.2.resolut.vltim. quibus addo alios adductos per Elig.Bass.V Irregularitas.11.n.11.vers.Sotus tamen.

3 Vnde nota quod irregularitas non habet pro suo fine emẽdationẽ delinquẽtis sicut censurę & pęnę spirituales, vnde tolluntur absolutione; sed reuerentia diuinorum, vnde non tollitur, nisi per dispensationem, vel rehabilitationem, sicut is qui infirmitate debilitatus priuatur vsu ambulandi, & per curationem ab illa infirmitate d. vsum recuperat tamquam ad eũ rehabilitatus ita Reginald. vbi supra cum alijs DD. supracitatis, & ego dixi infra §. 1.

4 Nota secundo quod irregularitas cum sit de iure Canonico, vt dictum est, & non de iure diuino, non incurritur, nisi in casib. a iure expressis & ideo nõ infertur a iudice, nec in casibus similibus præterquam in expressis; licet tamen d. iudex in dubio, & ijs, de quibus dubitatur, possit iudicare, & sequendo partẽ tutiorem, declarare adesse irregularitatem; licet tam in dubio iuris quam in dubio facti in cõscientia excepto dubio homicidij nullus iudicandus est esse irregularis vt de communi, & probabiliori testatur nouissime Elig. Bass. in Flor. tot. Theolog. V. irregularitas. n.9. & 10. post Bonacin. de Censur.p.2.n.4. Vide dd. in c.15. qui de sent. excom. & c. ad audientiã & c. significasti. de Homicid. Couarr. ad Cle. si furiosus p.1. in princ. n.2 & seq. Emman. Sa. V irregularitas n.3. Zambell. Resolut. cas. cõs. eo. Verb. n.40. Nauarr. c.27. n.193. Henriq li. 14. c.3. n.4. Sanch. lib.1. mor. c.10. n.47. Coninch. disp.18. dub.2. n.23. & Bonac. de restit. d.1. q.2. p.2. n.15. incidens qui ait tutiorem partem solum esse eligendam, in iis casibus in quibus superior præcipit eligendum ita etiã Sanch. in Sum. lib.1. c.10. n.15. ab eo citatus.

5 Ex iis infertur quod in periurio non incurritur, quia non est ex expressis, ita Filliuc. tract. 25. n.12. n.378. Item nec in condemnato ad triremes, nisi sit ex delicto, propter quod cõdemnatus fuit Dian. p.4. tr.2. resol. 83. cum alijs per eum allegatis.

6 Item neque quando dubitatur de mutilatione

tione, vel de homicidio iusto, quia Iura solum loquuntur de dubitatione Homicidio iniusto Sanch. d. c. 10. n. 49. sicuti est etiam in homicidio necessario ad defensionem sui cum moderamine vel rerum suarum honoris, & innocentiæ suorum consanguineorum. Vide Bass. in Flor. tot. Theol. V. irregularitas 7. n. 1. seqq. cum rationibus per eum adductis.

7 Item infertur quod pueri ante pubertatem non incurrunt in irregularitatem vt notat Sãc. in Select. disp. 26. n. 8. licet alij teneat contrarium vt præposit. in 3. p. q. 5. de irregular. dub. 10. n. 76. Barth. Gauant. in Aphor. epis. V. irregularitas n. 9. Dian. part. 4. tract. 2. de irregul. res. 67. cui valde adhæreo.

8 Item infertur quod in dubio non censetur quis irregularis quando dubium est æquale, quia stat in possessione suæ libertatis; & ius eum non condemnaret, reus enim in dubio absoluendus est, & illi potius quam actori est fauendum c. cum sunt de Reg. Iur. in 6 & forum interius idem est cum foro externo, quãdo d. forum externum non nititur falsa præsumptione; vt notat Bonac. de restit. in gener. disp. 1. q. 2. punc. 2. § incidens n. 12. vers. idem autem est. Dian. p. 4. tract. 2. res. 32. excepto dubio homicidij iniusti vt supradictum est. licet tutius sit ob periculum se abstinere, donec sit certus factis debitis diligentijs, vel saltem ab episcopo sit dispensatus, nam in cõscientia semper tutius est timere culpam ca. vnic. & ibi glos. fin. de scrut. & ad fac. Vide Io. Valer. de differ. vtr. for. V. irregularitas differ. 3. Bonacin. de irreg. disp. 7. quæ. 1. punct. 5. & Bass. V. irregularitas, 6. n. 5.

9 Item infertur non esse irregularem Clericũ, qui habens iurisdictionem temporalem, delegaret, iam inquisitione facta, Iustitiæ executionem c. 2. Ne Cler. vel mon. in 6. Neque fieret irregularis, quando generaliter consuleret Principi tale uel tale delictum pæna mortis esse puniendam vt notat Bernar. Diaz pract. crim. can. c. 102. vbi Addit. n. 1. secus esset si diceret exequere meam Sententiam Sanguinis contra Antonium, quia in particulari iuberet mortem, quod est contra Iura, & ab eis prohibitum, notant Gasp. Hurtad. de irregul. disp. 2. diff. 11. n. 42. Ant. Nald. in Sum. V. irregul. n. 9. Zamb. res. cas. conf. eo. Verb. n. 36.

10 Item infertur, quod mutilans membrum debilitatum, vel aridum, dum mutilans est Chirurgus vel medicus non autem Clericus non est irregularis cum faciat ex præscripto artis; sicuti etiam quilibet qui non abscindit sed debilitat tantum vel reddit inutile membrum alterius, vt si quis reddit aliquem cęcũ non eruendo oculum, vel si quis alteri digitum abscindit, cum non sit proprie membrũ, quod secus est in membro virile, quia tunc dicitur proprie membrum abscindere vt bene notat cum multis DD. Bass. d. V. irregularitas. 6. n. 2. & hic nota quod membrum secundum communiorem sententiam dicitur illa pars corporis quę habet suum peculiare officium distinctum ab alijs, vt sunt manus ad palpandum pedes ad ambulandum, & sic de singulis Val tom. 4. d. 7. quęst. 19. punct. 3. § 4. Bass. eo. Verb. 5. num. 1. secundo nota quod Clericus adiuuans chirurgum ad secandum membrum non est irregularis quia tantum prohibetur ipse secare. Nau. cap. 17. nu. 217. Henr. lib. 14. c. 21. § 2. Sayr. lib. 6. c. 18. n. 27. seq.

11 Item infertur, quod confirmans homicidiũ suo nomine factum non est irregularis, si antea nesciuit, quia non inuenitur hæc Irregularitas in iure Tolet. lib. 1. c. 52. & Zambell. re-

12 solut. cas. consc. V. irregularitas n. 47. † Immo etiam si antea sciuisset, & mandasset, & mandatarius occidat, postquam cognouit pacem initam esse inter illum, & mandantem, tunc enim imputatur malitiæ mandatarij, dicitur tacita facta reuocatio mandati. Tolet. lib. 1. ca. 80. Sayr. lib. 7. c. 2. n. 6. Fillucc. tract. 20. c. 1. n. 27. seq. Reg. lib. 30. n. 124. Bass. V. Irreg. 6. n. 3.

13 Item infertur quod non est Irregularis, qui occidit hominẽ iam ad mortem vulneratum, sed tantum qui ipsum vulnerauit, licet etiam non esset vulnus ad mortem, & aliquo casu perijt. ita Graff. decis. aur. p. 1. lib. 2. c. 62. n. 48. & 51. Zambell. vbi supra. nu. 5. Sicuti etiam qui homicidium commisit ante Baptismum, quia de iure tantum post Baptismum remanet irregularitas Bigamiæ Honor. in Comp. canon. lib. 5. tit. 39. n. 111. Et qui exercet sodomiam cum muliere, eo quod sit improprie Sodomia, & sic non sit extendenda lex ad hũc casum scilicet pæna Bullæ Pij. V. ex Azzor. p. 3. lib. 3. c. 19. q. 3. & a fortiori si fuerit occultum ex Auil. de cens. p. 7. disp. 4. dub 7 concl.

14 7. † Immo nota quod d. Bulla non habet locum nisi in foro exteriori ex Fil. de Castel. er. p. 2. c. 7. § 1. n. 8. vers. quarto dico test. fic. nte

ita Cardinalem Sabellum tunc Vicarium Papæ respõdisse,& notat etiam nouissime Zāb. resol.cas.consc.V.irregularitas n.46.vnde talis in cōsciētia non debet censeri irregularis,quousq.condemnetur a Iudice Tolet.lib. 1.c.74. quē sequitur Prosp.de Aug.in addit.ad quar. V.sodomia vers.quinto & probat Iac.a Graff. dec.aur.lib.2.p.1.c.90.n.40.& Vgolin.de Irreg.c.43.§.2.n.4.vers.quoad secundum.

15 Item infert... irregularem non esse,qui sociens Reū ad patibulum dicit, vt se accōmodat, aut Carnifici,vt per viam breuiorē tēdat & similia, nam in iure solum lenitas,& homicidiū voluntarium sunt capita irregularitatis, quæ non extenduntur in 15 casib. quibus homicidium non est iniustum vel voluntarium Turrian.de Censur.lib.9. disp.66.dub.3. Filliuc.tr.19.cap.10.n.278. Zambell. vbi supra n.58.Sicuti etiam, qui rumorem faceret aduersus delinquentē, & curiam excitaret a qua capitur,& morti condemnatur, si hoc facit, non vt accusator,neq; testis,quia non est causa homicidii sed occasio.ex Turrian. disp.93. dub.2.quod secus est in Clerico pulsanti Cāpanam ecclesiæ in Villa, ad hoc vt homines malefactorem capiant, si illius mors sequatur,quia hoc Clericis non est licitum; cū pertineat ad officiales sęculares reos capere Graff. p.1.lib.2.c.6.n.19.Zambell.vbi supra nu.10 & 62.nisi hoc faceret ad sedandam seditionem; vel res suas defendendas. Bonac.disp.7. q.4.punct.2.n.14.in fine Bass.V.irregularitas. 6.n.4. Sed quid dicendum est de illo qui pulsat Campanam in signum quo aliquis suspēdendus sit. & resp. quod non est irregularis quia non influit ad homicidium quod secus esset si pulsaret ad conuocandos milites vt aliquem ducerent ad mortem ita Bass. loco cit. Idem dicendum est de clamante adesse latronem, vel eum detegentem, vt comprehendatur sine alia intentione,quod d.latro sit puniēdus sed tantum vt impediat illud malum ita Dian.p.3.tr.5.res.80.cum aliis per eum Zāb. V.irregularitas.n. 59.quod secus est quando præuideret fore esse occisurum vt dicat d.V. Bon.disp.7.q.4.p.2.n.14.Ang. V.irregulariter.1.n.14.Auila disp.5.sect.2.dub. 15.Henr. lib.14.c.2.n.3.Bass.d.n.3.

16 Item infertur quod degradatus actualiter vt in c. præced.diximus non est irregularis si exerceat suum ordinem quia id non exprimitur in Iure Astens.p.2.tub.7.n.10.qu.5.sicut etiā qui est suspēsus ab ordine maiori,si exerceat ordinē minorē licet peccet mortaliter.

17 Item infertur in peccato Simoniæ non incurri irregularitatē,quia ī iure nō exprimitur vt not. Fill.tr.20 c.9.n.245.Reg.l.30.n.204

18 Item infertur quod dubitans se excommunicatum, & exercet ordinem, si postea inuenit se non esse, neque est irregularis,quia irregularitas non infligitur ministranti sacramenta cū cēsura existimata,sed tātū vera,vt obseruat Dian. par.5.tract.9.res 94.cum aliis per eum.

19 Item infertur nō esse irregularem,qui approbauit abortum post factum, etiam nomine suo factum, sed sine sua scientia antecedenti, nam si ante factum, licet dubitaret fętum esse animatum,quia vt dictum est dubium in Homicidio iniusto non suffragatur Portell. in dub.Reg.V.Abortus.n.1. seqq. Zambell. V. irregularitas.n.56.

20 Item infertur non dari irregularitatem in dubio mutilationis membri; non enim trahitur doctrina homicidii ad mutilationem,cum nō sit hoc expressum in iure;notat Sanch.in Sum. tom.1.lib.1.c.10.n.59.seq.

21 Item infertur irregularem non esse accusantem Reum de delicto leui, si postea confessus maiora, morti condemnatur,non enim fuit causa propinqua mortis,prout requiritur in iure;vt aduertit Reg.lib.30.tr.2.n.131. qui citat Couarr.ad Clem.si furiosus p.2.§.1.n.3

22 Item infertur quod infamia notatus,& per hoc irregularis,si ministret,nō cōtrahit nouā irregularitatē,licet peccet mortaliter non.n.ī iure habemus hoc expresū notat Ant. Nal.in sum.v.irregul.n.1.Bass.eo.n.12.cū aliis p eū.

23 Aduerte tamē quod ex cōmuni dd.opinione potest introduci aliqua irregularitas etiā si clare nō sit expressa ī iure; sicuti habemus de suspensione quę cōtrahitur propter susceptionē ord.p saltū;quę suspēsio licet nō inueniatur in iure satis expssa,attamē ē p cōsuetudinē stabilita,ideoq.obiter aꝑbata p Cōc.Tr.ses.23.c.14

24 de ref.ratio ē ꝗa cōsēsus Doct.& cōsuetudo eccl.ē optima sact.Can.et ātiq.obseru.interpr. vt docent Paul.Lay.l.1.tr.5.p.5.c.1.n.6.Bann. ī Th.mor.p.2.tr.11.q.3.Dian.p.8.tr.7.miscel. res.28 qui de probabili tēratur. licet contrariam etiam opinionem quod.s. non possit introduci nisi sit a iure expressa, probabilē existimet cū Io.Mach.de perf.Conf.tom.1.l.1.p. 3.tract.

3. tract. 15. docum. 1. n. 5. in Idiomate Hispano cōscripto Ideo alias Irregularitates ab aliquibus Doctoribus introductas quæ in iure non inueniũtur expressæ alii non immerito reprobant, quas si videre desideras vide Bonacin. de Irreg. disp. 7. q. 3. p. 7. §. vnic. per totum.

25 Nota tertio numquam incurri Irregularitatem, nisi sequuto effectu mortis, vel mutilationis membri, Ratio est quia lex ecclesiastica requirit factum c. vlt. 15. q. 2. S. Antonin. p. 3. tit. 28. c. 2. in princ. incurritur tamen in iis casibus absque alia Iudicis sententia & executione Suar. d. disp. 4. sect. 4. n. 9. cum aliis comm. vnde procedit tam in facto occulto, quam in manifesto, & æquè requirit dispensationem, nam dupliciter potest pro delicto incurri d. irregularitas, primo ratione notorietatis, vt quia delictum, quod alias non infert irregularitatem, vt est sodomia concubinatus, & similis, est manifestum, & inducit infamiam propter quam quis censetur Irregularis Auil. de Censur. disp. 4. dub. 7. concl. 7. Coninch. disp. 18. n. 16. Secundo ratione Canonum, qui imponunt d. irregularitatē, & in iis nō requiritur notorietas vt ex Conc. Trid. sess. 24. c. 6. notat. comm. DD. vide Grass. p. 1. lib. 2. c. 66. n. 5. seq. Zamb. v. irregularitas n. 12. & Coninc. vbi sup.

26 Nota quarto quod irregularitas potest prouenire ex facto non culpabili, & in hoc maxime differt a Censuris, quæ solum proueniunt ex facto culpabili, aduerte tamen, quod licet nō requiratur semper factum culpabile, adest tamen semper iusta causa habito respectu ad bonum commune, vt est in sacramento ordinis, quod non solum respicit singulos, sed etiã communitatem, ad quam maxime spectat nō omnes indifferenter admitti ita Reginald. lib. 30. tr. 2. n. 5. vers. cæterũ. attamen quando imponitur pro delicto debet sēper correspōdere proportionaliter culpæ, vnde non incurritur ob homicidium per leuissimam culpam admissum Couarr. in Clement. si furiosus §. 4. n. 9. per cap. quæsitum de pœn. & c. felicis de pœn. in 6. adnotatum per Reginald. n. 120. vbi sup.

27 Nota quinto non esse imposita in Irregularitate determinata verba quibus imponatur, cum variis verbis significari possit, immo multoties ex circumstantiis colligi debeat, attamen aduertas, quod quoties homo impeditur ne ad Clericatum, vel ad ordines promoueatur, vt si dicatur numquam ordinetur, vel ad sacros ordines aspirare non audeat, & simile, inducitur irregularitas ita supracitati Doctores communiter. Coninch. vero in d. disp. 18. de Irregular. dub. 3. & Suarez d. disp. 40. sect. 8. ponunt tres Regulas desumptas ex c. 15. de sent. excom. in 6. primo quod quoties Ius non imponit pœnam incurrendam ipso facto, sed per iudicem imponendam, non denotat Irregularitatem, quia hæc numquam per sententiam fertur, nisi diceret, nemo illum ordinet vt suprad. est secundo quando solum prohibetur executio ordinis est potius suspēsio, aut depositio, quam Irregularitas, quæ directe impedit susceptionem ordinum, nisi ex adiunctis clare cōtrarium constaret, vt si agat de casu, quo alias in iure esset imposita Irregularitas, & pateat, quod censetur ead. pœna confirmari. & Tertio quando Ius statuit aliquod impedimentum, quod ipso iure incurratur directe impediens susceptionem ordinum, & est Irregularitas, quod clarius demostraretur si etiam caderet in Laicos, quia suspensio, & depositio non cadit in Laicos, sed tantum irre-

28 gularitas † quæ comprehendit semper tam Laicos, quam Clericos, vel si ita statueretur vt posset etiam sine culpa incurri. vide etiam Reginald. li. 30. tr. 2. c. 2. n. 13. & c. 10. n. 117. seq.

29 Nota 6. quod licet aliquando Irregularitas per seipsã cesset, vt est in Irregularitate ex defectu cessãte d. defectu, ex quo d. Irregularitas procedit, ipsa quoq. cessat c. statuimus. d. 56. attamen quæ prouenit ex facto, super quo inducitur irregularitas, vt ex homicidio, & simili, numquã cessat, sed perseuerat, quandiu non tollitur dispensatione, quia quod factum est, infectum esse nequit ita Henriq. in summ. lib. 14. c. 17. §. 3. Reginald. lib. 30. tr. 2. c. 2. n. 16.

30 Nota 7. ꝙ ad incurrendã Irregularitatē ex defectu nō requiritur scientia iuris, vnde hominē occidens, etiam si nesciat homicidio impositã esse Irregularitatē, illã incurrit, quia homicida præter delictum incurrit defectũ lenitatis, sed ad incurrēdã Irregularitatem ex solo delicto requiritur scientia tã actus delicti, quod sit prohibitũ, quã ꝙ sit ꝓhibitus sub pœna Irregularitatis late Coninc. d. disp. 15. dub. 4. n. 29. Sanch. li. 9. de matr. disp. 33. n. 9. 16. & seqq. ex text. in c. 2. de Const. in 6. & c. proposuisti dist. 82. vbi deducitur ꝙ ignorantes a sede aliquã legē nec ea, nec eius pœnis tenerentur Vgol. c. 14. § 10. n. 9. Auila de cens. p. 7. disp. 2. du. 7. Fill. t. 19. n. 21.

31 Quid

31 Quid si dubitaret, vtrum tale ius extaret? & respondeo incurrere, quia possessio stat pro subdito, qui suam possidet libertatem, post adhibitam scilicet debitam diligentiam ita Sanchez Henriq. & alii citati per Bonacin. de restit. in gen. d. 1. quæst. 2. punct. 2. §. incidens. num. 2.

32 Immo dico quod licet esset Ignorantia vincibilis, dummodo non sit crassa, & mortalis excusat ab irregularitate, quare occidens aliquem cum culpa solum veniali non incurrit irregularitatem ex delicto ita Noster Meroll. to. 1. disp. 1. dub. 3. n. 83. quem sequitur Dian. p. 4. tr. 2. De Irreg. resol. 35. & nouissime Laurent. de Portell. in dub. reg. v. Ignorantia n. 19. & Zambell. v. Irregularitas n. 20.

33 Ex his sequitur quod irregularitas ex delicto non incurritur nisi adsit peccatum mortale; ratio est quia, cum sit grauissima pæna non censetur imponi posse ob peccatum veniale; alias pæna non responderet delicto iuxt. text. in c. fęlicis de pęn. in 6. tum etiam quia nullum ius reperitur quod ob solam culpam venialem imponat irregularitatem; tum quia Irregularitas est pæna contemptus, & ideo sine dolo non contrahitur, licet sufficiat etiam dolus, vel contemptus interpretatiuus siue virtualis, vel studiosa, & affectata negligentia ita Emm. Sa. v. Irregularitas n. 8. Coninch. d. disp. 18 dub. 2. nu. 12. & seq. Dian. p. 4. tr. 4. resol. 41. qui viginti alios Doctores allegat quibus addo Bonacin. de Censur. d. 7. q. 1. punc. 2. n. 1. Nald. V. Irregularitas n. 25. vers. prædicta Zambell. eod. v. nu. 42. Nauarr. cons. 18. de sent. excom. Bass. v. irregularitas sol. lib. 5. qu. 1. art. 9. col. 5. Alter. lib. 5. c. 6. q. 5.

34 Amplia hoc procedere etiam in irregularitate lata a summo Pontifice quia ex ratione Iustitiæ pæna debet poportionari delicto ita Suar. tom 5. disp. 40. sect. 3. n. 17. Vasq. in 1. 2. disp. 158. c. 1. & alii per Dian. p. 2. tract. 16. res. 18. & p 4. tract. 4. res. 41. vbi post alios allegat nouissime Ludouic. Montes. in 1. 2. D. Thom. t. 2. q. 76. ar. 4. disp. 8. q. 12. n. 150. quibus adde Sot. lib. 5. de Iust. q. 1. art. 4. Henriq. in sum. lib. 14. c. 3. in princ. Molin. tom. 4. de iust. tract. 3. disp. 77. Caiet. in summul. v. Irregularitas Bonacin. d. p. 3. n. 2.

35 Nec obstat quod dicitur Irregularitatem incurri etiam ex homicidio fortuito, & ita ex leui causa, nam ibi sermo non est de culpa Theologica sed de culpa iuridica, quę est defectus diligētiæ debitæ, quam qui ommittit cauēdo scilicet illud, quod ex se alteri mortem inferre potest, intelligitur velle indirecte d. mortem, & sic est causa sufficiens irregularitatis ita Reginald. d. lib. 30. c. 16. n. 204. sicuti etiam in alijs homicidijs ex defectu lenitatis in quibus non consideratur culpa, & tamen incurritur in Irregularitatem, in istis enim non loquimur de delicto, sed tantum de defectu iuxta constitutiones canonicas quæ in iis recipiunt reuerentiam sacerdotalis dignitatis ita Alphons. de Castr. lib. 2. de leg. pæn. c. 14. concl. 1. & 2. princ. quem refert, & sequitur Reginald. vbi supra n. 103.

36 Hinc infertur quod occidens inuasorem vitæ cum moderamine inculpatæ tutelæ, licet ipse homicida causam dederit inuasionis, & inuasionem præuiderit secuturam irregularis non est, quia eo tempore quo se defendit culpam non incurrit ita probabiliter tenet Sayr. lib. 6. cap. 17. n. 18. Reginald. d. lib. 30. tract. 2. n. 110. Suar. dist. 46. Sect. 1. n. 21. Henriq. lib. 14. c. 10. n. 34. Elig. Bass. in Flor. Theol. mor. V. ff. Irregularitas 7. n. 1.

37 Secundo qui occidit priuatim sine culpa ob defensionem etiam suarum rerum, honoris, consanguineorum & similium non fit Irregularis licet qui publica authoritate hoc facit irregularis fit, nam hic licet sine peccato faciat, attamen voluntarie facit, & sic incurrit irregularitatem ex defectu, quod secus est in primo qui sine culpa, & sine voluntate saltem directa facit ita Less. li. 2. de Iust. c. 9. dub. 11. Suar. disp. 46. sect. 2. Sayr. lib. 1. c. 7. nu. 22. Dixi consanguineorum scilicet patris fratris & aliorum Innocentium, nam in hoc casu non adest culpa cum licitum sit vim vi repellere non tantum ad propriam sui defensionem sed etiam proximi & extranei Emm. Sa v. Irregularitas n. 2. P. Nauarr. lib. 2. c. 3. n. 407. Coninc. dist. 18. n. 88.

38 Supradicta tamen in foro externo non procedunt, nisi ipse probet hoc fuisse factum ad sui defensionē, quia homicidium & mutilatio de sui natura mala sunt; sed in foro conscientię in dubio stari debet arbitrio boni viri vt docent Henriq. lib. 14. cap. 10. num. 2. Reginald. d. lib. 30. tractat. 2. num. 112. Filliuc. tractat. 20. num. 63.

39 Tertio idem dices in homicidio casuali non vo-

volito, seu implicite voluntario quãdo scilicet non adest peccatum mortale, licet etiam detur opera rei illicitæ periculosę dummodo adhibuerit sufficientem diligentiam; & ex quo mors raro contingit & non sint de casibus in iure expressis non incurritur irregularitas c. vlt. de homicid. in 6. & c. tua nos Bass. vbi supra verb. Irregularitas 7. n. 5. & 6. qui & alios allegat vnde proiciens saccum frumenti de fenestra licet ex furto acceperit, & casu occidens hominem non est irregularis, quia non est volitum, & est de casibus raro contingentibus, & in iure non habetur expressum.

40 Quarto idem dices de iudice qui licite pręcipit reum verberari iuxta leges, quę leuem imponunt percussionem, & minister ita excedit in modo, quod reus decidat in tormento; nam hic non fuit causa proxima, sed remota homicidij vt successit in ciuitate Eugubij, in qua cõdemnata quædam saga ad pœnam fustigationis, dum per plateas ducebatur fuit a populo luto, lapidibus & immunditiis percussa ita crebrius quod mortua est Bass. vbi supra nu. 5.

41 Quinto idem dices quando Titius mandás & consulens Caium vt occidat Sempronium, a quo postea d. Caius occisus fuit, nam neque est irregularis, quia non fuit causa efficax illius mortis, neque voluntaria sed tantum occasio, quæ in Irregularitate ex delicto non consideratur, ita probabiliter tenent Henriquez lib. 14. c. 16. nu. 1. & alij licet opinio contraria tutior sit ea ratione quia consuluit opus periculosum mortis non adhibita sufficienti scientia ita Molina, & alii per Bass. d. v. Irregularitas 7. n. 8. in fine vide Bonacin. de irregular. q. 4. punct. 8. n. 14. & de restit. disp. 1. q. 2. punct. 7. num. 8.

42 Sicuti est etiam ob eamd. causam qui interemit infantem in lecto, qui iacens lapidem in Caium interemit Titium; qui reficiendo tectum tegula occidit viatorem; qui vtitur saltatione cum muliere pregnante, vel ei incutit timorem, vel habet copulã, & secuta est mors fætus, in ijs enim omnibus, si adhibuerit quis debitam diligentiam, & aduertit, sicuti aduertendum est cum monitione, signo, & cautione non efficitur irregularis quia non præsumitur causa efficax nec voluntaria ita Filliucc. tract. 20. nu. 75. & 79. Regin. d. lib. 30. tract. 1. n. 136. & 138 Nauarr. cap. 27. nu. 236. & 255. Maiol. lib. 5. c. 48 § 3. Sayr. lib. 7. c. 6. nu. 28. & 30 Bonacin. d. punct. 7. n. 26. Henriq. lib. 14. c. 15. § 3. n. 4. & Bass. vbi supra n. 9.

43 Aduerte etiam hic neminem fieri Irregularem quando mors ita parum acceleratur, vt pro nihilo reputetur, etiam si non adhibuisset totalem diligentiam, quia non debetur tanta pœna pro minima culpa ita Henriq. lib. 14. c. 16 n. 1. & Bass. n. 8. cum alijs per eum.

44 Nota octauo quod in Irregularitate non requiritur Contumacia sicut requiritur ad incurrendas censuras, vnde potest etiam a summo Pontifice de potestate absoluta imponi pro delicto mere præterito; sufficit enim ad incurrendum hoc impedimentum, quod delictum sit proportionatum pęnę quamuis sit transactum ita Auila & alii per Bonacin. loco citato n. 3.

45 Nota nono tria esse capita maiora propter quę Irregularitas ex delicto incurritur Hęresim, homicidium, & malã ordinum susceptionem quib. adduntur alia minora scilicet Baptismi iteratio; actus aliquis infidelitatis, Infamia, & quodcumque aliud enorme delictum per quod quis mæretur deponi ita Reginald. vbi supra n. 16. & Coninch. dub. 5. & seqq.

46 Circa Hæresim aduerte quod oportet quod si hæresis manifesta & publica sicuti est in aliis delictis, vel occulta sed cum periculo se manifestandi, si ab vno, vel alio sciatur, de omnino vero occulta probabiliter negatur, & ita possunt concordari Doctorum opiniones inter se dissentientes. Vide Reginald. d. lib. 30. tract. 2. c. 5. n. 193. qui dicit talem irregularitatem habere locum in Hæretico per accidens si occulto, vel qui signum externum dederit suę hæresis, sed ita latens, vt non sit, qui aduersus eum in Iudicio testari possit, sed non per hoc excludit aliquam notorietatem, & dicit idem sentire Suar. disp. 44. sect. 1. quem sequuntur etiam Auila p. 7. disp. 4. dub. 2. Henriq. lib. 14. c. 4. n. 6. Emman. Sa v. irregularitas ex defectu animæ n. 2. & nouissime Paul. Laym. lib. 1. tr. 5. c. 6. n. 1 1. & alij multi quos adducit Dian. res. mor. p. 4. tr. 2. resol. 46. licet a contraria opinione quod scilicet etiam hæresis occulta inducat irregularitatem dicat nõ esse tamquam a probabiliori recedendum; ita etiam sentire videtur Thesaur. De pæn. Eccl. par. 1. cap. 21. nu. 1. qui etiam in fine subdit dispensationem tamen non concedi si ex circumstantiis apparet rem nunc quidem occultam, tamen de facili

cili posse publicari; quod valde notandum est idem etiam videtur annuere Barbos. de pot. Eisc.p.2.alleg.40.nu.3. in nouissimis cum Stephan.de Aluin.eo.tit.c.29.nu.5.& melius idem Barbos.d.alleg 40.nu.29.vers. supposita illa sententia. Ratio vero supradictorum esse potest,quia in delictis ecclesia videtur non solum habuisse respectum ad ipsum crimen,sed etiam ad infamiam ex qua summopere læditur Reuerentia sacrorum ordinum,inhonestũ enim valde est videri sacra a publicis criminosis pertractari, & Irregularitas nihil aliud est quam impedimentum a susceptione ordinum, vel eorum vsu ob reuerentiam diuinorũ vt notant DD.comm.per Bonacin.disp.7. q.1. punct.1.n.2.

47 Nec obstat si dicatur quod in reiteratione Baptismi etiã occulta adest Irregularitas quia respondeo quod ista reiteratio non potest esse occulta nisi per accidens; nam Baptismus non potest conferri nisi per actus externos, & ab alia persona extrinseca, quare potius dici potest hæreticus manifestus quam occultus. Sicuti etiam respondeti potest in delicto homicidii, quod licet occultum, inducit tamen Irregularitatem; in homicidio enim non solum consideratur delictum in se, sed etiam charitas & Pax quam habere debent Ministri sacri Altaris exemplo Christi hanc charitatem ostendentis in Eucharistia vt bene notat Bonacin.d.disp.7.q.4. punct.31 n.3. cum aliis.

48 Si vero est suspicio tantum de Heresi,quod scilicet sint hæreticorum fautores, eos recipiendo & deffendendo prout hæretici sunt, inducit semper irregularitatem; quod secus est in aliis delictis præter Hæreticum, in quibus non incurritur irregularitas nisi propter infamiam,quæ purgata facit etiam cessare irregularitatem;

49 Limita quando sunt suspecti de hæresi, non tamquam hæretici,vel fautores hereticorum, sed ab aliis gestis ex quibus hæresis suspicio orta est, & a qua se purgant per abiurationem vt est in abusu sacramentalium,in superstitionibus, & similibus, ob quæ eis imponitur pænitentia, non propter hæresim, sed ob suspectionem illius, vnde isti post pænitentiam, & abiurationem possũt ordines exercere ex text. in c.si luberimum 1.quæst.7.vb habetur quod Clerici redeuntes ab hæresi post publicam professionem,suis ordinibus recipi possunt ex Concil.Martini Papæ vide Dian.p.4. tr.2. res. 47.& tr.4.resol.38. & nouissime Ricciull. De iure.person.lib.5.c.17. & 18. per totum cum aliis per eos. Ratio vero est quia hæc irregularitas non est propriẽ annexa hẽresi; sed prouenit ex notorietate,qua purgata,statim cessat vt bene notat Aug.Barbos.de pot.ep. p.2.alleg.10.n.34.qui et alios multos allegat. & ego sic vidi in praxi obsueruatum in hac ciuitate Tiferni.

50 Et nota quod in hac Irregularitate comprehunduntur etiam filii hæreticorum vsque ad 2.generationem per lineam virilem paternam & vsque ad primam per maternam, nisi fuerunt delinquentes ante eorum mortem per Ecclesiam reconciliati ita DD. per P. Elig. Bass.in Flor.tot. Theolog. v.Irregularitas 10. num. 3.

51 Circa vero indebitam ordinis susceptionem aduerto tunc incurri irregularitatem, primo quando ordines suscipiuntur furtiue, etiam prima tonsura vt notant Bonacin.d.disp.7.q.3. punc.4. nu.6. P. Bass. vbi supra & alii secundo quando esset coniugatus, & ordines reciperet, cõiugatus enim non solum non potest ordines susceptos exercere, sed nec alios accipere, quod intellige de matrimonio etiam non consumato extrauag. antiquæ de voto & vot. redempt.cum DD.per Dian.part. 4. tract. 2. resol. 55.& tertio incurritur hæc Irregularitas per malum ordinum exercitium vt si excommunicatus celebraret, solemniter baptizaret,

52 & similia † præter hos tres casus aduerte quod licet sit inter doctores magna controuersia opinionum, attamen probabilius est, non incurri irregularitatem, vt inuenies ex Bonacin. Coninch. Suarez. Reginald. Henriq. Sayr. & aliis, locis supra notatis, quibus adde nouissime Dian. Zambell. Nald. & Thesaurum in V. Irregularitas Vide etiam Filliuc. in tractat.20. n.190.& seqq.& Villalob. to.1. tract.1 3. diff. 12. nu. 1.

53 Item aduerte quod temeratie ordinatus,sed bona fide ordinem exercens non est irregularis quia vt supra diximus, requiritur in pænis ecclesiasticis contumacia, & ignorantia culpabilis Vide Barbos.de pot.episc.part.2.alleg. 8.n.1.qui & alios multos allegat.

54 Circa homicidium aduertendus est duplex status scilicet homicidium voluntarium, & homicidium casuale. In voluntario requiritur

lu u-

Iniustitia, & culpa vt supra dictum est;& intellige comprehendi etiam consulentes, mandantes, cooperantes, vel aliquo modo influẽtes moraliter in ipsum homicidium iniustum vt ex supradd. Doctoribus communiter, & vide adnotata hic supra. In Casuale vero requiritur negligentia mortalis, vnde quotiescũque datur opera rei licitę, vel etiam illicitæ, & adhibetur prudens diligentia ne homicidium sequatur non incurritur irregularitas, vt ex Coninch. disp. 18. nu 80. seq. Reginald. lib. 30. tract. 2. numer. 102. & 159. Dian. p. 4. res. 21. tract. 2.

55 Modo quæritur quęnam personę in Iudicio publico. vbi tractatur de pæna sanguinis incurrant irregularitatem; & respondeo quod omnis tam Clericus quam Laicus iustè cooperans ad mutilationem, vel homicidium secuto effectu, vel accelerans, aut quoquo modo dans causam propinquam fit irregularis, & dicitur irregularitas ex defectu lenitatis. Vnde Aduocati, Procuratores, testes, Notarii, Satellites, Assessores; Consultores, legentes Sententiam; Custodes carcerum, Fabricatores Suplicii; Carnifex imperitus: Præparantes venenum, funem, & similia; Docentes de casu particulari; & omnes Iudices Inferiores Papæ, qui se ingerunt in dd. causis mutilationis, sanguinis vel mortis sunt irregulares, quia omnes censentur influere in dd. mortem, vel multilationem, & esse causam propinquam earum, ita colligitur ex text. in c. fin. Ne Cler. vel. mon. in 6. in c. si quis iudicũ; c. Clericus dist. 50. & in c. in Archiepiscopatu De rapt. & in Clement. vnic. De homicid. & docent Nauarr. cons. 27. n. 215. Coninch. d. disput. 18. dub. 10. Maiol. lib. 2. c. 16 Filliuc. tr. 20. c. 9 quæst. 1 n. 231. Reginald. d. lib. 30. tr. 2. n. 97. Suar. disp. 47. sect. 1. n. 2. & seq. *Bonacin.* vbi sup. q. 4. punct. 1. n. 4. & seq. Ascan. Noctin. in Summa V. irregularitas ex Homicid. nu. 51. & *Bass.* eo. verb. 5. num. 3. cum aliis per eos.

56 Ex his infertur quod Iudex Ecclesiasticus, qui pręcipit Iudici sęculari delegato vt mane exequatur mortem a se latam, aut vt talem reum suspendat, est irregularis; est enim causa efficax, et propinqua mortis c. his a quibus 23 q. 8. Nau. lib. 5. de Homicid. cons. 27. Hurtad. de irregul. disp. 2. diff. 18. n. 42. Zambell. V. irregularitas n. 36.

57 Secundo infertur quod Curiales, & qui publicis functionibus criminalibus occupantur, & vt dicit text. in c. 1. dist. 15. omnes ii, qui Curiæ sæculari obligati sunt in ministerio alicuius publici officij, siue in perpetuum, siue ad tempus, vel ex iuramento, vel ex pacto, vel ex stipendio omnes sunt Irregulares c. si quis dist. 77. cap. vnic. dist. 53. Bellett. de discipl. Cleric. §. 11. num. 6. Barbos. de potest. Episcop. part. 2. allegat. 19. num. 46. Vnde ordinari non possunt.

58 Limita in Consiliarijs Principum, vbi adest Papæ priuilegium, siue Præscripta consuetudo. vt notant Mercer. in 3. part. D. Thomæ q. 24. dub. 13. & alii per Antonin. Dian. res. mor. in p. 4. res. 98. tract. 2.

59 Item limita in officialibus episcopi, & Administratoribus rerum ecclesiasticarum, siue piarum Hurtad. de irregul. disp. 2. diff. 18. nu. 60. ex textu. in cap. vlt. distinct. 86. & cap. 1. dist. 88.

Item limita in obligatis ad ratiocinia, postquam debitã reddderunt rationem, licet nondũ secuta sit solutio debiti pecuniarij relicti ex administratione officij, ratio est quia solutio non requiritur in iure, ita Corneio in 3. part. D. Th. disp. 14. dub. 2. n. 3. ex textu in c. legem dist. 55 Reginald. d. lib. 30 nu. 65. Bonac. d. disp. 7. p. 2. punct. 5. nu. 2. Campanil. in Diuers. Iur. Can. Rub. 11. c. 9. n. 2.

Aduerte tamen quod si expleta administratione ex officio moueretur aliqua lis de dolo in d. Administratione, vel esset in procintu, vt moueretur, non possunt tales ante litis euentũ promoueri, & cum eis episcopus non dispensat ita gloss. in c tantis Daniel. verb. obrepsit & ibi Archid. dist. 81. Maiol de irregular. lib. 2. c. 21. num. 4. Fr. Leo in Thes. for. Eccles. part. 2. cap. 8. num. 38. nisi rerum ecclesiasticarum vel miserabilium personarum vt supradictum est administratores fuerint; vel nisi fideiussores darent qui se principales constituerent, vel nisi nõdum de Administratione cæptum sit ratiocinari ita Barbos. d. part. 2. alleg. 10. nu. 47. & Dian. d. tractat. 2. resol. 98. vers. & tandem.

60 Item limita in alijs priuatis, qui non sunt ministri iustitiæ, hi enim non incurrunt hanc irregularitatem publici homicidij, quia tantũ impossita est dd. ministris, vnde assistentes concomitantes, Clamantes cõtra malefactoré,

& similes non sunt irregulares, non enim videntur efficaciter influere in mortẽ ita Vasq. & ex eo Turrian. De Cens. lib. 9. disput. 66. dub. 3. Ausonius Noctin. in Sum. Dian. V. irregularitas num. 54.

61 Tertio infertur quod iudex ecclesiasticus qui fert durissimam Sententiam, qua Reo victum adeo diminuit, aut carcerem tam durũ, & asperum imponit, vt ex iis verisimiliter possit credi mortem citius esse secutam, irregularis est; nam hęc sententia ęquiualet sententiæ sanguinis; vt notant Molin. tom. 4. tr. 3. disp. 78. n. 1. seq. Couarr. var. resol. p. 2. §. 5. n. 8 Vgolin. c. 11. §. 1. et c. 5. §. 6. Auil. de Cens. disp. 5. p. 7. sect. 2. dub 3. & 4. Suar. disp. 47. sect. 1. n. 2. & Filliucc. n. 249.

62 Nota vero, quod si breui tempore, idest per decem dies, aliquis moriatur in carcere etiam iusta ob nimium carceris squallorem, vel penuriam alimentorum, Iudex ecclesiasticus, qui talia iussit, est irregularis, secus tamen est, si dat communem carcerem, & moriatur post plures dies, nam non tenetur d. Iudex ei dare meliorem carcerem, quam sit carcer cõmunis, nisi sit infirmus, & timeatur de secura morte Reginal. d. lib. 30. n. 155. & *Bass.* Verb. irregularitas 5. n. 3. Vers. Iudex.

63 Quarto infertur quod Clericus assistens auctoritatiue executioni Sententiæ capituli danscum sua præsentia auctoritatem suplicio, efficitur irregularis, secus si ex curiositate, vel alia simili causa ita Nauarr. d. c. 27. n. 214. Maiol. d. lib. 2. c. 10. Suar. vbi sup. n. 20. Filliucc. n. 238. Reginald. n. 134 & DD. per Vgolin. d. c. 5. §. 2. quos sequitur *Bonacin.* d. disp. 7. qu. 4. p. 2. num. 16. vers. addo. Vide ex Summistis. Ang. V. homicidium. 1. n. 23. Armill. V. irregularitas. n. 20. & nouissime *Bass.* vbi supra num. 5.

64 Quinto infertur quod Consultores in casu particulari causę sanguinis dicendo scilicet talem mæreri pęnam mortis vel mutilationis sunt irregulares, secus esset si tantum referrẽt opiniones, & sententias doctorum, nam in hoc casu nihil aliud facerent, quam aperire veritatem; & hoc summopere aduertant Pręlati iurisdictionem habentes, quando a suis ministris petitur quid facere debeant, solum enim respondeant faciant quod leges statuũt; consulant peritis; homicidę pęna mortis puniuntur, & similia verba generalia. Vide Silvest. V. homicidium 3. n. 7. Filliucc. vbi sup. n. 241. Sayr. cap. 18. n. 12. Bass. V. irregularitas 5. num. 5.

65 Vnde Theologus discurrens cum Iudice de aliquo Reo particulari dicens illum non debere viuere propter bonum publicum, aut esse indecens quod liberetur, siue quod est damnandus patibulo, si hoc facit ratione Zelus, non autem Condemnationis, non videtur irregularis, non reprehendens excessus delinquentis, licet sit ad præsentiam Principis propter quam reprehensionem mors illius decernitur, non videtur causa efficax, & propinqua illius mortis, illa enim verba nec de sui natura, nec de intentione proferentis influunt in homicidium, vel mutilationem ita. Reginald. d. lib. 30. tr. 2. num. 131. vers. item posset. Zambell. V. irregularitas. nu. 66. Aduertat tamen d. Sacerdos, ne sit in promptu Iustitiæ executio, & ipse sciat, & prȩuideat ex verbis ipsius Iudicem moueri posse ad eum certius condemnandum, quia tũc iudicabitur saltem ex intentione culpabili causa propinqua mortis. Vide Reginald. vbi sup. n. 144. vers. sin autem.

66 Sexto infertur quod Iudex iubens ministris, vt cito faciant; carnifici, vt semel nõ amplius feriat, vel aliud simile, quo mors vel mutilatio accelerata videatur etiam si hoc faciat pietate motus, est irregularis, nisi eum excuset paruitas materiæ, vel inaduertentia, vt si diceret, eia pergite, non intendens accelerationem mortis, nam iste actus ratione inaduertentiæ non videtur plane voluntarius, ita Graff. dec. aur. p. 1. lib. 4. c. 17. n. 68. Auila d. p. 7. disp. 5. sect. 2 dub. 3. & 4. Henriq. d. lib. 14. c. 3. nu. 7. seq. Bonac. cum alijs per eum d. p. 2. num. 9. & Bass. d. nu. 5.

67 Septimo infertur quod Iudex qui malitiose ex odio vel vindicta relinquit deffendere aliquem ab occisione, vel mutilatione, vel permittit occidi bannitum, vel hostem Reipublicæ publica auctoritate, est irregularis. Ratio est quia talis omissio est cum subtractione subsidij ex Iustitia debiti. Filliucc. tr. 19. c. 10. n. 270. Maiol. lib. 5. de irregular. c. 48. §. 5. vbi etiam aduertit, quod vt quis censeatur alterum deffendisse, nõ est necessarium, quod eum a morte eripuerit, sed sufficit quod fecerit, quantum potuerit, vt mors impediretur. Vnde ex his sequitur quod non incurrit irre-

irregularitatem negligendo præuenire pericula homicidij, sed tantum quando illud manifeste instans malitiose non defendit; vt bene notant Reginald. d. lib. 30. c. 12. n. 169. vers. quartum & alij per Bonacin. d. disp. 7. qu. 4. punct. 8. n. 40.

68 Aduerte tamen quod si non impedit non ex directa intentione, sed tantum ex aliquo timore humano, negligentia, aut auaritia nõ incurrit in irregularitatem Homicidij voluntarij, sed casualis, quia hoc homicidium non est directe intentum, & sic proprie voluntarium, vnde episcopus poterit eum dispensare ita Suar. Filliucc. & alij per Bonacin. vbi supra num. 41.

69 Item aduerte hoc intelligi quando ex iustitia tenetur defendere, nam si ex sola charitate, non efficitur irregularis, quia tunc non influit efficaciter ad causam mortis sed tantum occasionaliter ita Nauarr. c. 27. n. 231. Molin. disp. 76. n. 8. Suar. n. 3. Filliucc. n. 127. Bonacin. n. 37. vers. dixi quando & Anto. Nald. in Sum. Verb. irregularitas n. 4. ad not. per D. Thom. in 1. 2. quæst. 6. art. 3.

70 Octauo infertur quod ille, qui iudicem informat de causa rei particularis, aut processum, vel registrum contra illum sumit ad faciliorem Iudicis instructionem, vnde sequitur postea mors, vel mutilatio, est irregularis, quia censetur cooperasse efficaciter ad mortem: quod idem dicendum est de Nuncio, Cursore, & aliis quibus ex mandato Iudicis creditur, immo etiam de illo qui præuidens mortem secuturam etiam tamquam priuatus scribit iudici, vt reum capiat; & mors secuta est, tantum enim supplicari potest, vt Iustitiã faciat, & iudicet secundum iura, vt bene aduertunt Henriq. in Sum. d. lib. 14. c. 11. §. 10. Reginald. d. tract. 2. lib. 30. c. 11. sect. 2. n. 130. vers. amplius. & P. Elig. Bass. V. irregularitas 5. num. 5.

71 Quod amplia licet non intenderet mortem accusati, immo valde ei displiceret, Ecclesia enim non iudicat de internis c. prælatis De Homic. in 6. Reg. n. 132.

72 Limita modo supradictam quæstionem in multis casibus. & primo quando Iudex ignoraret fuisse a Reo commissum delictum capitale, & iubet eum in carcerem trudi, examinari, & alia huiusmodi fieri: nam cum hæc ignorantia sit antecedens excusat, licet quando cognoscit delictum, debet se abstinere ita Vgolin. & alii per Bonacin. vbi sup. n. 20. Vide Suar. disp. 47. sect. 3. n. 18.

73 Limita secundo in Iudice exercente officium in Criminalibus absque vlla Sanguinis sententia, seu sine vllo affectu secuto mortis vel mutilationis, nam in iis casibus non inuenitur in iure aliqua irregularitas, nec adest defectus lenitatis vt bene notant Filliucc. vbi supra. n. 23. Suar. d. disp. 47. sect. 1. n. 3. & Bonacin. n. 23. Vide quæ dixi infra n. 81. Vnde excusantur iudices ecclesiastici degradando Clericum, & tradendo eum Iudici sæculari cum sua protestatione, immo Inquisitores Sãcti officii non tenentur ad d. protestationem, sed possunt libere Seculares Iudices admonere vt delinquentem puniant vt patet ex concessione Pauli IV. & Pii V. adnotata a Penna in Direct. p. 2. com. 30. Barbos. tom. 2. lib. 5. tit. 7. c. 13. n. 5. Dian. p. 4. tract. 8. resol. 51. & Bass. V. irregularitas. 5. n. 6.

75 Limita tertio in Iudice ecclesiastico permittente iudici laico exhumationem corporis occisi ab ecclesia ad capiendos informationes de delicto in generali; cum hic actus sit admodum remotus ab occisione, vel mutilatione, & non habeatur pro positiue concursu ad mortem, sed pro mera permissione vt de Praxis obseruatione testatur M. Anton. Genuens. in Pract. Neap. c. 42. n. 10. Lauor. in var. Lugubrat. tit. 2. c. 7. n. 31. Aloys. Ricc. in prax. tom. 1. res. 453. & Dian. part. 4. tract. 2. resol. 95.

76 Limita quarto in Clericis habentibus iurisdictionem temporalem ratione Patrimonii, vel beneficii qui constituunt iudices, Gubernatores, vel officiales, qui delicta puniant vt supra dictum est; nam isti non incurrunt in irregularitatem, licet mors sequatur, vel mutilatio. vt patet ex cap. vlt. Ne Cler. vel mon quare poterunt dd. Clerici mandare vt inquiratur de delictis, & iustitiam faciant: modo vt supra dictum est non mandẽt punitionem in particulari ita Silu. V. homicidium 3. nu. 7. cum aliis relatis a Bonac. d. disp. 7. q. 4. p. 2. nu. 28. quibus adde Corneio disp. 11. dub. 1. qu. 2. Hurtad. de irregularitate disp. 2. diff. 11. nu. 42. & Dian. part. 4. tract. 2. resolut. 78. contra Henriquez Suarez, & alios contrarium tenentes.

77 Aduerte vero quod Clerici etiam in minoribus constituti habentes iurisdictionem tem-

temporalem non ratione patrimonij, vel Beneficij, sed ex electione, concessione, vel proclamatione sæcularis Principis, non solum efficiuntur irregulares immiscendo se in pœnas sanguinis sed etiam sunt excommunicati per text. in c. Clericis Ne Cler. vel mon. licet nõ sit reseruata; & processus & sententię latę per eos sint validæ, nisi sint denunciati, vel pars exceperit de excommunicatione contra eos Barb. in d. c. Clericis n. 6. cum Suar. Filliuc. Sayr. Nau. Tolet. & alijs relatis a Thesaur. in tract. de pœn. Eccles. p. 2. V. Iudicis cap. 2. vbi etiam subdit hoc non procedere in Consiliarijs, & in delegatis in causis ciuilibus pro vna, vel alia uice sed tantum in officialibus dd. Principum sæcularium cum iurisdictione ordinaria absque licentia Papæ. Vide DD. in d. cap. Clericis præsertim Cardin. §. iubemus. & Abb. num. 21.

78 Limita 5. in Communitate, seu vniuersitate quæ Procuratorem, vel sindicum constituit ad aliquem accusandum, secuta hac de causa morte ipsius Accusati, quia Irregularitas supponit subiectum capax ordinis, & communitas vt sic non est capax d. ordinis ita Panorm. in c. dilectus. 2. nu. 12. sed nota quod singulæ tamen personæ, quæ suum præstiterunt consensum in constituendo d. Procuratore, incurrunt irregularitatem, nisi d. Communitas petat tantum suum interesse præmissa solita protestatione, cum sit licitum accusare delinquentem cum protestatione ad suum interesse agendum c. prælatis de Homic. in 6. vnde aduertant Consiliarij in dandis eorum suffragijs, vt admoneant cui admonendum est, vt faciat istam protestationem, & adhibeant diligentiam necessariam, vt effectus sequatur. Vide Vgolin. de Irreg. cap. 18. quem citat & sequitur Bonacin. d. disput. 7. quæst. 4. part. 3. num. 13.

79 Secundo principaliter quæritur vtrum Iudex condemnans vnica sententia plures ad mortẽ, vel plures actus exercens condemnando reum ad d. mortem incurrat plures irregularitates & Bonacin. vbi supra nu. 24. & 26. respondet negatiue, quia iustum impedimentum non est impositum pro singulis actibus præcise, sed pro mutilatione, vel pro morte, vnde solummodo in pluribus actibus moraliter distinctis vt est in pluribus sententijs contra plures & distinctas personas plures incurruntur Irregularitates, & sic etiam de stilo Curię testatur Coninch. d. disput. 18. dub. 14. num. 112. Suar. de legib. lib. 6. cap. 24. nu. 12. & Dian. p. 4. tract. 2. resol. 86. qui licet contrariã opinionem conetur tueri, attamen in fine resolutionis concludit. His non obstantibus asserunt multi hanc secundam opinionem nõ esse tenendam, quia stilus Curiæ est in contrarium; ita Diana.

80 Tertio quæritur quænam differentia sit inter Clericos, & Laicos immiscentes se pœnæ sanguinis, seu in causis Criminalibus, quę iuste exercentur a Iudice; & respondeo quod Clerici beneficiati vel in sacris constituti peccant mortaliter, vt supra etiam dixi in defens. huius libri, vbi tractaui an Clericus possit esse Iudex. Ratio est quia violant præceptum ecclesiæ in re graui, & reddũt se ineptos ad functiones sui ordinis & officii c. sententiam sanguinis Ne Cleric. vel Mon. Laici vero, & Clerici in minoribus constituti non peccat cũ non faciunt contra vllam prohibitionem. Ideo Irregularitas, quæ contrahitur a laicis dicitur lenitatis, quæ a Clericis, ex delicto, cum in eam incidant ex actione facta cõtra canonum prohibitionem c. ex litteris & ibi glos. vlt. de excessib. Prælat. ita Valent. tom. 3. disp. 3. q. 16. p. 4. Tanner. tom. 4. disp. 6. q. 10. n. 211. Auil. p. 7. disp. 6. sect. 5. dub. 5. §. sed contra & dicitur ex delicto non quasi ex homicidio, sed ex delicto ob ecclesiæ præcepti trasgressionem ita Thes. De pœn. Ecclesiast. part. 2. v. Iudex cap. 2. num. 2.

81 An autem Clericus vel laicus ex ipsa susceptione officii Criminalis etiam nõ secuta morte, vel mutilatione fiat irregularis? dico quod tantum censetur Irregularis præsumptiue, donec docuerit d. mortẽ, vel mutilationẽ non esse secutã ex sua causa, vel ratione periculi effectu huiusmodi futuri, vnde dum pendet Iudicium coram ipso inchoatum, in quo de tali sententia sanguinis dubitari potest, promoueri non poterit; vere tamen irregularis non est, nam semper incurritur, & censetur effectu secuto ita Suarez d. disp. 47. sect. 1. num. 3. & Thesaur. d. v. Iudex cap. 2. num. 2. vers. prima autem.

82 Poterit tamen Prælatus iurisdictionem temporalem habens condere leges, & statuta sub pœna sanguinis, sicuti potest Laicus; nam non infert homo pœnam in eo casu, sed

Lex

Lex,& in certam personam non animaduertit ita Sayr. lib. 6. cap. 18. num. 18. Henriquez d. lib. 14. cap. 12. & *Bass.* flor. tot. Theolog. verb. Irregularitas 5. num. 7. cum alijs per eum.

83 Clericus vero qui non gaudet priuilegio fori ex eo quod non incedit habitu,& tonsura, vel est bigamus, vel simile iuxta formam Tridentini Concilii, nullum peccatum committit im miscendo se tali pæna in ijs locis, in quibus consuetudine receptum est, vt aliqui Clerici deputētur ad causas sanguinis vt, notant Molin. Couarr. & alij per *Bonacin* d. punct. 2. n. num. 35. Aduerte in hoc priuilegia cuique concessa super ijs a Sede Apostolica, quæ mittens suos officiales semper solet in eorum litteris iuxta officia, quæ exercere debent habilitare; & alios dispensare; vt Episcopis qui possunt fieri Proreges in hispania, vt tradunt Sayr. de Cens. lib. 3. cap. 37. num. 7. Dian. part. 4. tractat. 2. resol. 98. & nouissime Parolett. in Palestr. Cleric. part. 3. capitulo secundo litt. V. num. 3.

84 Quarto quæritur vtrum Clericus Irregularis sit capax Iurisdictionis, ita vt possit eligi in Iudicem? Et respondeo quod in Iurisdictione delegata est capax, non aut in iurisdictione ordinaria, ratio est quia Iurisdictio ordinaria solet alicui competere ratione Beneficii, officii, seu tituli spiritualis ordinati ad functiones ordinum, sed huiusmodi Clericus est incapax Beneficii, vel officii, cum irregularis sit inhabilis ad vsum ordinis, vt dicunt Nauar. cap. 27. nu. 251. less. lib. 2. c. 34. nu. 122. & alii comm. per Suar. disp. 40. sect. 2. num. 36. ergo. vide *Bonacin.* d. disp. 7. de irreg. q. 2. p. 4. proposit. 3. n. 12. *Bass.* d. verb. Irregularitas 1. n. 15. qui & alios adducunt.

85 Ex quo infertur Clericum Irregularem posse exercere omnes illos actus iurisdictionales, qui non includunt exercitium ordinis non solum valide, sed etiam licite; vnde poterit suam Iurisdictionem delegare excommunicare, deponere, eligere, & similia, quæ omnia pertinent ad iurisdictionem, non ad ordinem ita Suar. Nauarr. Filliuc. & alii per *Bonacin.* d. propos. 3 nu. 16. quibus adde Elig. *Bass.* d. v. Irregularitas 1. nu. 15. vers. hinc etiam, qui & alios in margine allegat.

86 Quinto quæritur quomodo sit facienda protestatio a Clerico vel Laico se si immiscendo in d. pæna sanguinis. Et respondeo quod sufficit, quod ista protestatio sit facta verbis extrinsecis in iudicio, vnde si ficte faciat eo quod de facto mortem ipsi desiderabat, non incurrit in irregularitatem. Ratio est quia ecclesia non ponit Irregularitatem ob actum internum sed propter ommissionem d. protestationis, vt bene notant contra Nauarr. Tolet. & Siluestr. Couarr. in Clem. furiosus part. 2. §. 5. num. 1. Molin. lib. 5. de Iust. disp. 8. num. 4. Henriq. lib. 14. cap. 11. sub finem. Coninch. disput. 18. dub. 10. num. 93. Filliucc. tract. 19. num. 258. Reginald. lib. 30. tract. 2. num. 132. *Bonacin.* tom. 1. de irregul. disput. 7. quæst. 4. punct. 3. num. 11. quibus addo Zambell in resolut. Cas. consc. v. Irregularitas num. 19. Corneio in 3. p. D. Thom. tract. 5. de irregular. disp. 11. dub. 1. quæst. 6. Præpos. in 3. part. quæst. 5. de Irreg. dub. 12. num. 103. & Turrian. de Censur. lib. 9. disp. 66. dub. 2.

87 Et nota quod d. protestatio semper debet fieri in iudicio, quando enim extra Iudicium fit, non liberat ab irregularitate. ita, DD. commun. vide Reginald. n. 157.

88 Item nota quod si oblitus fuerit facere d. protestationem, fit irregularis, nam Irregularitas non solum incurritur ex delicto, sed etiam ex defectu lenitatis & hoc etiam quoad forum poli & in conscientia Sayr. c. 18. n. 3. Io: Valer. in differ. vtr. for. v. irregularitas. differ. 1.

89 Item nota quod secularis, vel Laicus sufficit quod faciat hanc protestationem ante iudicis sententiam. licet non sit protestatus in examine, sed Clericus debet se protestare in examine ita Zambell. contra Tolet. d. v. Irregularitas n. 45. qui secutus est P. Dianam in p. 4. tr. 2. resol. 75. & non 78. ex errore Tipografi vers. notandum est.

90 Aduertant tamen dd. Clerici pro defensione eorum conscientiæ quod licet possint agere criminaliter contra laicum pro iniuria ipsi Clerico, vel eius fratri, vel Patri illata iuxta dec. collectas a Riccio collect. 618. p. 3. & hoc etiā si pro certo sciret d. iudicem processurum esse ad sanguinem; attamen hoc tantum debent efficere ad emendam damni illati & ad prouidendum de cætero expresse protestando se tantū ad d. emendā intendere, & pro eminētib. malis tū suis, tū alienis abstraendo se ab omni alia pæna criminali mortis, vel mutilationis; & dummodo non pateat alia via ad euitanda

dd.

dd.mala. ita DD.in c.pen.de homicid.in 6.Vgolin de Irreg.c.6.§.9.Ant.Nald in sum. v.irregularitas n.11.

Quomodo, & a quibus possit tolli irregularitas. §. 2.

91 VNica sit conclusio quod non possit tolli irregularitas nisi per dispensationem, nam cum sit impedimentum non potest tolli nisi per dispensationem a d. Impedimento vt dixi in principio vnde irregularitas quæ tollitur absque dispensatione proprie irregularitas non est, ita Suar.disp.47.sect.1.n.3.Sayr.lib.6.c.14.quos refert, & sequitur Thesaur. de pæn. Eccl.part.2.V.Iudex c.2.n.2.vers. contraria in fine.

92 Et nota quod loquimur de irregularitatibus prouenientibus ex delicto, vel ex defectu lenitatis quæ pertinent ad forum Iudiciale; de alijs autem quę incurruntur ex defectu animę vel corporis non loquimur, nam istæ tolluntur etiam cessante causa, propter quam illatę sunt, vt est in illa, quæ prouenit ex defectu Natalium, quę etiam tollitur per religionis ingressum, & aliæ omnes præter Bigamiam, quæ tolluntur per Baptismum, vt notant DD.communiter.

93 Circa vero ad illos qui possunt dispensare est notandum primo quod Papa omnes Irregularitates tollere potest, nam ea quæ sunt de iure positiuo bene Papa dispensat c. proposuit de concess.præb.& notant Nau.d. c.27.n.217. Reginald.lib.3.tr.2.nu.22.& 177.Couarr.var. resol.2.p.4.c.6. §.9.n 6. Turrecremat.summ. c.52.& seq.Vasq.disp.178.c.2.n.15. Panorm. in c.significasti de elect.Azzor.tom.1.lib.5. c. 15.quæsit.5.Cordub.lib.8.q.8.& 9.Dian.p.8. tract.3.de dispensat.res.3.Bonacin.disp.7. q. 4.punct.vlt.nu.1.& q.5.p.1.n.1. cum alijs per eos quibus addo Barbos. de pot. Episc.alleg. 39.n.63.& Bass.v.irregularitas 6.n.11.

94 Secundo est notandum quod Episcopus ex Trident.Conc.sess.24.c.6.de reformat. potest dispensare in foro conscientiæ in omnibus Irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus etiam Papæ reseruatis excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & alijs deductis ad forum contentiosum, nam licet Episcopus iure ordinario dispensare nequeat, cũ inferior non possit dispensare in lege superioris c. cum inferior de maior.& obed. c. dilecti de temp. ordin. ex priuilegio tamen ei concesso potest, inferior enim potest in lege vel præcepto superioris dispensare, cum id ei reperitur concessum. Silu.v.dispensatio n.14.Mirand. tom.2. q.30. art.11. concl.1. Tolet.lib.1 c.85. n.6.Suar.disp.41.sect.2.n.3.seq.Sanch.in sum. li.2.c.11. nu.2.Filliucc.tr.20.c.10.q.6.Reginald.lib.30.tr.2.nu.26. & nouissime Thesaur. de pæn.eccles.p.1.c.23.in princ.

95 Amplia licet dispensandus sit extra diocęsim, tum quia Concilium non ponit hanc restrictionem, tum quia de iure communi potest ordinarius dispensare subditũ etiam existẽtẽ extra Diœcesim, quia hæc dispẽsatio nõ datur in contradictorio iudicio & in foro contentioso ita contra Vgol.de pot.Episc.c.57.§.2.nu.6. Suar.de Cens.tom.5.disp.41.sec.2.n.10. Sanch.de matrim.lib.2 disp 37.n.11.seqq.Reginald.lib.5.n.1.& d.lib.30.tr.2.n.91. Coninch. disp.18.dubit.14.Fernand.in exam. Theolog. mor.p.4.c.7.Barbos.de potest.Episc.p.2.alleg. 39.n.7.Fagund.in quinq; eccles. præcept.p.2. lib.8.c.8.n.39.Villalob.in summ.p.1. tract.21. diffic. 9. Trullench. in Exposit. Bull. Cruciat. lib.1.§.7. cap.2. Dian.p. 4. tractat. 4. res.96.

96 Requiritur tamen quod dispensandus sit subditus, licet Bonac.d disp.7.q.5.punct.1.n 4. dicat quod etiã possit dispensare religiosos qui seipsos illi subiciũtur, q; etiã videtur confirmare Barb.d.alleg.39.n.4 vbi dicit quod nomine subditorum in præsenti materia intelliguntur omnes illi, qui sibi quomodocumque subduntur quoad Pænitentiæ forum, eo quod in sua Diæcesi inueniuntur tamquam Aduenæ etiã si sint scholares, mercatores & vagi, & hoc ex generali consuetudine Ecclesiæ & ex interpretatiua Pontificis voluntate ob bonum animæ; ita etiam Nald. cum Nauar. & alijs V.Irregularitas numero. 23. attamen in obtinenda dispensatione Irregularitatis non sufficit quod sit subditus ratione quasi domicilij, sed & proprie sit subditus ratione domicilii ita Suar. de Censur. disp. 41. sect. 2.12. Filliucc. tr.20. nu.269. Vnde. Barbos. vbi supra nu.6. declarat primam opinionem procedere in Absolutione Casum reseruatorum, & censuratum in sacramento pænitentię, sed in obtinenda dispẽsatione; & in relaxanda Irregularitate opus est iurisdictione ordinaria in eum, cui concedi debet d. relaxatio; & ita refert fuisse decisum in

terminis teste Garzia de benefic.p.7.c.10.nu. 139.in tertia declarat. cum Armendar. & Alzed.contra Henriq.quibus addo Thesaur.de pæn. Eccles. p.1.c.23. vers.requiritur tamen, qui dicit quod dispensandus debet esse subditus ratione domicilij,non autem sufficit si sit subditus ratione quasi domicilij vel originis.

97 Ex his infertur quod episcopus vigore Concilij possit dispensare in irregularitate Iudices,cæterosque ministros proprium officiũ iuste exequentes,cum non sit homicidium voluntarium iniustum, sed iustum & ex defectu tantum lænitatis,vt dicitur, sic de probabili opinione testantur Anton.Dian. res. mor. p.4. tract.2.res.69. vers. quid ego sententiam Barbos.de pot.Epis.p.2.alleg.39.nu.47. cum multis alijs per eos allegatis præsertim Aloys. Ricc.prax. decis. 519. in prima editt.& resol. 446.n.2.in secunda & Turrian. de Cens.lib.9. disp.63.dub.1. omnino videnda, quibus addo ex antiquis Couarr.Clem.si furiosus p.1.§.3. n.7.in fine Nau.c.27.n.240.vers.4. & de Iud. n.109.vers.3.cum seq.Medin.in sum.p.1.c.12. §.12.Bannes 2.2.q.40. art.2. dub.4. Fr.Emm. qq.reg.1.q.14.art.8. reiecta contraria opinione,quam antea affirmauerat in summa tom.1. cap.174.vt testatur idem Barbos.in alio tract. de Iur.eccles.lib.1.c.11 n.153.

98 Quod intellige etiam in foro exteriori ad effectum assequendi minores ordines tantum, & simplicia Beneficia,nam Concil. Trident. solum loquitur de homicidio voluntario ita Henriq. lib.14.c.9.§.3. Zerol.Prax.episc.p.2. v.dispensatio Homobon.de exam.Eccl.tr.3.q. 69.in fine p.1.Barbos.de pot.Episc. p.2. alleg. 39.n.62.licet Bonacin.d.q.4.punct.vlt. n.3. & 4.sentiat quod isti sint indispensabiles ex concilio, & quod dd.Iudices contraxerint irregularitatem ex homicidio voluntario iusto. Ego vero dicerem probabilius intelligi tantum de homicidio voluntario iniusto,quod facile colligitur ex illis Verbis Concilii sępius repertis, per industriam,per insidias,ex proposito,propria voluntate, quæ non possunt intelligi nisi de homicidio illicito, intento, ac volito in se, aut saltem æquipolenter in sua causa ita Barbos.d.alleg.39.n.27.& d.lib.1.c.11.n.152. in fine Dian.p.2.tr.1.res.19.vers.sed contrariã & p.4.tr.2.res.70.Nicol.Garz.de Benef.p.7.c. 1.n.44. Aloys.Ricc.in Prax.res.446.n.2. Turrian.de Cens.lib.9.disp.63.dub.1. Vega.tom. 2.cap.12.§.32.n.35.qui ex hispano Idiomate ad nostrum latinum dicit in tract.specul. Cur. intelligi posse episcopum dispensare in illo homicidio quod agitur per ministros Iustitię & in illo,quod agitur per milites in bello iusto ita etiam tenent Reginald.li.30.c.1.sect.3.n.13 vers. obseruandum est secundo, dicit enim quod occisio hominis licita non significatur nomine homicidij voluntarij, vide tradita a Nauarr. cons.31. de pæn.& remis. quem sequitur Nald.in summ. v. irregularitas n.29. sic etiam videntur docere Bannes in 2.2.q.40. ar.2.du.4.litt.C.Med.in sum.p.1.c.12.§.2.Rodriq.in Compend.qq.reg.resol.81.nu.5.Corneio in 3.p. D.Thom.tra.5. de Irreg. disp.15. dub. 3. q. 2. & nouissime Thesaurus de pæn. Eccles. p.2. V.homicidium 1. nu.3.in fine,vbi dicit quod intelligitur de homicidio doloso & iusto.

99 Tertio est notandum quod vicarius Episcopi tunc potest super hanc Irregularitatem occultam dispensare, quando est ei concessa specialis facultas super hoc; dicit enim concilium per Episcopus aut vicarium ad id specialiter deputatum; vnde in generali commissione licet dicatur concedo omnes vices meas, nõ intelligitur de Irregularitate ab Episcopo dispensabili ita tenent Sbrozz. De Vicar. Episc. lib.2.q.19.n.2.Suar.de Cens.disp.41.sect.2.n.8. Sanch. de Matrim.lib.2. disp.40.nu.17.vers. dicendum Azzor.Inst.moral.p.1.lib.8.c.10. q. 11 Layman.Theolog.mor.lib.1.tract.5. p.2.c. 5.n.2.Sed quia multi Doctores allegati a Barbos.in d.p.2.alleg.39.a n.14.asserunt Episcopũ non posse Vicario vel alijs delegare hãc facultatem, quia videtur in hoc electum ministerium personale Episcoporum. ita Suar.tom.5. de Cens.disp.41.sect.2.n.8.Guttier. canon.lib. 1.cap.13.n.39.Anton.Ricciull.de Iur. person. extr.grem.Eccles.existenti lib.5.c.16.num.3. Hyeron. Pharaonius in suo Prompt. tr.1. sect 18.cas.33.in fine;& ipse Barbos. non audet suã interponere sententiam † Ego putarem optimam esse cautelam ad defensionem conscientiæ tutiorem Epicoporum, quod dũ sunt præsentes in eorum Ecclesijs,toties, quoties opus esset, & casus occurreret, specialiter illis committerent hanc facultatem singulis vicibus absque alio generali super hoc mandato; si vero contingeret eos esse absentes,maxime in longinquis partibus, darent particularem Comissionem

ed.mala. ita DD.in c.pen.de homicid.in 6.Vgolin de Irreg.c.6.§.9.Ant.Nald in sum. v.irregularitas n.11.

Quomodo, & a quibus possit tolli irregularitas. §. 2.

91 VNica sit conclusio quod non possit tolli irregularitas nisi per dispensationem, nam cum sit impedimentum non potest tolli nisi per dispensationem a d. Impedimento vt dixi in principio vnde irregularitas quæ tollitur absque dispensatione proprie irregularitas non est, ita Suar.disp.47.sect.1.n.3.Sayr.lib.6.c.14.quos refert, & sequitur Thesaur. de pæn. Eccl.part.2.V.Iudex c.2.n.2.vers. contraria in fine.

92 Et nota quod loquimur de irregularitatibus prouenientibus ex delicto, vel ex defectu lenitatis quæ pertinent ad forum Iudiciale; de alijs autem quę incurruntur ex defectu animę vel corporis non loquimur, nam istæ tolluntur etiam cessante causa, propter quam illatę sunt, vt est in illa, quæ prouenit ex defectu Natalium, quę etiam tollitur per religionis ingressum, & aliæ omnes præter Bigamiam, quæ tolluntur per Baptismum, vt notant DD.communiter.

93 Circa vero ad illos qui possunt dispensare est notandum primo quod Papa omnes Irregularitates tollere potest, nam ea quæ sunt de iure positiuo bene Papa dispensat c. proposuit de concess.præb.& notant Nau.d.c.27.n.217. Reginald.lib.3.tr.2.nu.22.& 177.Couarr.var. resol.2.p.4.c.6.§.9.n 6. Turrecremat.summ. c.52.& seq.Vasq.disp.178.c.2.n.15. Panorm. in c.significasti de elect.Azzor tom.1.lib.5.c. 15.quæsit.5.Cordub.lib.8.q.8.& 9.Dian.p.8. tract.3.de dispensat.res.3.Bonacin.disp.7.q. 4.punct.vlt.nu.1.& q.5.p.1.n.1.cum alijs per eos quibus addo Barbos. de pot. Episc. alleg. 39.n.63.& Bass.v.irregularitas 6.n.11.

94 Secundo est notandum quod Episcopus ex Trident.Conc.sess.24.c.6.de reformat. potest dispensare in foro conscientiæ in omnibus Irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus etiam Papæ reseruatis excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & alijs deductis ad forum contentiosum; nam licet Episcopus iure ordinario dispensare nequeat, cũ inferior non possit dispensare in lege superioris c. cum inferior de maior.& obed. c. dilecti de temp. ordin. ex priuilegio tamen ei concesso potest, inferior enim potest in lege vel præcepto superioris dispensare, cum id ei reperitur concessum.Silu.v.dispensatio n.14.Mirand. tom.2.q.30.art.11.concl.1. Tolet.lib.1 c.85. n.6.Suar.disp.41.sect.2.n.3.seq.Sanch.in sum. li.2.c.11.nu.2.Filliucc.tr.20.c.10.q.6.Reginald.lib.30.tr.2.nu.26. & nouissime Thesaur. de pæn.eccles.p.1.c.23.in princ.

95 Amplia licet dispensandus sit extra diocęsim, tum quia Concilium non ponit hanc restrictionem, tum quia de iure communi potest ordinarius dispensare subditũ etiam existẽtẽ extra Diœcesim, quia hæc dispẽsatio nõ datur in contradictorio iudicio & in foro contentioso ita contra Vgol.de pot.Episc.c.57.§.2.nu.6. Suar.de Cens.tom.5.disp.41.sec.2.n.10. Sanch.de matrim.lib.2 disp 37.n.11.seqq.Reginald.lib.5.n.1.& d.lib.30.tr.2.n.91. Coninch. disp.18.dubit.14.Fernand.in exam. Theolog. mor.p.4.c.7.Barbos.de potest.Episc.p.2.alleg. 39.n.7.Fagund.in quinq; eccles. præcept.p.2. lib.8.c.8.n.39.Villalob.in summ.p.1. tract.21. diffic.9. Trullench. in Exposit. Bull. Cruciat. lib.1.§.7. cap.2. Dian.p.4. tractat. 4. res.96.

96 Requiritur tamen quod dispensandus sit subditus, licet Bonac.d disp.7.q.5.punct.1.n.4. dicat quod etiã possit dispensare religiosos qui seipsos illi subiciũtur, q etiã videtur confirmare Barb.d.alleg.39.n.4. vbi dicit quod nomine subditorum in præsenti materia intelliguntur omnes illi, qui sibi quomodocumque subduntur quoad Pœnitentiæ forum, eo quod in sua Diœcesi inueniuntur tamquam Aduenæ etiãsi sint scholares, mercatores & vagi, & hoc ex generali consuetudine Ecclesiæ & ex interpretatiua Pontificis voluntate ob bonum animæ; ita etiam Nald. cum Nauar.& alijs V.Irregularitas numero.23. attamen in obtinenda dispensatione Irregularitatis non sufficit quod sit subditus ratione quasi domicilii, sed & proprie sit subditus ratione domicilii ita Suar. de Censur. disp.41.sect.2.12. Filliucc. tr.20. nu.269.Vnde.Barbos.vbi supra nu.6.declarat primam opinionem procedere in Absolutione Casum reseruatorum, & censurarum in sacramento pænitentię, sed in obtinenda dispẽsatione; & in relaxanda Irregularitate opus est iurisdictione ordinaria in eum, cui concedi debet d.relaxatio; & ita refert fuisse decisum inter-

terminis teste Garzia de benefic.p.7.c.10. nu. 139. in tertia declarat. cum Armendar. & Alzed.contra Henriq.quibus addo Thesaur. de pæn. Eccles. p.1.c.23. vers. requiritur tamen, qui dicit quod dispensandus debet esse subditus ratione domicilij, non autem sufficit si sit subditus ratione quasi domicilij vel originis.

97 Ex his infertur quod episcopus vigore Concilij possit dispensare in irregularitate Iudices, cæterosque ministros proprium officiũ iuste exequentes, cum non sit homicidium voluntarium iniustum, sed iustum & ex defectu tantum lænitatis, vt dicitur, sic de probabili opinione testantur Anton.Dian. res. mor. p.4. tract.2. res.69. vers. quid ego sententiam Barbos.de pot.Epis.p.2.alleg.39.nu.47. cum multis alijs per eos allegatis præsertim Aloys. Ricc.prax. decis. 519. in prima edit.& resol. 446.n.2.in secunda & Turrian. de Cens.lib.9. disp.63.dub.1. omnino videnda, quibus addo ex antiquis Couarr.Clem.si furiosus p.1.§.3. n.7.in fine Nau.c.27.n.240.vers.4. & de Iud. n.109.vers.3.cum seq.Medin.in sum.p.1.c.12. §.12.Bannes 2.2.q.40. art.2. dub.4. Fr.Emm. qq.reg.1 q.14.art.8. relecta contraria opinione, quam antea affirmauerat in summa tom.1. cap.174.vt testatur idem Barbos.in alio tract. de Iur.eccles.lib.1.c.11 n.153.

98 Quod intellige etiam in foro exteriori ad effectum assequendi minores ordines tantum, & simplicia Beneficia, nam Concil. Trident. solum loquitur de homicidio voluntario ita Henriq. lib.14.c.9.§.3. Zerol.Prax.episc.p.2. v.dispensatio Homobon.de exam.Eccl.tr.3.q. 69.in fine p.1.Barbos.de pot.Episc. p.2. alleg. 39.n.61.licet Bonacin.d.q.4.punct.vlt. n.3. & 4.sentiat quod isti sint indispensabiles ex concilio, & quod dd.Iudices contraxerint irregularitatem ex homicidio voluntario iusto. Ego vero dicerem probabilius intelligi tantum de homicidio voluntario iniusto, quod facile colligitur ex illis Verbis Concilii sępius repetitis, per industriam, per insidias, ex proposito, propria voluntate, quæ non possunt intelligi nisi de homicidio illicito, intento, ac volito in se, aut saltem æquipolenter in sua causa ita Barbos.d.alleg.39.n.27.& d.lib.1.c.11.n.152. in fine Dian.p.2.tr.1.res.19.vers.sed contrariũ & p.4.tr.2.res.70.Nicol.Garz.de Benef.p.7.c. 1.n.44. Aloys.Ricc.in Prax.res.446.n.2.Turrian.de Cens.lib.9.disp.63.dub.1. Vega.tom. 2.cap.12.§.32. n.35.qui ex hispano Idiomate ad nostrum latinum dicit in tract.specul. Cur. intelligi posse episcopum dispensare in illo homicidio quod agitur per ministros Iustitię & in illo, quod agitur per milites in bello iusto ita etiam tenent Reginald.li.30.c.1.sect.3.n.13 vers. obseruandum est secundo, dicit enim quod occisio hominis licita non significatur nomine homicidij voluntarij, vide tradita a Nauarr. cons.31. de pæn.& remis. quem sequitur Nald.in summ. v. irregularitas n.29. sic etiam videntur docere Bannes in 2.2.q.40. ar.2.du.4.litt.C.Med.in sum.p.1.c.12.§.12.Rodriq.in Compend.qq.reg.resol.81.nu.5.Corneio in 3.p. D.Thom.tra.5. de Irreg. disp.13. dub. 3. q. 2. & nouissime Thesaurus de pæn. Eccles. p.2. V.homicidium 1. nu.3. in fine, vbi dicit quod intelligitur de homicidio doloso & iusto.

99 Tertio est notandum quod vicarius Episcopi tunc potest super hanc Irregularitatem occultam dispensare, quando est ei concessa specialis facultas super hoc; dicit enim concilium per Episcopus aut vicarium ad id specialiter deputatum; vnde in generali commissione licet dicatur concedo omnes vices meas, nõ intelligitur de Irregularitate ab Episcopo dispensabili ita tenent Sbrozz. De Vicar. Episc. lib.2.q.19.n.2.Suar.de Cens.disp.41.sect.2.n.8. Sanch. de Matrim.lib.2. disp.40.nu.17.vers. dicendum Azzor.Inst.moral.p.1.lib.8.c.10. q. 11 Layman.Theolog.mor.lib.1.tract.5. p.2.c. 5.n.2.Sed quia multi Doctores allegati a Barbos.in d.p.2.alleg.39.a n.14.asserunt Episcopũ non posse Vicario vel alijs delegare hãc facultatem, quia videtur in hoc electum ministerium personale Episcoporum. ita Suar.tom.5. de Cens.disp.41.sect.2.n.8.Guttier. canon.lib. 1.cap.13.n.39.Anton.Ricciull.de Iur. person. extr.grem.Eccles.existenti lib.5.c.16.num.3. Hyeron. Pharaonius in suo Prompt. tr.1. sect 18.cas.33.in fine; & ipse Barbos. non audet suã interponere sententiam † Ego putarem optimam esse cautelam ad defensionem conscientiæ tutiorem Epicoporum, quod dũ sunt præsentes in eorum Ecclesijs toties, quoties opus esset, & casus occurreret, specialiter illis committerent hanc facultatem singulis vicibus absque alio generali super hoc mandato; si vero contingeret eos esse absentes, maxime in longinquis partibus, darent particularem Comissionem

nem ſeparatam a generali ſuper hac facultate abſoluendi ab irregularitatibus, nam vt dicit Henriq.d.lib.14.de irregulat.c.19. in fine, & lib.6.de pœnit.c.14.§.7.iunct.comm.litt.O. & ſequitur Barboſ.vbi ſupra.n.27.Concilium d.c.6.expreſſe concedit epiſcopis poſſe diſpenſare per ſe, vel per Vicarium ſpecialiter deputatum, vnde cum hac particulari facultate videtur prouiſum menti d.Concilii, aliter ſequeretur multum præiudicium animabus in abſentia epiſcopi, cum eſſent priuati hoc remedio, & mens Concilii ſit vt prouideatur quantum fieri poſſit vt ex epiſcoporum abſentia nullum damnum recipiant oues Vide Anton.Dian.reſol.mor.in part. 8. tract. 4.reſol.7.

101 Quarto eſt notandum quod Capitulum ſede vacante eo quod habet eamdem facultatem,quam epiſcopus vt alibi dictum eſt poteſt eo modo,quo epiſcopus irregularitatem diſpenſare,licet Bonac. vbi ſupra teneat quod non poſſit,eo quod hęc facultas ſit conceſſa epiſcopis de iuriſdictione extraordinaria,nō autem ordinaria,quam ſequitur E'ig. Baſſ.V. irregularitas 11.nu.6. in fine: ſed reſponderi poteſt cum Dian.p.8.tr.4.reſ.7.hoc verū eſſe in iis quæ competunt iure ſpeciali gratioſo v. priuilegio,vel Commiſſione, non autem quę ſpectant iure communi ſpeciali vt eſt in caſu noſtro & docent Abb.in c.verum n.9. de for. comp.& Felin.in c.cum te n. 17. de reſcript. quam opinionem ſequuntur etiam multi alii DD.per Aug.Barboſ.d.alleg.39.n.16. quibus adde Baldell.tom.2.lib.1 diſp.48.n. 22. Felician Vega c.4. de Iudic.§.de adulteriis n. 53. Rodriq.ſum.tom.1.c.81.n.5.& Meroll. in to. 2.diſp.4.c.6.n.131.cum aliis.

102 Quinto eſt notandum quod Abbates,& alii Prælati inferiores non habent hanc facultatem de iure,ſed tantum ex priuilegio ipſis ad hoc conceſſo a Pio.V.in Bulla,quæ incipit Romanus edita die 21.Iulii anno 1571. & ita Prælati regulares erga ſuos ſubditos habent hanc facultatem, quam poſſunt etiam aliis committere Barb.d.alleg.39.n.18.cum multis aliis per eum allegatis,quibus adde Dian. p.4.tr.2.de irregul.reſ.69 & p.3.tr.2. reſol.45 Io. de la Crux de priuileg. lib. 2.c.7. Baſſ. V. irregularitas 11. n.10. licet partem negatiuam exiſtimet probabiliorem & tutiorem vt ibi in fine,ideo Bonacina d.diſp.7.q.3.punct.1. n. 7. dicit quod conſulendum eſt ſingularum religionum priuilegiis, & Sanch. opuſc. mor. to. 2.lib.7.c.1.dub.21.n.6.dicit quod mendicantes poſſunt abſoluere ob omni irregularitate occulta etiam ex homicidio voluntario ex priuilegio Martini quinti. Circa alios vero ſcilicet ſeculares non ſubditos Minimis tantum videtur conceſſum ex priuilegio,& ita Romę practicari docet Henriq.d.lib.14.c.9.§.5. quē refert & ſequetur Baſſ.d.V.Irregularitas.11.n. 10.In iure autem vna tantum inuenitur Irregularitas quam per ingreſſum religionis tollitur, & eſt defectus natalium vt notant Nauarr.c.27.n.201.Henriq.loco citato Coninch. diſp.18.dub.14.n.110.& Baſſ.n.3.

103 Sed quia dictum eſt q; epiſcopus & ſic conſequenter Vicarius,& Capitulum ſede vacante poſſunt ſolum in delictis occultis, & ad forum contentioſum non deductis diſpenſare, videndum eſt primo quomodo intelligatur hoc delictum occultum, & ſecundo quando dicatur ad forum contentioſum deductum, & quoad primum dico quod illud dicitur occultum in caſu noſtro,quod opponitur notorio,& licet ab aliquibus ſciatur, tamen a tam paucis,quod poteſt aliqua tergiuerſatione cęlari,ita Bonacin.diſp.1.de Cenſur.q.3.p.2.n.1. verſ.4.Barboſ.d.allegat.39.n.21.cum triginta & octo Doctoribus ab eo allegatis, quibus ego addo etiam Baſſ.V.irregularitas11.nu.5.& Theſaur.de pęn.eccleſ.p.1.cap.21.n.1.qui in fine concludit illud dici occultum in Irregularitate, quod non eſt probabile in Iudicio, licet res ſit nota duobus, vel tribus, immo ſex in aliquo oppido,& octo in aliqua Ciuitate, adhuc enim remanet occultum,& citat Garz. p. 7.c.11.n.47. de benef. aſſerentem declarationem Sacræ Congregationis.

104 Nota etiam quod ad effectum vt delictum dicatur publicum,non ſufficit,vt actio fiat publice, ſed debet adhuc conſtare publice,eam eſſe peccaminoſam, vnde Sacerdos celebrans cum excommunicatione occulta non eſt irregularis indeſpenſabilis,quia ab epiſcopo diſpenſari poteſt,eo quod publice illa actio non habetur mala cum ignoretur.ita Nauarr.c.27 n.241.Reginald.lib.30.tr.2.c.1.ſeſſ.4. nu. 30. verſ.nota poſtremo Barboſ.d.alleg.39 nu.27. Baſſ.V.Irregularitas 11.n.5.

105 Deductum vero ad forum contentioſum tunc dicitur quando lis eſt conteſtata,& mota in

ta in Iudicio inter actorem, & reum, sic de veriori opinione testatur Barbos. vbi supra nu. 31. & alios allegat, ex quibus nouissime Gauant. man. prælat. V. Absolutio nu. 12. & Palaum de pęn. hæret. tr. 4. disp. 2. n. 14.

106 Sexto notandum quod ablata causa, ob quam fuit introducta irregularitas, aufertur etiam & ipsa, vnde quando fuit lata pro aliquo tempore quousque duret aliquis defectus, cessante illo cessat & irregularitas, vt est irregularitas per ignorantiam, quæ aufertur per oppositam scientiam; & irregularitas & infamia facti per emendationem, vt dicemus. Sayr. lib. 7. c. 14. n. 23. Tolet. lib. 1. cap. 18. Suar. dis. 41. sect. 1. n. 5. Filliucc. vbi supra n. 93. & P. Elig. Bassæus. Flor. tot. Theol. V. irregularitas. 11. n. 13. in fine.

107 Quæres modo quomodo impertiri debet ab habentibus facultatē dispensationis ab irregularitate; & respondeo dupliciter posse dare dispensationem ab irregularitate, tacite, vel expresse; tacite vt si Papa, Episcopus, vel Prælatus habens facultatem ordinet, vel ordinari permittat, vel committat aliquem, quem scit esse irregularem; ex tacita enim permissione videtur esse eius voluntas, vt dispensetur. ita gloss. in c. qui in aliquo. Verb. qui concubinas dist. 51. Siluest. V. dispensatio q. 15. & V. irregularitas in fine. Henriq. in Su. d. lib. 14. c. 17. §. 4. litter. P. Bass. V. irregularitas 11. n. 8.

108 Hoc tamen intellige tantum procedere in foro poli, non autem in foro externo in quo semper est probandum per actus certos, &

109 signatos ita Nauarr. cap. 23. n. 74. † Sicuti etiam tantum in casu, quo Prælatus recordaretur illum esse irregularem, aliter non valeret d. tacita dispensatio, & tenerentur sic ordinati petere dispensationem expressam, etiam post factum ita Reginald. d. lib. 30. tr. 2. numer. 31. & Bass. d. V. irregularitas 11. numero 8.

110 Expresse vero si diceret. Ego auctoritate qua fungor dispenso tecum in irregularitate, aut irregularitatibus quā vel quas incurristi per talem, & talem causam, & te habilem efficio ad exequendum, vel suscipien-

111 dum ordinem † Et licet in Iure non adsit determinata verborum forma, tamen est aduertendum quod debet exprimi causa, vel dubium causæ per quam incurrerit delinquens d. irregularitatem. Vide in Rituali Roman. tit. De mod. absolu. ab irregul. Felician. tr. 2. de irregul. in fine Regin. loco cit. n. 31. & Bass. n. 12.

112 Item aduertant Iudices ecclesiastici, quod si plures fuerint irregularitates, omnes debēt exprimi saltem tacite, nam sublata vna remanet altera, vt notant Reginald. num. 32. & alii comm. sufficit vero in conscientia si diceretur tantum absoluo te cum intentione dispensādi ab omnib. quia Verba non sunt deter-

113 minata, & sic neque de necessitate dispensationis ita Suar. disp. 45. sect. 3 Filliucc. tract. 20. n. 280. Bonacin. de irregular. d. disp. 7. qu. 5. punct. vlt. in fine cum aliis per eum allegatis quibus addo Bass. vbi supra n. 12. qui etiam dicit quod in obtinenda d. dispensatione non est necessarium exprimere numerum delictorum; propter quæ ille, qui petit d. dispensationem, contraxit irregularitatem, modo de-

114 licta non sint diuersę rationis; vnde qui centies celebrauit in excommunicatione sufficit si exprimat se celebrasse existentem in excommunicatione, secus tamen est si cum d. excommunicatione erat etiam suspensus, tūc enim vtraque censura exprimenda est, quia delicta non sunt eiusdem rationis.

CAP. XLVI.

De pęna Infamię.

SVMMARIVM.

1 *Quotuplex est infamia.*
2 *Infames an sit semper irregulares.*
3 *Infames de iure Ciuili an sint infames de iure Canonico.*
4 *Condemnatus actione pænali iniuriarum an sit infamis.*
5 *Ad infamiam est necessarium quod delictum sit notorium.*
6 *Confessio in iudicio efficit delictum publicum.*
7 *Infamia an impediat exercitium ordinum susceptorum.*
8 *Infames non possunt esse Iudices.*
9 *Infames non possunt postulare accusare, vel testificari in Iudicio.*
10 *Infamia facti an priuet dignitate obtenta, & quid infamia iuris.*

1 DVplex est infamia, alia facti, & alia iuris. Facti quando quis committit delictum, quod publicum, & notorium est, & diffamatum apud bonos, & honestos viros in maiori parte viciniæ, vt alibi diximus, & hoc ex dispositione iuris gloss. in c. infames 3.q.7. in Verb. infamia facit textum c. omnipotens de Accusation. & ibi gloss. & Panormit. n. 1. & 2. & in c. super eo de elect. in 6. & c. qui in aliquo dist. 51. & c. Euphemium 2.q.3. S. Antonin. 3. p. tit. 8. c. 6. § 8. Summistæ in V. Infamia, & V. irregularitas Nauarr. c. 27. nu. 204. N. [illegible] Summ. V. infamia n. [illegible] Iuris est, quãdo quis delictum committit, cui a Iure imposita est hæc pœna infamiæ, vt est Apostasia a fide, Simonia, Sodomia, Crimen læsæ maiestatis, Raptus mulierum, Periurium in iudicio, & simile, vt videbimus. Villad. De irregul. q. 1. vers. item est irregularis Ricard. 4. dist. 25. art. 6. q. 1. Ledesm. 24. qu. 26. art. 2. Tolet. lib. 1. c. 57. n. 1. & seq. Sanch. cons. mor. lib. 6. c. 3. dub. 4. Suar. de Censur. disp. 48. sect. 2. Filliucc. tract. 19. n. 2. Coninch. disp. 18. dub. 7. n. 56. *Bass.* V. irregularitas. 10. num. 5. & alij communiter.

2 Infames vero tam facti quam iuris sunt irregulares c. infames 6. q. 1. per regulam Infamibus de Reg. Iur. in 6. d. c. omnipotens De Accusat. c. fin. de test. c. tanti Daniel dist. 81. Cardos. in prax. iudic. V. Sacramentum ordinis n. 20 Reginal. lib. 30. n. 194. tract. 2. cap. mihi 140. Bonacin. de irreg. disp. 7. q. 3. punct. 5. Sanch. cons. mor. d. lib 6. c. 3. dub. 5. nu. 141. & alij communiter.

3 Et nota quod illi, qui sunt infames de iure ciuili, regulariter sunt etiam infames de iure Canonico, nisi d. ius canonicum expresse eam

4 tollet; † vnde hanc infamiam incurrit condemnatus actione pœnali iniuriarum, siue ciuilis sit, siue criminalis l. 1. ff. de his qui not. infam. cum te, & ibi Abb. n. [illegible] De Sent. & re Iudic. Diaz in Prax. c. 69 n. 5. & etiam quod transigerit cum actore; & etiam quod iniuria fuerit leuis, dummodo pertingat ad peccatum mortale Suar. comm. opin. lib. 1. n. 79. Thesaur. De pen. eccles. p. 2. V. Iniuria c. 1. qui etiam dicit quod episcopus super hanc potest dispensare.

5 Item nota quod ad incurrendam infamiam iuris necesse est, quod factum, seu delictum sit notorium, nam delinquens non videtur infamis quamdiu delictum est occultum *Bass.* Flor. Theolog. V. irregularitas 10. n. 5. vers. incurrenda.

6 Item nota, quod infamia iuris contrahitur etiam per deffinitiuam Sententiam Iudicis, quando scilicet damnatus est a Iudice de aliquo graui delicto, vel quãdo suum delictum confessus est in iudicio, nam talis confessio efficit delictum publicum publicitate iuris. Filliucc. tract. 20. n. 248. *Bass.* vbi supra. n. 5. ver. secundo contingit.

7 Item nota quod infamia ipsa præcise non impedit exercitium ordinum susceptorum, nisi crimen tale sit, vt impediat etiam exercitium dd. ordinum susceptorum, & inducat

pecu-

peculiarem irregularitatem, quale est homicidium Bonacin. d. disput. 7. quæst. 3. punct. 1. & 2. num. 4. & 5. Baff. loco citato num. 6. in fine.

8 His adnotatis dico quod infames tam facti, quam iuris non possunt esse iudices per text. in d. ca. Infames 3. 4. 7. Ratio est quia hoc officium dignitatem aliquam dicit, & infames sunt inhabiles ad acquirendas dignates tam ecclesiasticas quam sæculares l. vnica C. de infam. Sanc. cons. mor. lib. 6. c. 3. dub. 5. n. 6. & n. 11. potest tamen talis infamis esse Arbitrator, nam hic solum habet simplicem cognitionem. ita ex gloss. in d. c. infamibus de reg. iur. in 6. notant S. Anton. loco cit. Couar. lib. 2. var. c. 8. n. 4. & 99. pract. c. 19. Salzed. ad Diaz loco cit. n. 6. & Sanch. vbi supra n. 11.

9 Secundo dico quod infames huiusmodi tã Iuris, quam facti non possunt postulare in iudicio vt dixi in tr. de Aduocato c. 2. vel accusare, immo nec testificari, etiam in Criminalibus nisi quoad præsumptionem faciendam; licet in multis causis admittantur plus & minus secundum infamiæ quantitatem & in delictis grauioribus l. qui accusare ff. de Accus. l. 1. ff. De postul. Siluest. V. infamia q. 3. & 10. Tab. Ang. Aron. & Couarr. citati a Sanc. vbi supra nu. 12 qui sequuntur, & recentiores commun.

10 Aduerte tamen quod infamia facti non priuat dignitate iam obtenta, sed obtinenda; & infamia iuris tunc priuat tam ab obtenta quam obtinenda cum a Iudice Superiori talis declaratur, & priuatur; vel saltem declaratur commisse delictum, per quod contrahitur huiusmodi infamia priuans de iure ab omni officio, dignitate, & simili c. ad abolendam. §. præterea de hæret. & c. excommunicamus §. credentes. eo Ricard. 4. dist. 25. Ang. V. infamia n. 3. Castr. in lib. 2. de iust. hæret. punit. c. 9. § altera est adhuc Simanch. Cathol. Instit. tit. 46 nu. 72. Lopez const. lusitan. lib. 7. tit. 6. part. 7. vers. debet. Sanch. l. b. 6. cons. moral. c. 3. dub. 5. n. 9. & 18. & in Summ. lib. 2. c. 26. n. 1. Vasquez 2. 2. quæst. 173. cap. 1. Sot. de Iust. tom. 1. quæst. 6. artic. 6. in fine Regnald. lib. 30. tractat. 2. numero. 195. vers. 3. infamia.

11 Ex quo infertur, quod licet infames in conscientia teneatur abstinere ab his rebus, a quibus repelluntur, nisi prius se a d. Infamia liberent; non tamen sẽper erit peccatum mortale, sed tantum quando delictis est adiuncta irregularitas, vel aliqua Censura, vel quando sequeretur notabile damnum, scandalum, vel maxima irreuerentia, & indecentia, vt quando v. g. esset collatio nulla, in reliquis quando non esset materia tam grauis, esset tantum veniale ita Sanchez vbi supra d. capit. 3. dub. 5. numero 18. Basseus V. Irregularitas 10. numero 6. cum aliis per eum citatis.

12 Secundo infertur quod Collatio beneficij, pensionis, vel electio facta irregulari est ipso iure nulla, si sua culpa contrahit irregularitatem, vel si eum priuat vsu ordinum necessariorum ad d. Beneficium: obtentum autem antea beneficium non amittit nisi post sententiam, & interim facit fructus suos, & potest etiam d. Beneficium resignare, quia antequam condemnetur habet iustam possessionem ita Couarr. in Clement. si furiosus de homicid. p. 2. §. 3. num. 6. seq. Henriquez lib. 13. de excomm. c. 36. nu. 3. seq. Nauarr. c. 27. n. 259. & alij per Sanch. opusc. mor. tom. 1. lib. 2. c. 2. dub. 14.

13 Aduertant tamen Iudices & Prælati ecclesiastici, quod non omne delictum inducit hãc infamia ita vt infamatus possit repelli ab officijs, dignitatibus, & beneficijs ecclesiasticis, licet a multis Doctoribus dicatur, quod ex quolibet notorio delicto enormi incurratur: quia hæc declaratio infamiæ relinquitur prudentiæ ipsorum Iudicum, & Prelatorum; Vnde exceptis criminibus in iure adnotatis vt sunt hæresis, vsuræ, matrimonij cum duabus, lenocinium, & aliorum vt supra diximus: in aliis ad determinandam in particulari, & ad effectum coercendi criminosos notorios depositione dignos, committitur arbitrio ipsorum vt notat Panormit. in c. at si De Iudicio numero 33. Coninch. disp. 18. dub. 7. num. 56.

14 † Et vt habeant aliquas regulas ad disponendum in casibus qui illis occurrere possunt sex adnotare debent. Primo vt crimen coniunctum habeat incorrigibilitatem. Secundo quod sit pro illo crimine imposita irregularitas. Tertio quod sit publicum, & Scandalosum. Quarto diu continuatum. Quinto enorme, seu valde abhorrens a norma rectæ rationis, & Sexto quod in se habeat infamiam iuris; iuxta has regulas poterit

determinare in reliquis. Vide Reginald. in Prax.For.Pænit.lib.30.tract.secundo numero 200.

15 Et licet aliqui excipiant ab Regula grauiores culpæ ita vt etiam sine aliqua sententia Iudicis sint infames, attamen si crimen occultum est, etiam si sit ex grauioribus, requiritur Sententia, ita cum aliis per eum allegatis tenent Sanch.d.lib.6.cap.3.dub.6.numero 12. Molfes.in Summ.tr.6.c.8.nu.12.Sigismund. a Bonon.de elect.dub.86.nu.1.vers.ad hanc. & Barbos.de potest episc.p.2.alleg.43.numero.13.

16 Secundo aduertant quod infamati in vno loco, in omnibus censentur infames, nam irregularitas est impedimentum personale, quod sequitur personam, & sic ordinarii non poterunt dispensare dd. infames licet non deliquerint in eorum Diœcesi ita Vgolin.cap.60. §.65.numero 3.quem sequitur *Bonacin*.d.disput.7.tom.1.de irregularitate quæst.3. part. 2.num.10.

17 Limita quando non esset illic facti notitia facillime ventura, quia in tali loco vere dicitur occultum, & hoc est quod in huiusmodi dispensationibus inspicitur. ita contra Suarez de pœnit. disp. 30.sect.2.n.2. & alios tenent Auil de Cens.p.2.c.7 d.1.dub.11.concl. 3.Sanch.de Præcept.Decalog.lib.2.c.11.nu. 20. Duard.in Bull.Cœn.lib.3.§.2.q.11.n.10. Fagund.in Præcept.Eccles.p.2.lib.8.num.20. Marchin.de Sacram.ordin.tr.1.part.9.diff.2 nu.7. quos sequitur *Barbos*. de Pot.episc.p.2. alleg.39.n.27.

18 Tertio aduertant quod dum prætenditur incursa Infamia propter aliquam condemnationem scilicet fustigationis, ad triremes, & similes non prætenditur probata d. infamia, si tantum per testes probetur, & non clare constet de illa per productionem d.sententię ita resoluit Rota per Caputaq.decis. 40. cap.
19 2. † & aduerte quod damnatus ad triremes non est irregularis ita Dian. p.4.tr.2.res. 83. Vide Homobon. de Consult. cas. consc. vol.1.p.4.resp.159.& Barbos.vbi sup. p. 2. alleg.43.n.15.

20 Quarto aduertant quod personæ vilitas, vel indignitas faciunt hominem infamem, & sic etiam irregularem, vnde priuant omni spe obtinendæ dignitatis ita gloss. ad cap. nihil de electione Verb. suspendatur, & arg. cap. de seruorum, & cap. admittantur dist. 54. cum cap inter dilectus §. nos igitur in fin. De excess.Prælatorum, & notat Reginald. d. lib.30.tract.2. numero 197. cum Maiolo De irregul.lib.3.cap.1. Huiusmodi sunt Histriones, Ioculatores, Saltatores, & illi qui mercedis gratia ludibrium sui faciunt, licet semel aut bis d. artem exercuerint. ita Siluestr V. infamia quæst.5. & sequitur Reginald. d. libr. 30.num.197.& Sanch.num. 7. quibus adde Borell.in Specul. Princip.Rubr.1.§.videntur. numero 18. littera H. & Tamburin. De Iur. Abbat.disp.26.quæstione 15.numero 2.Item qui ignominiosam duxerunt vxorem, nempe meretricem, repudiatam, & similem c.si quis viduã dist.39.quia maritus contrahit defectũ vxoris per gloss. fi.in d. capit. si quis, & notat Maiol. De irregularitate libro 3. cap.1. Item Carnifices, Macellarii, & Tabernarii, qui omnes pro vilibus personis habentur in Sacris Canonibus, sicuti, & emundatores Cloacarum, pellium, & similium, exercentes officia, quæ vilia sunt, vel horrorem afferunt Clement. primo, & ibi gloss. in Verb. macellariorum De Vit.& honest. Cleric. Vgolin de potestate Episcopi part. 1.cap. 13. per totum Parolett. in Paiest. Cleric. parte 3. cap. 1. littera T. item publici Aleatores, qui a promotione repelli debent & irregulares esse dicuntur capitulo inter dilectos De excessione Prælatorum capitulo Clerici officia, & ibi gloss. in Verb. ad aleas. De Vit.& Honestate Clericorum. Vide Viu. tomo 1. commun. opin. libro 3. titulo 29. de Religio, & Sumptu fun. Molina De Iustitia tractatu secundo disputat. 159 in fine Pereit in Comm. ad §. Soror numero 44. vers. cęnedi Rota decision.416. parte 1. diuers. Reginald. libr. 30. tractat. 2. numero. 199. Aloys. Riccius parte 1. in decis.137.n.7.Flam.de resignat. lib. 4. qu. 3.in fine.

21 Nota tamen hoc tantummodo habere locum in propriis personis, non autem in filiis, qui illa non exercuerunt; Ignobilitas enim parentum proli non obest, si ipsa laudabilis est, vt notat text. in capitulo quoniam venit. 23. quæst.1. & ibi gloss. in Verb. inuidia, & docet Maiol. d. libr. 3. capitulo 1. quem refert, & sequitur Reginald. d. lib.
22 30.cap.15.numer.298. tract 2. † quod limita in tri-

In tribus casibus primo in filiis proditorum Principis. Secundo in filijs eius qui manus in Cardinales violentas iniecerit, & tertio in filijs hæreticorum c. felicis de pæn. in 6. c. statutum de Heret. & l. quisquis C. ad l. Iul. maiestat. vide DD. apud Pen. in direct. Inquis. p. 3. q. 114. Gom. 3. var. c. 2. qui in filijs hæreticorum ampliat etiamsi sint nati ante lapsum, sed contraria opinio est probabilior per Bonacin. d. disp. 7. quæst. 3. part. 1. numero 13. & sic etiam quando reconciliati fuerint ante mortem ita Coninch. vbi supra numero 50. cum aliis per d. Bonacin. d. quæst. 3. part. 7. numero 9. seqq.

23 Quinto aduertant quod infamia iuris canonici a solo Papa tollitur, vel per Baptismum, a quo tollitur omnis infamia etiam ex delicto nam, Infamia sequitur peccatum, & hoc tollitur omnino per Baptismum ita cum Suar. & Filliucc. Bonacin. & alii Bass. in Flor. tot. Theol. mor. V. Irregularitas 10. nu. 7. in fine, qui etiam in seq. cap. nu. 11. dicit cum Soto, Medina, Corduba, & Salon. quod quando conceditur facultas absoluendi ab omnibus pænis Ecclesiasticis, & Censuris, potest etiam absolui ab irregularitate ex delicto, nisi exceptuata sit, licet hæc sententia reprobetur a multis, tu iudica.

24 Hic quæres an Episcopus possit concedere Clerico criminoso, vt Beneficium obtineat, vel obtentum retineat? & respondeo distinguendo in maioribus, vel minoribus criminibus. In maioribus enim vt sunt Hæresis, sacrilegium, Incestus, & similia ante sententiam non potest nisi expresse a iure concedatur; In minoribus vero post penitentiam potest tam ad ordines quam ad beneficia dispensare. Si vero consideremus dd. Crimina post sententiam a Iudice latam, Papa potest in omnibus criminibus dispensare, & famæ restituere; Episcopus vero indirecte & in Criminibus minoribus, & alijs sibi a Iure concessis, & permissis ita Azorr. p. 2. lib. 6. c. 7. quæst. 15. Parolett. in Palest. Clerical. p. 2. sect. 1. cap. 2. cond. & vers. sed an Episcopus Bonacin. tom. 1. De Irreg. disp. 7.

25 quæst. 3. parte 1. numero 6. † qui etiam dicit hoc posse intelligi etiam de Principe laico qui indirecte potest de d. Irregularitate dispensare, scilicet non dispensando sed auferendo d. infamiam, qua sublata tollitur postea ex se Irregularitas, & hoc intellige de Infamia Iuris. Auil. de Censur. part. 7. disp. 4. dub. 6. Sayr. lib. 2. cap. 11. num. 15. de Censur. Reginald. Prax. for. pæn. libro 30. tractat. secundo numero 190. Henriq. in sum. lib. 14. cap. 5. num. 3. Bass. flor. tot. Theol. mor. v. Irregul. 10. num. 7.

27 Et nota quod Infamia facti per emendationem aufertur, & sic consequenter etiam irregularitas inde proueniens, nam cessante causa cessat effectus. Nauarr. cap. 27. nu. 204. quem sequitur Bonacin. loco citato numero 5. vers. dixi quamdiu & Bass. d. v. irregularitas. 10. nu. 7.

28 Ex quo infertur quod infames infamia facti post emendationem, & recuperationem famæ per bonam vitam vt etiam dictum est supra potest ordines suscipere, & accusatus publice de aliquo crimine, si se canonice purgauerit iuxta text. in cap. si quis de purgat. potest restitui in integrum, nec debet arceri a susceptione ordinum, de quibus arcetur quandiu infamia durant ita Sayr. lib. 7. c. 11. num. 12. Henriq. lib. 14. cap. 5. §. 43. prope fin. Molfes. in sum. Teol. mor. tract. 6. cap. 8. num. 32. Parolett. in Pal. Cler. part. 2. sect. 1. cap. 2. cond. 8. num. 2. quia per ablationem infamiæ tollitur omnis Irregularitas vt dicunt Suar. disput. 48. sect. 2. nu. 10. & alii communiter, & sicuti diximus supra de suspectis de hæresi postquam abiurauerint in manibus Inquisitorum ex Diana alijsque per eum.

29 Quod nam tempus requiratur ad d. emendationem; respondeo quod in Criminosis datur spatium trium annorum, in alijs arbitrio boni viri; excepto crimine periurij, cuius emendatio numquam aufert infamiam, vt docent Mascard. de probat. concl. 465. num. 10. concl. 600. n. 15. & concl. 1168. nu. 16. Barbos. de pot. Episc. part. 2. alleg. 43. num. 22. seqq. & nouissime Machad. de perf. Confessar. lib. 1. part. 3. tract. 16. docum. 6. num. 8. qui cum aliis existimat non contrahi irregularitatem ex delicto graui, vnde Infamia facti prouenit.

30 Postremo aduertant Iudices & Prælati ecclesiastici quod Dispesationes debent raro cōcedi, quamuis, adsit aliqua iusta causa, quia eneruant legem communem vnde nec deberēt fieri de plenitudine potestatis, quia oportet, vt plurimum, & regulariter se conformari

Iuri

Iuri communi propter exemplum, & bonum publicum: Vrgente tamen rationabili causa debent semper concedi, quia dispensare cum causa rationabili vergit in bonum commune, vnde denegante ordinario dispensationem huiusmodi, potest recurri ad superiorem ita docent Henriq. in sum. lib. 14. cap. 17 §. 9. cum aliis per eum quibus adde Reginald. d. lib. 30. tr. 2. c. 3. sect. 5. n. 33.

CAP. XLVII.

De pœnis Ecclesiasticis continentibus priuationes officiorum graduum & dignitatum & inhabilitatis ad illa cum similibus.

SVMMARIVM.

1 *Differentia inter dignitatem, officium, personatum, & gradum.*
2 *Quid sit dignitas.*
3 *Quid sit personatus.*
4 *Quid sit officium.*
5 *Nomine officij in pœnalibus intelligitur munus habens administrationem.*
6 *Nomine gradus quid contineatur.*
7 *Quãdo lex inhabilitat ad officia publica quid intelligatur.*
8 *An nomine officiorum contineantur lectores concionatores, & similes, & quando lex inhabilitat ad ea propter bonam gubernationem. n. 9.*
10 *An talis priuatio obliget in conscientia ante sententiam, si sit latę sententię.*
11 *Sententia inhabilitatis ad officia si est latæ sententię an priuet statim in conscientia, etiam quod sit casus occultus.*
12 *Et quando cum ista pœna sunt coniuncta alię pœnę.*
13 *Priuatio vocis actiuę, & passiuæ an obliget statim in conscientia.*
14 *Priuatio, seu inhabilitas ad officium pro vna vice quomodo intelligatur.*
15 *Incursa pœna priuationis vocis actiuæ si talis delinquens, eligit, & postea delictum sit manifestum, si dicta electio nititur talis suffragio est ipso facto nulla.*
16 *Inhabilitas latæ sententiæ ad obtinenda beneficia obligat statim in conscientia.*
17 *An nomine beneficiorum veniant pensiones.*
18 *Sententia hominis est stricti iuris.*
19 *Priuatio fructuum percipiendorum ex beneficijs si est imposita non tamquam pœna, sed tanquam conditio, vel modus obligat statim in conscientia.*
20 *Simoniacus, etiam si crimen sit occultum, est obligatus renunciare beneficium vna cum fructibus etiam ante sententiam, sicuti etiam Parochus non promotus ad beneficium intra annum. n. 21.*
22 *Suspensus à beneficio non percipit fructus in conscientia, & quid de interdicto, & irregulari. nu. 23.*
24 *An excommunicatus sit priuatus dictis fructibus.*
25 *Cui restituendi sint dicti fructus.*
26 *Si per se non stetit quominus absoluatur possit aliquos percipere fructus.*
27 *Compositio super obligatione restituendi fructus pertinet ad sedem Apostolicam.*
28 *Differentia inter ius priuans bonis iam habitis & ius priuans bonis, ne de nouo acquirantur.*
29 *Pœna irritationis actus tunc est pęna; quando aufert ius perfectè quęsitum.*
30 *Enumerantur casus, quos habet supradicta doctrina.*
31 *Pœna irritationis actus auferens ius tantum cœptum acquiri cum aliqua conditione adimplenda, an obliget statim in conscientia, & n. 32.*
33 *Pęna irritationis actus non ligat in conscientia ante declarationem si actus habeat requisita de iure naturali, & aliunde non constat legislatorem voluisse ligare.*
34 *Pęna imposita in iure & in bullis Pontificum indignationis scilicet Dei, & SS. Petri & Pauli quid importet.*

1 PRæmittendum est differre in iure Canonico inter se dignitatem, officium, & personatum, vt notant Archid. in c. 1. de Consuetud. in 6. & alij comm. in c. de multa de præbend. † Nam dignitas proprie est illud 2 onus, quod annexam habet administrationem rerum ecclesiasticarum cum iurisdictione, licet sit in modicis causis vt notat Sbrozz. de Vicar. epis. lib. 2. q. 27. n. 15 & Monet de Conseruat. c. 5. nu. 84. habere enim dignitatem est habere iurisdictionem in foro exteriori; licet hodie ex consuetudine etiam quandoque digni-

gnitas non habet iurisdictionem, & tamen dignitas nominatur, vt est Archidiaconatus & similis, & quandoque iurisdictionem habet, & non est proprie dignitas, vt sunt Vicarii, notat plura circa hæc *Barbos.* de iure Eccles. lib. 1 c. 21. n. 23.

3 Personatus est quædam prærogatiua in Ecclesia, quæ est post existentes in dignitate, & sunt primi in alios, licet minores in istis, & est sine officio, vel iurisdictione, & dicuntur personatus ob honorificentiam, in qua ponunt personas illum obtinentes. Vide *Sbrozz.* de offic. vic. lib. 2. q. 27. n. 12. Filliucc. tom. 3. q. 41. c. 1. n. 24. Flamin. Paris. de resignat benef. lib. 1. q. 1. nu. 90. Rota apud Tamburin. de iur. Abbat. tom. 3. decis. 14. n. 5.

4 Officium vero aliud est simplex aliud dignitatis; officium simplex est onus annexum sine honore & sine aliqua d. honoris prærogatiua licet sit cum administratione aliquarum rerũ vt sunt economi Procuratores, & similes, officium autem dignitatis est onus in quo concurrunt aliqua signa, quibus ecclesiastica dignitas cognoscitur, vnde nomine offici dignitas cõtinetur, Et regulariter omnis, qui habet aliquod onus, curam seu administrationem, dicitur habere officium. Paciani de probat. lib. 2. c. 27. n. 27. 30. & 34. quem sequitur *Barbos.* d. lib. 1. c. 21. n. 28. seq.

5 Nota tamen quod nomine officij in lege pœnali intelligitur munus habens administrationem rerum, vel personarum Ecclesiasticarum cum superioritate Hyeron. Sorbus V. Ingress. monial. circa finem n. 4. Sanch. in Decal. lib. 6. c. 15. n. 65. Mirand. tom. 1. q. 2. art. 8. *Bonacin.* tom. 1. de larg. mun. disp. 3. q. 5. n. 2. nouissime Thesaur. de pæn. Eccles. p. 1. c. 28. n. 1.

6 Item nota quod nomine gradus, vt posuimus in titulo præsentis capituli, continentur dignitates, ita vt sit idem dicere gradus, honores, & dignitates cum in iure sint & habeantur pro sinonimis. ita ex Sanch. vbi supra n. 66. & Filluccio tom. 2. tr. 34. n. 77. notat Thesaur. loco cit. n. 1. & consonat cum *Bulla* 71. Sixti V. quæ incipit ad Romanum vbi cum declerasset illegitimos in religione professos inhabiles esse ad honores, gradus, & dignitates ostendit hæc tria tamquam sinonima esse intelligenda.

7 His præmissis dico quod quando Lex, Canon, aut Decretum Iudicis ecclesiastici priuat vel inhabilitat officijs publicis, vt adest exemplum in *B*ulla Clement. VIII. de largit. muner. quæ est 28. in Bullar. & incipit Religiosæ, & priuat tam Ecclesiasticis quam laicalibus officijs, si hoc faciat non formaliter ob proprium crimen, sed ob aliam causam, vt propter infamiam, vel heresim paternam & simile, continentur tantum in ista priuatione officia dignitatis, vt est administratio publica cum honore coniuncta, si vero priuat tantum Ecclesiasticis officijs in pænam proprij delicti & proprie dictum & tunc priuat administratione rerum, vel personarum Ecclesiasticarum cum superioritate, vnde continentur officia habentia Iudrisdictionem ordinariam, vt superioris localis, & Vicarij, vel delegatam ratione certi officij vel personatus. Henriq. li. 13. c. 56. n. 1. litt. H. Molin. tom. 3. de Iust. disp. 651. n. 12. Castrens. cons. 462. n. 2. tom. 1. Sanch. lib. 6. Decalog. c. 15. num. 66. *Bartho*l. a S. Faust. in Thesaur. lib. 8 q 219. Mirand. tom. 2. q. 2. art. 8. *Sorb.* vbi supra n. 8. *Bonacin.* tom. 1. disp. 3. q. 5. concl. vnic. n. 2.

8 An vero nomine officiorum continantur apud Rligiosos Concionatores, Lectores, Confessarij, Regentes studiorum, magistri nouitiorum, Consultores, Admonitores præfecti sacristiæ, & similes vide Thesaur. de pen. eccles. d. c. 28. p. 1. † aduerte tamen quod quã-
9 do non priuat, sed inhabilitat ad officia Ecclesiastica non proprie ratione pænæ, sed propter bonam gubernationem, & aliquod inconueniens auertendum vt est casus in *Clement.* 1. de reg. vbi dicitur quod Professi mẽdicantium si transeunt ad non mendicantes etiam obtenta licentia a Sede Apostolica inhabilitentur ad quæcumque officia, tunc sit latior interpretatio, & nomine officiorum non solum continentur ea, quę habent superioritatem annexam, sed etiam alia vt sacristæ, Camerarii, sinonomi, Predicatores & similes, vt notãt gloss. in d. Clem. 1. verb. officia Anchar. n. 5. Lap. n. 7. Vitalin. n. 74 *Barbos.* n. 8 Less. lib. 2. de Iust. c. 41. nu. 105. Sanch. in decal. lib. 6. c. 7. nu. 127. & seq. Thesaur. vbi supra vers. aliquando.

10 Secundo dico quod pæna priuationis officiorum, graduum vel dignitatum quando est latæ sententiæ, & casus est manifestus obligat reum in foro conscientiæ ante sententiam declaratoriam, quia tunc Actus Superioris incipiunt esse nulli quando cessat titulus colora-

tus

tus ob notorietatem priuationis ita Garzias de Benef.p.11.c.10.nu.18.& seqq. Clau.reg.lib. 3.c.9.n.35.secus si priuatio esset occulta,nam acta superioris tunc essent valida ratione publici officij manente titulo colorato, & nemo tenetur se manifestare cum sui infamia, nec lex censetur obligare cum tanto onere, nisi quando exprimeret vt in conscientia ante omnem declaratoriam dimittere teneretur.ita Sot.lib. 1. de Iustit. q.6.art.6.Molin.tom.1. disp.96 §.quod attinet iest. lib.2.c.29. nu.63. Sanch. lib.6. Decal.c.15.nu.65.Sanctarell.de Apostas.c.4.nu.13. Reginald.Prax.for.pænit. lib.13.nu.284.Garz.p.5.c.4.nu.329.Filliucc.tr. 22.nu.233.& seq.Io:Valer.de differ.vtr.for.v. prælatus diff.20.n.4.Dian.p.1.tract.3.resol.67. & nouissime reconciliando varias Doctorum opiniones Thesaur.de pæn.ecclesiast.p.1.c.7. & 28.

11 Limita in pæna latæ sententiæ inhabilitatis ad officia,nec hæc obligat in conscientia etiam in casu occulto, statim atque fuerit comissum. Ratio est quia hæc pæna est pure priuatiua, vnde non requiritur actus phisicus seu factum hominis positiuum ad sui cosumationem. ita de communi testantur Suar.de ligib.lib.5.c.9. n.2.Cordub.lib.1.q.36.n.1.& Sanch.lib.2.Decalog.c.39.n.vlt.

12 Quod intellige nisi cum dicta pæna sint coniunctæ aliæ penæ vt est priuatio offici, beneficii, bonorum Corporalium, aut Banni; quia tunc requiritur sententia declaratoria criminis,& actus phisicus positiuis ad sui consumationem, nam tunc non est mere priuatiua,sed etiam positiua ita de communi testatur Laymann. Theolog. mor.lib.1. tract.4. cap.15. nu 5.Vide Sanch.lib.9. de matrim. disp.30.n. 1. Less lib.2.c.29. nu.65. cum alijs citatis per Sayr.in Claui reg. lib.3.c.9. n.2 . ita etiam tenent Suar.de legib.lib.5.c.8.nu.5.& cum Molin. d.disp.96. §. duo Thesaur.vbi supra quæst. 4.vers.ain vero distinguunt. Et aduerte quod in dubio semper præsumitur quis priuandus per sententiam,nam odiosa sunt restringenda ita Garz.d. p.11. c.10. nu.5. Gonzal. ad reg. 8. Cancell.gl.5.15. nu.153. Barbos.de pot.Episc. p.3. alleg.57.nu.152.

13 Limita secundo in pænis latę sententiæ Priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, & inhabilitatis ad illam, nam istæ obligant statim in Conscientia,etiam in occulta pænæ commissione, nisi esset scandalum,vel periculu... ...ita... Bonacin.qui etiam testatur de comm.tract.do leg.disp.1.q.1.p.7.§.2.n.9.& seq.Villalob.to.1. tract.2. d.23. nu.4. Reginald.lib.13. nu.279. Laym.lib.1.c.15.n.5.tract.de leg. Anton. Dian. in mor.resol.p.1.tract.10.res.24.vers. & notandum est etiam qui tamen in p.4.tract.4.res 26. in fine contrariam opinionem dicit etiam probabilem cum Sanch. Nauarra Molin. Ledesma, & alijs.

14 Aduerte tamen illud esse receptum communiter tam in ista pæna,quam in alijs, quod vbi requiritur inhabilitas ad officium pro vna vice,& pro vno actu & ad illud officium numero in foro conscientiæ obligare statim ante declarationem; Ratio est quia tunc nõ dicitur pæna valde grauis, sed potius moderata & lenis, cum tantum verificetur de vno actu, & ideo non esse necessarium expectare sententiã vide Suar.tom.1.de relig. tract.de Simon.cap. 58.n.9.Filliucc.tract.45.c.13.n.26.

15 Item aduerte quod concessa pæna priuationis vocis actiuæ,si nihilominus talis delinquẽs eligat,stante delicto occulto, & manente titulo colorato,si postea delictum fit manifestum & sequitur declaratoria Criminis seu Penæ, si d.Electio nititur tali suffragio, eo quod alia sine illo non sint sufficientia numero, ipso facto est nulla, Ratio est quia electio quoad singulos dicitur actus potestatis priuatiuæ, seu officii priuati, & non publici;ita Innocent.in c.cũ dilectus n.5. de consuetud. Abb.in c.si vere nu.9. de sentent.excomm.Garz.p.5.c.4. num. 238. & seqq. & nouissime Thesaur. de pæn. Eccles. part.1. cap.29. vers.illud est verum circa finem.

16 Limita tertio in pæna inhabilitatis ad beneficia obtinenda latæ sententiæ,quia hæc obligat in conscientia ante declaratoriam,saltem vbi est vsu recepta.ita tenent Filliuc.tr.45. qui est vltimus de vit.Simon.c.13.n.26.& testatur de praxi sacrę pænitentiariæ Suar. to.1. de relig.tract.vlt.de Simon.c.61.n.11.& seq.& Laym. lib.4.tr.eo.n.73.seq. ex textu in c.pen.de elect. Quod amplia multo magis procedere quando pæna est lata solum qu ad illud beneficiũ numero, vt supra diximus etiam circa inhabilitatem officij; vel quando d.inhabilitas consurgit ex censura, vel irregularitate; tunc enim semper obligat in conscientia, etiam ante declarationem. ita Sanch. in Decal. vbi

supra

supra cap. 39. num. vltimo.

17 Sed quæres an nomine beneficiorum veniant etiam pensiones? Et respondeo quod si lex pænalis a Iure vtitur particula vniuersali, beneficijs quibuscumque, veniunt etiam pensiones, nam cum sint prouentus ecclesiastici habentur tamquam beneficia Clement. 2. & ibi gloss. in Verb. quodcumque de Vit. & hon. Cleric. & c. quicumque §. hæretici Verb. beneficia De Hæret. in 6. Sanchez vbi supra c. 38. num. 36. qui & alios allegat. Parolett. Palestr. Glet. tit. de pens.

18 Nisi sententia esset lata ab homine, quia Sententia hominis est stricti Iuris, vt de stilo Curiæ testantur Castro Pal. tom. 2. de Relig. tract. 15. De benef. disp. 1. punct. 11. §. 3. nu. 6 Thesaurus de pæn. Ecclesiastica p. 1. cap. 32. quæst. 2. & cum Rota Garz. de benef. p. 1. c. 5. n. 123.

19 Limita quarto in pænis priuationis fructuũ percipiendorum ex beneficijs ecclesiasticis, quando scilicet non imponitur proprie vt pęna, sed vt Conditio, vel modus rei traditæ cũ ista Conditione resolutiua, vt est in prouiso de beneficio, qui non facit fructus suos donec fidei professionem emittat, nam non adimpleta conditione priuatur dd. fructibus etiam ante Sententię declarationem; quia est conditio sine qua non, vt bene notant Nauarr. c. 25. n. 118. Less. lib. 2. c. 34. n. 101. seq Garz. p. 5. De benef c. 3. n. 35. Rodriq. V. Simonia concl. 6. §. 9. Sot. lib. 9. de Iust. q. 8. art. 1. post princip. Henriquez. De excommunicatione

20 c. 13. in princ. † qui & dicit impetrantem beneficium per simoniam completam, etiam si crimen sit ocultum, teneri renunciare vna cũ fructibus etiam ante Sententiam quia non tã est lex pænalis quam Prohibitoria; Vnde sequitur quod sic impetrans neque possit resignare, nec permutare, sed statim dimittere debeat ex doctrina D. Th. 2. 2. q. 100. art. 5. & 6. ad 3. Silu. V. Simonia §. 13. Nauarr. cons. 61. n. 7. de Simon. qui etiã in c. 25. n. 118 dicit

21 † Parochum non promotum intra annum ad Præsbiteratum iuxta text. in c. licet. De elect. in 6. teneri in conscientia illud beneficium dimittere, quia est lex prohibitoria Vide etiam Suarez de leg. lib. 5. c. 8. num. 10. in fine. & nouissime Ioan. Valer. de differentia Vtr. for. V. pæna differ. 20. num. 3. ex text. in cap. fundamenta vers. quod si secus de elect. in sexto cum alijs Doctoribus ab eo citatis.

22 Quod amplia multo magis procedere, quando prouenit ex vi censuræ, vnde suspensus a beneficio non percipit fructus, sed in conscientia tenetur ad restitutionem. ita docent Tolet. libr. 1. cap. 45. §. quintus effectus Sayr. libro 4. De Censur. cap. 6. num. 16. Bonacina tit. De suspens. disp. 3. par. 2. numer. 14. Sanchez lib. 2. cons. moral. cap. 2. dub. 15. num. 9. quia vt dicit d. Sanchez idem est suspendi a beneficio, & fructibus, & citat alios; quod secus est si tantum est suspensus ab officio

23 nisi quatenus deest a dicto officio; † sicuti etiam dicendum est de interdicto, qui non amittit fructus nisi sit interdictus à fructuum perceptione, vel nisi deb to ministerio deficiat causa dicti Interdicti; quod & intellige etiam de irregularitate: sicuti bene notat d. Sanchez loco citato, & dubio seq. cui adde Coninch. disp. 18. dub. 3. num. 5. & Canonistas in cap. si canonici De officio ordin. in 6. & cap. cum nostris De concess. præb.

24 Circa excommunicatum vero quamuis probabilis sit opinio quod non sit priuatus dd. fructibus, tamen probabilior, & magis communis esse ipso iure priuatum ita Sanchez d. lib. 2. cap. 2. dubio 11. numero 3. Suarez de Censur. disp. 13. sect. 2. Gutier. qq. canon. lib. 1. cap. 1. num. 92. Garz. p. 7. c. 13. nu. 90. & nouissime Thesaur. De pæn. eccles. p. 1. cap. 31.

25 Et nota quod isti fructus ammissi prout supra si titulus beneficij vel pensionis remanet validus, restituendi sunt ecclesiæ propriæ in ornamentum ipsius, vel saltem pauperibus, deductis prouisionibus datis substituto, si ipse personaliter non potuit deseruire; si autem titulus est tantum coloratus quia prouisio fuit vitiosa, vel ob resolutionem ipsius tituli, tunc fructus successori sunt conseruandi, vel exponere Papæ reualidanti titulum se fructum percepisse Vide Sanchez d. lib. 2. cons. mor. cap. 3. dub. 119. num. 5. 7. 11. & 16. & dub. 57. cap. 2. num. 7. Interim poterit eos retinere tamquam depositarius vsque dum facta debita diligentia quærat dispensationem, seu compositionem, & reualidationem tituli. ita Valerius de differ. vtr. for.

V.pæna differ.20.n.3.verſ.nota tamen.

26 Si vero per ſe non ſtetit, quominus abſoluatur poteſt ex illis fructibus pro ſe, & ſuis alendis percipere aliquid ſi ſit pauper ne cogatur mendicare in obbrobrium ordinis ita Sanch.vbi ſupra c.2.dub.15.n. 9. Theſaur. de pæn.eccleſ. parte prima c.33. Henriq. de excomm.c.14. §. 2. in text. & gloſſ. 9. Filliucc. tract.43.c.8.numero 18.Sayr.lib.4 cap 6.numero 16. Io. Valer.d.Verb.Pæna diff.20. numero 3.

27 Compoſitio autem ſuper obligatione reſtituendi fructus, pertinet ad ſolam ſedem Apoſtolicam, quæ quomodo intelligenda ſit & in quibus caſibus Vide Sanch. d. dub. 119. n.7.cum ſeqq.Theſaur. d. cap. 32. quæſit. 4. qui quęſit.ſeq.tradit etiam an poſſit d. obligatio vigore Regulæ de triennali preſcribi;& an excuſet ignorantia.

28 Ex quibus colligitur quænam ſit differentia inter ius priuans quempiam ſuis bonis iam habitis,& inter ius priuans a principio ne de nouo acquirantur nam incurrens in crimen primo modo tuta conſcientia poteſt d. bona retinere antequam contra eum executio fiat, etiam ſi ipſum Ius inducat priuationem ipſo facto; incurrens vero crimen ſecundo modo ſtatim commiſſo crimine tenetur dimittere d. bona quia ipſemet debet eſſe legis executor Vide tradita a Caietan. 2.2.q. 62. art. 3. Couarr.in 4.parte 2. c.6.§.8.nu. 16. in fine verſ. nono. Roias in epitom.ſucceſſ.c.20.num.150 Sot.lib. 1.De Iuſt.quæſt.6.art.6.in 4. argum. Aliud enim eſt legem priuare aliquem dominio, & poſſeſſione rei, quam habet quod requirit Iudicis actum, & aliud impedire, vel prohibere ne quis fiat Dominus quod nullum Iudicis actum requirit, & ideo ſtatim obligat, vt bene docet Couarr.in Reg. peccatum parte 2. §. 8.numero 6. & ſequitur Valer. in Verb. hæreditas diff.11.numero 5.& ſeqq.

29 Limita quinto in pęna irritationis actus, quę tunc eſt pęna quando aufert ius perfecte quęſitum, aliter potius dicitur irritatio deffinitiua, quam pænalis Menoch. Illuſtr.99.libr.1. cap.28.numero 4. quem ſequitur Sanch. lib. 3.de matrim.diſp.4.num.9.cum Mantic.dec. 300.num.2.

30 Sed quia hæc limitatio habet varios caſus ideo ſic diſtinguendum puto. Aut irritatio aufert ius perfecte quæſitum, aut nondum abſolute quæſitum, ſed tantum iam cæptum acquiri in odium tranſgreſſionis ſub aliqua conditione,vel modo adimplendo,aut aufert ius neque quæſitum, neque cęptum acquiri, ſed ſolum quærendum. Si aufert ius perfecte quæſitum, & tunc cum ſit verè pæna, nõ ligat in foro conſcientię niſi poſt ſententiam, quia ad ſui executionem requirit actum Phiſicum priuatiuum, vnde quælibet cauſa rationabilis excuſat ab hac pæna, gloſſ.in l.vnica ff.ſi quis ius dic.non obt. Mantic.& Sanch. vbi ſupra cum Suar.lib 5.De leg.cap. 32. numero 2.& Caſt.Palau.tom.1.tract. 3.diſp. 2. punct.10.n.1.

31 Si autem aufert ius nondum quæſitum, ſed tantum iam cæptum acquiri cum aliqua conditione adimplenda,& ſit lata in odium trãſgreſſionis vt eſt in exigente penſionem ante expeditionem litterarum Apoſtolicarum,qui priuatur a iure de omni prætenſione ſuper dd. penſionibus,vt notat Garz.p.5.c.2.nu. 41. & tunc pæna iſta obligat in Conſcientia etiã ante Sententiam declaratoriam,vt dicit Nauarr.c.25.n.118.& ſequitur Leſſius qui etiam teſtatur de communi libr. 2.cap. 34. numero 101. Garz.part.11.de Benef.cap.10.numero 9. quos refert Theſaur.de pæn.eccleſiaſtic. part. 1.c. 5.

32 † ſed ſi eſt factum non in odium tranſgreſſionis, ſed ſolum propter defectum ſolemnitatis, & tunc ſi lex expreſſè inhabilitat perſonas quoad talem actum, tunc licet non ſit propriè irritatio pænalis, ſed deffinitiua, tantum ligat in foro conſcientiæ ante declarationem,quia actus eſt nullus eo ipſo in foro conſcientiæ, vt patet in matrimonio iuxta Trident. in ſeſſ.24.c.1.De reformat. & notant Sanchez lib. 3. de matrim. diſp.4.numer.1.& Roderiquez in qq.reg.quæſt. 14. artic. 6. §. primum argumentum; Ratio eſt quia lex poteſt, & cenſetur tunc inhabilitare perſonas quoad talem actum perficiendum, niſi adhibita illa forma, vel conditione. Vide Suar. de leg.lib.5.c.32.n.4. ſeq. Salas eo.tit. diſput. 16.ſect.9. in fine Caſtro Pal.tom.1.tractat. 3. diſp.2.part.10.num.7. Bonac.in tom. 2. Decalog.diſp.1.quæſt.1.punct.7.n.5.& Sanch.tom. 1.conſ.mor.lib.4.c.1.dub.14.n.4. qui & alios allegat.

33 Bene verum eſt quod regulariter loquendo talis irritatio non ligat in Coſcientia ante decla-

clatatoriam, dum modo actus habent requisita ad validitatem de iure naturali; & aliunde non constet legislatorem voluisse ligare in foro conscientiæ Sanchez vbi supra numero 18. in fine Laym. lib. 1. De leg. c. 16. numero 9. quos sequitur Thesaur. d. p. 1. c. 35. vers. sed alij.

34 Postremo obiter aduertas quod pęna imposita in iure, & in Decretis Conciliorum, vel Bullarum Pontificis sub his verbis indignationis scilicet Dei, & Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli vt habetur in extrauag. Ioan. 22. execrabilis de proeb. & in Tridentin. Concil. sess. 25. cap. 2. reform. & in litteris Apostolicis vt dicunt in forma gratiosa, importat priuationem Beneficiorum non latæ Sententiæ, sed inferendæ vt dicit Menoch. De Arbitr. c. 365. numero 4. & sequuntur Marr. de Clausf. p. 1. clausul. 284. & Alter. tom. primo disput. 22. lib. 5. cap. 8. cum aliis multis per eos. Licet alij dicant importare tantum pænam arbitrariam, & obligare sub peccato mortali, & idem importet quod pæna maledictionis, & possit etiam excommunicari ob contumaciam ita Flau. Cherubin. in Compend. Bull. scol. 2. ad Bull. 30. Leonis X. cum alijs per eum quibus addo nouissime Thesaur. d. p 1. cap. 42.

CAP. XLVIII.

De pęnis pecuniarijs a quolibet Iudice infligendis.

SVMMARIVM.

1 *Pæna banni quotuplex sit.*
2 *Ecclesiastici & non habentes facultatem an peccent imponentes hanc pænam.*
3 *An banniti teneantur parere dicta pænę, & obseruare sententiam banni.*
4 *Pauperes ad alendam propriam familiam an excusentur ab obseruatione dicti banni.*
5 *Pęna confiscationis potest imponi à quocumque iudice, etiam ecclesiastico.*
6 *Iudex ecclesiasticus potest confiscare omnia bona clerici delinquentis, & n. 7.*
8 *Quid aduertere debeat iudex super hanc pænam.*
9 *Cui applicanda sit pæna confiscationis.*
10 *Ordinarius non potest suo Vicario aliquid assignare ex d. pęna.*
11 *Enumerantur alij casus in quibus non possunt ordinarij d. pænam applicare.*
12 *Episcopus pauper an possit sibi aliquid applicare.*
13 *Iudex Laicus an possit sibi applicare dictam pænam confiscationis bonorum.*
14 *In iudicibus perpetuis est consulendum consuetudinibus, & dispositionibus locorum.*
15 *Iudex absens per aliquod tempus an possit retinere sibi totum salarium.*
16 *An possit a meretrice iudicis peti intercessionem, & aliquid ei donare.*
17 *Mutus, surdus, & cæcus an possint mulctari pęnis in criminalibus.*
18 *Cognoscens causam iniuste obtentam contra aliquem tenetur ad restitutionem eorum, quæ per illam causam obtinuit.*
19 *Sententia iniusta non tribuit ius in conscientia.*
20 *Damnum nulla nostra culpa acceptum non tenemur resarcire, vnde non tenebitur expensas resarcire Reus vsque quo bona fide agebatur.*

1 Absoluta materia pænarum ecclesiasticarum deueniendum est ad pænas temporales, in quibus primum notanda sunt aliqua circa pęnam Banni, quæ duplex est aut est pæna diffidationis, aut est Sententiæ deffinitiuæ; quando est diffidationis vt scilicet possit reus impune occidi, & tunc licet Iudicibus sæcularibus, & personis laicis licitum sit eam imponere ob publicam vtilitatem vt dicit Less. lib. 2. de iust. cap. 9. num. 6. cum Az-
2 zor. tom. 3. lib. 2. cap. 2. quæsit. 2. & alijs † tamen ecclesiasticis, & qui non habent facultatem a Pontifice, non licet, immo si sunt in sacris peccant mortaliter, & fiunt irregulares secuto effectu, non tamquam ex homicidio iniusto, sed illicito ita Tanner. tom. 3. disp. 4. quæst. 8. num. 44. cum Salonio, Soto, & alijs quos sequitur Thesaur. de pęn. ecclesiast. p. 1. cap. 38. Pænam vero Banni, vt est sententia deffinitiua potest vterque Iudex imponere, neutrum autem dd. Bannorum ligat ante Sententiam declaratoriam, vt est communis Canonistarum opinio.
3 Sed quæres vtrum Banniti in conscientia

 tenean-

teneantur parere d. Sententiæ,& obseruare dictum Bannum; & Respondeo affirmatiue, immo peccant mortaliter, quando bona parte anni lateant intra muros, a quibus exulant, & delictum ob quod exulauerunt, sit graue, sicuti etiam pæna imposita, si dictum exilium non adimpleuerint nam vt dicit D. Thomas 2.2.q.62.art.3.reus cogitur acceptare pænam etiam sub mortali, quia tale Iudicium redditur in inuitum, vt probat text. in c. statuimus De maled.& notat Valer. de diff. vtr. for. V.
4 Pęnitentia diff.2.n.1. † Secus autem est si hoc facerēt necessitate ducti ad alendū propriam familiam, vel pæna de inobseruantia, & delictum essent leuioris momenti, ita cum recētioribus docet Sanchez tom. 2. cons. moral. libro 6. capit. 4. dubio 19. Ratio est quia sententia illa tantum habet vim pręcepti humani rigorosi; vt autem hoc obliget ad mortale, supradicta omnia attendūtur idē docent Couarr. in 4. parte secunda capit. sexto §. 8. numero 10. vers tertio in fine. Nauarr. coment. quarto de regul. numer.64. vers.2. & seq. Iacob. a Graffijs decis. moral. libr. 2. capit.11. numero 40. & Ioan. Valer. in Differ. Vtr.for.differ.19. in V.peccatum, & differ. 20.in Verb.pęna numero.3. vers. in foro vero.
5 Secundo notanda sunt aliqua circa confiscationem bonorum. Et primo quod hęc pęna imponi potest tam a sæcularibus, quam ecclesiasticis iudicibus quando de iure imponenda est, nam sicut Laicus Princeps, ita, & Ecclesiasticus habet fiscum cui aplicantur bona temporalia Clericorū delinquentium prout de iure vt bene notant Sanchez libr.2. Decalog.capit.20.numer.1.& seqq. Aloys. Ricc. in Praxi aur. resolut. 387. numero secundo Peregrin. de iur. fin. libro quarto titol. 5. numero 3. vers. Clericorum vero bona Barbos. De potestate Episcopi parte 3. allegatione 107. numero 16.& seq.& nouissime Ciarlin. controuer. forens.cap.30.numero 37. ex textu in cap. si quis 17. quæst. 4. & cap. quia diuersitatem, & ibi gloss. verb. præter in fine de concess. præb.& docet Couarr.lib. 2. var. capit. 9. numero 11. Vide Sebastian. Guazzinum in tract. De Confisc. bonorum con-
6 cl.13.ampl.24 † qui etiam dicit quod possunt cōfiscari omnia bona Clerici delinquentis tam mobilia quam immobilia etiam data a priuato in Emphiteusim, sine tamen prędiuditio Domini, vt ei soluatur debita pensio,& non sit feudum ecclesiæ; & etiam Iuspatronatus.
7 Ex his patet quod Iudex ecclesiasticus potest rite indicere pænas pecuniarias, illisque etiam mulctare Laicos in casibus spectantibus ad eius forum vt notant Iul.Clar. lib. 5. §. fin. quæstion.80.numer. 2. Zerol. in Prax. Episc. p.1.V. compositio vers. secundo pagin. mihi 103.& Marc. Anton. Genuens. pract. eccles. quæst. 251.
8 Aduertant tamen dd.Iudices pro defensione eorum conscientiæ ne pęnas pecuniarias indicant, vel exigant pro ipsis criminibus tollerandis; vnde inquum esset si vel ex lege vel ex sententia, vel alio eiusd. Iudicis decreto annuum censum a concubinarijs acciperent, quo soluto illi criminosi in sceleribus, & peccatis perseuerent, sed uę ministris iustitiæ si quando accipiunt annuatim frumentum, pecuniam, vel pretium, & delinquentes permittunt nam rei efficiuntur omnium delictorum cum sint ex Iustitia obligati ad impediēda, & punienda non autem permittenda delicta. Vide Barbos.vbi supra qui citat text. in c.3.de pęn.& Couarr.in d.lib.2.var.c.9. num. 9.vers.2.
9 Sed quæres cui aplicanda sint dd.pęnæ a Iudicibus ecclesiasticis.& respondeo in pios vsus iuxta decret.Sacri Concil.Trident.sess.25.de reform.c.3.
10 Vnde non potest ordinarius suis Vicariis aliquid assignare ex eis pro mercede sicuti nec Cameræ episcopali etiam in minima parte non obstante qualibet contraria consuetudine ita ex decreto sacræ Congregationis testatur Quar.in Summar.Bullar.V.Penæ pecuniariæ cart.395.& habetur in Concil. Toletan. celebrato de anno 1565.act.2.cap. 14.prout refert Ignat.Lopez in additt.ad Pract.Diaz.cap.145
11 † Immo nec pro reparatione domus episcopalis, nec Sacristiæ, nec Fabricæ ecclesiæ, nec depositario assignando ei aliquam portionem de dd. pęnis, nec pro salario Notarii, & ministrorum, vel Birruariis Curiæ episcopalis, nec in restaurationes carcerum episcopalium, nec pro suplimento salarii musicorum Ecclesię Cathedralis inseruientium a carcerum episcopalium, nec tandem pro vestiendis pauperibus, quibus lauantur

tur pedes in die cœnæ Domini, sed tantum pijs locis sunt assignandæ, & in pari necessitate pauperibus loci, vbi Clericus condemnandus est. ita fuisse resolutum in sacra Congregatione Concilii refert *Barb.* p.3. de pot.episc.alleg.107.nu.19.vide Sbrozz.de offic.Vicar.in additt.lib.2.quæst.143. Gallett.in margar. cas. consc. v. pæna 1. Aloys. Ricc. in Prax.for.eccles. resolut.300. numero tertio in secunda editt. & Sebast. Guazzin. Patrem meum in d.tract.de confisc.bonor. qui & testatur de decreto generale sacræ Congregationes super episc.in concl.21.n.15 qui & alios multos allegat.

12 Quid autem dicendum est si episcopus est pauper & euidenter videtur eis indigere; & respondeo tunc posse sibi applicare, & in proprium vsum expendere, licet tutius ageret si in hoc casu consuleret sacram Congregationem, notificando onera, & paruos redditus episcopatus, vt notat Quarent. d.v. pænæ pecuniariæ in fine cum alijs per eum citatis, quibus adde nouissime Ciarlin. d. capit. 50. num.39.

13 De iudicibus vero laicis dico quod nec ipsi possunt pænam, nec partem pænæ sibi applicare, nisi quando a lege, statuto, vel dispositione loci applicantur, ita ex glos.in Clement. nolentes verb. ecclesia. De Hæret. Ang. in Auth.vt nulli Iudicum col.4. §.quoniam & §. vt autem num. 27. Auend. lib. 2. de exeq. mand.reg.cap.18.nu.1. Perez. lib.8. ordinam. tit.19.Aul.c.12.Prætor.num.1.Sanch.opusc. mor.lib.3.c.vnic.dub.7.n.1.

14 Limita in iudicibus perpetuis vt sunt Duces, Marchiones, Comites, & similes, hi enim sententia præcedente possunt sibi pænas applicare, quia hi Domini habent ius confiscandi, pænas in suis opidis ita Bartol. & Paris de Put.citati ab Auend.d.lib.1.c.7. n.8. & c.18. n.1.Aym.cons.128. Cassaneus in Consuetud. Burg. rubr.2. §.1. in gloss. Ang.d.§. vt autem quos refert & sequitur Sanch. vbi supra nu.4. Sed ego dico quod circa hoc consulendum est dispositionibus & consuetudinibus locorum vt bene notat d. Guazzin. Pater meus in d.d.trac.de Confisc.Bonor.latissime.

15 Hic aliqua obiter adnotanda censeo pro defensione animarum Iudicum, quæ licet nō faciant ad rem nostram scilicet pænarum attamen quia tangunt interesse, sunt veluti pænæ, quoad animam & primo quod in lex alicuius oppidi Dominorum temporalium, qui per aliquod tempus de licentia Domini abest potest integrum salarium etiam pro tempore suæ absentiæ sibi applicare, & retinere, quia censetur tacite sibi concessum, nisi aliter constet de consuetudine, vel voluntate Domini; est textus in l. hac lege C. de Prox. sacra scrit. & ibi gloss. in verb. vt qui liberam & l.3.§.si ad diem ff.de re milit. *Bart.* d.l. hac lege vbi Alex.in addit.ad eumd. *Bart.* & in l. 1.§.dictus vers.quæro quid nu.17.ff.de var.& extraord.cognit.Greg.Lop.const.lusitan.lib. 16.tit.16.part.1.Baez. de decim.tut. cap.11. num.16.& alii per Sanch. in d. c. vnico dub. 41.n.1.

16 Secundo nota quod licitum est petere a meretrice intercessionem in causa iusta apud ipsum Iudicem, & aliquid ad hunc effectum donare, & ratio est quia quod petitur est actio indifferens, quæ a iudice & ab eius concubina potest fieri male, & bene, neq; petitio est mala in se vel ratione rei vel ratione spei, cum nec petatur res mala, nec speretur iniustitia, vnde tota ratio scandali oritur ex malitia Iudicis, quam occasionem non tenetur vitare cum graui damno, ita contra Sanch. in d. c.vnico dub.43.tenet Castro Pal.tom.1. tr. 6. disp.6.punct.15. nu.2. & sequitur Hurtad.in 2.2.disp.173.sect.11. §.143. quos refert Antonin. Dian. mor. resolut. part. 5. tractat. 7. resol.20.

17 Tertio nota quod mutus & surdus non potest damnari ad aliquam penam tantum per legitimos testes nō autem per signa & nutus conuinctus cum in Criminalibus vt alibi dictum est debeāt esse probationes luce clariores, cæcus vero quia facilius excusatur nec potest torqueri, nec pæna ordinaria puniri ita Guazzin. Pater meus. deff. 32. cap. 29 cum aliis citatis per Dian.d.p.5.tractat.sexto resol. 31.

18 Quarto nota quod is qui post deffinitiuam sententiam quam contra alium obtinuit, cognoscit suam causam fuisse iniustam, tenetur ad restitutionem eorum, quæ per ipsammet

19 causam obtinuit † sententia enim iniusta non tribuit ius in cōscientia c.quia pleriq; de Immunit. ecclesiast. licet transierit in rem iudicatam, eo quod non fuerit intra legitimum tempus appellatum, vel Iudex protulerit sen-

sententiam secundum acta, & probata, expensas tamen, quas reus interim, dum bona fide contra ipsum agebatur, non tenebitur persoluere, quia damnum nulla nostra culpa acceptum non tenemur resarcire, immo nec ipsam rem restituere, si post latam sententiam durante bona fide per legitimum tempus perscripta fuit, ita Reginald. lib. 24. n. 33. vers. secundum.

CAP. XLIX.

De bonis pertinentibus ad fiscum post eorum publicationem.

SVMMARIVM.

1 *Omnia bona pertinentia ad delinquentem tunc temporis quando fuerunt publicata pertinent ad fiscum.*
2 *Nomine bonorum veniunt etiam iura, & actiones.*
3 *Intellige etiam de obligationibus tam ciuilibus, quam naturalibus.*
4 *Item de bonis, quæ reo debentur ex contractu celebrato sub conditione.*
5 *Item de omnibus vsufructibus, quos reus habebat ante publicationem.*
6 *Item de censibus, sed fructus debet soluere fiscus.*
7 *An in iure patronatus succedat fiscus.*
8 *Bona profecticia filiorum transeunt ad fiscum cum bonis patris.*
9 *Bona vxoris donata ab ipso marito an transeant ad fiscum cum bonis mariti.*
10 *Et quid de bonis donatis a consanguineis dicta vxori.*
11 *An bona subiecta fideicomisso transeant ad fiscum.*
12 *Et quid in statu ecclesiastico.*
13 *An bona alterius territorij sint subiecta fisco huius territorij.*
14 *An legitima filiorum debeatur fisco in bonis patris.*
15 *An bona defuncti hereditaria remaneant fisco obligata.*
16 *Et quid de patrimonijs clericorum.*
17 *Fiscus solum succedit in bonis, quæ pertinent ad delinquentem tempore publicationis, & ideo non succedit in bonis futuris. & num. 18.*
19 *Fiscus non succedit in bonis personalibus.*
20 *Bona profectitia an possint publicari filijs viuente patre.*
21 *Et quid de legitima.*
22 *Legitima filiorum, & alimenta non possunt publicari ob parentis delictum.*
23 *An pro sui, & aliorum sustentatione possit sibi aliquid retinere.*
24 *Fiscus non succedit in vsusfructibus condemnatorum ob maximam capitis diminutionẽ*
25 *Item neque in bonis acquisitis post delictum.*
26 *Item neque in dote vxoris viuente marito.*
27 *Intellige tam de proprietate, quam de vsufructu dicta dotis.*
28 *Item non succedit in bonis legitimè præscriptis, & nu. seq.*
30 *Vtrum fiscus succedat in bonis hereditarijs, quando heres repudiauit hereditatem.*
31 *An heres possit cedere dictam hereditatem.*
32 *Vtrum pecunia mutuata delinquenti pertineat ad fiscum.*
33 *Vtrum fiscus debeat emptori restituere pecuniam ob venditionem factam a condemnato ante condemnationem.*
34 *Vtrum ficus post mortem delinquentis possit cognoscere delicta ad effectum publicandi bona*
35 *An fisco non satisfaciente creditoribus Reus teneatur.*
36 *An fiscus præferendus sit alijs creditoribus.*
37 *An fiscus satisfaciendus sit ante declaratoriam.*
38 *Reus post declaratoriam occultans bona peccat, & quomodo.*
39 *Quomodo teneat alienatio facta a Reo in fraudem fisci. & n. 40.*
41 *An index sæcularis possit impedire per compositionem faciendam per Ecclesiasticum.*
42 *Quæ adnotanda sint circa crimen hæresis, cum sit grauius cæteris delictis.*
43 *Filij hereticorum an possint occultare aliquid pro suis alimonijs.*
44 *An bona vxoris scienter nuptæ heretico publicari possint cum bonis mariti, & nu. 45. vbi de dote quando est publicanda, tractatur.*
46 *Et quid de quarta.*

47 Et

MVlta videntur a iudicibus adnotanda circa hoc pro deffensione conscientiae, ne auaritia ducti a vero tramite iustitiae aberrent, ideo primo loco dicam de ijsquae potest fiscus tuta conscientia adipisci, & secundo loco de ijs, in quibus nullum ius habere potest, dico igitur.

1 Primo omnia bona mobilia, & immobilia, quae pertinebant ad delinquentem tunc temporis quando bona ipsius fuerunt publicata, etiam ad fiscum pertinent; quia fiscus regulariter succedit in iura delinquentis tantum post secutam publicationem. ita Less. lib. 2. c. 6. n. 37. Azzor. p. 1. lib. 5. c. 7. quaesit. 8. Sanch. in sum. l b. 2. c. 14. num. 2. Bonacin. de Contract. disp. 3. q. 8. punct. vlt. §. 1. n. 2. quibus addo Sebast. Guazzin. Patrem meum de Confisc. Bonor. conclus. 13. numero 9.

2 Sed quaeres vtrum succedat in omnes actiones, & iura pertinentia ad d. reum tunc temporis scilicet publicationis, & respondeo affirmatiue, nam nomine bonorum veniunt etiam iura, & actiones l. bonorum ff. de verb. signif. Sanchez loco citato nu. 2. Iul. Clar. lib.
3 5. §. fin. q. 79. nu. 9. † quod intellige etiam de omnibus obligationibus, tam ciuilibus, quam naturalibus, & omnibus alijs iuribus, quae trãseunt in haeredes extraneios cum suis causis, vitijs, oneribus & conditionibus Peregrin. de iure fisc. lib. 5. n. 84. seqq. & alii per d. Guazzin. concl. 13. ampl. 21. n. 6.

4 Adde idem esse dicendum de bonis, que reo debentur ex contractu celebrato sub conditione secuta d. conditione, vt si Titius vendiderit domum Caio sub hac conditione vt soluat nummos infra tres menses, & interim d. Caio fuerunt bona publicata, nam tunc fiscus succedit in d. Domo, & competit ei ius adimplendae conditionis post bonorum publicationem vasq. 1. 2. disp. 169. cap. 2. nu. 3. & P. Egid. *Bassaeus* in flor. tot. Theol. verb. fiscus num. 2.

5 Secundo quaeres an fiscus succedat in omnes vsusfructus, quos delinquens habebat ante publicationem, & quos potiri poterat? & respondeo affirmatiue, nam et vsusfructus computantur inter bona ita DD. apud Sanch. in sum. lib. 2. c. 16. n. 4.

6 Tertio quaeres an Res censui obligata transeat in fiscum, & respondeo affirmatiue, vnde fiscus tenetur ad solutionem fructus d. census, cum res transeat cum suo onere, ne innocens damnum patiatur ob alterius delictum. ita Azzor. p. 1. lib. 8.

7 Sed quid dicendum de iure patronatus, an in isto possit succedere fiscus? & Respondeo distinguendo, aut loquimur de iudice Ecclesiastico, & tunc tam directe, quam indirecte succedit in d. iure patronatus, si ab eo publicãtur bona illud possidentis, si vero loquimur de iudice saeculari, & tunc solum indirecte succedit, nam directe non est superiori, vnde aduertat solum publicare bona principaliter, accessorie vero ius patronatus, ita Sanchez vbi supra cap. 19. lib. 2. nu. 13. Iul. Clar. lib. 5. recept. sent. qu. 78. num. 7. Peregrin. de Iur. fisc. lib. 5. tit. primo num. 72. Sed Azzor. p. 1. lib. 8. cap. 12. quaest. 9. quem sequitur etiam Lam-

b. r-

bertin.lib.3 de iur.patron.q.8.n.8.dicit quod vsu introductum est quod Iuspatronatus non transferatur ad fiscum, sed vt ecclesia acquirat sui iuris libertatem eo modo quo liberantur cæteri, qui aliquo iuris vinculo erant obstricti delinquenti. Vide sebast. Guazzin. de conf.*Bon.*concl.13.ampl.24.

8 Secundo pertinent ad fiscum omnia bona profectitia filiorum, nam hęc bona sunt patris & quoad dominium, & quoad ad vsufructū; vnde confiscata bona patris censentur etiam confiscata profectitia filiorum, nisi fuerint a d. patre ante delictum patratum d. filio condonata; vel ipse filius fiat suis iuris. ita *Bonac.* vbi supra n.14. cum aliis per eum citatis.

9 Tertio pertinet ad fiscum bona vxoris etiā donata ab ipso marito, quia huiusmodi donatio non validatur, nisi morte mariti. ita Vasq. 1.2.q.169.c.1.n.4. Azzor. loc. cit. q.8. circa me-
10 dium. & Sanch. vbi supra n.15. ✝ sicuti etiam illa bona quę fuerunt a Consanguineis mariti donata d. vxori intuitu sui mariti, cum censeantur bona viri, & non mulieris. Simanc. Inst. cathol. tit.9. n.67. secus si fuerint donata intuitu vxoris vt infra nu.26.

11 Sed quæres an bona subiecta fiedicomisso vel alio modo prohibita alienari transeant ad fiscum? & respondeo quod si d. prohibitio sit facta solum in fauorem delinquentis, vt si nullus alius fuerit institutus, vel si fideicomissum extinguatur in ipso delinquente, vel alienatio est tantum prohibita per contractum; tunc fiscus succedit; sed si prohibitio fuit facta in fauorem aliorum expresse, & non tacite, quia si tacite pertinent ad fiscum pro illo tempore, quo delinquens vti poterat; vel etiā expresse fuit facta prohibitio non alienandi d. fideicommissum & tunc non pertinent ad fiscum, nec quoad dominium, nec quoad vsufructum, sed ad alios substitutos, quia fiscus tantum succedit in ijs bonis, quorum delinquens in ipsa publicatione habet dominium, vel ius liberum, sicut hæres. ita *Bonacin.* vbi supra nu. 20. cum alijs per eum, quibus addo Dian. p.4. tr.8. resol 60.

12 Aduerte tamen quod in statu ecclesiastico per constitutionem sextam Papæ Sixti V. bona fideicomisso subiecta in vita delinquentis, possunt a fisco publicari ita Pater meus d. tr. de Confisc. concl.13. limit.26. n.12

13 Item quæres an bona alterius territorij sint subiecta fisco huius territorij; & respondeo quod sic, si confiscatio fit iure communi, & il la sunt subiecta Fisco, a quo fit publicatio; nā si fit iure municipali executor confiscationis & iudex loci, in quo existunt bona confiscanda, & pertinent ad ipsum, modo etiam illi competat ius confiscandi. ita Farinac. in pr. crim. tom.1. p.1. de debit. q.25. n.101. Vasq. & alij per *Bonacin.* vbi supra vers. vtrum vero quando, quibus addo Guazzin. d. concl.13. limit.16. per totam.

14 Quarto pertinet ad fiscum legitima filiorum post mortem patris etiamsi nondū petita fuerit & ratio est quia filius habet ius statim post mortem patris vt dicit Menoch. tom.1. concl.77. n.28. Sanch. d. c.14. n.49. & c.25. n.21. cum alijs.

15 Quinto bona defuncti hæreditaria, si defunctus iam erat ante mortem ad pænam cōdemnatus, illamque non soluerat, vel erat pęna lata ipso iure; nam in hoc casu bona realia remanent fisco obligata ita Henriq. in summ. lib.13. c.56. nu.2. litter. N. in Coment. Sanch. lib.2. c.22. n.12. & 28. Gomez 3. var. c. vlt. n.2. Sayr. in Clau. reg. lib.3. cap.9.

16 Et tandem omnia ea, quæ possunt in hęredem extraneum transferri, vnde Patrimonia Clericorum, & prouentus beneficiorum vbi legitima consuetudine receptum est quod possint a Clericis legitime testari, ad fiscum pertinent ita Vasq. 1.2. disp.169. cap.2. num.19. Sanchez d. cap.20. num.24. seq. *Bass.* v. fiscus num.2.

17 Bona vero quæ fiscus adipisci non potest sunt sequentia. & Primo ea, quæ post condēnationem Reo obuenerūt ex vltima voluntate, vt ex legato, fideicomisso & simili; fiscus enim solum succedit in bonis quæ pertinent ad delinquentem tempore Publicationis, nisi tamen fuisset in possessionem dictorum bonorum ante d. Condemnationem. ita Azzor. p.1. lib.5. cap.7. quæst.8. & alij per Sanch. vbi supra c.14. n.15. quibus addo Surd. de alim. tit. 8. priuil.59. Eug. Eugens. cons.69. n.11. vbi de comm. Decian. resp.64. nu.45. vol.1. Vulpell. respons.112. n.3. & Guazzin. d. concl.13. limit. 24. nu.1.

18 Ex his patet quod in ijs bonis hæreditarijs, in quibus nondum reus adierat hæreditatem quando fuit a fisco facta publicatio, non succedit, nam vt dixi fiscus non succedit in bo-

in bo-

in bonis futuris.ita Peregrin.de iur.fisc. lib.5. tit.1.n.89.Baff.in flor.tot.Theol.V. fiscus n. 3. & alij supracitati DD.

19 Secundo fiscus non succedit in Iuribus personalibus, nam hæc adhęrent personæ,& non bonis,& sic non censentur publicata alimenta in futurum, cum alimenta sint personalia; ita Peregrin. De iur.fisc.lib.5 tit.12.nu. 123. Sanch.in Summ.lib.2.c.14.n.42.Less. libro 2. c.6.n.37.& Baff.V.fiscus n.1.

20 Sed quæres quid dicendum sit de Legitima, & bonis profectitiis? & respondeo quod de bonis profectitiis non est dubitandum quid delicta filiorum non possint publicari, quin ꝑpter illorũ dominiũ pertinet ad patrẽ vt bene notant Azzor.p.1.lib.5.c.7. quæst.8. & less.lib.2.c.4.dub.3.n.12.De legitima vero

21 dicendum est quod viuente patre, vel reis nondum assignata non debetur fisco etiam si, filius commisisset delictum ante mortem patris nam hæc omnia connumerantur inter bona futura vnde tantum post mortem patris vt diximus debentur fisco ita Menoch. tom. 1. cons.77.num.28. Sanchez in Sum.lib.12.c.15 num.17.seqq.Peregrin.& alii per Bonacinam De Contract.disp.3.qu.8. p.vlt.§.1. num.18.

22 Nota vero quod Legitima filiorum,& alimenta pro ipsis ob parentis delictum non possunt publicari quia par non est vt filii tantum damni patiantur ob parentis delictum. ita Bonacin.vbi supra nu. 15. excepto delicto hæresis, & læsæ maiestatis in quo ob immanem grauitatatem delicti nihil delinquentis reseruatur.& hoc propter bonum commune vt homines ab huiusmodi criminibus arceantur.Peregrinus & alii per Bonacin.loco citato Vide quę dixi infra num. 48. vbi de hæresi in

23 particulari tractatur † qui, & addit pro tenui sui, & aliorum sustentatione iuxta statum suæ familiæ posse aliquid sibi retinere, licet filii non possint seclusa extrema necessitate in foro conscientiæ aliquid sibi retinere pro d. legitima & alimentis in casu, quo omnia prorsus bona parentum licite publicantur & citat Sanchez capit. 16. num. 27.

24 Tertio fiscus non succedit in Vsusfructibus, quando bona delinquentis publicantur ob maximam capitis diminutionem, vel quando traduntur ad carceres perpetuas, ad triremes,vel exilium; Vsusfructus enim consolidatur cum proprietate Peregrin. De iur. fisc.lib.5. tit.12.num.123.Sanchez.numer. 7. Surd. de Aliment.tit.8.priuil.54.num.23.seq. & alii per Guazzin.d.concl.13. limit. 27.n.3.

25 Quarto non succedit in iis bonis, quæ reus acquisiuit post delictum, nam priuatio per legem inducitur ipso facto statim ac quis commissit delictum; & sententia declaratoria postmodum late tantum indicat contractam esse pænam per legem sancitam Azzor p.1.li.5.c.7.quæsit.8.Sanch.loco cit.c.14.n.10.

26 Quinto non succedit in dote Vxoris viuente marito propter delictum ipsius vxoris excepto casu hæresis, criminis læse maiestatis, violentiæ parricidii Veneficii, & homicidii f. quinque legibus ff. de bon.damnat.& hoc licet ex stipulatione, vel pacto dos soluto matrimonio restituenda sit marito, aut illi qui eam tradidit Sanchez c 17.nu.26.& alii per eum, quibus addo Bonacin.de Contr.disp.3. qu. 8. p.vlt.§.1.n.17.Quod idem dicendum est de iis quæ pertinent ad vxorem vt dos, vestes quotidianæ, & alia ipsi tradita intuitu d. Vxoris, nam hęc non dicuntur bona mariti criminosi, & sic fiscus non succedit, sicut in aliis rebus mariti ita DD.comm.per Bonac.loc.cit.n.16.

27 An vero intelligatur tã de proprietate quã vsufructu. resp. cũ cõmuniori opinione quod sic,licet d.Bonac.loc.cit.& bene affirmet non esse improbabile,quod censeatur tantũ de proprietate,non vero de vsufructu ipso viuente nisi aliter a iure decernatur,& vsu receptũ sit.

28 Sexto non succedit in bonis ab hæredibus legitimo tempore,& cum bona fide præscripta; tempus legitimum est 40.annorũ: & bona fides est ignorantia delicti ipsius defuncti, vnde si nesciebat illũ fuisse delinquẽtẽ spacio quadraginta annorum, nã aliter non præscribitur vt bene notat Graff. dec.aur. lib.2.c.11.n. 12.& pacifice bona possedit, non succedit in bonis hęreditariis fiscus,sicuti ẽt quãdo est pęna non latæ sententię, sed comminatoria,quia obligatio,quę trãsmittitur ad hęredes est realis, non personalis,& in casu nostro non adest hęc obligatio,cũ fiscus nõ habeat actionẽ aliq̃ in bonis ante cõdemnationẽ.ita Alf.a Cast.l.2 de potest.leg.pęn.1.2.& Bonac.d. §. 2.nu.23.

29 Addit tamen Lessius lib.5.c.7.in fine cum Couarruia quod in cęteris delictis præter hęresim hęredes possunt pręscribere bona delinquentis etiã cũ mala fide hoc est etiã q̃ nouerint testatorẽ fuisse criminosũ dũmodo sit

lapsus terminus quadraginta annorum; quod valde fauorabile est dd. hæredibus.

30 Sed quæres vtrum in bonis hæreditariis hæredis delinquentis quãdo d. hęres repudiauit hęreditatem in fraudem fisci d. fiscus succedat? & respõdeo negatiue, nam d. hæres potest valide & licite hoc facere, cum non teneatur acquirere bona in commodum fisci; hoc tamen limita in duobus casibus, primo quando tacite acceptauit d. hæreditatem; & secundo si debitor sit fisci, nam peccaret non acceptando, cum non posset soluere, nisi hæreditatem acceptet, tunc enim tenetur ex iustitia d. pænam soluere, & sic fiscus succedit in dd. bonis. ita Vasquez 1. 2. disput. 172. capit. 3. numer. 19. Bonacin. d. part. vlt. §. 2. num. 8.

31 Et nota quod d. hæres non potest cedere hereditatem, quia ad hoc vt cedat oportet primo quod acceptet & postmodum cedat, nam cedere quis non potest quod suum non est, vnde sic acceptando cadit statim de iure suo, & consequenter non habet amplius ius cedendi, cum non sit amplius sua; ita Sanchez in summa titul. secundo capitulo 14. num. 54. & Bass. in flor. tot. Theol. V. fiscus num. 4.

32 Secundo quæres vtrum pecunia mutuata delinquenti ante criminis condemnationẽ pertineat ad fiscum? & respondeo negatiue quando fuerit data ad subleuandam eius inopiam, vel versa fuerit in necessitatibus suę familiæ, prout etiam si frumentum, vinum & huiusmodi essent mutuata, nam hæc omnia debent a fisco creditori restitui, vt per Doctores supracitatos.

33 Tertio quæres Vtrum pecuniæ debita ob venditionem factam a delinquente ante criminis condemnationem vt v. g. si criminosus occulte d. condemnationem vendiderit aliquid, an fiscus debeat emptori pecuniã restituere & respondeo quod si pretium ab emptore solutum, vel aliud loco pretii reperitur in bonis delinquentis, debet restitui emptori, alias secus quia res est vendita ea conditione, vt possit rescindi venditio a fisco ita Azzor. vbi supra quæsit. vlt. Molin. disputatione 95, & *Bonac.* §. quarto numero secundo.

34 Quarto quæres an possit fiscus post mortem delinquentis cognoscere de delicto ad effectum publicandi bona? & respondeo affirmatiue per gloss. & DD. commun. in l. 3. §. quod autem ff. quod quisque iur. Couarr. in epit. par. 2. cap. 6. §. 8. num. 6. qui testatur de communi, & est textus in ca. accusatus §. pen. De hæret. in 6. & in c. 2. de præscript. in 6 Et ratio est quia fiscus semper retinet ius contra reum in iis, quæ deliquit contra Iustitiam ad effectum illa puniendi saltem ob bonum commune, & ad euitanda mala, quæ ratione scandali euenire possunt.

35 Quinto quæres. An si fiscus non satisfaciat creditoribus, prout est obligatus, eo quod succedat in onera, sicut succedit in iura; teneatur delinquens satisfacere in foro consciẽtiæ, si aliunde bona acquirat; & respondeo negatiue, quia tota obligatio transfertur in fiscum, & ipse liberatur ab omni obligatione, modo rursus non teneat d. bona, vel non sint sufficientia debitæ solution; ita Vasquez. Sanchez, & citati per *Bonacin.* d. §. 4. numero 3.

36 Hic nota quod publicatis bonis prius satisfaciendi sunt Creditores, & pars læsa quam fiscus, quia videntur prioris conditionis, vnde fiscus debet satisfacere debitis contractis a criminoso ante delictum, quia bona alicuius ea dicuntur, quæ remanent deducto ære alieno, quod si non omnia bona publicentur, sed tantum in partem, fiscus tenetur satisfacere creditoribus ad ratam illius partis. ita Emm. Sa V. fiscus n. 3. Sanch. lib. 2. c. 22. n. 7. Bass. d. V. fiscus n. 5. & Gasparin. Pater meus de Conf. bon. concl. 13.

37 Septimo quæritur an Reus teneatur ante declaratoriam vltro restituere sua bona fisco post commissam pænam confiscationis bonorum? & respondeo negatiue, immo neque ante actualem executionem vt de mag. s cõmuni, & probabiliori testatur Farinaccius de hæres. q. 190 per totam. Vide quæ de his latissime tractant Sanchez in Decal. c. 22. libr. 2. Suarez de fide disput. 22. sect. 3. & 4. & Valerius de differ. vtr. fori. V. pæna. Differ. 20. & 21.

38 Aduerte tamen quod peccaret mortaliter si post declaratoriam interrogatus de bonis, inficiaretur, vel ea occultaret Molin. tom. primo disput. 66. Sanchez vbi supra num. 8. Azzor. tom. 1. lib. 5. c. 7. qu. 5. & tom. 3. lib. 4. cap. 4. qu.

14 qu. 9. Sed ante declaratoriam etiamsi crimen inficiatus euaderet, non teneretur ad restitutionem secundum probabiliorem, de qua testantur Sanchez loco citato num. 22. Bonac. de restitut. disp. 3. quæst. 8. p. vlt. §. 3. num. 6. & nouissime Thesaur. De pæn. ecclesiast. part. 1 cap. 36. & ratio est quia executio pænæ, & iustitiæ pertinet ad iudicem, & non ad Reum iuxta S. Thom. 2. 2. qu. 62. artic. 3. & Caiet. ibi Henriquez de excom. c. 56. §. 2. in gl. pen. cum alijs per Valer. de dif. vtr. for. d. V. pæna diff. 20. num. 3. vers. est itaque, tum quia pæna dicit pati, & non agere, & ideo satis est reo eam penam, & spoliationem pati cum a Iudice exequitur; est text. in c. fine. 33. q. 2. & gl. verb. separari in cap. porro; & alia in capit. fin. de adult.

39 Sed quid dicendum si ante declaratoriam sed post commissum delictum bona alienauerit? Et Respondeo quod si alienauit d. bona titulo lucratiuo, tenet alienatio, & non peccauit, si autem titulo oneroso peccauit contra iustitiam per se loquendo non respectu fisci, sed respectu illius qui dd. bona accepit, nam ei intulit periculum ammittendi rem, & pretium; ideo in hoc casu tenetur in conscientia certiorare emptorem secreto de casu commisso, alias peccaret mortaliter decipiendo illum cum graui damno eius, quod tamen secus esset, si crimen esset ita occultum, quod non posset probari in iudicio, tunc enim nullum esset peccatum, quia nullum generatur periculum accipientibus ita Suarez d. sect. 4. num. 4. Sanchez lib. 2. ca. 22. num. 18. Farinac. vbi supra num. 82. Thesaur. De pæn. Eccles. parte prima cap. 36. in fine Io. Valer. de diff. vtr. for. V. pena differ. 20. n. 3. vers. est itaque.

40 Iterum quæres vtrum alienatio facta a reo in fraudem fisci teneat, & licite possit fieri? & respondeo tenere, & licite, quia nullo iure constat non posse alienare, & nullum crimen inducit priuationem dominii ante condemnationem, & hoc intellige nisi essent propter aliud fisco obligata; ita docet Nauarr. in cap. accepta oppos. 7. num. 16. Simanch. De Catol. Instit. c. 9. num. 184. Couarr. in 4. 2. p. c. 6. § 8. n. 10. Lop. in instr. Conf. p. 1. cap. 112. concl. 4. Hieron. Paul. in prin. canc. posit. post Pr. Rebuff. pag. 603. vers. bona quæ Henriq. tit. de excom. n. c. 56. §. 3. in fine & de magis recepta opinione testatur Rodriq. V. Simonia c. 16. concl. 6. §. 9.

Immo nec post sententiam tenetur reus in conscientia ex se bona tradere fisco, nisi in sententia exprimatur. Simanch. d. c. 9. num. 249. Vide Bass. Flor. tot. Theol. V. fiscus numero quarto.

Hinc dicitur posse licite a Reo occultari bona, si sine scandalo facere potest, ante condemnationem Valer. de diff. Vtr. tor. V. pæna diff. 20. numero secundo cum alijs per eum.

Item posse licite donare etiam in fraudem fisci, antequam sententia feratur quamuis, si fiscus probare posset d. alienationem factam metu pænæ, posset reuocare per text. in l. ex iudiciorum ff. de accusat. Alfons. a Castro lib. secundo de pot. leg. pænal. corol. 2. Comitol. lib. 3. resp. moral. quæst. 40. numero 2. & 4. cum alijs per Ioan. Valer. de differ. vtr. for. d. V. pæna. differ. 21. per totum.

41 Postremo aduerte quod Iudex sæcularis nõ potest impedire compositionem quæ fieri debet per ecclesiasticum, vel remittere confiscationem in præiudicium eius, cum Iudicis sæcularis sit augere, & non minuere ius ecclesiasticorum. ita Capella Tholos. cum alijs per Guazzinum Patrem meum concl. 22. numero. 29.

42 Modo videnda sunt aliqua magis particularia circa crimen Hæresis, quod cum sit grauius cæteris, maiorem etiam, quam cætera, indaginem requirit, & Primo quod omnia bona hæreticorum sunt ipso iure fisco addicata per text. in c. cum secundum legis De hæret. in 6. quod adeo verum est, vt neq; filiis aliquid reseruetur, nec legitima nec alimenta, sicuti et in Crimine lęsę maiestatis, & hoc propter criminis atrocitatem, vt homines magis ab huiusmodi crimine arceantur, vnde ob bonum commune sic expedit fieri. ita Peregrin. de iure fisc. lib. 5. num. 34. ad fin. Sanchez in Sum c. 16. num. 25. seqq. qui & alios allegat Direct. de inquisit. par. 3. qu. 109. & schol. 151. Gomez Var. tom. 3. c. 14. Zanch. De hæret. c. 5. Alfõs. de Castr. lib. 12. De Iust. hæret. pun. c. 5. Bruno libr. 5. de hæret. cap. 6. Guazzinus Pater meus de Conf. bon. concl. 15. ampliat. 69 cum aliis per eum.

43 Notat tamen Bonacin. de Contr. disp. 3. q 8. punct. vlt. §. 1. n. 25. quod non per hoc prohibe-

hibetur, quod filij in conscientia possint aliquid pro dd. alimentis occultare, licet Sanchez d.c.16.num.17.cum aliis dicat non posse nisi in extrema necessitate, in qua sunt omnia communia.

44 Secundo quod dos vxoris, quæ scienter nupsit marito hæretico, in pænam sui delicti cum bonis mariti etiam illa publicatur, quando publicanda erunt bona d. mariti ob delictum hęresis: nisi forte dos ei tradita fuerit cum onere, vt soluto matrimonio alteri acquiratur, tunc enim publicaretur tantum Vsusfructus durante d. matrimonio, cum fructus dotis pertineat ad fiscum, vt successor in bona loco vxoris cap. decreuit De hæret. in 6. Simanc. in Cathol. instit. tit. 9. n. 61. Vasquez in

45 opuscul. de testam. c. 9. §. 4. dub. 2. nu. 113. † Quod idem dicendum est quãdo publicantur bona Vxoris propter delictum hæresis, nam publicatur etiam dos, licet Vsusfructus remaneat apud maritum, quoadusque vixerit nisi a Iure decernatur, & vsu receptum sit. ita *Bonacin.* contra Sanch. de Contract. disp. 3. q. 8. punct. vlt. §. 2. n. 17. vers. sed contrarium licet testetur quod opinio contraria Sanch. sit communior tamen hanc etiam dicit esse probabilem.

46 Sed quid dicendum est de quarta, aut media dotis, quæ de iure municipali competit tã viro quam vxori? & Respondeo quod licet ex consuetudine in his criminibus possit confiscari, attamen miserationis gratia; & ne alter coniugum inopia laborare cogatur, solet relinqui. ita Guazzin. meus de Conf. bon. concl. 13. limit. 20. n. 5. quod puto relinquendum esse arbitrio Iudicis probi, qui spectata persona, & delicto sic resoluere debet.

47 An vero bona paraphrenalia sint publicanda quando scilicet sic scienter contraxerit mulier cum hæretico. & Respondeo negatiue nam in d. c. decreuit. de hæret. in 6. solum loquitur de dote, & pænæ restringendę sunt, vnde nec bona mariti cum hæretica contrahentis confiscari debent quia d. c. decreuit loquitur tantum de fæminis ita Santarell. De hæretic. c. 19. d. 3. num. 14. Zechias tom. primo tit. de fide c. 11. num. 16. & alii per Antonio Dian. part. quarta tract. octauo resolution. 62.

48 Tertio quod bona primo genitorũ propter idem crimen hæresis, & læsæ maiestatis publicantur a fisco tam quoad dominium, quã quoad Vsufructum, & hoc in odium dd. criminum, & ob bonum commune vt supradictum est adhoc vt homines retrahantur ab illis. ita docet Azzor. p. 1. lib. 8. c. 12. qu. 13. ad finem col. 965. qui testatur hoc esse magis vsu receptum; quod etiam sequitur Sanch. vbi supra n. 37. cum Molin. tract. 3. De Iustit. dis. 657. & Bonacin. loco cit. n. 20. vers. excipitur tamen crimen hæresis, sed Dian. cum aliis per eum allegatis p. 4. tract. 8. resol. 60. negat hoc procedere quando Primogenitura instituta est non solum ex propriis bonis, sed etiam ex bonis a Principe donatis, tunc enim non censentur dd. bona primogenitorum publicata cum propria bona delinquentis vocari non possint, sed potius Principis, qui & concessit ob conseruationem familiæ.

49 Sed quid dicendum est de Feudis? & respondeo quod ista non transeunt ad fiscum, sed ad Dominum catholicum redeunt ita ex textu in cap. excommunicamus §. moneantur de hæret. & notat Simanc. de Cath. Institut. tit. 9. num. 120.

50 Emphiteusis vero vendicatur a fisco, & potest ad eum peruenire etiam quod sit Ecclesiasticum: sed datur optio ecclesiæ, vt intra biennium deliberet an velit habere fiscum in emphiteutam, aut vero suam rem recuperare, & sic recuperando acquirit etiam omnia melioramenta facta ab hæretico, antequam inciderit in d. hæresim; ob quam condemnatus est; sicuti etiam quando d. Emphiteusis est alicuius particularis, licet, vt diximus, cedat fisco, tamen ius integrum seruatur ei, qui directum dominium habet. ita Azzor. institut. mor. lib. 8. cap. 12. quæsit. 11. parte prima col. mihi 964.

51 Aduertendum tamen est quod bona ecclesiæ qualia sunt predia, domus, & similia non debent publicari cum bonis hæretici, sed restitui debent ecclesiæ cuius sunt Clement. primo de hæretic. Direct. Inquis. parte 3. qu.

52 112. & ibi Coment. 161. vbi alios allegat † Sicuti etiam Vsusfructus beneficiorum Clerici ad Cameram Apostolicam pertinent Azzor. d. cap. 12. quæs. 14. circa finem qui, & addit quod supelectiles Religiosi S. Francisci condemnati ob hæresim vt sunt libri, non debent deferri monasterio sed publicari cum dominium horum bonorum nequaquam

perti-

pertineat ad Monasterium vide Sebast Guazzin.conclus.21.n.32.de Confisc.

53 Sexto quod bona Hereticorum extra loca subiecta administrationi ciuili S.Rom. Ecclesiæ pertinent fisco Principum sæcularium,nisi sint bona Clericorum quæ aplicantur illi ecclesiæ a quibus d.Clericus stipendia accepit vt dicit text.in c.excommunicamus §.damnati de hæretic. In locis vero subiectis Ecc. Romanę fisco Pontificis deferuntur. ita de consuetudine ordinaria notant Azzor.d.p.1.lib.8.c.12. quęs.14.Filliucc.tr.22.n.230.Bonac. vbi supra §.1.num 21.vers.addo De priuilegio autem,& de consuetudine particulari aliter practicatur in multis locis quod & obseruandum est vt notat Guazzinus Pater meus de Confisc.bonorum concl.21.a n.20.

54 Septimo quod & post mortem potest puniri hæreticus & eius bona publicari,quod peculiare est huius delicti quod morte delinquētis non extinquatur l.defuncto ff.de publ.iud. Sanctar. de hæres. cap.27. dub.1.num.12.cum alijs per. Dian. resolut.mor. part.2. tract.7. resolut.28. & ibi notat modum, tempus, & circumstantias,quibus d.hæreticus defunctus condemnari debet; quibus addo Patrem meum conclus. 13. ampl.69. numer. 2. cum Gomez cap.1. num.80. vers. primus casus & alijs

55 Octauo quod bona alienata ab hæreticis post diem commissi criminis confiscantur, quia ex tunc illorum desijt esse Dominus, nisi alienauerit pro rebus necessarijs vt supra dictum est. Quemad.qq fisc.quęst.76.num.6. cum alijs per Dian d.p.4 tract.8.resol.92. vide infra nu. 60.

56 Sed aduerte quod si dicta bona fuerunt alienata per contractum onerosum, vt est emptio non tenetur restituere pretium, licet talia bona per millem manus transierint, quia emptio rei alienæ bona fide facta non potest preiudicare vero Domino habenti hipothecā ad illam ita Scacc.de Iud.li.1.c.98.quem refert & sequitur Ascanius Noctin. in summ. verb. hæreticorum penæ n.6.

57 Item aduerte quod si quis bona fide fundū ab hæretico emisset danda sunt ei a fisco melioramenta, & si sciebat esse hæreticum, solum melioramenta necessaria; & si est aliquid integrum Pretij inter bona Hæretici, vel in ius vtilitatem concessi, emptori restituendum est ita Rois sing.18. num.3. Gers.de melior. c.6. num.20.cum aliis per Antonin.Dian.d.p.4. tr.8.res.92.

58 Debita vero contracta ab hæretico ante hæresim tenetur fiscus soluere pro rata parte iuxta Confiscationem,nec, si non facit inuentarium, tenetur vltra vires dd.bonorum & fisco incumbit probare, quando debita fuerunt contracta ante,vel post delictum, & transacta obligatione in fiscum post facta Publicationem, Deliquens amplius non tenetur ad dd.debita persoluenda,nisi bona,nō sufficerent,& ipse postea alia acquireret, vel aliter,esset magis obligatus ita DD.per Diana d.p.4.tr.8.res.59. qui etiam in res.56. notat de modo faciendi sequestrationem dd. bonorum in limine processus.

59 Nono quod bona filiorum hęreticorum, tam Castrensia, quam quasi Castrensia, profectitia, & aduentitia, sed hæc vltima tantum quoad vsumfructum pertinent ad Patrem,& non confiscantur,vt de probabili opinione testatur cum Sanctar. d. cap. 18. dub. 1.num.1. & aliis Dian. d. tractat.8. resol.61.

60 Decimo quod gesta a delinquente hæretico ante declaratoriam sunt valida in foro conscientiæ, sicut & de aliis delinquentibus dicitur,licet in foro exteriori irritentur a die commissi delicti,quod a simili dicitur de excommunicato ob non solutionem pensionis,qui licet de stilo curiæ censeatur excommunicatus & retrorrahatur pęna de stilo curiæ ad tempus termini dati ad soluendum, in foro tamen conscientiæ non est excommunicatus, nisi a die declarationis quia talis fictio in foro animæ non attenditur vt notant Henriquez in summ.tit. de excomm. c. 19.§.2.litt.l.quem sequitur Io:valer.de diff. vtr.for.v.pæn.diff.5.n.2.& dixi supra n.55.

61 Sed quęres vtrum Iudices ecclesiastici possint in crimine hęresis minorum pęnam imponere quando bona de iure confiscari debent? & respondeo negatiue, nisi quando hæreticus esset paratus corrigi, vel esset tantum suspectus, & non formaliter hęreticus, & hoc ex permissione iuris, vide text.in cap.cum secundum leges de hęret.in 6.Val.de diff.vtr.for.pęna diff.3.n.2. qui dicit quod si pęnitet, & petit veniam sed, postq. est in carceribus,fit gratia de bona vita

bona

bona confiscantur, si vero hoc facit ante carcerationem tūc etiam de bonis fit misericordia, sed de hoc vide Dian.p.4.tr.8.ref.79.qui dicit quod post condemnationem non potest fieri a dd.iudicibus gratia confiscationis, nisi inquisitus rediret infra tempus gratiæ vide etiam Zachia de hæretic.c.25.n.3. & alios allegatos a Guazzino Patre meo d. concl.25. n.26.seq.

62 Aduerte tamen quod fiscus, seu alius, cui bona aplicantur per pænam priuationis ipso facto, non potest per se ante declaratoriam occupare dicta bona, quia non efficitur Dominus nisi post d. declarationem; ita de communi Clau.reg.lib.3.c.9.n.30.col.1.in fine Innoc.in c.fin.de heret.Sanch.Decal.lib.2.c.22.n.14.seqq.Farinacc.quæst.190.§.1.n.5.qui & & alios allegat, & nouissime P. Thesaur.De pæn.Eccl.p.1.c.7.n.2.

63 Item aduerte quod fiscus non est proprie heres nec representat personam defuncti, sed tātum habetur pro hærede in casibus specialiter a iure dispositis, & ratio quia succedit viuenti, & viuens hæredem habere non potest l.inter eos §.fin.ff.de fideicomiss. Peregr. de iure fisci lib.5.tit.1.n.60. seq.

64 Item aduerte quod ea quæ ad hæredes extraneos non transeunt, nec in fiscum transire debent, vnde iura personalia non publicantur vt sunt ius eligendi, ius reuocandi donationis inter viuos, & similia, quia hæc personam nō transeunt. ita DD.per P.Elig.*Basseum* in flor. tot.Theol.v.fiscus n. 1. & dixi supra in princ. capit.n.19.

65 Postremo aduertant iudices pro defensione eorum conscientiæ, quod fiscus de bonis confiscatis homicidæ tenetur soluere operas, quas occisus poterat lucrari toto tempore vitæ suæ, sicuti teneretur d. homicida si damnatus non esset in d. penam publicationis bonorum, sed hoc male obseruatur a Iudicibus, & Thesaurariis, ideo aduertant, nam aliter de propriis bonis tenentur satisfacere in conscientia, ut exclamat Io: Valer. de diff. utr. for. V. peccatum diff. V. peccatum diff.28. cum Bertan.consl.217.n.8.& Iul.Clar.§. homicidium nu.18.

C A P. L.

De penis capitalibus et an liceat publica auctho ritate occidere hominem.

S V M M A R I V M.

1 *Quid veniat nomine penę.*

2 *Quotuplex sit pena.*

3 *Pena legalis est strictioris interpretationis. quam iudicialis, & conuentionalis.*

4 *Pena conuentionalis numquam debetur, nisi post iudicis sententiam.*

5 *An sit licitum occiddere hominem publica auctoritate.*

6 *Quę conditiones necessaria sint ad suprad. penam mortis, & n.7.& 10.*

8 *Iusta causa semper præsumitur in iudice.*

9 *An notorietas delicti sit sufficiens ad excusandum iudicem.*

10 *Ecclesiasticis est prohibita pena mortis.*

11 *Papa potest per se, & per alios condemnare pena capitis.*

12 *Quid dicendum sit de Episcopis, & quomodo se gerere debeant in talibus casibus. & num.13.*

14 *Quod peccatum committant Clerici se immiscentes in dictis penis capitalibus, & num.15.*

16 *Quæ aduertenda sint circa ocisionem bannitorum.*

17 *An necessaria sit licentia dominorum locorum ad occidendos bannitos.*

18 *An sit licitum bannitis se ipsos ad inuicem occidere [illegible] proditoriè.*

19 *An possit occidi Pater, vxor, & similes banniti.*

20 *An diffidatus possit occidi.*

21 *Quę aduertere debeant iudices in concedendis talibus occisionibus.*

22 *Quod peccatum committant iudices concedentes dictas occisiones extra casus graues.*

23 *An possint concedere dictas ocisiones extra proprium territorium.*

24 *Quomodo possint ecclesiastici penas corporales exercere.*

25 *An liceat priuata auctoritate verberare furem.*

26 *An liceat carcerare eadem auctoritate furem.*
27 *An liceat ad defensionem vitæ alium occidere, & n.28. & 29. & 30.*
31 *An liceat occidere Tyrannum.*
32 *Qui sit Tyrannus.*
33 *An liceat occidere alium ad defensionem sui honoris.*
34 *An ad defensionem suarum rerum.*
35 *An liceat occidere iniustum inuasorem proximi.*
36 *An debeat quis exponere propriam vitam pro salute proximi, & n.37.38. & 39.*
40 *In defectum iudicis quomodo sibi iustitiam contra furem possit quis vindicare.*
41 *Occidens inuasorem extra moderamen an teneatur ad restitutionem.*

1 PRæmittendum est quod nomine penæ iuridice, & non theologicè loquendo, venit regulariter solum pæna corporalis, & hoc stricte, & proprie; large tamen sumitur etiam pro omni quod minuit de patrimonio vt notat Silu.v.pæna nu.1.& Bassæus eo n.1.

2 Et hæc duplex est secundum se; & ex parte causæ pænam inferentis; secundum se in genere triplex est, alia est spiritualis vt est increpatio, & Censura Ecclesiastica, alia corporalis vt est pæna verberum, seruitutis, publicationis bonorum, exilij, deportationis, obtruncationis, & mortis; & alia pecuniaria, quæ aliquando infertur ad punitionem criminis, & aliquando ad satisfactionem damni illati ex parte vero causæ vna est legalis, quæ .s. lege decernitur; vna Iudicialis quæ .s. in particulari causa Iudex imperat; & alia conuentionalis quæ scilicet inter partes constituitur vide Silnest.d.v.pæna q.2. Fillucc. tr.21. cap.11. nu. 421. & Bass. loco citato.

3 Et nota quod inter has pænas hæc est differentia, quod legalis est strictioris interpretationis, quam iudicialis, et conuentionalis, ideo strictiori modo est etiam a iudice seruanda, nec potest ab illo interpretari, vt notant Sanchez lib.4.moral.c.22.num.5.& Paul. Laym. theol.mor.li.3.sect.5.tract.4.c.16.nu.12.

4 Item nota quod pæna conuentionalis numquam debetur, nisi post Iudicis sententiam, quia intentio constituentium dd. pænas ea esse iudicandum, nisi aliud verbis exprimatur, vt .s. per tales pænas compelli possint ad fidē seruandam, & solum teneantur ad eas secuta condemnatione; ita Nauarr. cap.23. num.67. Gutier. qq. can. lib. 2. cap. 20. num.13. Sanchez de matr. lib.1. disp.37. nu.4. Bass. v. pæna n. vlt.

De alijs vero pęnis vide quę supradiximus in c. 1. huius defens. quibus adde ea, quę refert contra Sotum, & Molinam P. *Bass.* d. v. pæna n.7.

5 His præmissis ad meliorem intelligentiam eorum quæ dicenda sunt, sit Conclusio, quod licitum est occidere hominem publica authoritate quando scilicet delictum tanta pæna dignum est, bonumque commune id postulet, quia sicut se habent membra ad totum corpus, ita partes Reipublicæ ad totam rempublicam, vnde sicut potest abscindi membrum putridum, vt saluetur reliquum corporis, ita occidere hominem, ne corruptis moribus ipsius totum corpus maculetur; est doctrina D. Thomę in 2.2.q.64.art.2. quam sequuntur Theologi omnes, & canonistæ vide D. Antonin. in p.2.tit.7.c.8.§.1. vers. quoniam ad secundum Molinam, Turrianum, Fillucium & alios per Bonacin. de restit. disp. 2. q. vlt. p.2. n.1.

6 Aduerte tamen hanc conclusionem habere tres declarationes ad effectum saluandi conscientias a peccato mortali. primo quod fiat amore Iustitiæ, non liuore vindictæ, vel alio malo animo ita DD. ex c. cum minister. 23. q. 5. quia tunc a fine malo malus redditur actus Silu.v. homicidium 1. q.2. Sot. lib.3. de iust. q.4. art.1. P. Nauarr. de restitut. lib.2. c.3. nu. 222. & seqq.

7 Secundo quod fiat seruato iuris ordine vt alibi a nobis dictum est, & denuo dicendum erit vnde qui veleno, vel aliter secreto de mādato etiam Principis occideret Reum non citatum, nec damnatum, etiamsi si essent Rei lesę maiestatis, grauiter peccaret; ratio est quia Iuris ordo pertinet ad ius naturale, quando quidem enim natura actus publici exigit, vt, sicut ex publica auctoritate, ita publica scientia, fit, alioquin causæ nec inter se, nec cum suo effectum erunt commensuratæ ita Reginald. lib.21. nu.12. & DD. a me citati supra cap. 23. vbi de hac materia latius tractaui.

8 Si vero d. ordo esset ex iusta causa omnissus, & ita a Principe supremo positas, nullum

foret

foret peccatum, directio enim illa cessat iuxta interueniente causa, quæ semper præsumitur in iudice, donec non constet in contrariũ; debet tamen illi, qui debet occidere, constare de iustitia; ita Couarr. in epit. 4. decret. part. 2. cap. 6. §. 9. nu. 9. Nauarr. cap. 25. n. 9. Sot. lib. 5. de Iust. q. 3. art. 3. & Reginald. d. lib. 21. n. 12. vers. attamen.

9 Sed quæres vtrum notorietas delicti sit sufficiens ad excusandum sine alia causa, & respondeo quod in Iudice supremo sufficit, & ratio est, quia licet d. Iudex non debeat pręter mittere ordinem iuris naturalis, quod s. ex priuata sciẽtia non puniat tali pęna, attamen non tenetur obseruare ordinem iuris humani, sicut alii Iudices inferiores; vnde absque citatione, & ordine iudiciario, sed cum notorietate, & certitudine delicti potest condemnare arg. c. euidentia de Accusat: Nau. d. n. 9. Caietan. in summula verb. homicidium & Reginald. in Prax. for. pęn. d. n. 12.

10 Tertio quod non sit persona Ecclesiastica, nam de iure Canonico est eis prohibita hæc pęna quantumcumque authoritate fuit c. clericis & c. sententia ne Clar. vel. mon. docet S. Thom. 2. 2. q. 64. art. 4. & cum eo Doctores communiter.

11 Aduerte tamen quod cum hęc prohibitio sit de iure positiuo, non autem diuino, vt probat Molin. tom. 3. de iust. disp. 8. n. 1 ideo Papa non ligatur tali pręcepto, & sic remoto scandalo, & iusta causa oblata potest non solum per se ipsum, sed etiam per alios etiam Clericos condemnare pęna capitis, ita Sot. d. art. 4. ad Clem. si furiosus de homicid. part. 2. §. 5. n. 1. cum alijs per Reginald. lib. 21. n. 13. & DD. communiter.

12 Sed quid dicendum sit de Episcopis, & cęteris Prælatis ordinariam iurisdictionem habentibus, vel de clericis, qui iurisdictionem temporalem habent, siue ex suo patrimonio, siue ratione dignitatis Ecclesiasticę? & respõdeo quod possunt, sed per Iudices inferiores ab eis assignatos pro talibus causis, quę mortem, mutilationem, vel pęnam sanguinis męrentur, nam licet eis sit prohibitum tales causas exercere, non tamen prohibetur, potestates Laicas, & Iudices non posse pręfigere, qui huiusmodi pęnas executioni mandent. ita ex c. fin. Ne Cler. vel mon. in 6. & Panorm. ad c. clericis eo. tit. S. Thom. 2. 2. q. 64. art. 4. ad 3. & DD. per *Bonacin.* vbi supra punct. 4. nu. 4.

13 Aduertant tamen, vt alibi dictum est, nihil dicant, aut faciant, quo moueant dd. iudices ad executionem dd. pænarum, vel præsentiam exhibeant, sed tantum causas vel causam committant. ita DD. comm. ex c. ex litteris de excess. Prælat.

14 Item quæres quodnam peccatum committant Clerici immiscentes se in dd. pænis Capitalibus? & respondeo si sunt in sacris peccant mortaliter, nam de iure Canonico priuantur honoribus, & per Censuras ecclesiasticas dicunt esse compescendos, vnde cum pæna est grauis, grauis etiam censetur culpa. ita Sot. d. lib. 5. q. 1. art. 4. cum alijs per Reginald. d. n. 13. vers. atque si quis.

15 Reliqui vero Clerici si sunt in minoribus tantum peccant venialiter; licet si beneficiati sint valde dubitari possit tamquam Deo, & ecclesiæ nimis iniuriosa, nam constituuntur inepti ad sacrum ministerium, pro quo habent *Beneficium*, & hoc ratione Irregularitatis in quam incidunt. ita Sot. & Reginald. vbi supra Tanner. tom. 3. disp. 4. q. 8. n. 44. Tolet. in summ. lib. 5. c. 6. num. 17. Io: Valer. de differ. vtr. for. v. homicidium differ. 5. Thesaur. de pæn. Ecclesiast. part. 1. cap. 39. in fine.

16 Modo aduertenda sunt aliqua circa occisionem *Bannitorum*, quæ publica authoritate fit, & per se est licita, quia tales occidentes videntur constituti a principe in hoc casu tamquam Commmissarii ad effectum exercendi iustitiam vt dicit Azzor. tom. 2. lib. 5. c. 10. ad fin. Filliuc. tract. 29. n. 26. P. *Ballæus* v. *Bannitus* nu. vlt. & præsertim quinque sunt adnotanda.

17 Primo vt a Principe supremo; vel a lege concedatur licentia occidendi & sic lata pæna capitis nec per hoc perturbetur Iurisdictio alterius Principis sed fiat consentiente Domino illius Regionis tacite vel expresse ex. l. fin. ff. de iurisd. & est communis Doctorum sententia vt per Azzor. tom. 3. lib. 2. c. 2. q. 3. Filliucc. tr. 29. nu. 24. Emm. Sa. verb. homicidium nu. 10. Siluest. eo. q. 3. nu. 7. viu. comm opin. 776. n. 21. & 23. Thesaur. de pæn. Eccles. p. 1. c. 23. vers. aduertendum. Nisi sit crimen læsæ maiestatis, quando scilicet reus est in actu & exercitio rebellionis, vel est lata sentẽtia declaratoria *Banni*; tunc enim non est ne-

ces-

cessatia alia licentia, nam in his casibus de iure conceditur occisio Farinac. consl. crim. 113. n. 2. & q. 103. n. 13. Iul. Clar. §. læsæ maiestatis crimen. vers. Penæ. Thesaur. verb. maiestatis p. 2. c. 2. n. 5. vers. circa tertiam, & S. Antonin. & alij relati a Nald in summa v. Bannitus nu. 11. in fine Dian. p. 5. tr. 4. res. 24.

18 Secundo ne interficiatur ex odio, vel alio malo animo, sed tantum ex zelo Iustitiæ vt supra dictum est, nam tunc esset iudicandum potius priuata, quam publica anthoritate factum, & ex malo fine malus censetur actus, a fine enim iudicantur actiones; peccaret tamen contra Charitatem non contra iustitiam quia faceret lege permittente; Nald. d. v. Bannitus n. 11. circa mediũ. vnde ablata ista vindicta possunt banniti seipsos inuicem, & proditorie occidere attento præmio proposito a principe quia hoc fit publica auctoritate DD. per Bonac. vbi supra punct. 2. num. 3. & Dian. vbi supra resol. 25.

19 Tertio quod ille qui occidendus est non sit Pater, vxor, vel similes, qui Bannitum alere tenentur, adest enim valde naturalis horror contra istos insæuire, & in foro etiam exteriori non videtur committi filiis, & viris insurgere contra parentes, & vxorem, sicut nec in seipsum, nisi essent actualiter Reipublicæ hostes, ita Egid. Bass. verb. Bannitus n. 1. cum alijs per eum in margine allegatis Bonacin. vbi supra n. 4.

20 Quarto vt diffidatus non sit tolleratus iam ab aliquot annis, & sententia, per quam fuit diffidatus, sit iusta, quæ tunc erit talis, si causa propter quam lata est, sit grauis, & seruatus sit ordo Iuris, & reus non possit aliter nec alio modo puniri. Molin. tom. 3. tractat. 3. disp. 7. P. a Nauarr. lib. 2. de restit. cap. 3. num. 216. seq. Regin. lib. 21. c. 2. n. 18. Sot. lib. 5. q. 1. art. 3. Siluest. verb. Bannitus & Bass. eod. verb. nu. 1.

21 Sed aduertant in hoc iudices, ne faciles sint ad concedendas tales occisiones, & condemnandos reos in talibus pænis, quia valde damnosum est saluti animarum, cum plerumque dd. Banniti sic occisi decidant e vita sine sacramentis, & in peccato m; & sæpe etiam interficiuntur ex odio, vnde nisi ex magna causa, & grauissimo delicto, considerata etiam qualitate personę, non committatur, vt aduertunt Sot. d. lib. 5. q. 1. art. 3. Paul. Comit. lib. 4. resp. mor. q. 10. n. 8. P. a Nauarr. d. lib. 2. c. 3. n. 218. & 229. Menoch. de Arbitr. lib. 9. q. 90. n. 49. Azzor. p. 3. lib. 2. c. 2. q. 2. & Bonacin. d. p. 2. n. 3. vers. & re vera.

22 Immo tales Iudices concedentes d. facultatem contra alios, quam contra assassinos, publicos Latrones, & occultos malefactores, quorum damna dubitantur in futurum, peccant mortaliter, & ad restitutionem tenentur tãquam iniusti occisores. ita ex Rebellio p. 1. de oblig. Iust. lib. 3. q. 11. n. 4. notat Io: Val. de differ. Vtr. fori verb. homicidium differ. 4. num. 2.

23 Item aduertant ne concedant posse occidĩ Bannitos extra suum territorium, quia est quædam vsurpatio Iurisdictionis, & perturbatio dum Iustitiam exerceri imperant extra suos fines ita communis Theologorum opinio contra iurisperitos teste Graff. in p. 1. dec. aut. cap. 64. n. 57. Tolet. lib. 5. c. 6. n. 18. Filliuc. tract. 29. cap. 1. nu. 24. Azzor. tract. 3. lib. 2. c. 2. quæst. 3. Emm. Sa v. Bannitus num. 1. & Bass. in flor. tot. Theolog. v. Bannitus num. 3. nisi adsit licentia tacita vel expressa Domini illius territorij ita Doctores supracitati, & nos supra diximus n. 17.

24 Quæres modo vtrum sit peccatum iudicibus Ecclesiasticis alijs pænas corporalibus, quam pæna sanguinis, mutilationis, aut mortis non tantum ad emendationem ne s. de cætero peccent, quam ad punitionem & quod antea peccauerunt, punire? & respondeo negatiue, etiam si hoc facerent non tamquam iudices, sed tamquam superiores; in Republica enim, & in familia, quę (quasi respublica dicitur) necesse est, vt peccata puniãtur etiam in illo, qui iam emendatus est, & hoc ad aliorum exemplum, ne in talibus cadant excessibus. ita contra Sotum tenent P. Nau. in supracitato lib. secundo de restitut. c. 3. nu. 459. & Reginald. d. lib. 21. num. 22. Pænam vero sanguinis tunc possunt quando per Papam sunt dispensati vel habent temporalem Iurisdictionem, vt supra dictum est cui adde DD. relatos per Bonacin. de restitut. dispur. 2. quæst. vlt. part. 4. per totum.

25 Tandem sunt aliqua incidenter obseruanda circa hanc pænam occisionis, & verberationis, & primo an liceat priuata authoritate occidere mutilare, vel verberare furem &

 & re-

& respondeo quod de iure Canonico non solum in foro conscientiæ, sed etiam in foro fori non licet, nisi agatur pro defensione rerum & personæ, vt quando adest dictorum furum resistentia, ac insultatio cum armis, vel cum aliter non possum auferre, vel postmodum recuperare res meas, quia tunc est potius defensio, quam occisio, vnde aduerte quod pro recuperatione tantum bonorum, quando adest spes postmodum recuperandi vel in Iudicio vel extra non est licita d. occisio, seu verberatio facta priuata auctoritate, ita ex textu in c. 2. & c. suscepimus de homic. & docet D. Tho. 2.2. qu. 64. art. 7. ad secundum, & probat Couarr. in Clementin. si furiosus p. 3. §. vnico n. 6. quos sequitur Reginald. d. lib. 21. nu. 21. & nouissime aduertit Ioan. Valer. de different. vtr. for. V. homicidium diff. 1. n. 10. qui etiam n. 12. cum Io. Anan. in d. c. 2. de homic. addit quod in terris ecclesię nemo potest se excusare etiam Laicus cum in istis non sit seruandũ Ius ciuile, sed Canonicum etiam in foro ciuili.

26 Incarcerare autem, ligare, aut aliud huiusmodi facere priuata auctoritate vllo modo licet, quia huiusmodi actus sunt Superioritatis, quam vsurpando fit iniuria tum ei propter quam vsurpatur, tum Superiori eius, cuius erat ius; vt bene docet. Reginald. d. lib. 21. q. 3. n. 21. & 64. cum seqq.

27 Secundo quæres an liceat ad defensionem vitæ alium occidere, licet alio modo possit se tueri saltem non ob vindictam, sed ob iustitiam, & ad Correctionem aliorum, & respondeo negatiue; nemo enim priuate potest exercere iustitiam, cum non sit iustitia, quæ priuatim vsurpatur a Iure; & ideo dico, quod nisi sit ob propriam defensionem (quæ tunc esse dicitur quando alibi vitam suam defendere quis non potest) non est licitum occidere, ita ex glossa in c. si perfodiat vers. sæcularibus. D. homicid. V. lunt vel Casuali Nauarr. d. lib. 2. c. 3. n. 251. Couarr. p 3. §. vnic. n. 3. Auila de censur. p. 5. tit. de irreg. disp. 9. sect. 3. dub 2 Graf. dec. aur. p. 1. lib. 2. c. 65. n. 7. Reg. vbi sup. n. 57 & Nald. in Summa Verb. Vita. n. 8. & 11.

28 Hinc nota quod occisio in foro conscientię tantum est licita per accidens, idest quando quis nequit se defendere nisi inuasorem occidendo; per se autem intendere seu absolute desiderare, vt inuadens moriatur, non potest licite, quia hoc non est necessarium ab sui defensionem ita Reginald. lib. 21. n. 56. vers. illud autem. in fine Zambell. in resolut. cas. cõs. V. homicidium n. 15.

29 Quæ omnia intellige, siue quis alium tentet occidere armis, siue veneno, opere vel verbo vt est falso testimonio, siue per se immediate, siue per alios; in his, & similibus numquam licet occidere, vel aliquo modo vexare alios nisi pro sua tantum defensione, & vt dictum est per accidens, quando scilicet aliter euadere non possit ita ex DD. supradictis pręsertim Reg. n. 17. vers. notandum est 2.

30 Sed quæres quid dicendum quando res est dubia? scilicet quando dubitatur mortem mihi iniustam parari, nec aliter possum me defendere, nisi occisione, vel simili. & respondeo quod in dubio non est licitum occidere, quia potest esse occisio innocentis, sed in hoc casu debeo admonere vt desistat, vel rationem reddat ad effectum auferendi meam suspicionem; & hoc potest maxime verificari in Iudicem iniuste vexantem carceratum: sed aduertas in hoc procedere cum maxima cautela quia maximi abusus oriri possunt. Vide tradita a Reg. n. 57. vers. circa quam. Idem dicendum est de eo qui minatur mortem quia minari mortem solis verbis non est occidere ita DD. per Dian. p 5. tract. 4. resol. 10.

31 Tertio an liceat occidere tyrannum? & respondeo duplicem esse tyrannum, vnum in modo, alterum in Dominio. In modo scilicet regendi, vel gubernandi est ille qui verus est Dominus, sed tyrannice regit omnia in propriam vtilitatem conuertens, & hunc non est licitum occidere priuata auctoritate, subditorum enim est obedire, & reuerentiam præstare, non autem iudicare, vel condemnare suos Dominos ita P. a Nauarr. lib 2. de restit. c. 3. a n. 306. Siluest. & alii summistæ in V. tyrannus qui etiam dicunt communiter de huiusmodi loqui Concilium Constantiense sess. 15. vbi dicitur hæresem esse existimare quod cuilibet liceat occidere Tyrannum. Vide Lessium quem refert, & sequitur Filhucc. tract. 29. c. 2. q. & post eum Bonacin. de rest. disp. 2 q. vlt. punct. 3. n. 2. Suarez De fid. lib. 6. c. 4. n. 2. Clau. Reg. lib. 7. c. 10. n. 5. & Dian. p. 5 tr. 4. resol 21.

32 Tyrannum vero in Dominio est ille, qui inique occupat Rempublicam, vel regnum vi armorum, vel alia iniusta ratione: & hunc

dum

dominio licite expelli potest, quia Dominus non est,& sic rei ei debetur honor, & reuerentia,immo hostis,& vsurpator dominij, quod iure ei non debetur,vnde potest merito vim vi repelle,& non solum subditis, sed & aliis in defensionem dd.subditorum. Sed hoc intellige in actu inuasionis tantum,sed non postea, nisi prius audiatur & iudicetur; Dian. part.5. tr.4.res.21.cum aliis per eum ita Caiet.& alii in 2.2. D.Thomæ q.64.Sot.lib.5.de iust.q.1 art.3. Reginald.d.lib.21.n.19.& Less. cum Filliuccio vbi supra, & Bonacina n.2. qui,& n.4.addit etiam si iurassent fidelitatem, quia non est seruandum Iuramentũ cum detrimẽto alterius.

33 Quarto an liceat occidere aliũ pro defensione sui honoris,vt si verbi gratia Iudex tentet infamare aliquem iniuste in Iudicio possit eum secreto occidere? & respondeo quod si aliter saluari non potest d.honor potest eum occidere non ex vindicta, vel odio, sed pro defensione,aduerte tamen,quod si possit alia via impediri,& remedium præstari, non potest vti huiusmodi occisione,quia, vt supradictum est,hæc tantum debet esse per accidens vt scilicet aliud remedium præberi non possit sed quomodo hæc in praxi tute possit vti, vide tradita a Reginald d.lib.21.n.65.vers.cæterum & a P.Diana par.5.tract.4.res.9.& 11 cum aliis per eum.

34 Intellige tamen supradicta procedere in rebus non modici valoris arbitrio prudentis viri attentis circumstantiis personæ temporis,& locorum vt notat Sot. in d.art. 8. quem sequitur Couarr. ad Clement.vnic. de homic. p.3.§.vnic.quibus addo Molin tr.3. disp. 16. n.6.Reginald.lib 21.n.63.in fine Less.Filliuc. loco cit.& alii communiter. Vide Dian. d.p. 5.tr.4.res.9.Vnde erit licitum occidere falsum testem euntem ad testificandum falsum cõtra aliquem vel Accusatorem,& similem ita dd.per Dian.p.5.tr.4.res.8. licet hoc non sit passim suadendum ita dicit idem Diana propter periculum fraudis.

35 Quarto an sit licitum defendere innocentem iniuste inuasum ab alio cum morte ipsius agressoris? & respondeo affirmatiue, immo grauiter peccaret,qui commode posset, & non faceret, vnde qui non reuelat proximo homicidium,quod scit esse committendum in persona ipsius,quando non posset alio modo eum liberare, peccat mortaliter, quia talis reuelatio, cum sit vitæ defensio, incumbit ex iure naturę, ac etiam diuino,cum dicat Deus, vnicuique cura est de proximo suo,quod procedit etiam in iis qui promisserunt seruare secretum,etiam Clericis, dummodo non sit in Confessione, & ipsi Clerici sciant profuturũ remedium reuelando, & non sit periculum, quod ille cui reuelatur, non ad defensionem, sed ad vindictam postea quærat occidere illum, qui dubitabitur velle occidere eum. Caiet.2.2.q.33.& in V. homicidium sub finem P. Nauarr. lib 2 de rest.c.3.n.419.seq. Molin.tom.4.de iust.tr.3.disp.18.n.. Reginald.d.lib.21.c.6.n.66.& seqq.& Diana p.5. tr.4. resol.19.& 20

36 Aduerte tamen quod nemo tenetur pro defensione vitæ, honoris, vel bonorum proximi exponere propriam vitam, honorem, & bona cum notabili suo detrimento, & iactura; & hoc arbitrio boni viri ex regula generali tradita a Nauarr.d.c.3.n.248.

37 Si vero agressus esset persona, cuius vita multum interest Reipublicę tunc tenetur sub mortali interficere agressorem si posset,quod idem dicendum est quando ex eius morte maximum detrimentum sequeretur familiæ, ita DD. citati ab Anton. Dian.p.5.tract.4.resol.14.

38 Et intellige non tantum de iis qui ex charitate tenẽtur sed etiam de iis qui ex Iustitia, vt sunt magistratus Prætores, Principes,& officiales,nam eorum officium non obligat eos vt vitam, & bona exponant pro bono priuato sed tantum pro bono publico,cuius sunt propriè,& directè constituti custodes Reginald. vbi supra n.71.vers sed aduerte.

39 Quomodo vero iudicanda sit ista molestia iactura, vel detrimentum arbitrio boni viri iudicandum est in singulis euentibus ita Reg. d.n.71.vers.aduerte præterea.

40 Nota etiam quod si desit Iudex, potest quis intrare in locum,vbi rem,furatã in pacifica possessione fur constituit, & illum occidere cum moderamine inculpatæ tutelæ ita DD.allegati per Dian.p.5.tr.4.resolut. 37.

41 Item nota quod si quis iniuste inuasus occidendo vel percutiendo excedat moderamẽ inculpatæ tutelæ, vel occidat inuasorem rerũ suarum,quæ iudicialiter ab eo recuperari poterant, non per hoc tenetur ad restitutionem

ratione excessus, sed tantum pro modo culpę arbitrio boni viri, & quanto minor fuerit culpa tanto minor erit restitutio ita Rebell. De oblig. iust. lib. 3. q. 12. n. 7. Caietan. in 2. 2. qu. 64. art. 7. cum aliis per Dian. d. par. 5. tract. 4. res. 44. & 45.

DEFENSIO VII.

Circa gratias a Iudice concedendas.

CAP. LI.

An gratia a Iudice concessa requirat scripturã?

SVMMARIVM.

1 *An sit necessaria scriptura ad validitatem gratiæ?*
2 *Et quid de stilo curiæ Romanæ.*
3 *Quoad vsum quommodo faciendum sit circa gratiarum scripturam.*
4 *Obreptio, & subreptio vitiat gratias, & n. 5.*
6 *Amplia licet fuerit factum extra intentionẽ.*
7 *An consensus tertij possit validare gratiam subreptitiam.*
8 *Clausula quod non possit dari de subreptione sufficit ad validitatem gratiæ.*
9 *Intentio principis quomodo sit intelligenda in similibus casibus.*
10 *Causa falsa, ex post facto verificata non est sufficiens ad validandam gratiam.*
11 *An vtẽs gratia obtẽta absq. scriptura peccet.*
12 *Et quid circa prouisiones ordinariorum.*
13 *Limita quando adest prohibitio.*
14 *Secundo limita in gratia concessa in forma commissaria.*
15 *Tertio limita quando est concessa à Papa viuæ vocis oraculo.*
16 *In conscientia non est consulendam quod quis vtatur gratia absq. scriptura, & quare?*

1 Certum est de iure communi ad validitatem gratiæ a Principe concessæ necessariam esse scripturam, seu litteras expeditas, vt notat Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 28. n. 1. cum DD. per eum, quos sequitur nouissime Thæs. De pen. ecclesiast. part. 2. V. Gratia. c. 1.
2 n. 1. † Et hoc etiam est de stilo Curiæ Romanæ vt apparet in Reg. Cancellariæ reg. 17. 27
3 31. & 52. † Quoad vsum enim Papa multoties inhibet sub pænis, & censuris ne minem posse dd. gratijs vti ante litteras expeditas; vt est in gratijs ecclesiarum, vel monasteriorum vbi Prælati prouidentur ex textu in extrau. iniunctæ De elect. in comm. Item in collationibus beneficiorum vt ex Bulla Pauli tertij incipiens. cum nobis. & Iulij tertij. incipit Sanctissimus. Vide a Thesaur. d. tract. de pæn. eccles. V. gratia a c. 2. & seqq.
4 Huiusmodi autem gratias eodem modo vitiat obreptio, seu subreptio, quę est tacita veritas, vel expressa falsitas, licet adsit scriptura, nam deficit in ea intentio, & voluntas Principis, quæ principaliter consideratur in gratiis Sanchez lib. 8. De matrim. disp. 21. nu. 2. Garz. De benef. p. 8. c. 3. n. 1. q. & 11. Laym. lib. 1. tr. 4.
5 c. 22. n. 17 †. Qui tamen dicunt hoc procedere in rescriptis gratiæ, non autẽ Iustitiæ, quando aduersarius nõ opponit, gratia .n. pertinet ad solã Principis intentionẽ; Iustitia vero etiã ad aliorũ voluntatẽ, quorum est interesse Butar. decis. 78. n. 6. Thes. d. V. Gratia c. 8.
6 Et hoc procedit, etiãsi per ignorantiam, vel bonam fidem factum sit, nam & in his casibus etiam obreptio, seu subreptio vitiat gratiã in iis capitibus, in quib. cõtingit veritatis mutatio; Ratio est quia nõ est pæna, sed defectus voluntatis, & intentionis Principis, vt dixi; ita Sanc. vbi sup. n. 18. & Fill. tom. 1. tr. 10. n. 339. ex textu in c. super litt. de rescrip. in 6. & text. in c. si eo tempore. eo. tit. in 6.
7 Si vero dicta subreptio, vel obreptio est tãtum in præiudicium tertii; accedente consensu eius, cuius interest, sanatur dicta falsitas ita
8 Rota a Seraphin. in decis. 268. n. 7. † Sicuti etiam si in d. gratia adesset Clausula, quod nõ posset dari de subreptione, vel obreptione; tũc enim satis habetur de intentione concedentis Caputaq. dec. 128. p. 1. & 3. Garz. p. 6. c. 3. n. 98 Gonz. in reg. Canc. gloss. 66. n. 19. & 53. quos refert, & seq. Thes. d. V. gratia c. 8. n. 1. limit. 2.
9 Vnde quãdo iudicatur quod si veritas fuisset expressa, Princeps iudicio prudentum nõ concessisset gratiam, vel saltem non eod. modo; sicut etiam quando iura, & stilus Curiæ non concedunt sine expressione illius circumstantiæ non expressæ tamquam conditionis, sine qua non, tunc solum dicitur d. subreptionem nocere Sanch. vbi supra disp. 21. n. 13. & 32. Garz. d. p. 6. c. 2. n. 200. & Laym. lib. 1. tr. 4. c. 23. num. 18.

10 Et

10 Et nota quod si gratia fuerit concessa ex subreptione, vel obreptione non reualidatur, neque snaatur per causam falsam expressam ex post facto verificatam, quamuis sanetur defectus gratię concessę a Papa scienter ob causam illegitimam, seu insufficientem, si superueniat causa suficiens ita Sanch. opusc. mor. lib. 2. c. 2. dub. 6. nu. 14. & Thesaur d. v. Grat. c. 8. n. 1. verb. Amplia quod si gratia.

11 Quæritur modo Verum obtinens gratiam & ea vtens absque scriptura, aut litteris expeditis peccet mortaliter? & respondeo negatiue regulariter loquendo, nam in conscientia iam est tutus de voluntate concedentis, & sciptura est quid supra gratiã, vt de magis comm. testatur Garz. p. 4. c. 1. n. 47. & Sanch. vbi sup. n. 2. vide Nauarr. cons. 33. n. 3. vers. quinto de temp. ordin. & Io: Valer. de differ. vtr. for. v. Gratian. diff. 2.

12 Et hoc maxime procedit in prouisionibus ordinariorum, quia ad eorum valorem non requiritur scriptura; neq; in foro externo, vt notant Paris de resignat. lib. 8. 92. n. 21. & post eum Thesaur. d. v. Gratia c. 1. nu. 1. vers. item non pro.

13 Limita primo quando inhibetur vsus gratiæ, dummodo non adest scriptura vt supra dictum est n. 3.

14 Limita secundo quando gratia est in Forma Commissaria, quia tunc non tenet sine litteris, nam illis non ostensis non est danda fides. & ideo esset in scandalum, & præiudiciũ aliorum notat Sanch. d. lib. 2. c. 2. dub. 6. nu. 10. & lib. 8. de matr. disp. 21. n. 10. cum alijs communiter.

15 Limita tertio quando gratia est concessa a Papa viuæ vocis oraculo absque signatura, tunc enim neque pro foro externo valet absque scriptura vt constat ex Bulla Greg. XV. edita die 2. Iulii 1622. quæ incipit Romanus Pontifex & ex alia Vrbani VIII. die 20. Decemb. 1641. incip. ad perpetuam vt refert Thesaur. d. p. 2. cap. 1. v. Gratia num. 1. vers. Primus est 1

16 Aduerte tamen in supradd. omnibus quod docet Nald. in summa v. Gratia n. 15. quod; in Praxi non est consulendum, quod vtantur gratia sine scriptura, nam potestin hoc casu euenire scandalum si postea non obtineretur d. gratia eo modo, quo expectabatur, quod mihi sane multum arridet in conscientia.

CAP. LII.

An Iudex possit aliquid accipere pro gratijs concedendis vel iustitia administranda.

SVMMARIVM.

1 *Iudices in statu ecclesiastico non possunt aliquid accipere à locis quibus præsunt.*
2 *Quid nomine status intelligatur.*
3 *Amplia etiam in iudicibus ecclesiasticis.*
4 *Pœna dupli in tali casu obligat etiam ante declarationem.*
5 *Dantes munera etiam tenentur sicuti Iudices ad pęnam dupli.*
6 *Quid super hoc constituat Clemens octauus.*
7 *Communitates nihil dare possunt de publico iudicibus, et gubernatoribus, pro faciendis gratijs, vel iustitia & n. 8.*
9 *Iudices apostolici delegati nihil accipere possunt.*
10 *Inquisitores nihil accipere possunt etiam ab officialibus.*
11 *Remissio facta a parte in supradictis casibus non valet ad effectum euadendi penas.*
12 *An possint supradicti iudices recipere aliquid nomine sportularum.*
13 *Iudices ecclesiastici aliquid facientes contra iustitiam per sordes per gratiam sunt suspensi.*
14 *Sententia suprad. iudicum an ipso iure nulla sit.*
15 *Iudices ecclesiastici nihil accipere possunt pro comissionibus sibi à Sede Apostolica demandatis, & n. 16.*
17 *Ad quid teneantur scientes, & reuelantes supradictos, & seq.*
19 *Item ad quid procurantes, & sollicitantes dictas gratias.*
20 *Item ad quid tantum pollicentes, sed post modum non dantes.*
21 *An fingens se potentiorum operam quasiuisse pretio, vt a litigante aliquid accipiat incidat in pęnas contentas in bulla Clementis octaui.*
22 *An suprad. intelligãtur etiam de illo, qui da*

pro iustitia tantum differenda.

23 *An dantes consilium, vel fauorem tantum incurrant in dictas pœnas.*

24 *An dantes post obtentam gratiam incurrant.*

25 *An dantes pro sola expeditione causarum incurrant.*

26 *An excuset paruitas materiæ.*

27 *Et quid sit ista paruitas.*

28 *An sufficiat in supradictis ignorantia culpabilis tantum, & non etiam affectata.*

29 *Quomodo intelligendæ sint ampliationes circa supradicta contentas in bulla Clementis.*

30 *An fictè promittens incurrat.*

1 PRimo est aduertendum principaliter a Iudicibus pro defensione eorum conscientiæ quod Paulus secundus Pont. Max. in Bulla tertia quæ incip. Munera, confirmata Sixto IV. in Bulla 15. incipit. & si statuit, ac decreuit, ne gubernatores, Rectores, legati, & alij officiales exercentes Iurisdictionem, vel habentes aliquod officium in terris statui tẽporali ecclesiæ subiectis, aliquid accipiant a locis, vbi præsunt, aut a personis etiam particularibus sibi subiectis præter esculenta, vel poculenta, quæ breui idest triduo consumi possint sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda Papæ reseruata, & quod duplum restituere teneantur, idest id quod acceperunt, & aliud simile; notat Thesaur. de pœn. Eccles. part. 2. v. munera cap. 8. in princ.

2 Et nota quod nomine status intelligitur nõ de illo, qui pleno iure imperij sub est alicui Principi temporali vt est regnum Neapolis, sed, tantum de illo, quod est immediate Papæ subiecto, vel alibi mediate subiecto. id. Thes. in c. 7.

3 Amplia supradictã Constitutionem non solum continere sęculares, sed etiam ecclesiasticos quacumque dignitate fulgentes præter Cardinales, & comprehendit etiam Assessores, & Consultores eorum, notat Cherubin. in Comp. d. Bullæ Pauli II. scol. 2. cum Pacio tr. de Concil. sap. cap. 11. & alij per eum, quibus adde Scort. in select. Const. theor. 112. seq. & DD. per Bonacin. de Cens. in part. disp. 2. p. 8. num. 8.

4 Amplia secundo quod dicta pœna dupli obligat in conscientia etiam ante Declaratoriam cum teneantur ex constitutione d. Bullę antequam admittantur ad sua officio iurare de obseruantia d. Bullę, vnde ratione Iuramẽti præteriti obligantur statim ad pęnam subeundam, vt notat Thesaur. de pœn. Ecclesiast. v. munera c. 8. notat. 2.

5 Amplia tertio quod tenentur etiam ad d. pœnam dantes dicta munera vt colligitur ex verbis d. Bullæ.

6 Et hic nota quod Clemens VIII. in Bull. 10. incip. pro commissa in § 14. prohibet, ne cõmunitates status Ecclesiastici, vniuersitates, Collegia, Magistratus, officiales, aut aliæ personæ singulares præsumant vllo modo de bonis, seu rebus communibus Massæ publicæ, vel alijs pecunijs particularium in commune congestis per vim collectæ, largiri munera, & dona quæcumque cuilibet officiali, siue Legato etiam Cardinali vel Episcopo, vel eorum consanguineis, affinibus, familiaribus, vel ministris, vel erogare in eorum honorem, aut latã ipsorum exceptationem, vel hospitationem etiam moderatam sub pœna infamiæ, priuationis omnium officiorum, & restitutionis dictæ communitati quicquid erogatum fuerit, & massam in pœna dupli, & obligantur etiam ante declaratoriam vigore illorum verborum, obligati existant vt docent comm. DD. in c. 2. de cens. in 6. Illi vero qui non acceperunt sed tantum, consenserunt ad solam pœnam simplicem tenentur, quia ad restitutionem pœcuniæ acceptæ non tenentur, eo quod non receperunt ita Less. c. 16. num. 37. lib. 2. Emman. Sa verb. suspensio ipso iure num. 13. & Thesaur. vbi supra.

7 At si dictæ erogationes factæ fuerint, vel promissæ pro gratia, vel iustitia obtinenda pro se, vel pro alijs Clemens VIII. in §. 22. tã dantes quam recipientes, promittentes, vel consulentes, aut auxiliantes, vel fauorem dantes statuit incurrere in pœnam excommunicationis latæ sententię, & in alijs pęnis latis in extrauag. 1. de sentent. excommun. & in Bulla Greg. XIII. de datis & accept. & intelligitur nec posse elargiri gratia remunerationis vt notat Cherub. ibi scol. 2.

8 Aduerte tamen quod ad incurrendas dd. pęnas oportet, quod sint data, vel promissa

ex

ex intentione obligandi pro faciẽda tali gratia, vel iustitia, vt patet ex d. Bulla, & non prohibentur esculenta vel poculenta in parua quantitate ex mera liberalitate oblata attenta qualitate personarum tum dantis, quam accipientis quando adest consuetudo c. statutũ & ibi gl. verb. paucis de rescript. in 6. Quanta vero possit esse ista quantitas debet iudicari arbitrio boni viri. Sanch. cons. mor. lib. 1. c. 6. dubit. 8. nu. 7. facit text. in l. vnica. & ibi gloss. & Plat. num. 2. l. public. læsit. vide Siluest. v. Iudex 1. quæst. 8. Caietan. v. Iudicis peccata in fine.

9 Amplia quarto In iudicibus Apostolicis delegatis, siue ab ordinariis siue a Papa, qui nihil accipere possunt a partibus, sed gratis debent præstare suum officium sub pœna restitutionis ipso facto incurrendæ etiam in foro conscientiæ, quia ita iudicatur de intentione mandantis, ne sententiæ efficiantur venales. Laym. lib. 3. tract. de Contr. c. 4. n. 10. ex textu in c. statutum §. insuper de rescript. in 6. Sayr. in Clau. reg. lib 12. c. 13. n. 13.

10 Amplia quinto in Inquisitoribus sanctæ fidei, quibus prohibitum est dona suscipere etiam ab officialibus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. ita Simanc. Inst. Cath. tit. 32. nu. 6. Sanch. cons. mor. lib. 3. cap. vnic. dub. 2. n. 6.

11 Et nota quod in supradd. casibus, nec remissio facta a parte valet, sed tantum retinenere potest ea, quæ finito officio, sine fraude & dolo eis data fuere, quia ius vetat remissionem, non autem donationem rei remissæ ita text. in cap. statutum de rescript. in 6. Nauarr. cons. 22. nu. 49. P. a Nauarr. lib. 3. de restit. c. 3. nu. 25.

12 An possit vero recipere aliquid ratione sportularum? respondeo negatiue, nisi de cõsuetudine aliquo in loco receptum sit contrariam; hoc enim fit tunc sine scandalo, & periculo Sanch. lib. 8. de matrim. disp. 35. nu. 11. Sayr. in Clau. reg. loco supracitato nu. 15. Thesaur. v. munera c. 7. in fine vide tradita a me in Defens. 5. c. 38. vbi an Iudex possit accipere aliquid pro sententia.

13 Dicti vero Iudices ecclesiastici tam ordinarij quam delegati, si per sordes, vel per gratiã quid fuerint contra Iustitiam in gratiam partis, suspensionis pœnam incurrunt tam a diuinis, quam a iurisdictione Papæ reseruatę c. 1. de sent. & re iudic. in 6. Nauarr c. 27. nu. 757. Reginald. lib. 12. tr. 2. n. 67. Sayr. de cens. li. 4. c. 13. nu. 3. Suar. eo. tit. disp. 31. sect. 3. n. 16. non continentur tamen Episcopi in hac pœna; nec suspenduntur a Beneficio, licet vt dixi a diuinis & a iurisdictione DD. supradd. cum alijs per Thesaur. verb. munera c. 5.

14 Secundo est principaliter notandum a dd. Iudicibus, si accipiunt munera pro iustitia administranda a partibus, sententia est ipso iure nulla, licet alias sit iusta cap vt ei qui, §. venales. 2. q. 6. quod secus est si est receptum aliquid pro gratia facienda; nam tunc sententia si alias iusta est non est ipso iure nulla, sed annulanda. DD. comm. in d. c. 1. de sent. & re iudicat. in 6. Vnde dd. Iudices tenentur ad restitutionem pretij accepti etiam ante declarationem, eis qui dederunt, quia ita est de iure vt notat Nauarr. c. 17. n. 27. Medin. de rest q. 2. dub. 2. Petrus a Nauarr. lib. 4. c. 1. num. 97. Molin. tom. 1. de Iust. disp. 97. lib. 2 c. 14. n. 62 qui etiam testatur de communi. Si vero iniustam sententiam tulerint, tenentur ad omnia damna, & interesse parti læsæ, licet pretium non teneantur restituere nisi condemnentur vt de probabiliori opinione cum Less. loco cit. num. 54. & Vasch. de restit. cap. 7. dub. 4. & 6. tradit. Thesaur. de pęn. eccl. v. munera c. 4. vers. ante declaratoriam.

15 Tertio est principaliter aduertẽdum quod ex decreto Sacri Concil. Trid. sess. 24. c. 5 de reform. in fine officiales Diocęsani, seu vicarij Generales ordinariorum nihil muneris, aut præmij recipere possunt etiam sponte oblati pro Commissionibus per litteras Apostolicas demandatis in dispensationibus matrimonialibus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, immo in litteris forma pauperum cõcessis redditur etiam nulla ipsa dispensatio per ipsos facienda; quod amplia neque posse aliquid accipere etiam pro testium examine aut titulo mercedis Informationem etiam ex consuetudine immemorabili, nisi sit post factum & ex mera liberalitate ita Nauarr. cons. vlt. de rescript. Genuens. in Praxi. c. 25. nu. 13. Garz. p. 8. c. 1. n. 100. & 103. Sanch. lib. 9. disp. 35. n. 9. Diana tom. 5. tract. 13. resol. 71. qui testatur de declaratione Sacræ Congregationis edita die 12. Augusti 1588. vbi aperte determinatur nihil posse recipere, contra Sanchez & Thesaur. in v. Simonia cap. 14. qui dicunt

eunt vicarium posse recipere vnum aureum pro examine testium & Informatione.

17 Quarto est principaliter aduertendum ex extrauag. 1. de sentent. excomm. innouata per Greg. XIII. in Constit. quae incip. Ab ipso, quod promittentes, seu accipientes dictā promissionem, licet paruum pro obtinenda gratia vel iustitia apud sedem Apostolicam, & scientes & non reuelantes infra triduum Papę vel alicui per quem fideliter ad Papam verbum referatur, sunt excommunicati & excōmunicatio est Papæ reseruata, & pretiū datū vel receptum debet pauperibus distribui, & d. gratia, vel Iustitia, nulla est, immo ea vtentes sunt excommunicati; referunt Virg. Boccac. de pact. p. 1. & 2. Molin. de iust. tom. 1. disp. 91. Quarant. Bullar. v. data & promissa Nau. in man. cap. 27. num. 106. Comitol. resp. mor. lib. 6. c. 19. q. 7. Ant. Nald. in sum. v. gratia n. 13. Clau. reg. lib. 3. c. 11. num. 13. Filliucc. tr. 15. n. 72. vers. noster & n. 127. seq. Gambac. de Cas. reseru. c. 7. n. 11. Memor. Cleric. Greg. XV. c. 9. excomm. 25.

18 Nota vero quod contra non reuelantes nō videtur esse in vsu, vt dicit Bonacin. de Cens. in partic. disp. 2. q. 3. par. 31. n. 18. & Thesaurus v. simonia c. 15. in fine.

19 Amplia primo in mediatoribus, in procuratoribus, sollicitatoribus, & in omnibus, qui sordida quadam Nundinatione profitentur procurare dd. gratias spe pretij consequendi non ratione laboris sed fauoris, cui innituntur ita Nau. in d. extrau. 1. n. 40. Molin. de Iust. to. 1. tract. 2. disp. 91. §. atque Filliucc. tract. 15. n. 129. & Thes. loco citato.

20 Amplia secundo hoc procedere etiamsi nō obtineant intentum, neque dona, aut promissiones acceptent, quia, Bulla dicit pollicitari, vt notant Filliucc. vbi supra & Sanchez cons. mor. lib. 2. c. 3. dub. 104. nu. 56. vers. quare qui & alios allegat.

21 Amplia tertio in ijs etiam, qui fingunt se potentiorum operam quæsiuisse pretio, vel muneribus pro tali gratia obtinenda, vt a litigatore remunerationem reportent ita Nau. de dat. & prom. notab. 23. n. 42. quem sequitur Thes. d. v simonia. c. 15. vers. 3.

22 Amplia quarto licet aliquid detur pro iustitia differenda, quia & hic videtur gratiam obtinere, licet non sit pro Iustitia obtinenda ita Scott. in Bulla Pont. Epit. 125. Theor. 333. Filliuc. tr. 15. n. 133. & Dian. pr. 7. tr. 4. ref. 8.

23 Limita in dantibus solum auxilium, cōsiliū vel fauorem, nam solum intelligitur de ipsomet promittente ita Bonac. tom. 3. disp. 2. q. 3. p. 31. nu. 22. Vide tradita a Diana vbi supra resol. 13.

24 Limita secundo in dante aliquid post obtentam gratiam, nisi esset pactum tacitum vel expressum antea factum, quia Bulla loquitur solum pro obtinenda gratia & non pro obtēta: Scottia in Bul. Pont. d. epit. 125. theor. 333. Baun. Th. mor. p. 2. d. 3. t r. 2. q. 12. & Azzor. p. 3. lib. 12. c. 23. q. 4.

25 Limita tertio in dante pro sola expeditione causæ, quam alias facturus erat cum vera tamen animi sinceritate; in hoc enim casu non datur pro gratia, seu iustitia obtinenda; sed pro citius tantum obtinenda, ad quod non debet extendi Bulla, cum simus in odiosis; nisi ageretur de causa speciali propropter periculum simoniæ Nau. de dat. & accept. not. q. num. 16. vers. pactio vero, quem sequitur Dian. vbi supra resolut. 9. & dicit esse probabilem.

26 Nota vero quod licet in Bulla dicatur, paruum vel magnum dantes, vel promittentes, paruitas tamen materiæ excusat in casibus vbi non est propriè simonia, quia excusat etiā a peccato, vt de communi testantur Molin. vbi supra disp. 92. vers. verum & Sanch. cons. mor. lib. 2. c. 3. dub. 110. n. 4. quibus addo Bonacin. de Cens. in part. disp. 2. q. 3. p. 31. n. 13. & alios per Dian. resol. 6.

27 Sed quæres quod nam dicatur paruum excusans a peccato in hoc casu? & idem Bonac. respondet quod ea res, quę sufficit ad peccatū mortale sufficiens etiam esse potest ad incurrendas dd. pænas; ego vero cum alijs dico quod in hoc non est danda certa regula, sed relinqui debeat arbitrio boni viri, qui inspecta ratione personarum, & intentionis poterit iudicare de peccato: ita Dicastill. de iust. lib. 2. tr. 1. disp. 5. dub. 7. n. 103. P. Leo. de cens. ref. 4. litt. B. vers. dantes præter Molin. Azzor. Nauarr. & alios citatos a Dian. part. 7. tract. 4. ref. 6.

28 Secundo nota quod non sufficit ignorantia culpabilis ad incurrendas dd. pænas; sed est necessarium, quod sit affectata, quia in similibus semper requiritur Contumacia, notatur ex verb. audentes vt ex DD. supracit. notat The-

Thesaur. de pœn. eccl. V. Simonia c. 15. limit. 3. & ante illum Anton. Dian. d. p. 7. tr. 4. resolut. vlt. ex Mazuch. tr. de cas. res. d. 2. q. 2. differ. 5. num. 16.

29 Tertio nota quod Clemens. VIII. in Bulla Decima, incip. Pro commissa, multum ampliauit constitutiones tam Bonif. 8. quam Greg. XIII, extendit enim eas per totum statum temporalem ecclesiæ, & contra quascũque personas etiam speciali nota dignas, quæ verba comprehendunt etiam personas, quæ alias minime comprehenderentur, ita vt cõprehendat etiam Reges, Cardinales, & Episcopos quoad pænam nullitatis obtentorum; restitutionis rei acceptæ, & excommunicationis; vt notat nouissime cum alijs per eum citatis Nald. in Sum. V. gratia num. 13. vers. ex qua sane. quibus addo Homob. De Stat. Virhum. p. 2. c. 3. n. 6. Bonac. De Cens. in part. d. 2. q. 3. p. 32. n. 1. & seq. vbi de d. Bulla Clementis loquitur Vide etiam R in. Catol. cens. extra Bull. c. 9. excomm. 27. Leo de Cens. res. 4. litt. B. vers. dantes, & Barbos. De potest. episcopi p. 3. alleg. 50. n. 177.

30 Quæres modo vtrum ficte promittens, & absque animo adimplendi promissionẽ subiaciat suppradd. pęnis & Bonac. loco cit. respondit quod in foro externo est excommunicatus, in interno vero non. Ego autem sic puto distinguendum aut loquimur de promittente, aut de acceptante, si de promittente, & certum est in foro conscientiæ non esse excommunicatum, quia verba debent intelligi cum suo effectu; Si vero de acceptante, & certum est in foro conscientię esse excommunicatum, quia quantum in se est compleuit opus prohibitum quod est illa acceptatio, vt notari potest ex verbis d. Bullæ vbi dicitur, dando, recipiendo, promittendo, paciscendo, consentiendo, aut permittendo; iste consensit & permisit, ergo. Attamen in acceptante etiã est contraria opinio quod scilicet non incurrat, & est probabilis, modo aliquid postea mutata voluntate non tradatur vt notant Bonac. loco citato Dian. d. p. 7. tr. 4. res. 4. Dicast. de Iust. d. dub. 7. n. 177. & 182. cum Sanchez cons. moral. tom. 1. lib. 1. c. 3. dub. 106.

CAP. LIII.

Quas gratias possit concedere Iudex?

SVMMARIVM.

1 *An Iudex inferior possit mutare pœnam superioris.*
2 *An constare debeat de causa dictę mutationis iuridicè.*
3 *Quæ sint iustę causa dicta mutationis.*
4 *Damnum datum à Iudice ex culpa leui, vel leuissima per supradictas causas an sit restituendum.*
5 *Iudex inferior non potest denuò condemnare Reum post transactam causam in iudicatum.*
6 *Fallit in duobus casibus, vt ibi.*
7 *Iudex in criminalibus non potest gratiare reum, vt cedat bonis.*
8 *Quomodo sit intelligenda illa regula, qui nõ habet in ęre, luat in corpore.*
9 *Iudex potest commutare pœnam pecuniariam grauem in corporalem.*
10 *Proceditetiam in Iudice ecclesiastico.*

1 Vide quæ dixi supra in defens. 2. cap. 1. vbi an Iudex debeat in iudicando seruare legem, discussimus, quibus addo quod data vrgente causa, & absentia Superioris Iudicis potest Iudex inferior mutare pænam a superiore impositam, & concedere gratiam in iudicando, quia in casu videtur tacitus consensus d. Superioris, & multum vergeret in damnum Rei, si in tali casu non haberet inferior facultatem concedendi d. gratiam, per notata ab Hẽriq. in c. 22. §. 1. in glos. H. in fine de Pœnit. lib. 2. & sequitur Io. Valer. in differ. vtr. for. Verb. dispensatio. differ. 5.

2 Nota tamen quod si hoc foret absque iuxta causa sed tantum pro sua voluntate peccaret mortaliter quia vsurparet sibi iurisdictionem quam non habet: immo debet constare iuridice de dicta causa per informationem super veritate ipsius causæ receptam ita c. de causis §. fin. de offic. Deleg. & Valer. vbi sup. diff. 1. n. 1. & dif 4. n. 1. ex doctrina D. Thomæ. 2. 2. qu. 6. art. 4. Quæ sint vero iustæ causæ vide Felin. in c. qualiter n. 27. de accusat. qui etiam in n. 31. ponit sex casus, in quibus potest Iudex aliquando etiam sine iusta causa gratiare

4 Secundo addo quod debitor gratiatus, & liberatus a suo debito etiam ex iusta causa a Iudice ex pænali dispositione Iuris, in pænam.s. Creditoris, non est per hoc d.debitor in conscientia liberatus a d.debito ita vt amplius nõ teneatur soluere, ratio est quia naturalis obligatio non tollitur per ius positiuum c. fin. De solut. Licet vero post cõdemnationis sententiã probabilius dici potest, non teneri amplius ad d.solutionem; tunc .n. Ius positiuũ facit in pænam creditoris liberando debitorem quod licite facere potest, nec tollitur per hoc quod naturalis obligatio soluatur, nam etiam ex naturali obligatione quis tenetur ad pænæ solutionem: & hęc remissio iuris positiui est tamquã pęna a creditore debitori soluta. Vide Val.dif.6. Verb.debitum cũ aliis per eũ alleg.

5 Tertio addo quod damnum datum per Iudicem ex culpa leui, vel leuissima propter sententiam vel gratiam indebite concessã nõ obligat ad restitutionem in foro conscientiæ nisi in casu quo ipse procurauit officiũ, & non fuit ei a Superiore impositum; vel nisi in casu quo habeat stipendiũ pro administranda Iustitia vt sunt Vicarii, Gubernatores, & similes; quia in his casib. videtur requiri maior industria, & diligentia Nau.tom.1.lib.1.c.1.n.56. quẽ refert, & seq Io.V.Ver.damnũ dif.1.n.7.

6 Quarto addo quod Iudex inferior Delegatus si gratiã cõcessit, & causa transiuit in iudicatum non potest denuo condemnare Reum quia iã desinit esse Iudex: delegatio .n. conceditur vsque ad Sententiam inclusiue, quod secus est in Iudice superiore quando tamen fit secluso scandalo, & suspicione Auaritiæ vel affectionis, ipse potest condemnare gratiatum quia Princeps semper est Iudex.

7 Fallit tamen in duobus casibus primo si noua superueniat causa & non esset appellatum, nec causa transiuit in iudicatum, & secundo si gratia continebat errorem intollerabilem & sententia esset nulla, sed ego dico quod in hoc non erit amplius necessaria condemnatio, quia si sententia est nulla, ex se cadet absque alia condemnatione licet in hoc casu deberet Iudex prouidere ad damna quę euenire possunt, si d. sententia exequeretur, Vide DD. a me allegatos in c. An Iudex possit mutare sententiã quibus addo ea quæ tradit Castr.tom.1.tr.4.dist.8.p.11.nu.15. & Sousa. lib.2.c.37.n.8.seq.

6 Quinto addo quod non potest Iudex in criminalibus gratiare reum vt cedat bonis, quia si non habet vnde soluet, debet luere in corpore c. sic res aliena. nu.14. qu.6. gloss. verb. cruciatus c. si res q.6. Interest enim Reipublicæ ne delicta remaneant impunita c. vt famæ de sent. excomm. ita de comm. testatur Couarr.lib.2.var.c.1.n.8. Clar. q.95. n.5. Auil.c.4. Prætor.nu.3. Vic. lib.1.comm.opin.pag.23. & nouissime cum aliis Io: Val. v Cessio.dist.4.

7 Quomodo vero in conscientia sit intelligenda hæc regula qui non habet in ære luat in corpore desumpta ex textu in l.1 §.fin. ff. de pænis vide Patrem meum Guazzin. in tract. de cõfisc.bon.concl.3. per totum. cui ego solũ addam quod etiam in conscientia seruari potest a iudice in omnibus casibus a iure expressis, dũmodo illis non repugnet ius naturale & diuinũ vt alibi dictũ est & notat Bon. de legib.

8 Ex his infertur quod Iudex in omnibus delictis vbi imposita est pæna pecuniaria grauis potest eam licite in corporalem commutare si Reus est pauper & non habet vnde soluat quia vt dixi summopere interest reip. ne delicta remaneant impunita, & in criminibus non solũ respicitur persona rei, sed etiam bonum commune Iaf. in l. si quis nu. 8. de Iurisd. omn. Iud. Ludou. a Peguer. dec. 6.

9 Et hoc procedit etiam in Iudice ecclesiastico quando procedere debet contra Clericum nam non est maior ratio de Laico, quam de Clerico, immo multoties magis conuenit huiusmodi Clericos punire quam ipsomet Laicos, quia si in uiridi hoc fit quid erit in arido Menoch. de Arbitr. lib.2. cent.5. cas.437. Boer. Decis.349. sub nu.11. Farinac. q.26. n.12.

CAP. LIV.

Quæ aduertenda sunt a iudice in materia appellationis.

SVMMARIVM.

1 *A Papa numquam datur appellatio.*

2 *Apellantes a mandatis Papa ad futurum Concilium sunt excommunicati.*

3 *Absoluens ab interdicto contra appellantes a Papa non incurrit in excomm. Bullę cenę.*

4 *Apellantes a Papa condemnantur tamquã Schismatici.*

5 *Appellantes ad Concilium presens an sint excommunicati.*

6 *An*

6 An consulentes d. Appellationem sint excommunicati.
7 Quid dicendum de Auxiliantibus.
8 An appellans ad futurum Papam sit excommunicatus.
9 An sub Bulla comprehendantur mandata Papę etiam in temporalibus.
10 An pręstantes fauorem post factam appellationem incurrant.
11 Appellantes a litteris Apostolicis ad Laicale Iudicium sunt excommunicati, & n. 12.
13 Putans opprimi a Iudice ecclesiastico quomodo se gerere debet & n. 15.
14 An suprad. intelligantur tam circa priuatam quam publicam Iurisdictionem.
16 An suprad intelligantur etiam de mandatis aliorum Prelatorum.
17 Litterę Penitentiariæ, & Cong Card. super Concil. sunt de comprehensis in Bulla.
18 Appellantes ad Curiam sęcularem ab ordinat. Ecclesiasticorum sunt excõmunicati.
19 Amplia in tacita seu ãticipata appellatione.
20 An Censura possit suspendi per appellationẽ
21 Ab Appellatione nec iudiciali nec mere extraiudiciali potest agi in Censuris.
22 Appellans ab excommunicatione ferenda excommunicari non potest.
23 Quomodo sacerdos appellans ab excommunicatione putata iusta, sed iniusta postmodum reperta si celebrauerit, non sit irregularis.
24 Per Appellationem subsequentem an suspendatur omnis suspensio.
25 Episcopus tollens suspensionem ad Reincidentiam, si appelletur, debet suspendere Sententiam.
26 Episcopus non potest suspendere suam censuram nisi penitus tollat. & an possit absoluere excommunicatum qui a sua Sententia appellauit.
27 An a Sententia Cardinalium detur Appelatio & n. 29.
28 An in reclamatione sit procedendum sicut in appellatione.
30 A Sẽtẽtia ordinarij quãdo non detur appellat.
31 A Sententia Prælati Religiosus an possit appellare.
32 A Condemnatione fiscum, & Cameram Apostolicã concernente quomodo detur appell.
33 Reus confessus non appellat.
34 A Iudice arbitrario non licet appellare nisi ex consensu partium & 35.
36 A Sententia arbitratoris potest peti reductio.
37 A Vicario generali episcopi ad episcopum nõ appellatur.
38 In exemptis canonicis ab episcopo visitante quomodo detur Appellatio.
39 Appellatio a Sententia conseruatorum quomodo admittitur, & n. 40.
41 In quibus casibus appellari non possit & nu. seqq.
42 A sententia examinatorum an detur appellatio.
44 Bannitus appellans non potest occidi.
45 Quod peccatum committant Iudices in admittendis vel proijciendis appellat. iniuste.
46 Quę dicatur Friuola appellatio.
47 Quod peccatum committant litigantes iniuste appellantes.
48 Reus iniuste appellans an peccet.
49 Reus nollens appellare in Sententia iniusta an peccet.
50 Ad quem Iudicem debet fieri appellatio.
51 Ab episcopo ad Archiepiscopum licite appellatur etiam in temporalibus.
52 Amplia vt ibi, & n. 53.
54 Limita in causis Sanctę fidei, & alijs vt ibi.
55 Quãdo a decretis episcopi appellari nõ potest.
56 Archiepiscopus an possit constituere Vicariũ foraneum ad recipiendas appellationes.
57 Ad episcopum a Vicario Foraneo potest appellari.
58 Limita vt ibi.
59 Ad episcopum a collatione capituli an bene appelletur.
60 Ad ecclesiasticum a sęculari appellatur.
61 Ad delegatum a subdelegato delegati Papæ appellatur.
62 Ad supremum Inquisitorem ab Inquisitoribus an detur appellatio.
63 A sententia Inquisitorum quando detur appellatio, & n. 64.
65 Quæ sint de essentia appellationis?
66 Quæ sit persona legitima ad appellandum?
67 Quis sit ordo seruandus in appellatione.
68 Pro regul. q nã ordo seruãdus ẽ in appellãdo.
69 Si appellans non determinat Iudicem, intelligitur de Proximiori.
70 Quæ verba sint necessaria ad apellandum.
71 Appellatio alternatiuę facta an valeat.
72 An appellatio fieri debeat in scriptis, & quæ continere.

130 Ap-

130 *Appellatio extraiudicialis est impropriè appellatio vnde non venit nomine Appellationis in odiosis.*

131 *Appellatio Iudicialis debet esse specialis secus in extraiudiciali.*

132 *In iudiciali appellatione causa debet esse vera, in extraiudiciali sufficit verisimilis:*

133 *Iudicialis appellatio suspendit iurisdictionem in totum secus extraiudicialis.*

134 *In Collatione beneficij potest appellans ad nouum examen prouocare.*

135 *In Appellatione Iudiciali reuocantur omnia attentata, secus in extraiudic.*

136 *In extraiudiciali Appellatione conuenitur solum ad illum cui potest per querelam.*

137 *Non potest ab Episcopo ad Archiepiscopum appellari extraiudicialiter.*

138 *Enumerantur aliqua constitutiones pro Praxi.*

139 *Clausula sic & in quantum quid operetur in appellatione.*

PRo defensione animarum iudicum vltimo loco aduertenda sunt aliqua, quæ finita causa per sententiam occurrere possunt in Appellatione ab ea; & primo a quo Iudice non detur appellatio.

1 Et primo dicendum est, quod a Papa non datur appellatio; sic a iure declaratum fuit non licere appellari a sententia Romani Pōtificis; & ratio est, quia cum appellatio sit de minori Iudice ad maiorem prouocatio cap. cum putamus de consuetud. testat, quod a Papa tamquam supremo omnium Iudicum vt dixi in def. 1. c. 5. nu. 1. & ideo in terris nullũ habente superiorem Io: de Capestr. de Auth. Papæ §. 3. in princ. n. 66. Castald. de Imper. q. 103. n. 2. paris. de resignat. benef. lib. 7. q. 5. n. 1. & Barb. de iur. ecclesi. lib. 1. cap. 2. num. 91. non possit dari dicta appellatio; sunt text. in c. nemo c. aliorum, c. facta c. ipsi sunt & c. cuncta per mundum 9. q. 2. & declarauit Pius 2. in *Bulla* quæ incipit execrabilis, de consilio Cardinalium, et Theologorum; docent etiam Caiet. in v. excomm. 25. Sayr. lib. 3. c. 6. nu. 2. Mar. Alter. disp. 3. lib. 5. in princ. tom. 1. Thesaur. *Prax.* Ecclesi. v. Appellantes num. 2. cap. 1. in princ. Cherubin. in scol. 1. constitut. 8. Pauli 4.

2 Hinc est quod appellantes a mandatis papæ ad futurum Concilium sunt excommunicati vt in c. 2. *Bullæ* in Cæna Domini, & est Papæ reseruata Absolutio, sicuti etiam vniuersitates sunt Interdicto subiectæ ex c. cæterum in ead. *Bulla.* & notant DD. comm. ex quibus Filliuc. tract. 18. nu. 143. Bonacin. de Censur. in partic. q. 3. punct. 2. & Thesaur. in d. Prax. Ecclesi. v. appellantes p. 2. c. 1. vers. similiter, qui

3 & etiam notat † quod absoluens ab hoc interdicto sine facultate non incurrit in excommunicationem latam in d. *Bulla.*

4 Immo huiusmodi appellantes tamquam schismatici habentur, videtur enim iniuriam sedi Apostolicæ irrogare cum omnia Concilia robur accipiant ab aucthoritate Romanę Ecclesię, & non habeant vllam aucthoritatem in Papam. c. significasti de elect. Graffius decis. aur. p. 1. lib. 4. c. 18. n. 55. adest Constit. Iul. 11. in extrauag. suspecti regiminis. §. 2. qui & confirmat. Const. Pii 2. & asserentes licitũ esse appellari a Papa ad futurum Concilium tamquam hæretici sunt puniend. S. Antonin. q. 3. tit. 22. c. 2. § quoniam Marta de Iurisd. c. 17. in fine Iacobat. Card. tract. de Consil. lib. 10. nu. 66. cum seqq. Silu. v. excommunicatio 7. n. 93. *Bonacin.* loco cit. n. 2. Sayr. de Censur. lib. 3. cap 6. n. 2. Filliuc. tr. 18. n. 143. seqq. sicuti etiam qui a sententia Papæ ad Christum appellant, quasi Papam Christini non esse Vicarium, nec eum eo idem tribunal habere credant, vt per DD. allegatos a Barb. d. lib. 1. c. 1. nu. 92. in fine.

5 Quæres vtrum appellans ad Conciliũ præsens incurrat in d. excommunicationem, & multi DD. tenent, quod sic vt Cherub. in Scol. 2. Const. Pij secũdi quæ incipit execrabilis & Barbos in Collect. v. Appellatio nu. 3. & alij, attamen probabilior videtur negatiua vt ex multis rationibus, & aucthoritatibus probat Bonac. de excom. in p. q. 3. par. 1. nu. 4.

6 Quæres vtrum Consulentes, auxilium dantes, & similia facientes incurrãt in d. excommunicationem. & respondeo, quod consulẽtes, licet non incurrant in pœnam d. Bullæ nõ secuto effectu, incurrunt tamen in latam a Iul. 11. & Pio 11. summ. Pontif. in supradd. Bullis, quia in ijs fit mentio de consulentibus etiam non secuto effectu ita aduertit etiam Nauarr. cons. 55. de senent. excomm. quem sequitur Nald. in su n. v. appellate num. 8. auxiliantes vero vt sunt aduocati Tabelliones, testes & similes non incurrunt, nisi secuta

ap-

appellatione. ita Caiet. v. excommunic. c. 23. Nauarr. man. cap. 27. num. 58. Graff. dec. aur. p. 1. lib. 4. cap. 28. num. 58. Vgolin. in expos. Bull. Cænæ sub finem Duard. lib. 2. in can. 2. qu. 2. Filliuc. tract. 18. num. 56. & Sayr. lib. 3. c. 6. nu. 6.

8 Quæres. An appellans ad futurum Papam sit excommunicatus? respondeo negatiue de ijs enim nulla fit mentio in Bulla, & in odiosis non est facienda extensio. ita Sayr. vbi supra. Reginald. lib. 9. disp. 263. Filliuc. d. tract. 18. num. 56. & Bonacin. d. quæst. 3. punct. 1. num. 4.

9 Quæres. An comprehendantur in hac Bulla etiam appellantes a mandatis Papæ, quæ concernunt causas temporales & non spirituales prout Papa est? Resp. affirmatiue ea ratione, quia absolute loquitur Bulla ab ordinationibus, & mandatis nostris, quare de omnibus vult intelligi absq; alia distinctione & vbi ius non distinguit, nec nos distinguere debemus; ita ex probabiliori opinione testatur cum alijs Bonacin. vbi sup. n. 3.

10 Quæres. an præstantes fauorem post factam appellationem incurrant, & Resp. negatiue sicuti qui appellarent ab ordinationibus episcoporum vel Concilio Cardinalium ad futurum Papam, vel ad Concilium prouinciale, vel Synodale; quia de ijs nulla fit mentio in Bulla. ita DD. supracit. comm.

11 Secundo dicendum est quod ab ecclesiastico ad sæculare Iudicium non potest appellari; vnde appellantes ab ordinationibus seu litteris sedis Apostolicæ ad Laicam potestatem sunt excommunicati in Bulla cænæ vt in cap. 13. d. Bullæ, & non solum est prohibita actio, qua quis motu proprio recurrit ad d. Curiam sæcularem, sed illa etiam quę fit consilio, suasione, opera aduocati, vel procuratoris fisci, vel alterius Iudices, qui retinere facit dd. litteris, & non tantum aucthoritate publica, sed etiam priuata, vt notant DD. cũ Bonac. q. 14. p. 1. n. 1. & 2. quem sequitur Thesaur. v. Iurisdictio. part. 2. cap. 14. qui & etiam notat ex verbis d. Bullæ hoc procedere licet d. appellatio non fuerit admissa. ita etiam Filliuc. vbi supra.

12 Quæres. An si facerent ad eorum defensionem, vel ad manifestam iniuriam ecclesiastici, vel Apostolici Iudicis propulsandam? Resp. negatiue. Friuola enim, & inanis est hæc appellatio cum sit a superiore ad inferiorem; Iudex enim sæcularis non est superior ecclesiastico, ita Bonacin. de legibus disp. 10. quæst. 2. part. 1. §. 1. num. 10. Filliuc. tract. 16. cap. 8 quæst. 5. Alter. disp. 14. cap. 2. Duard. in Bulla quæst. 2. num. 1. & Sayr. cap. 17. num. 5.

13 Quomodo vero se gerere debet is qui a iudice ecclesiastico opprimi putat, & non potest adire summ. Pontif. Vide Bonacin. loco cit. vbi etiam ostendit an aliquando liceat Clericis ad curiam sæcularem confugere saltem in locis infidelium vbi nulla alia via superest consulendi; vide infr. n. 15.

14 Quæres. An si adirent ad Laicam potestatem pro sui defensione tamquam ad priuatã personam, & non publicam, incurrerent in Bullam? & resp. negatiue, defensio enim sui seruatis debitis conditionibus semper est licita; & Bulla loquitur de publica, non autem priuata iurisdictione; ita ex text. in Clem. Pastoralis de sent. & re iudic. Rodriq. in summa p. 1. c. 156 n. 8. Veg. in sum. tom. 1. c. 29. cas. 1. n. fin. Filliuc. d. tr. 16. nu. 200. cum alijs per Bonacin. de excommun. part. disp. 1. quæst. 14. part. 1. num. 7.

15 Nota quod in hoc casu potest ad Curiam sæcularem recurri donec res summo Pontifici deferatur, vt est etiam in casu, quo quis reciperet graue damnum a litteris Apostolicis nec adesset Iudex Ecclesiasticus, vel si adesset, nollet occurrere, ad huiusmodi damnum impediendum ita. Iacob. a Graff. decis. aur. p. 1. lib. 4. cap 18. nu. 12. Carol. de Graff. de effect. Cler. effect. 1. num. 390. Salas de legibus disp. 14. sect. 12. & alij DD. per Bonac. d. punct. 1. per totum

16 Quæres. quid dicendum de iis, qui recurrunt ad curiam sæcularem petendo admitti appellationem a decreto lato ab episcopo, vel ab alio Prælato? & dico quod huiusmodi nõ incurrunt in hunc canonem 13. Bullæ, quia tãtum loquitur de impedientibus executionem litterarum Apostolicarum, quæ a summo Pontifice, vel alijs iudicibus Apostolicis decernuntur. ita notat specialiter Graff. d. p. 1. lib. 4. c. 18. n. 58. Limita tamen in causis spiritualibus, vel annexis, vt tenent DD. citati a Thesaur. d. p. 2. c. 14. n. 1. cum Dian. p. 3. tr. 1. res. 55. quo & tenet contra Couarr. Menoch. & alios hoc ampliari debere, etiamsi Iudices Eccle-

Ecclesiastici essent in huiusmodi causis cognoscendis negligentes. Vide etiam Reg. lib. 9.c.22.n.938. Duar.can.14.q.8.nu.1.& Mart. De Iurisd.p.4.cas.146.

17 Nota hic cum Bonac. vbi supra quod litteræ Pœnitentiariæ, & Congregationis Cardinalium Præfectorum exposit. Concilij Trid. quoties de mandato Papæ scribuntur, sunt de comprehensis in hac *Bulla*, in tali enim casu sunt Iudices a summo Pontif. delegati, quod de aliis similibus potest intelligi.

18 Est tamen alia excommunicatio in c.16.d. *Bullæ* in Cæna. vbi excommunicantur Appellantes, seu recurrentes ad Curiam sæcularem ab ordinationibus alicuius Iudicis ecclesiastici, siue ordinarii siue delegati, licet postea nulla inhibitio contra ipsos obtinerent. Vide Bonacin.d.disp.1.q.17.p.1.nu.28.qui & alios allegat, quibus addo Thesaur.de pæn. Eccles. v.appellantes p.2.c 3. qui & notant etiā procedere in tacita, seu anticipata appellatione ad procurandum impediri futuras ordinationes Ecclesiasticas. Vide etiam Reginald.vbi sup. n.369.& Filliucc.tr.16.n.283.

20 Quæres. An Censura, vel alia pœna Ecclesiastica, vt est Suspensio, Interdictum possit suspendi per Appellationem? Resp. quod licet sit Regula in Iure quod non suspendatur cum a pœna latæ sententiæ ex ipso iure, in quam dicitur quis incurrisse, non datur Appellatio l.si qua pœna ff.de verb.signif.c.quia nos de appell. & in specie text.in c.pastoralis §. verum c.is cui, & c. ad hæc de appellat.& notant Hurtad.disp.13.diff.4.Zerol. v.appellatio ad 14. & Barthol.Gauant. in Prax.episc. v.appellatio n.5. Attamen a declaratoria censuræ, & alterius latæ sententiæ datur Appellatio, dummodo non sit vere notorium d.pœnam commissam; ita de comm. testatur Genuens in Prax c.21.n.1. & notat Sanch. opusc. mor.lib.3.c.vnic.dub.32.n.243.& sic suspenditur ipsa declaratoria, vt interim non habeatur pro declarato, & Cedulones affixi erunt remouendi. ita Sanch. loc.cit. qui & alios allegat post Guazzin.meum in defens. 35. c. 6. per tot.& excommunicatus appellatione pēdente non erit necessario vitandus. Vide Thesaur. p. 1. c.25. vers.tertio modo & Quarant. in sum.Bull.v.archiepiscopi Authoritas.c.65. vide a me dicta cap.41 n.57.

21 Nota vero quod quando appellatio non est Iudicialis, nec mere extraiudicialis, vt si a Iudice extraiudicialiter procedente & appelletur ab executore volente prouidere de Beneficio & tunc potest appellare, quia hoc non est agere, sed se defendere. ita DD. per Sanchez d.dub.32. num.12. in cap.pia de except. in 6.

22 Nota secundo quod appellans ab excommunicatione ferenda excommunicari non potest nam appellans legitime eximit se a potestate Iudicis, a quo d.c.pastoralis de appell. & notant DD.citati a Dian.par.5. tr.9.res.30. quibus addo Gig. in tract. de pens. quæst. 78. num. fin. & Tolet.in summ.lib.1.cap.11 num. 7.

23 Nota tertio quod si excommunicatus appellans habeat declarationem a Iudice se male appellasse, si probabili ignorantia existimauit se non incurrisse,& sic se ingessit in diuinis, & celebrauit, non est irregularis, licet electio, seu acceptatio beneficii,& alia gesta ex priuato officio sint nulla. ita Abb. Innoc. Felin. & alii quos allegat. Sanch. d.dub.32.n. 216. & nu.344. & post eum Thesaur. d.part. 1.cap.25. Nald. in v.appellare.n.5.cum Tab. eo.verb.n.7.

24 Nota quarto quod per appellationem subsequentem suspenditur etiam omnis suspensio præter suspensionem ab officio, & ab ingressu ecclesiæ, vt colligitur ex c. is cui. De sent.excomm.si vero episcopus tollat suspensionem, vel Interdictum ad reincidentiam appellatio interposita suspendit d.sententiam de reincidentia; nam episcopus numquam potest suspendere suam censuram, nisi penitus tollat. ita Alter. tom.2. disp.3. c.2.& alii per Dian.p.5.tr.10.res.17.

27 Nota quinto Iudicem posse absoluere excommunicatum, qui a sua sententia excommunicationis appellauit, quia per Appellationem habet tantum Iurisdictionem quasi impeditam ne possit impedire appellationem,& ligare censura sed absoluendo potius illam aufert & facit quod pars intēdit facere ita Suarez Filliucc.& alii per *Bonacin.* de cens.in comm.disp.1.q.3.punct.1.nu 9.dicendum est quod sicut a sententia Regis non appellatur, ita nec a sententia Cardinalium, regibus enim æquiparantur vt de comm.testatur Dian.d. p.5. tr.2. res. 36. a sententia vero vnius Cardinalis probabilior opinio est in con-

contrarium, licet affirmatiua sit etiam probabilis. vide quæ dixi in def. 1. cap. 6. num. 10. lib. 2.

28 Poterit tamen in similibus casibus reclamari, & peti remissionem per viam gratiæ ad ipsum Principem, & tunc proceditur etiam secundum terminos appellationis. vide Sebast. Guazzin. in defens. 36. c. 20. nu. 5. qui & alios multos allegat, & docet de modo supplicandi cui addo Graff. in d. p. 1. c. 18. num. 56. & Dian. part. 6. tract. 1. resol. 30. vers. vnde licet.

29 Si vero in Commissione vnius Cardinalis dicatur omni appellatione remota, tunc illicita erit omnis appellatio, licet in alijs Iudicibus intelligatur tantum de appellatione friuola. ita Farinac. fragm. crimin. p. 2. v. Iudex num. 963. Albin. De Card. q. 42. pri. u. 4. cum alijs per Dian loco citato res. 37. quibus addo quod docet Nald. in verb. Clausula. cart. mihi 143.

30 Quarto est dicendum quod a sententia ordinarij vbi agitur de morum correctione ante deffinitiuam non datur appellatio neque ad Papam. ita Pius V. in Const. 10. §. 6. Sicuti etiam a Decreto facto in visitatione, vel a mandato de residendo vel de præcedentia vel a Decretis synodalibus, si confirmata fuere a sede Apostolica, vt ex sacre Congreg. testatur cum Aldan. in Comp Can. res. lib. 1. tit. 4. nu. 14. Barbos. in Coll. v. Appellatio n. 14. n. 20. & seqq. & notat in n. 12. quod Synodi Celebratio non potest impediri per appellationem. Ratio prædictorum est, quia tunc agit vt sedis Apostolicæ delegatus, in quo casu non datur appellatio a deffinitiua, vt ex sacra Cong. episc. die 16. oct. anno 1600. refert Quarant. d. v. Archiepiscopi aucthoritas & sequitur Genuef. in Prax. cap. 88. & Flau. Cherubin. in Comp. Bull. scol. 1. Const. Greg. 14. incipit Romanum.

31 Quinto a sententia Prælati rel giosus non appellat ex priuilegio multarum Religionum, ratione scandali nisi grauamen sit manifestum, vt bene notant Quarant. vbi supra num. 10. § conclusionemquæ se habet. cart. mihi 66. Sanchez tom. 2. lib. 6 cap 8. num. 10. Dian. part 3. tractat. 2. res 54. § notandum. Tab. V. Appellatio num. 12. & Nald. v. Religiosus nu n. 53. qui & dicit quod appellantes ad secularia tribunalia nonnulli regulares puniuntur pæna excommunicat. latæ sententiæ ex Roderiquez tom. 1. qq. Regul. quæst. 29. art. 2. & notat etiam Barbos. in d. verb. appellatio.

32 Sexto a condemnatione fiscum & Cameram Apostolicam concernente non datur appellatio, nisi facto actuali deposito. ita Paul. 3. in Const. 24. confirmata Pio IV. in const. 52. & 58. & notat Barbos. vbi supra. vide que dixi in def. 2. c. XV. n. 27. vbi de opinione Sebast. Guazzin. circa præd. differitur.

33 Septimo a Iudice criminali Reus confessus non appellat. Pius V. in Const. 24. §. 2. Vide satis diffuse & docte Guazzin. meum in def. 36. cap. 21. per tot. cui addo Sanchez opusc. mor. lib. 6. cap. 4. dub. 4. & barbos. d. v. appellatio nu. 8. & ea quæ dixi in def. 2. cap. 1. n. 26. lib. 2.

34 Octauo a Iudice arbitrario non licet appellare, quia non habet aucthoritatem, nisi ex consensu partium, vnde ex quo semel eum approbauerunt, non licet eis postea subterfugere ita S. Thom. 2. 2. q. 69. ad 2. Tabien. v.

35 appellatio n. 15. A commissis vero arbitrio iudicis, si partem grauat, appellari potest gloss. in c. super his de Accus. Quarant. d. v. Archiepiscopi n. 17. vers. item si Papa barbos. de pot. Episc. p. 3. alleg 96. n. 4.

36 Nota tamen quod a Sententia Arbitratoris potest peti reductio arbitrio boni viri stante enormi læsione, licet compromissum sit iuratum, & data sit facultas lædendi in multos, & etiamsi Laudum sit approbatum, antequam sit prolatum. ita Gabr. comm. concl. lib. 2. de Arb Concl. 3. Nald v. Arbitrium n. 1.

37 Nono A Vicario generali episcopi ad ipsũ Episcopum non appellatur, cum æqualis iurisdictio vtriusque sit vt, notat barbos. cum alijs per eum tract. de potest. Episc. p. 4. alleg. 54. num. 46. quibus addo Batt. Gauant. v. Vicarius generalis num. 4. Et ego late dixi in def. 1. cap. 2. n. 36. & seqq. & nota hic obiter quod quod in exemptis Canonicis ab Episcopo visitante non datur appellatio quoad effectum suspensiuum; & licet procedat vti delegatus sedis Apostolicę tamen Appellatio fit ad metropolitanum, sic refert decisum idem Gauant. v. visitatio circa canonicos n. 18.

39 Decimo Appellationem, & recusationem in Conseruatoribus causarum Regularium non admitti dicit Gloss. in c. 1. verb. conserua-

tores

tores ad fin.de offic.deleg.in 6.Ratio est quia dicti conseruatores solum de notoriis cognoscere valent,& in notoriis tam appellatio,quã recusatio prohibetur, vt de appellatione est text.in c.cum sit Romana §.vlt.de appellat.& de recusatione c. proposuit 24.eo.tit.

40 In praxi tamen contrarium obseruatur, vnde tam recusationi quam appellationi erit locus,vt in terminis notat *Barbos*.de pot. episc. p.3.alleg.106.n.32.Vide quæ dixi in defens. 1.c.11.n.3.vbi late.

41 Vndecimo in multis casibus appellari non potest. Primo a sententia alimẽtorum quoad effectum suspensiuum.viuit. decis.73. Verall. decis.39.p.1.eodem modo in causa salarii docet Gratian.decis.43.cum Rot.diuers.764. p. 1.Secundo ab executione decretorium Conc. Trident.aut visitat.Apostol.Nald.V.appellare n.12.Barbos.in Collect.V.appellatio n.20. seqq.Tertio in notoriis,licet possit tamen appellari a sententia Iudicis declarantis esse notorium Nauarr. cons. 10. de Sent. excomm.

42 Quarto a Sententia illius,cui causa commissa est secundum suam conscientiam: Vnde in rigore iuris non potest appellari a sententia examinatorum,quorum conscientia grauata est in aprobatione idoneitatis; licet de ęquitate reiectus solet admitti ad nouum examen ad effectum deuolutiuum, non tamen suspensiuum Nald.vbi supra.

43 Item in casibus qui non patiuntur dilationem vt est v.g.ab expulsione meretricis a vicinia.ita *Bellett*.disq. Cleric.p.1.§.4.n.62.quẽ refert,& sequitur idem Nald. loco citato nu. 12.in fine.& aliis similibus vide infra quę dixi n.68.

44 Et hic obiter nota quod *Bannitus* appellãs non potest occidi quia pendente appellatione nihil debet innouari ff. nihil innouand. App.pend.Dian.& alii in c. non debet n.6 de test.cog.Nald.V.*Bannitus*.n.7.

45 Quare ex hiis omnibus caueant Iudices pro eorum conscientia ne admittant dictas appellationes, quia sicut peccant grauiter non admittendo quando est iusta c.decreto. 2. q. 6. & docent Tabien. V.appellatio n.23. Nauar. in c.25.manual.num.14.vers. nota tertio Rodrig.de ord.iudic.c.13.n.3. & Ioan. Valer. de differ.Vtr.for.V.appellatio.num.2. diff 2. ita peccant admittẽdo iniustas, & friuolas gloss. in Verb.deferent in c. [illegible] appellat.de appellatione in 6. Abb.in capit.de priore eo. titol. Tabien.loco cit.& ego dixi sup. defens.2. cap. 1.num.35.Et aduertant quod licet in iure aliquando appellatio remoueatur,hoc procedit in foro exteriori, non autem interiori, nam quando est friuola numquam in cõscientia admitti potest,vt bene docet Nauarr.d.c. 25. n.15.& sequitur Mirand.de ord.iudic. q. 30. art.11.concl.3.ad fin.& nouissime tradit Valer. V.iudex differ.3.per totum immo potest Iudex procedere vlterius absque timore attentatorum dummodo non sit ei inhibitum. Pattell. expedit. ciuil. exped. 77. numero 11.

46 Friuola vero appellatio tunc dicitur quando inanis frustatoria, vana, vel contra leges existimatur quæ omnia arbitrio, & conscientiæ Iudicis relinquuntur.ita Marant. pract. 6. p.cit.& quand.n.18.cum aliis perSanch.opusc. moral.lib.3.cap.vnic.dub.32.n.41.quib.addo Dian.p.4.tr.6.res.28.qui & alios adducit pręsertim Guazzinum Patrem meum def.30.c.2 num11.

47 Peccant etiam litigantes, Aduocati, & alii appellantes non ex confidentia iustæ causæ sed tantum vt per moram iustitiam impediãt faciunt enim iudici iniuriam eius officiũ impediendo,& aduersario eius iustitiã perturbando ita D.Thom.2.2.q.69.art.3. quem sequitur Tabien.V.accusatio n.12. cum aliis immo tenentur ad damna parti causata etiam quando appellant ex causa verisimili,vel probabili, sciunt tamen in cõscientia non esse veram Silu.V.accusatio q.14.& seq.Nauar.c.25.n.14 28.& 39.Cordub.cas.69. Sot. de iust. & iur. lib.5.quæst.6.art.3.& de communi testat. Io. Valer. de differ. vtr. for. V. appellatio differ. tertia.

48 Item dicendum est de Reo,qui scit iuste esse condemnatum, tamen appellat.Ratio est quia facit iniuriam iudici iuste condemnanti, vt dictum est, & absque causa eius defertur sententia, & Reipublicę,ad quam maxime spectat punire delicta ita s.Antonin.p.2. tit.1. cap.19.§ 6.qui dicit esse p.mortale appellare ad differendam sententiæ executionem Soto lib.5.quæst.9.art.3.qui etiam dicit esse ex genere suo mortale,& Cordub.d.cas. 69. Attamen nota quod si fit tantum cum spe alicuius remissionis penæ maxime ad arbitrium boni viri,non est p. mortale, sicuti etia si supplicatur

ad eum I.Iudicem vt temperet rigorem maxime si sit supremus, cui competit remissio penę, ita cum recentiorib. docet Sanchez consi. mor.lib.6.c.4.dub.2.n.2.omnino viden.

49 Sed quæres quid si Reus cognosceret sententiam contra ipsum latam esse iniustam attamen nollet appellare, sed succumbere d.sententiæ, an peccaret?& resp. affirmatiue iuxta qualitatem penæ; tenetur enim appellare, ne faciat contra illud. Erue eos qui ducuntur ad mortem; non enim est Dominus suæ vitę, nisi ex aliis circunstantiis melius videretur, quod arbitrio Confessarii prudentis relinquitur Nauarr.in c.non inferenda n.46.in fine, & sequitur Nald.in Summ.Verb.appellare n. 11.

50 Secundo principaliter est aduertendum ad quem Iudicem fieri liceat Appellatio? & est regula, vt dixi in principio, quod ad superiorem, non vero inferiorem neque æqualem, vel ad eumdem est appellandum ita ex text. in c.anteriorum 2.q.6.l.1.ab eo.ff. quis, & a quo l.præcipimus C. de appell. *Barbos.* de pot.episc. alleg.54.n.46 & Sanch.d. lib. 3.c. vnic.dub.32.nu.15.qui & dicit non valere consuetudinem in contrarium.

51 Ex his sequitur quod ab episcopo ad Archiepiscopum tamquam superiorem licite appellari potest, & non solum in spiritualibus sed etiam in temporalibus c.pastoralis de offic.ordin.c. dilectus de appellat.c.1. de for. comp.in 6. Quarant. V.Archiepiscopi auctoritas n.13.vers.ampliatur tamen Marc.Ant. Genuens.c. 70.nu.7. Sebast.Cęs.in Relect.ad Eccles.Hierarch.disp.5.§.2.nu.10. vers. primus Seraphin.decis.1183.& late *Barbos.* de potest.episcop p.1.tit.4.n.61.

52 Et nota quod ab episcopo procedente potestate ordinaria, & delegata prout est in Sacro concil.sess.24.de reform. c. 10.appellatur non ad Summum Pontificem, sed ad metropolitanum quoad effectum tamen deuolutiuum non autem suspensiuum prout in sess. 22 de reform.c.1.ita decisum referunt Zerola in prax.episc.p.2.V.visitatio §.3.Marcell.Vulpe Prax.Iudic.c.21.n.39.Coch.de Iurisd.ord.in exempt.p.2.q.14.nu. 5.& alii per *Barbos.* de pot.ep.p.3.alleg.73.n.35.& alleg.92.n.13.& seqq. Vide Quar. V.Archiepiscopi n.18. vers. item si Papa vbi dicit quod in iis, quæ potest episcopus cognoscere, & iurisdictione ordinaria si Papa delegat, dicitur excitasse non autem causam delegasse, & consequenter est appellandum ad Archiepiscopum: nam si delegatur, ad delegantem est appellandum. ita etiam Scacc. de app.q 8.n.14.& n.86.seq.

53 Item nota quod non solum potest appellari ad Archiepiscopum sed etiam ad Vicarium eius generalem, qui terminare potest in totum vel in partem etiam in Diæcesi suffraganei, & notarium, ac nuncium deputare ita Seraph.decis.1183. Vide Quarant. vbi supra vers.18.Sebast.Cęs.d.disp.5.§.2.nu.10. Sigis. Scacc.de appell.q.8.n.85.seqq.

54 Limita vero in causis sanctæ fidei circa exemptos in quibus appellatur ad Papam propter grauitatem negociorum: Item quoad alios qui partes non fuerunt: Item a delegato episcopi, nam tunc appellatur ad ipsummet episcopum delegantem: vel quando d. Archiepiscopus conueniret subditum episcopi coram ipso, quia esset appellare ad aduersarium: vel tandem quando recurritur ad Archiepiscopum per viam quærelæ: nā Archiepiscopus non potest adiri nisi per viam appellationis Marc.Anton. Genuens. in Prax. Arch.Neap.cap. 70.alias 71.n.3. vers. limita tertio, & n.7. Scacc.tract.de apppell. q.18. limit.47.membr.3.n.88.& q.19.remed. 1.concl.6.n 85.& remed.2 n.61.& q.7.n.107.& alios equos allegat *Barbos.*d.p.1.tit.4.num.67. seqq.& in Colletan.V.appellatio.nu.26. quibus addo DD.quos refert Dian. p.4. tract. 7. res.32.vbi de causis sanctæ fidei, cui si appellandum, discutit.

55 Quando vero a decretis Episcopi appellari non possit Vide dicta a me in def.6.c.7.n. 59.nota vero hic vnum singulare quod Ar-

56 chiepiscopus non potest in Dięcesibus suorum suffraganeorum constituere officialem foraneum ad cognoscendum de causis appellationum, nisi de cōsuetudine speciali hoc habeat facit text.in ca.1. de offic. ord.in 6. Pax. Pract.tom.2.præl.1.n.19.& 20.Sanch.opusc. mor.lib.3.c.vnic.dub.29.& seq.

57 Secundo sequitur quod ad Episcopum a Vicario Foraneo potest appellari, quia Foraneus diuersam habet ad episcopo iurisdictionem cum delegatam non ordinariam habeat, & sic inferiorem c.cum Episcopus de ord. in 6.gloss.in Clem.2.verb foraneo, & ibi Card. de rescript. Sbrozz.de off.Vicar.lib.2.q.55.n. 33.Azzor.Institut.mor.p.2.lib.3.quæst.12.& 15

Sanch.

Sanch.de mat.lib.3.disp.19.n.10.& 12. Mol. de iust.tom.6.disp.13.n.4.Gauant. Prax.epis. V.Vicar.For.n.4.& dixi sup. def.1.c.9.n.55.

58 Sed nota quod a Vicario foraneo procedente cum adiunctis a Capitulo deputatis cõtra Capitulares exemptos non datur ad episcopum sed deuoluitur ad Sedem Apostolicam cum non procedat tamquam foraneus, sed tãquam delegatus a Papa. ita Barb. refert decisum in Collectan.Verb.appellatio.n.27.

59 Tertio ad episcopum a Collatione capituli si vt Canonicus interfuit ab eodem Capitulo bene appellatur; vt notat Nald. V.appellare n.3.

60 Quarto ad Iudicem Ecclesiasticum a Iudice sęculari appellatur, licet non e contra; immo quando causa decisa fuit per duos Iudices vnicum Laicum, alterum ecclesiasticum, appellatio debet fieri ad ecclesiasticum; Ratio est quia Iudex appellationis debet esse Iudex competens vtriusque arbitri,& Laicus esse non potest ita Felin.in cap.1. de præscr. in 6. Ambrosin.de immun.c.10.n.6 *Bonac.*disp.1 q.16.punct.5.n.20. quos sequitur Dian. p.4. tr.1.res.54.

61 Quinto ad delegatum a subdelegato delegati Papę appellatur,quia licet ad Papam appelletur omisso medio, attamen quando delegatus Papæ subdelegauit aliquam partem, & non in totum, ad ipsum reuoluitur appellatio est text.in c.si delegatus de offic. deleg. in 6.notat Nald.V.appellare n.4.

62 Sexto ad Supremum Inquisitorem ab Inquisitoribus appellatur, in Regnis Hispaniæ, non tamen in Tribunali Romano, vbi quando hæretico conceditur appellatio,ad Papam appellatur ita DD.citati a Dian.p.4. tr. 7.res. 32.quib. adde Barbos.Collect.v.appell.n.26.

63 Notandum vero est quod regulariter a sententia Inquisitorum non datur appellatio nisi a sententia interlocutoria grauaminis illati ita comm.DD.citati a d.Dian.d.tract.7.res. 20.& 32.vbi etiam dicit contra Felin.& alios quod Hereticus non solum per viam Appellationis sed neque per viam supplicationis potest adire ad Superiorem.

64 Item notandum quod a denegatione publicationis testium in causa hæresis numquam datur appellatio ex particulari constitutione vt notat Peg.in Direct.Inquisit.p.3.com.123 & sequitur Fiau. [illegible]

quarti. A sententia vero torturæ quando detur appellatio vide Dian.p.4.tr.6. res.20. qui & alios allegat præsertim Guazzin.meum desens.30.lib.1.c.2.n.11.

65 Tertio est principaliter aduertendum,quæ sint de essentia appellationis, & quinque necessaria sunt. Persona legitima; Ordo; modus; tempus & iurisdictio. Vide Sebast. Guazzin. def.36.c.1.n.1.vers.& aduocatus.

66 Persona legitima est illa quæ stare potest in Iudicio; vnde Seruus, filius familias, furiosus, Monachus,& is cui denegata est audientia tam in agendo,quam in excipiendo & se defendendo,sunt inhabiles ad prosequendam appellationem. Item, rouocator reuocatus, vel non habens mandatum sufficiens, saltem generale ad lites quia & hoc sufficit: vel excommunicatus quando omnino extraiudicialiter est appellandum neque hi sunt apti ad d. appellationem deferendam, vt bene docet cum Lancellott.de attentat.par.2.c.12.limit. 59.n.44.& alijs per eum Sanch. cons. moral. lib.3.c.vnic.dub.32.n.46.

67 Ordo appellationis requirit quod d. appellatio deferatur iudici superiori proximiori,& sic gradatim iuxta ius commune c.consuluit de appell.& ibi Decius.n.4.& 5.cum alijs Doctoribus quos allegat Dian.p.5.tract.10. res.

68 18. Pro regularibus vero extat Decretum Clem 8.& declaratio Cardinalium citata a Remig.Scrof.opusc.de inualid.Prof.dub.25 & 25.& a Portell.in dub.Reg.V.appellare n. 3.vt scilicet a Guardiano appelletur ad Prouincialem,a Prouinciali ad generalem, a Generali ad protectorem,a protectore ad Papã, Stante tamen praxi potest hodie Religiosus appellare ad Papam omissis alijs medijs, vt notat Dian.loco citato,& p.3.tr.2.res.58.cui addo Sperel.decis.for.eccles.decis.38.nu. 25. & alios per Aug.Barbos.Collect. V. appellatio n.11.

69 Hic nota quod si appellans non determinat Iudicem,sed tantum dicit apello ad Iudicem competentem, intelligitur ad proximiorem:quia videtur electa via communis iuris notatur in l. quamquam C. de test. milit. D. Antonin.p.3.tit.9.c.14.Silu. Verb. appellatio quæst.11.Speculat.tit.de appell. §. nunc tractemus n.19 cum alijs per Sanch. [illegible] dub. 32. n.150.qui & nu. 161. dicit quod appellatio [illegible]

[illegible] his

lis Iudicis valet, licet non sit dictum apello.

71 Iterum nota quod appellatio alternatiue facta ad plures iudices, scilicet appello ad episcopum vel ad Papam: vel copulatiue scilicet ad episcopum, & ad Papam, licet multi dicant quod sit inualida; attamen tenent alii absolute valere, ita Rot. decis. 290. maxime quando in alternatiua est positum, vel ad Iudicem competentem. Ego dico cum Neuo. in c. 2. De appell. & Dominic. in c. si is cui de offic. deleg. in 6. quos refert, & sequitur Sanch. cons. mor. d. dub. 32. n. 162. in fine tūc valere, quando appellatio est recepta, & assignatus terminus a Iudice a quo, quia intra illum terminum potest appellans determinare Iudicem, & hanc opinionem sequuntur etiam alij recentiores per Dian. p. 5. tract. 10. res. 10. §. sed quid.

72 Modus appellationis est quod fieri debeat in scriptis, & continere grauamen, & causam ipsius grauaminis in specie nisi iusta causa impediat. ita Ascan. Noctino. in Summ. Dian. V. appellatio n. 15. Licet Sanch. d. dub. 32. num. 280. dicat, quod a deffinitiua satis est dicere grauamen in genere nisi esset causa, in qua de Iure non admitteretur appellatio, quia in hoc casu appellans haberet præsumptionem contra se, & ideo Iudex non tenetur deferre, nisi ostendatur iusta causa. Vide nouissime Paitell. in Exped. caus. ciuil. annott. 25. num. 8. qui dicit expressionem specialem non esse de substantia sed tantum pro Iudicis informatione, & eund. Dian. p. 4. tract. 6. resol. 20.

73 Nota quod cum appellatio duplex sit, alia Verbalis, quæ fit verbis, vt fit communiter, & alia facti, quæ fit per arreptionem itineris ad Superiorem vt habetur in c. dilecti, il secundo, de appellat. per hunc secundum non est necessaria scriptura, sed sufficit factum; Arreptio enim itineris ad Superiorem habet vim Appellationis; debet tamen ista arreptio itineris esse intra decem dies datos a Iure Canonico, sic Lancell. de attent. p. 2. c. 12. limit. 50. n. 115. Sanchez opusc. moral. lib. 3. c. vnic. dub. 32. n. 22. Dian. p. 3. tr. 2. resol. 56. qui dicit cum Sanctar. tit. de Apost. c. 3. dub. 1. n. 11. & alijs posse regularem se ad Superiorem transferre absque alia licentia, vel consensu eius, qui vexat inique, neque hoc intendat prohibere Concil. Trident. in sess. 25. de ref. c. 4. quia verisimile non videtur voluisse concilium punire actus per se licitos, quod scilicet possit recurri iusta de causa ad Superiorē. Vide Sayr. Clau. reg. lib. 12. c. 17. n. 40.

74 Tempus appellationis est decem dierum a die latę sententiæ, ita text. in c. quoad consultationem. De re iudicat. Auth. hodie C. de appellat. & DD. per Sebast. Guazzin. d. defens. 36. cap. 1. quibus addo Marant. pract. 6. p. tit. & quad. appell. n. 213. Sanch. vbi supra num. 456. cum aliis comm.

75 Et hoc procedit tam in iudiciali quam extraiudiciali appellatione, & etiam in Sententia arbitri, & alijs quæ succedunt loco appellationis. ita DD. supracitati cum Sanch. n. 57.

76 In sententia vero excommunicationis tempus est totum illud quo condicio ad incurrendam excommunicationem non impletur ita Nald. V. appellare n. 4. post alios quos allegat Dian. p. 5. tr. 9. res. 64. Vers. sed difficultas quib. addo citat. a Sanch. d. dub. 32. n. 260.

77 Sed quia Guazzin. Pater meus loco cit. n. 2. ponit dubium an dies latæ sententiæ computetur in termino decem dierum, & resoluit affirmatiue, & quod iste dies non computentur naturaliter sed de momento ad momentum ego sequendo illius opinionem etiam in cosciencia dico sic tenendum cum DD. per Sanch. cons. moral. lib. 3. c. vnic. dub. 32. n. 66. Felin. in c. quoad consultationem. nu. 30. de Sent. & re iudic. Scacc. de appell. lib. 3. c. 2. q. 15. n. 162. ita vt etiam dies feriati computentur Azebed. lib. 4. recop. tit. 1. lib. 2. n. 25. Vide Cher. in schol. 2. const. 22. Pauli V.

78 Notandum tamen est quod non incipiunt currere nisi quando peruenit ad notitiā partis datā esse d. sententiam. Ratio est quia hic terminus datur ad deliberandum; ignorans vero non potest deliberare sic gloss. in c. anteriorum 2. q. 6. & c. conuersationi de appellat. in 6. vers. fuerit Auth. hodie C. de appellat. Cardin. in Clem. 1. de dol. & cont. n. 4. Imol. Felin. & alij in d. c. quoad consultationem de sent. & Re Iudic. Perezi lib. 3. ordin. tit. 16. l. 1 Azebd. vbi supra. tit. 18. lib. 1. nu. 52. Gffred. tit. de appellat. n. 14. Marant. p. 6. tit. & quandoque appell. n. 215. Sanchez d. dub. 32. n. 60. qui in tract. de Matr. disp. 53. n. 7. dicit quod hic terminus nō currit impedito post factam protestationem de impedimento, sic etiam alii DD. per Ludouic. Paitell. expedic. caus. ciu. exped. 35. n. 16. ex quo infertur quod Iu-

dic

dice appellationis excommunicato non currit tempus ita Flau.Cherubin.Scol 1.Const. Pij v. quæ incipit licet iure cum alijs per eum. Sicuti etiam in vrbe sede vacante, non enim currunt fatalia in causis, in quibus iudicibus Iurisdictio eo tempore quiescit quod est notandum etiã pro aliis similibus casibus Seraf.dec.361.nu.2. Marchesan.de Commiss.p.2.§.1.nu.121.& DD. in Clem.2.§.1.de elect.

81 Secundo quia d.Guazzin.dicit quod transacto hoc tempore sententia trãsit in iudicatum, addo quod in ciuilibus terminus potest prorogari ex communi partium consensu. Ratio est quia hoc tempus fuit introductum in fauorem partium, ergo huic fauori possunt renunciare, ita ex probabili sententia tenet cum aliis per eum citatis Sanch. d. dub.32.n.78.

82 Quæres quid dicendum de iudice an & ipse possit prorogare hunc terminũ? Resp. quod Iudex ad quem non potest, quia ante appellationem interpositam nondum est Iudex; Iudex vero a quo, licet hoc non respiciat officium iudicis, sed sit introductum in fauorem partium tamen ex causa vt est scandalum, damnum publicum, & similia potest aliquando minuere, Iudicis enim est prouidere huiusmodi incommodis ita Panorm.in c. cum sit romana n.13. de Appell.Neuo Rubr.de appellat.n.21.Beroius in d.cum sit n.20.Sanchez d.dub.32.n.81. Præfixo vero tempore non potest amplius illud breuius vel longius fieri quia pendente tẽpore dilationis eius officium conquiescit l.siue prors.C.de dilat.Panorm.in c.personas de appell. Imez.in cap.ex insinuatione eo tit. Sanch. n.91. & Paitell. vbi supra expedit.16. annot.16. num.18.

83 Tempus autem ad prosequendam appellationem de iure Canonico est vnus annus, & ex causa necessaria, etiam biennium; potest tamen Iudex a quo secundum locorum distantiam & qualitatem personarum, & causę tempus hoc moderare sic habetur expresse in d.c. cum sit romana & notat Sanch. n.84.seqq.

84 Verum si extat statutum vel legitima consuetudo quæ aliter disponat, causę appellationis expederi debent iusta legem tunc temporis stantem Nald.V.appellare n.13.

85 Et nota quod appellatio non habet locum elapso biennio quando ob grauitatem causæ, vel ob partium cauillationes non sit deffinita causa in foro episcopali, sic refert fuisse decissum Fr.Leo. in Thes.p.1.c.1.num.72.& notat Barthol. Gauant. man. episc. v. appellatio. nu.2.

86 Item nota quod appellantibus in causis criminalibus debent causæ appellationum expediri intra sex menses, ne alias ex diuturna mora pænæ delictorum impunitas exerceatur, ita ex Const.Pij V.edita anno 1571. incipit licet iuri, pag.349. Bull. & in hoc aduertant Iudices nam peccant mortaliter aliter facendo, & obligantur ad damna & interesse, vt ex verbis d. Bullæ notant Nald. v. appellare num.14. & Nauarr.summ. Bull. v.appellatio a num.1.

87 Aduerte tamen quod fiscus non ligatur hac fatalium restrictione, vnde si succumbat, & infra sex menses non expediat, causam appellationis, non tenetur ad pænam d.Bullæ, ita concludit Flacc.Cherub. scol.2. d. Bullæ cum alijs per eum. Fatalia vero sunt tempora appellationum, & dicuntur fatalia a fato, quia mortem appellationi inferunt Scacc. de appellat.lib.3.c.2.q.15.n.8.

89 Aduerte secundo quod reus appellans in Criminalibus, acta primæ instantiæ producere debet, sine quibus Iudex ad quem non potest procedere, vide quæ dixi supra deff.1. capit. 15. numer. 32. At Iudex a quo [illegible] 30. dies gratis exhibere debet, alioquin si [illegible] his terminetur causa; ita ex Concil. Triden. sess.14.c.3.docent Gauant.d.v.appellatio.nu.1. Flau.Cherub.in Const.138. Pij.V. quæ est in tom.2.Compend. Bullar. cart.74. & nouissime Barbos.in Collectan. v. appellatio n.6.

Aduerte tertio quod in Commissione signaturæ iustitiæ cum dicitur: Iudices Fatalia toties quoties opus fuerit prorogare & aduersus lapsum restituere possint, intelligitur ad duas, vel tres vices tantum, sic in Praxi notant Mandos.in Comm.prorog.fatal. vers. toties. Marches.de Commiss.p.2.c.vlt. nu.7. seqq. Flau.Cherub.schol.p. Const.XXVI.Pauli v. Cum vero cõceditur ex gratia a Principe, tũc videtur posse extendi ad vlteriores vices ex Alex. cons.145. lib.2. nu.3. & colligitur ex d. cõst. Pauli V.cũ ijs quæ notat d.Cher. loc.cit.

90 Quæres modo an supradd. terminus assignatus in Appellatione sit ad prosequendum tantum, vel etiam ad finiendum? Resp. ex Clem. sicut de Appellat. quod si est positus a iure, est ad finiendum, si ab

homine ad prosequendum, cum non possit homo imponere terminum ad finiendum. ita ex text. cum sit romana & ibi Abb. n. 11. de appell. Dec. in c. personas num. 11. eo. tit. qui etiam testatur de communi Marant. pr. 6. n. 205. qui & alios allegat Villalob. in comm. opin. litt. A. n. 203. Azebed. lib. 4. recopil. tit. 18. lib. 2. n. 8. seq. Sanch. d. dub. 32. n. 97. qui & de communi testatur.

91 Queres secundo an transacto primo anno possit Iudex a quo exequi sentētiā tamquā appellatione deserta, si non constat sibi aliter de Impedimento? respondeo quod si Impedimentum prouenit ex facto Iudicis, & nō fuit sæpius protestatum; vel ex parte litigantis, vt ex causa Infirmitatis, iustæ absentiæ, & similis & hoc Iudici non constat, potest exequi sententiam. Ratio est quia Ius non dat secundū annum appellanti simpliciter, sed sub conditione si est impeditus, vt ex d. cap. cum sit Romana; cum ergo non apparet impedimētum Iudex habet suam intentionem fundatā ex lapsu primi anni, ita Panorm. Innocent. Imol. Alex. & alij quos refert Marant. loco cit. a nu. 231. & sequitur Sanch. opusc. mor. lib. 3. cap. vnic. dub. 32. n. 109.

92 Constare autem iudici debet vel per citationem factam a d. Iudice appellanti ad dicendum, quare sententia executioni mandare non debeat, vel per protestationem factam ab ipso appellante coram d. iudice; licet si hoc prouenit ex impedimento notorio, nō est necessaria alia protestatio ita Franc. c. fin. n. 13. de appell. Immol. n. 3. Dec. nu. 21. Neuo n. 25. Marant. vbi supra n. 230. qui dicunt. quod in impedimento quod prouenit ex parte appellantis non requiritur protestatio nisi in casu quo debeat appellans mittere necessario Procuratorem facit text. in cap. querelam de procurat, & notat etiam Sanch. d. dub. 32. num. 113.

93 In causis vero Beneficialibus Iudex non potest consignare alium terminum quam expressum in iure c. 1. & c. capientes §. quod si de el. ct. in 6. & ibi etiam gloss. vers. quindecim, & est comm. Vnde si inuitis partibus assignat terminum breuiorem, non transit causa in rē iudicatam, dixi inuitis partibus, quia partibus præsentibus, & non contradicentibus potest; nam cum in beneficialibus partes possint renunciare appellationi c. quamuis de elect. in 6. possunt etiam multo magis renunciare termino posito in iure in earum fauorem Marant. pr. 6. p. tit. & quand. appell. n. 415. Franc. in c. cum sit Romana n. 16. de appell. Sanch. d. dub. 13. n. 115.

94 Sed aduerte quod licet d. appellatio in beneficialibus sit deserta per negligentiā partis, non censetur per hoc deserta quoad iudicem, vnde semper potest suplere, & procedere ex officio cognoscendo de meritis causæ. ita Marant. loco cit. n. 415. Franc. in constitutus, il secundo de appell. & Sanch. n. 117.

Cætera vero quæ ad Praxim exteriorem pertinent maxime in criminalibus vide post DD. supracitatos Guazzin. meum in d. defens. 36. cap. 21. per totum.

95 Vltima coditio essentialis ad appellandū est iurisdictiio scilicet quod appelletur a iudice ad iudicem competentē, vt supra dixi, quibus & aliqua hic adiungenda necessaria videntur & primo an sufficiat appellare coram Notario absque præsentia Iudicis. & Sebast. Guazzin. Pater meus dicit, quod sufficit fieri coram notario; quam opinionem etiam sequuntur Cnnonistæ ea ratione, quia presentia iudicis non videtur ad alium finem requiri, nisi vt iudex habeat notitiam appellationis ita Dec. in c. sugestum de appell. n. 16. Innoc. in c. dilectis. eo tit. in 6. speccul. tit. de appell. §. qualiter n. 8. Arch. in c. biduum. 2. q. 6. Lap. alleg. 39. & Sanch. d. dub. 32. num. 127. qui & dicit quod iudici intra tempus appellandi est facienda intimatio, sed ego dico quod ex causa necessitatis, vt si impediat metus, vel iudicis non est copia, potest fieri appellatio coram Notario & testibus, vel coram honesta persona absq; alia intimatione, colligitur ex tex. in c. biduum 2. q. 6. vers. si quis ipsius; & ex c. sugestum & ibi Panorm. nu. 4. de appellat. Bellamer. dec. 381. Rota in antiq. dec. 356. Grammatic. decis. 36. n. 73. Lancell. de notent 2. p. c. 12. limit. 50. 184. & seq. Villalob. in comm. contr. comm. litt. A nu. 198. Marant. vbi supra nu. 133. Silu. v. appellatio q. 6. & 8. Tabien. eo. q. 13. nu. 14. D. Anton. p. 3. tit. 9. c. 14 § 1. Ruin. cons. 6. num. 8. vol. 4. Mandos. reg. de Annal. q. 44. n. 4.

96 Quando vero dicatur honesta persona arbitrio iudicis est relinquendum ita Sanchez cum alijs per eum d. dub 32. n. 136. seqq. sed nota quod in hoc casu necesse est fieri protestatio-

stationem quod non appellat coram iudice ob metum, vel quia non est copia, & debet fieri intra tempus ad appellandū concessum c. fin. de appellat. v. contestatione super hoc facta D. Antonin. loco citato Lancell. d. par. 2. cap. 12. ampl. 15. num. 48. seqq. Sanchez num. 140 142. & 244. Paitell. exped. caus. cui annot. 98. nu. 3.

98 . Secundo nota quod qui semel appellauit coram vno Iudice, potest variare appellando etiam coram alio, si sit intra illos decem dies & præualebit secunda appellatio. Ratio est quia cum sit concessa Appellatio ob fauorem partis, in eorum arbitrium semper remanet electio vsque ad præfinitum tempus, gloss. & Bald. in l. si quis libellos C. de appell. Neuo. in c. sua de appell. n. 25. ita etiam poterit redire ad iudicem a quo, & tunc dicitur renunciasse suæ appellationi, ita DD. citati per Ludou. Paitell. tract. expedit. caus. ciuil. expedit. 32. n. 23. nisi fuerit protestatum se non intendere renunciasse d. Appellationi, Protestatio enim conseruat ius potestantis l. si fideiussor §. fin. ff. qui satis cogant. Guid. Pap. decis. 364. Negusant. de pignor. part. 4. num. 36. vers. si ergo cautus Alex. cons. 130. n. 13. & 17. in 4.

99 Tertio nota quod licet appellans possit renunciare appellationi l. si quis C. de appell. ita vt talis renuncians possit condemnari in expensis, nisi causa, propter quam renuncietur superueniat de nouo Innoc. in c. ex parte de rescript. Guido Papæ quæst. 436. n. 36. auffer. ad Tholoss. decis. 5. in fin. Attamen appellatione renunciata non censetur renunciatum

100 supplicationi, & recursui ad Principem & ratio est, quia ordinario remedio a moto non censetur a motum extraordinarium quod fit per viam recursus Roland. cons. 38. nu. 4. & seqq. Marant. vbi supra num. 13. Lancell. Gall. cons. 121. n. 54. & 55. quod tamen non procedit quoties ex conuentione sublata est Appellatio, quia tunc censetur voluisse omnibus renunciare Dec. in c. pastoralis ante n. 6. de appell. & in cons. 583. nu. 2. Ruin. cons. 157. nu. 17. Lancell. Gall. cons. 121. nu. 58. Sed quia hæc potius ad Praxim exteriorem spectant ideo de eis me remitto ad Costam tract. de re integra dist. 58. num. 10. & num. 15. Gratian. discept. forens. cap. 572. num. 19. & 20. part. 3. & nouissime Paitell. exped. caus. ciuil. annotat 32. per totum.

101 Aduerte tamen hic vnum maxime Iudicibus ecclesiasticis adnotandum, quod Episcopis numquam a Iudice ad quem debet fieri inhibitio sub pœna excommunicationis, ita Zerol. in Prax. v. appellatio quem sequitur Bart. Gauant. in man. episc. eod. verb. n. 3.

102 His expeditis quarto loco principaliter aduertenda sunt aliqua specialia & primo quod quoties Reo interdicitur d. appellatio, censetur & fisco, & Actori prohibita, ad hoc vt seruetur in iudicio æqualitas. ita Antonin. Dian. part. 6. tract. 6. res. 30. Vnde appellatio prohibita Reo per Bullam Gregorij XIV. a sententia de tradendo illum Curiæ sæculari, censetur etiam denegata fisco, vel actori, quando Episcopus pronunciauit reum esse remittendum. ita Peregrin. de Immun. cap. 16. n. 33. Ciarlin. contr. forens. c. 116. num. 68. Sperell. decis. for. eccles. 65. nu. 2. seqq. qui & testatur de rescripto Sacr. Congr. & de attestatione Vrban. VIII. vt notat. Dian. loco citato vide latius supra def. 1. c. 12. nu. 49. seq.

104 Secundo quod non solum a deffinitiua sententia, sed etiam ab interlocutoria grauamen irreparabile continente datur appellatio, ita ex concil. Trident. sess. 13. de reform. c. 1. & sess. 24. c. 20 & ex Greg. XIII. in Reg. Cancell. reg. 35. & notat Guazz. meus in def 36. c. 4. n. 19. cum alijs per eum quibus addo Nald. in v. appellare n. 1. Sanch. cons. mor. lib. 3. cap. 1. dub. 32. num. 182. Gauant. v. appellatio nu. 4. immo etiam de grauamine indebitæ carcerationis etiam poterit appellari; ita fuisse decem a sacra Congreg. Concil. testatur idem Barth. Gauant. loc. cit. n. 8.

106 Nota vero quod quando quis appellauit ab interlocutoria grauamen irreparabile cōtinente, & Iudex non admissit appellationem debet etiam ab ipsa non admissa appellare, alias appellatio censeretur decreta. ita Card. in Clem. 1. de dolo & contum. quæst. 4. Marant. pr. 6. p. tit. vbi sup. n. 421. Sanch. loco citato nu. 215.

107 Item nota, quod iudex pendente d. appellatione ab interlocutoria, potest vltra procedere nisi haberet vim deffinitiuæ, vel fuerit inhibitus ab alio iudice superiore, c. non solet de appel. in 6. Lancell. de attent. 2. part. cap. 12. limit. 1. num. 15. cum alijs per Sanchez num. 38.

108 Item nota quod cum Concil. Trident. dicat.

cat, quod non detur appellatio in causis criminalibus ab Episcopi sententia interlocutoria, nisi grauamen irreparabilem contineat vt supradiximus; hoc decretum intelligitur tãtum de iudicibus ordinarijs, non autem inferioribus, etiam quando cognoscunt in prima instantia rationibus satis docte adductis per Sanch.op.mor.lib.3.c.1.dub.32.n.211.omnino videndum.

109 Item nota quod si quis iurauerit non appellare, attamen ab excessu, vel a nouo grauamine potest citra notam periurij d. appellationem referre, nam in hoc casu potius recursus quam Appellatio dicitur, non enim videtur velle cũtanto sui preiudicio promittere, cũ nemo præsumatur se nole defendere in damnis grauibus vitæ, honoris, vel rerum. Magont.decis.Lucens.nu.13.Ias.cons.12.nu.58. Plan.de in lit.Iurand.p.3.n.5.Surd.cons.358.n.2.Rebuff. de sent.executor art.7.glos.12.n.10.Paitell.annot.25.n.3.seqq.qui in terminis loquuntur. vide quæ in similibus casibus de Iuramento referunt Filliucc.tr.28.num.227. Sanch.in summ.lib.3.c.17.n.1.seq.Laym.lib.4.tract.3.c.9.& Bonacin.præc.Decal.disp.4.q.1.p.1.per totum.

110 Excessus vero debet ab illo probari qui illum allegauit Lancell.de attentat.p.2.c.12.limit.53.nu.25.& mandatum de appellando requiritur speciale & indiuiduum, nisi sit in ead.lite, in qua quis constitutus iam fuit Procurator ad lites, quia in hoc generali mandato includi videntur omnia, quæ necessaria sunt vsque ad perfectum terminum ipsius litis vide Bero.cons.25.n.10.Surd.cons.358.num.8. Aret. in §. præterea n.16. Inst.de.except.Magont.decis.18.n.20.Socin.Iun. cons.92. nu.4. Barz.decis.68.n.9.Becc. cons.135.n.20. Sanchez.op.mor.d.dub.32.n.46.

111 Tertio quod in die festo non potest prosequi appellatio, sed tantum interponi licet melius esset si in die profesto interponeretur quando commode id fieri posset. Ratio disparitatis, est quia prosequi appellationem nõ est adeo necessarium, alioquin homines litigare possent in die festo, & non esset eis prohibitum, quod est falsum ex cap.1.& c.fin.de fer. Interponere vero appellationem potest fieri necessarium, ex eo quod si dies illa elaberetur, non esset amplius tempus idoneum ad id agendum; & appellare pertinet ad naturalem defensionem, vnde iura estimauerunt non esse hominem priuandum tali subsidio etiam necessario in die festo gloss. in c. vlt.de fer.& ibi Abb.n.12.Suar. tom.1. de relig.lib.2.cap.12.Caietan.2.2.q.122.ar.4.§. sed ad hoc Filliuc.tract.27.c.11.quæst.9.n.159.& nouissime Getuald. a Bononiis Capuccinus tit.de præcept.Decal.tract.11.c.2. nu.6. cum alijs per eum.

112 Quarto quod in dubio semper est iudicãdum pro appellante, vnde quando dubitatur an appellatio sit deserta pronunciari debet non esse talem, in dubio enim semper standũ est pro possessore c.significauerunt, & ibi Felin.de testib.dec.in l.quoties ff.de reg.Iur.Marant.pr.6. p.tit. & quandoq; appell.num.408. Sic etiam quando est dubium de iure, vel de facto an sit legitima appellatio, esse illi deferendum, nec ea pendente potest Iudex a quo, aliquid innouare c.cum speciali §.porro de appell.Silu. v.appellatio q.12. Tabien. eod. nu.2. D.Antonin.p.3.tit.9.c.14.§.1.Specul tit.de appell.§.nunc dicemus n.8. Lancellot.de attent.p.2.cap.12.limit.6.n.48.Ias.in l.præses n.4.ff.de sent. & re iudic. Nauarr. lib.2. cons.tit.de appell.in antiq.cons.4.n.2.

114 Limita in casu quo Appellatio non esset in iure permissa quia denegans appellationem habet fundatam intentionem, & regulam pro se.Silu.V.appellatio q.5.Bero in c.super eo n.2. de appell.Sanch.opusc.mor.lib.3.c.1. dub.32. num.43.

115 Quinto actio apostolorum in appellatione debet fieri intra 30. dies incipientes a die sententię latę in appellatione a deffinitiua sententia alias appellatio manet deserta ita ex c. ab eo de appell. Matant. cum.multis vbi supra n.416.Sanch.d.dub.32. nu.119. Lancellott.de atent.p.2.c.12. limit.50.nu.196. immo non sat est petere, sed si Iudex terminum dederit tenetur appellans infra terminum pro illis redire nisi Iudex appellationi detulerit; & hoc procedit licet Iudex non veneret ea die ad locum Iudicij, nam debet comparere & protestari sic Marant. n.4.2. & Sanch.n.122. At si appellatio facta fuit in absentia iudicis non est necesse petere dd. Apostolos, nec si reuertatur est necessarium iterum eum adire quia sat est initio eum quæsiuisse ita comm. DD. per Neuo in c. fin.de appellat.

116 Ad expensas autem actorum transferendo-

dorum tenetur appellans si per Notarium acta sunt scripta, secus si per Cancellarium vt ex Concil. Trident. sess. 24. c. 20. & sess. 13. c. 3. de reformat. refert. Gauant. in Manual. episc. v. appellatio n. 6.

117 Sed nota quod si appellatus occultauit processum, vel præstitis impedimentum, vt trasportatio non fieret in eius præiuditium, habētur pro trasportatis, & Iudex appellationis potest appellantem absoluere, & acta gesta in prima instantia annullare ita sacra Congreg. teste Gonzal. ad reg. 8. Cancell. quem refert Barbos. in Colestan. v. appellatio. n. 28.

118 Sexto. Notandum est quid operetur in litteris principis illa Clausula omni appellatione remota, cum constet de iure posse, qui graciatur, vbicumque appellare c. vt dilectus de apell. licet grauamen non sit expressum in iure, prout antiquitus requirebatur; & dico quod præsuposito grauamine certo non impeditur per Clausulam illam d. appellatio, intelligitur enim de appellatione inutili, & potius apponitur ad Cautelam cum plus timeri soleat quod specialiter iniungitur, quam quod generaliter præcipitur gloss. in d. c. dilectus verb. ante sententiam, ita docent Sanchez. cons. moral. lib. 6. c. 8. dub. 2. n. 24. Nald. in V. Clausula appell. remot. & Dian. p. 6. tr. 1 res. 30. vers. vnde.

119 Item operatur ratione partium, & non ratione tertii quando venit pro suo interesse cap. super eo & ib. Abb. de off. deleg. Imol. in Clem. 1. de re iudicat. Nald. vbi supra & Barb. simili d. v. appellatio.

120 Item operatur quod iurisdictio Iudicis a quo per appellationem non suspenditur, licet interim Iudex ad quem possit de iniquitate sententiæ cognoscere, vnde sententia poterit execu ioni demandari nisi a d. Iudice ad quē non sit inhibitum Abb. in c. inter cæteras n. 3. de re iudic. & in c. super eo de off. deleg. quē refert & sequitur Nald. loco citato. Rot. apud Farinacc. decis. 620 nu. 2. p. 1. Fr. Marc. decis. 397. n. 4. Ceual. q. 190. Magon. decis. 18. litt. A. Sicuti etiam dum agitur de re tempore peritura, in his enim casibus non datur appellatio suspensiua, sed tantum deuolutiua, no via executiua sit longior ordinaria. Flau. Cherub. schol. 2. in constit. 47. Pauli V. & in similibus casibus Vide Barbos. Coll. v. appellatio nu. 15. seqq.

121 Vnde in sententia controuersiarum de præcedentia inter regulares exemptos, vbi episcopus ex Conc. Trident. sess. 25. in princ. c. 13. potest procedere amota appellatione, non intelligitur amotam esse deuolutiuam, sed tātum suspensiuam. ita resoluit. Rot. Rom. in vna Colonien. Præced. teste Barbos. de iure eccles. lib. 1. c. 43. nu. 180. Vnde Aloijs Riccium Dec. Cur. Arch. Neap. p. 1. decis. 90. nu. 1. Armendar. in addit. recopil. leg. Nauarr. lib. 1. tit. 14. c. 8. §. 31. n. 10.

122 Sic etiam vbi de visitatione, & morum correctione agitur omni appellatione remota, vt in cap. 10. sess. 24. de reform. intelligitur tantum de effectu deuolutiuo, non autem suspensiuo, dummodo episcopus procedat sine processu, & sine scriptis, ita Marchesan. de commiss. p. 1. cap. 6. n. 78. in secunda impress. Ciarlit. contr. forens. lib. 1. c. 65. num. 19. cum alijs per Barbos. de potest. episc. part. 3. alleg. 73. nu. 32.

123 Idem dicendum est quando appellatur a mandato de residendo in visitatione edito, vnde non excusantur interim a Residentia appellantes. ita Ricc. in Prax. for. eccles. res. 476. n. 5. in fine Marc. ant. var. lib. 1. res. 85. n. 10. & refert. decisum Armend. vbi supr. nu. 2. Seraphin. decis. 1346. n. 1. & 6. & Barbos. tr. de Canonico cap. 20. nu. 59.

124 A condemnatione autem ad triremes appellatio habet effectum suspensiuum tantum vide Barbos. Collect. d. v. appellatio num. 16. qui & refert ita decisum a sacra Congregatione.

125 Quæres an possit Princeps ius appellandi tollere, & ponere ad libitum istam Clausulē appellatione remota. Respondeo quod supremus princeps potest tollere appellationē; quia appellatio est de iure humano, cui potest Princeps derogare. facit text. in cap. 1. de rescript. & l. 1. §. interdum ff. a quibus appell. licet. docent Couarr. qq. pract. capit. 23. numer. sexto attestando de comm. Rebuff. repet. in cap. 1. de caus. posses. vers. sexto nota Sanch. cons. mor. lib. 3. cap. vnic. dub. 10. num. 1. Non est tamen a iudice supremo faciendum ad libitum, & absq; vlla causa, sed pro suæ conscientiæ defensione debet prius examinare negocij, & Iudicis qualitatem, & tantum vbi propter negociorum circumstantias, quæ non patiuntur iuxta Republ.

bene institutæ vtilitatem, executionem sententiæ appellatione posposita impediri necessarium esse duxerit vt aduertit Sanch. loco cit, dub. 10 n.4.

126 Quæres an ab aliis Iudicibus possit d.Clausula poni; & respondeo negatiue ita vt neque a Legato a Latere Papæ; nisi ex commissione speciali solus enim Princeps potest Iuri positiuo derogare. Nald. in V. Clausula litt. A.Graff.decis.aur.Additam.ad primam part. in lib.1.c.13.n.17.cum aliis per eum.

127 Quæres tertio an casu quo appellatio de Iure non admittatur, si tamen Reus appellet, & Iudex admittat d. Appellationem, siue ex ignorantia, siue ex voluntate, possit d. Iudex non obstante d.admissione, sententiam executioni demandare? Respondeo negatiue donec per Iudicem appellationis confirmata sit ratio est quia ex quo appellationem admisit, tota causa deuoluta est ad Superiorem, & iã a se abdicauit iurisdictionem c. cum appellat. de appellat.in 6,& ibi notant Io.Andr.& alii. Vide Ant.Gom.tom.3.var.c.13.n.31. & Sãc. opus.moral.lib.3.c.vnic,dub.15.n.1.

128 Aduerte hic obiter, quod quando dicitur nõ esse admittendam Appellationem in causa alimentorum procedit in alimentis præstãdis, non autem de præterito debitis, ita Aret. cons.79.quẽ refert & sequitur Iacob.a Graff. dec.aur.Additam ad p.part tit.de alimentis.

129 Septimo; quod multæ sunt differentiæ inter Appellationem Iudicialem, & extraiudicialem, Iudicialis appellatio est illa, quæ interponitur in Iudicis siue ante, siue post litem contestatam, & cum interponitur ante definitiuam sententiam dicitur appellatio ab interlocutoria, quando autem ab ipsa definitiua dicitur appellatio a deffinitiua. Extraiudicialis autem est illa quæ interponitur ab actu facto omnino extra iudicium vt si appelletur a collatione *Beneficij*, vel a quocumque alio, quod fit ex publico, vel quasi publico officio. l. 1.

130 §.solet ff.quando appellatum sit. Et dicitur impropriẽ appellatio; potius enim est prouocatio quam appellatio vnde in odiosis non non comprehenditur sub nomine appellationis ita Neuo. in c. bonæ nu.41. & Panorm. num.8. de appell. Inter has ergo Appellationes istæ sunt differentiæ quas aduertere debent iudices.

131 Prima est quod appellatio Iudicialis non valet, quando est generalis, & a futuro grauamine, sed debet esse specialis & a præsenti c. cũ debitus, & c.cum causam in fine. de appellat. extraiudicialis vero valet, licet sit generalis respectu personarum, & valet a futuro grauamine c. bonæ de appellat. & ibi DD. Vide Sanchez lib.3. mor. cap. vnic. dub. 32. num.7.

132 Ex quo nota quod in iudiciali appellatione causa debet esse cura, in extraiudiciali sufficit quod sit verisimilis Clem. sicut de appell. Panorm. in d.c. bonæ nu. 7. & ibi Neuo num.40.

133 Secunda differentia est quod Iudicialis suspendit iurisdictionem Iudicis a quo in totum quoad illam causam, extraiudicialis vero non suspendit actum de præterito, nec actum de preterito vt ex text. in c. constitutus de appellat. vnde tantũ suspendit quod postea fit contra ipsam appellationem, vt docent Panorm.& alij in d.cap. bonæ de appell. colligitur in collatione *Beneficii* in qua quis fuit grauatus nam appellatione non potest examen iam factum annullare, sed tantum ad nonouum prouocare vt ex Const.33. Pii.V.

135 Ex quo nota quod in appellatione iudiciali reuocantur omnia attentata etiam quod non sint directe contra appellationem. In extraiudiciali vero tantum quæ sunt contra d.appellationem. ita Franc. in c.1. de appell. Marant. pract.6.part.tit.& quandoq; appell. num.401.

136 Tertia differentia est quod Appellatio Iudicialis fit ad primum superiorem vt supra dictum est extraiudicialis vero non fit nisi ad illum cui potest adiri per viam querelæ sic DD.cit.in d.c.bonæ & Panorm. in c. dile-

137 cti, il secundo, de appell. nu.6.& seq. Vnde non potest ab episcopo ad Archiepiscopum appellari extraiudicialiter, quia Archiepiscopus non potest, eos audire per viam querelę sed tantum per viam appellationis ita Panormit. loco cit. cum alis.

Sunt & aliæ differentiæ de quibus vide Sanchez cons, mor. lib.3.c.vnic.dub.37. n.17. ad quem me remitto cum ad nostrum propositũ non omnino necessariæ mihi videãtur.

138 Vltimo pro Praxi aduertenda sunt aliqua concessa particulariter aliquibus Tribunalibus & primo quod a Rota Maceratensi non ptest appellari nisi cum conditionibus appositis

stis in Bulla 94. in ordine Bullarii Sixti V. omnino videndis. Sicuti etiam a Rota Ferrariens. vt est in Const. 59. Clem. 8. tom. 3. Bullarii.

Secundo quod in causis ciuilibus in vrbe a Curia de Sabellis ad Gubernatorem & auditorem Cameræ datur appellatio ex const. 26. Greg. XIII. & ibi notat Flau. Cherub. in scol. 1. Sicuti a iudicibus Ripæ & Ripettæ ad Cameram Apostolicam vt constituit Innocent. VIII. in Constit. 15. A sententia vero iudicis Fabricæ S. Petri de Vrbe non datur appellatio nisi vna vice tantū ex Clem. VII. Const. 3. edita anno 1523. incipit Admonet nos. & A sententia magistrorum viarum de Vrbe non semper datur appellatio. Vide Const. 102. Pii V. §. 34. pag. 158. Bullarii noui Laertii Cherub.

Tertio a sententiis conseruatorum congregationis Clericorum regularium sancti Pauli Decollati non datur appellatio nisi ad Papam vt patet ex constit. Iuli 3. edit. anno 1550. incipit ad hoc nos Deus & notat Cherub. ibi scol. 1.

Quarto a sententia Protectoris Monasterii monialium s. Marthæ de Vrbe non datur appellatio ex priuilegio cōcesso a Greg. XIV. in const. 12. incipit salubrem monasteriorum, limitat tamen Cherub. in scholiis. Primum in tertio veniente ad causam pro suo interesse, & secundo quando Iudex Monasterii appella-
239 tioni detulit simpliciter, & non cum Clausula sic & in quantum, vel dederit reuerentiales in forma. Rot. decis. 5. de appellat. in nouis Contand. de moment. Possess. limit. 13 nu. 18. Et hęc sint satis quoad hunc primum tomum submittendo omnia correctioni sanctæ Romanæ Ecclesiæ pro qua, & me ipsum humiliter submitto.

CAP. VLT.

ADDITTIO VNICA.

Ad primum librum de Aduocato.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus an possit patrocinari causę probabili contra probabiliorem.*

2 *Optimum est in superiori casu causam dimittere.*

3 *Cautela quæ dicatur Aduocato quando dimittere non potest, aut non vult.*

4 *Alia Cautela consulentibus circa prędicta.*

5 *Iudex an possit sequi opinionem probabilem contra probabiliorem.*

6 *Vtrum Archiepiscopus possit dispensare in legibus latis in Concilio Prouinciali.*

7 *Quoad vim coactiuam saltem suffraganei ligantur in supradd. legibus.*

8 *Quando episcopus possit dispensare in suis legibus.*

An episcopus possit mutare Pęnitentiā a Pontifice impositam. eod. n.

9 *De episcopis circa oratoria notabilia numerantur.*

10 *An episcopus possit absoluere excommunicatum qui potest ad Vrbem mittere Nuncium, vel epistolam.*

Episcopus potest dispensare in ī pedimentis dirimentibus, & aliis etiam hanc facultatem delegare. eo.

An possit confirmare dispensationem subreptitiam eo. remissiue.

11 *Iudex an possit sententiare secundum acta, & probata.*

Iudex compellens ad matrimonium secundum allegata & probata eo.

12 *Excommunicatus an debeat parere Sententiæ excommunicationis, quando probabiliter credit non esse excommunicatum.*

13 *Quando excommunicatio ferenda obligat ad mortale & sic suspensio & interdictum.*

14 *An ecclesia possit pœnam imponere pro internis & n. seq.*

16 *An opinio Doctoris noui possit dici probabilis.*

17 *An Prælati Regulares possunt elegi in conseruatores.*

18 *Bulla P. Innocentii X. circa suprad dicta remissiue.*

19 *An Iudices sęculares supremi possint statuere leges circa Thesauros ad se pertinentes, & subditi sint obligati parere.*

20 *Datur cautela circa supradicta.*

21 *An consuetudo sit obseruanda in prędd.*

22 *An Principes possunt impedire victualia ne extrahantur ad Romanam curiam.*

23 *An in duello excusentur.*

24 *Doctori testanti de consuetudine an sit credendum.*

1 QVæres an aduocatus possit patrocinari causam clientis minus probabilē contra probabiliorem; & ego in lib. p. def. 2. c. 5. n. 4. cum Azorio, Reginaldo, Layman, Bonacina, & aliis respond. affirmatiue: cui opinioni adhæret etiam Antonin. Diana in part. 2. tr. 13. res. 4. ea ratione quia aduocatus prudenter agit, & nulli facit iniuriam dum probabili opinione vtitur ad patrocinandum, & iura cōcedunt inter dubias opiniones posse eligere quam maluerit, dummodo sit probabiliter rationabilis cap. si virgo 34. quæst. 2. cum similibus, ita etiam cum d. Diana tenent Franciscus Lugo de principi Theolog.

mor.

mor. part. 1. cap. 3. quæst. 9. num. 75. Ioannes Escob. de Confess. sollic. p. 2. q. 2. §. 1. nu. 28. 31. seq. Huttad. p. 2. tr. de bonit. & malit. disp. 4. diffic. 20. Castr. Palaus tom. 1. tr. 1. disp. 2. p. 11. nu. 2. Montes. in p. 2. tom. 1. disp. 29. q. 5. n. 208. Villalob. in summ. tom. 1. tr. 1. diff. 14. n. 15. & Sayr. Clau. reg. tom. 1. cap. 11. per tot. catt. mihi 31.

2 Non mihi tamen displicet alia opinio pro defensione conscientiæ, adducta a P. Arriaga in 2. p. D. Thom. tom. 1. disp. 24. sect. 5. nu. 27. a Diana obseruata licet non secuta in par. 9. tr. 8. res. 62. quod scilicet quando aduocatus certo cognoscit contrariam esse probabilem, nec videat vnde possit postea apparere vel probabilior sua, vel æquè probabilis, optimum sit desistere ab ea causa, nam tuc ageret, vt causam cum minori iure obtineret; quod & ego consulerem dum tamen commode fieri possit, nec ob hanc causam præiudicium aliquod vrgeret proprio Clienti in sua probabilitate desistendo a lite, & daretur ansa aduersario maxime molestandi eum; vt aliquo modo notat etiam idem Diana in verb. obijciunt multi. Vide Graff. in addit. ad prim. part. tit. de Adu. in lib. 3. cap. 8. nu. 2. vers. quarto ex nu. 3. diximus.

3 Datur tamen cautela notabilior in conscientia ad primam opinionem quando d. Aduocatus non possit, aut non velit dimittere scilicet quod debeat aduocatus in illo casu declarare parti opinionem contrariam esse probabiliorem, nam si Clientem spe victoriæ detineat, & ad sumptus frustra faciendos inducat peccat contra Iustitiam, & ad restitutionem damnorum tenetur, vnde debet ei aperire veritatem & probabilitatem causæ ita Franc. Lug. vbi supra d. quæst. 9. nu. 79. Ouedo in p. 2. D. Th. tr. 5. contr. 3. punct. 10. n. 110. & Henriquez in Compend. cas. mor. cap. 1. §. 3. num. 10. quos refert, & sequitur Dian. vbi supra §. & tandem; & ego notaui in corpore vt supra.

4 Item datur similis cautela consulentibus videlicet, quod si petatur consilium Aduocato in ordine ad forum fori non potest dari iusta sententiam minus receptam, nisi saltem id ipse declaretur, quia alioquin esset clienti valde præiudiciale, & ideo imprudenter se gereret, & hoc summopere a forensibus est notandum. Vide Præposit. p. 2. q. 19. art. 6. dub. 5. qui tamen subdit quod cum huiusmodi cautela potest Aduocatus quamcumq; causam dubiam, & probabilem sumere.

5 Et nota quod quidquid dictum est de aduocato potest dici de Iudice, vt dixi in def. 3. c. 25. lib. 2. quia eo ipso quod opinio est probabilis, est etiam conformis rectę rationi, & potest Iudex eam sequi, vt cum quinq; DD. recentioribus tenet Diana loco citato vers. de ex his; addito Texed. in Theol. mor. tom. 1. lib. 1. tr. 2. contr. 7. nu. 7 & seq. licet mihi hæc opinio modo tribuat aliquam difficultatem, cum non cognoscam paritatem inter Iudicem, & aduocatum, nam iudicis est aperire veram, & infallibilem veritatem, aduocati tantum proponere, & iudici relinquendam, vt decidat vt notant Ouiedo in p. 2. d. Th. tr. 5. cōtr. 3. punc. 10. n. 110. & Serra in p. 2. to. 1 q. 19. art. 6. dub. 4. ad. 3. quos sequitur Dian. vbi supra vers. ad de quod etiam, & hoc magis procedit in criminalib. vbi probationes debēt esse luce clariores; attamen concedimus esse probabilem supradictam opinionē sed tamen in causis mere ciuilibus, non autem criminalibus vide relata ab ipso Dian. in par. 1. tr. 13. res. 3. cum multis DD. ab eo relatis, qui etiam testatur de probabilitate opinionis.

ADDITTIO I.

Ad secundum librum de Iudice.

6 QVæres vtrum archiepiscopus, vel episcopus possint dispensare, vel reuocare leges in Concilio Prouinciali latas. Hanc quęstionem addas in lib. 2. def. 1. c. 7. n. 11. vbi de iurisdictione Archiepiscopi dictum est cum responsione negatiua iuxta opinionem communem DD. vt notat noster Meroll. in to. 2. disp. 4. c. 6. dub. 18. num. 263. vnde tam ipse, quam suffraganei tenentur legibus, ac decretis Synodi prouincialis, cum Archiepiscopus non sit vere superior dicti Synodi, sed eius caput, vt dicunt DD. presertim Panormitan. n. 8. & Anton. n. 17. in c. graue de præb. Vide Salas de leg. disp. 20. sect. 4. nu. 46. Sanchez disp. 17. n. 37. Suar. de leg. li. 6. c. 15. n. 6. & seqq.

7 Nota tamen quod quoad vim coactiuam s. vt incurrant cēsuras, & pænas impositas trasgressoribus illarum legum solum suffraganei ligantur, attamen Archiepiscopus ex d. c. graue

ue ita Augustin.in Addit.Quarant.in summ. Bullar.v.Concilium prouinciale n.11.vers.30 Prax.Cur.Arch.Neapol.cap.87.nu.7.quos sequitur Dian,in p.9.tr.6 misc.ref.40.§.cęterū.

8 Item nota quod Episcopus videtur in duobus casibus posse dispensare in suis legibus sine causa, & dispensatio est valida primo quādo lex illa transiuit in contractum ad commodum alterius vt ex DD. alleggatis per Sāchez lib.8.de matrim.n.29. secundo quando non fuerunt dd.leges a Pontifice confirmatę, tunc enim reputantur ac ipsius leges.Salas de legib.disp.20.sect.3.nu.29.cum alijs adductis per Dian.d.tr.3.ref.42.

An vero possit mutare pænitentiam a Pōtifice impositam ex iusta causa? respondetur affirmatiue sed necesse est quod aditus ad superiorem sit difficilis ita Dian.p.9.tr.8 ref.12. cum al js per eum.

9 Sed quia sermo est de Episcopis non erit ingratum addere ea quæ sequuntur & primo quod Episcopus potest erigere oratorium pro se etiam extra suam Diæcesim licet sit Episcopus solum titularis, & tamen mortuo vel absente non conceditur familiaribus, & circa alios non potest oratorium concedere nisi seorsim a propria habitatione petentis ex decreto Vrbani VIII. & quod habeat ingressum publicum nisi in casibus quod classis diu missam non audiuit & sit dies festus, vel tempore pestis & similibus vide Bessicum de offic. Sacerdot.lib.1.c.6.dub.2.num.9. Fagund. præcep.1.lib.3.c.13.nu.14. Muscos.in sum. tract.5.cap.5.n.1. Marchin de Sacram.ordin. p.3.c.9.n.11.citatia Diana p.9.tract.de orator.resol.34.seqq.

10 Secundo quod quandocumque excommunicatus reseruatus non potest adire Romam, potest eum absoluere Episcopus, licet idem excommunicatus possit mittere epistolam, aut recurrere ad Legatum habentem priuilegium, & tunc debet d.episcopus præexigere satisfactionē partis læsæ, & etiam Iuramentum adeundi sedem apostolicam si impedimentum non sit perpetuum alias esset frustra.ita Castr.Palaus tom.6.disp.3.p.23.§.4.nu.10 Gordon.in summ.tom.2.lib.7.q.13.c.3.§.5.n.53.

Tertio quod potest dispensare in impedimentis dirimentibus ante contractum matrimonium;& potest hanc facultatem etiam alijs delegare specialiter ob vrgentem necessitatem vt DD. per Dian. par.9. tract. 7. ref. 39. latissime. An vero possit confirmare dispensationem subreptitiam vide eo.tract. 7. ref. 40.

ADDITTIO II.

Ad eumdem librum secundum.

11 QVæres an Iudex debeat sententiare secundum acta & probata, vel etiam secundum ea, quæ allegari & probari possunt? & respondeo quod secundum allegata, & probata, vt dixi in lib.2.c.36.cui addo, quod non per hoc Iudices sunt liberi ab alijs diligentijs, vt veritas innotescat, quare debent supplere omnes defectus tam iuris, quam facti vbi vertitur periculum animæ, & si iudex aduertit quod Aduocatus ex malitia, vel ex inscitia aliquid necessarium omittit, vel scit adesse instrumentum non productum, ex quo potest rei veritas patere, saltem ex charitate tenetur aduertere, & hęc omnia sunt admodum tuta in conscientia, aduertit Dicastill. de de Iust.lib.2.tract.1.disp.5.dub.9.n.285. Pelliccion.in qq.vtriusq; for.q.4.7 Capeltran.in specul.confessar. p.2.n.188.

Hic etiam aduerto quod quando Iudex compellit ad matrimonium secundum allegata & probata licet a parte rei sit ea cōpulsio iniusta, tamen si iuste fecit secundum ius, matrimonium est validum secus si iniuste secūdum allegata & probata compelleret, quāuis in re iustum esset tunc enim non valeret, quia esset iniuria.ita Sanch.de matrimon.1.lib. 4.disp.13.nu.8. Perez.eod.tract.disp.17.sect. 16. num.5. & Dian. part. 9. tract.8. resol.26. Vide etiam inft.num.40.

ADDITTIO III.

Ad eumd. librum.

12 QVæres an excommunicatio liget, quādo pro d. excommunicato adest opinio probabilis, quod non possit a Iudice excommunicari? & stando in foro exteriori respondeo affirmatiue; in eo enim est talis excommunicatus puniendus, & etiam vt talis habendus, nam quando in opinione est casus, & ex

& ex vtraque adest probabilitas tam apud reum quam apud Iudicem, in foro ecclesiastico tenetur d. Reus seruare censuram, quia tunc casus censetur dubius, & in dubio obediendum est Iudici Bordon. in Cons. regul. tom. 2. res. 78. n. 198. Præposit. in 3. p. D. Th. q. 1. de Cens. in comm. dub. 9. nu. 63. Texed. in Theolog. mor. tom. 1. tr. 2. controu. 4. nu. 16. Ouied. in p. 2. tr. 5. contr. 3. p. 5. Rocafuil. lib. 7. de leg. Ecc. cap. 5. n. 39. & latissime cum multis alijs. io: Valer. de diff. Vtr. for. v. excomm. diff. 9. n. 7. vers. nos vero.

13 Et hic nota quod pæna excommunicationis ferendę tunc obligat sub peccato mortali quando est ferenda sine præuia monitione sufficienti, quia tunc semper præsumit contumaciá & sic consequenter inobedientia grauis obligans ad mortale ita cum Præposit. in p. 2. q. 95. disp. 3. dub. 2. nu. 25. concludit inter varias opiniones Dian. p. 9. tr. 6. res. 5. de alijs vero pęnis vt est suspensio, interdictum, irregularitas debet aduerti quando d. pæna ast totalis, vel de re magni momenti, & tunc videtur obligare ad mortale, alias tantum sub veniali, & pæna totalis dicitur quando suspenditur vel interdicitur ex integro ab omni officio, ita Arriag. in ver. 1. Theolog. mor. tom. 4. tract. de leg. disp. 20. sect. 6. num. 28. vide Serr. in part. 2. d. Thom. tom. 2. quæst. 69. art. 4. dub. 2. cum ijs quæ dixi in lib. 1. cap. 40. num. 4.

ADDITTIO IV.

Ad eumd. librum.

14 QVæres an Pæna Ecclesiastica possit imponi etiam pro internis actibus. & in lib. 1. def. 6. c. 40. num. 9. respondi affirmatiue quando habet relationem ad actus externos, & nō sint mere interni cum multis DD. quibus addo modo Castr. Pal. tom. 1. tr. 3. disp. 1. p. 6. n. 2. Arriag. in Cur. Theolog. mor. tom. 4. disp. 19. sect. 3. n. 9. A mic. tom. 5. disp. 5. sect. 5. Io. Præpos. in p. 2. quæst 95. disp. 2. sect. 2. n. 6. Rocafal in Prax. Theol. mor. p. 3. lib. 6. c. 5. dub 2. Cospens. in Cur. Theolog. tr. de leg. 1. disp. 3. sect. 6. nu. 7. Vuigers in p. 2. quæst. 96. art. 3. num. 8.

15 At nota quod est etiam probabilis illa opinio quod possit per se ecclesia percipere actus mere internos absolute, licet nullum signum manifestatum sit ita affirmat Diana existimans eam probabilem in p. 9. tr. 8. res. 66. cū Less. de Iust. lib. 2. c. 37. dub. 11. n. 66. Præposit. vbi supra Granad. p. 2. contr. 7. tr. 3. par. 1. disp. 5. sect. 2. n. 6. & nouissime Merend. tr. de Camb. c. 45. quibus adde Io: Valer: Chartusianum de differentijs. v. ecclesia. diff. 1. cum alijs per eum.

16 An vero opinio Doctoris impressa in aliquo libro de nouo sit existimanda probabilis vide quæ dixi in lib. 2. def. 5. c. 26. a n. 2. quibus addo nunc, referta a Lf. Rocaf. in Prax. Theolog. mor. tom. 2. p. 3. lib. 3. cap. 2. nu. 20. Marchant. in Tribun. Sacrament. tract. 5. tit. 5. q. 5. & Dian. p. 9. tr. 7. res. 60. in fine, qui dicunt tunc esse probabilem, quando cum impressione adsunt etiam rationes legi conformes, & non aliter.

ADDITTIO V.

Ad eumd. librum.

17 Quæres an Prelati religionum possint elegi in Conseruatores & ego in lib. 1. def. 1. cap. 14. n. 7. dixi quod debent esse Conseruatores personæ in dignitate constitutæ, ideo videndum est an dd. religiosi possint dici personæ in dignitate constitutæ, & ex iure comm. videtur quod sic ita ex c. statutum vers. obtinētibus de rescript. & Clement. & si. eod. tit. His tamen non obstantibus respondetur non posse eligi, nisi ex priuilegio particulari alicui religioni concesso, nam debet esse persona in dignitate constituta, & designati Iudices Synodales ita *Barbos.* de pot. episc. part. 3. alleg. 106. num. 15. quem allegaui eod. cap. 14 cum alijs quibus addo Palaum tom. 3. tract. 16. disp. 4. part. 12. §. 1. num. 9. & Fragos in Republ. Christ. tom. 2. lib. 4. disp. 12. §. 6. nu. 112. seq.

18 Aduerte quod emanauit nouum Breue Serenissimi Papæ nostri Innocentii. X. sub die 14. Maii. 1648. vbi multa deffiniuntur circa Conseruatores teste Patre Diana d. tractat. 8. resol. 26. in fine. part. vlt. ideo vide.

AD-

ADDITTIO VI.

Ad eumd. librum.

19 QVæres an iudices sęculares Supremi possint statuere leges, quod Thesauri ad se pertineant, & subditi sint obligati parere dd. legibus & respondetur affimatiue ad sustentanda onera, & sumptus necessarios suorum locorum ita ex doctrina D. Thom. 2.2. q.66. art.5. tradunt Caietan. Bannes, Salon. & Aragon. quos sequitur Couar. Reg. peccatum p.3. §.2. nu.4. Turrian. tom.2. in 2.2. disp.43. dub.4. nu.6. Hurtad. de iust. disp.1. diffic.25. Dicastill. eo tract. lib.2. tract.2. disp.9. dub.15. num.409. Silu. in 2.2. D. Thomæ q.66. art.5. concl.1. Molin. disp.56. Bonacin. p.2. disp.1. q.3. punct.6. n.10. vers. an autem.

20 Datur tamen cautela pro maiori assecutatione cōscientiæ, quod adhibeatur a dd. principibus consensus populi, quia certū est quod thesaurus de iure naturali gentium pertinet ad inuentorem, ergo videtur aliquo modo innocens spoliaris suo iure, & Principis est conseruare non spoliare subditos, ideo optimum erit in his casibus adhibere d. consensus licet si non adhibeatur, non per hoc sit inualida lex, & iniusta ita nouissime docet Caramuel. in Theolog. mor. lib.2. n.274. adductus a Dian. p.9. tr.5. ref.28.

21 An vero debeant subditi obedire. Respondeo affirmatiue iuxta consuetudinem locorum, vnde si ex consuetudine totus debetur principi, totus etiam ei dandus erit. ita Less. de Iust. lib.2. c.5. dub.17. n.66. Paludan. in 4. dist. 15. art.5. concl.1. D. Antonin. p.2. tit.1. c.15. §.2. qui omnes dicunt de consuetudine pertinere totum ad principem, licet alii dicāt vnam partem esse etiam inuentoris, quæ est quarta totius Thesauri, & sola potest in conscientia retineri ita ex Vasquez Card. Lug. de iust. tom.1. disp.6. sect.11. n.132. tu vero cogita consuetudines locorum, & secundum illas facias in conscientia, quæ tamē ab aliquib. assicuratur quousq; a ministris exigatur ita Bannes in 2.2. q.66. art.5. concl.7. Victorell. in additt. ad Tolet. lib.5. c.18. n.5. Emm. Sà v. Thesaurus num.2. cum aliis per eum adductis. Nauarr. cap.17. nu.175. Azzor. p.3. lib.1. c.13. Less. lib.2. de iust. c.5. dub.12. Rebell. p.1. lib.1. q.15. sect.2. Vasquez §.4. dub.2. & 4. n.21. Filliucc. tr.31. n.153. Vide etiam Bonacin. loco cit. n.3. qui tamen probabilius esse dicit teneri ante sententiam iuxta suam opinionem contra Bannes, Vasquez, & alios.

22 Est et alia quæstio pertinens ad dd. iudices supremos scilicet an possint impedire ne victualia extrahātur ab eorum statibus ad Romanam Curiam. Et respondeo quod si fiat directe, clarum est quod incurrunt in Bullam Cænæ domini, si vero indirecte, scilicet quod prohibeant ne victualia extrahantur absq; alia mentione, & tunc licet incidenter prohibeatur talis delatio ad Romanam curiam, non per hoc incidunt in censuras, quia per se videtur consuli primo vtilitati ipsorum locorum ita ex Caiet. Nauarr. & aliis docent Sayr. lib.3. c.12. n.3. tom.1. Suar. de Cens. disp.21. sect.2. nu.64. Filliucc. tom.1. tr.16. nu.156. Duard. in Bull. Cænæ lib.2. can.8. n.11.

23 Datur & in hoc cautela pro assecuratione conscientiæ quod scilicet ius, quo Princeps in hoc casu vtitur, sit saltem practice clarum, nam in dubio non excusaretur a pæna canonis, quod tamen in foro externo semper præsumitur in persona publica ita Duard. loco citato nu.11. & Bonacin. tom.3. disp.1. q.9. p.3. n.2. Vide tradita a Diana in p.4. tract. de cons. dubia ref.1.

24 Circa consuetudinem vero supradd. aduerte quod DD. testantibus solum de consuetudine non est credendum, sed ab allegantibus ipsam debet probari aliis mediis vt per text. in c. fin. extr. de consuetud. cum aliis per Rot. p.2. recent. decis. 112. nu.1. docent. Ias. in l. de quibus ff. de leg. Bursatt. lib.1. cons.8. n.37. & si doctori consuetudinem alleganti est credēdum, solum pro locis in quibus versatus est, credi potest in Roland. a Valle vol.4. num.18. Riminald. Iun. lib.3. cons.245. nu.41. quos refert & sequitur Diana ref. mor. p.9. tract.8. miscellan. resol.12. & quidem sed quæres an consuetudo praua excuset in conscientia, & respondeo negatiue, sed solum excusat a pęna in foro exteriori gloss. in cap. denique dist.4. Nau. cons.4. n.5. de accus. Io: Valer. de diff. vtr. for. v. lex. diff.9.

ADDITTIO VII.

Ad eumd. librum.

25 QVia diximus in lib. 2. def. 1. c. 9. nu. 29. quod Vicarius episcopi potest ea facere quæ episcopus potest, ideo modo quæritur an possit ex generali commissione absoluere & dispensare a casibus papalibus, quos potest episcopus ratione alicuius impedimẽti; & licet aliqui sentiant affirmatiue; attamen communior & probabilior est negatiue, ideo datur cautela, quod hi casus specialiter a d. episcopo deputentur suo Vicario, si illi concedere necessariũ esse duxerit, ita DD. per Dianam part. 9. tract. 6. res. 56. licet affirmatiuam dicat etiam probabilem cum Leo. de Censur. recollect. 2. n. 894. in fine.

26 Hic etiam obiter adnotabimus quod absolutio a censuris data a Clerico non sacerdote, vel a Laico in articulo mortis, quæ facultas videtur eis concedi in tali articulo, quando nõ adest sacerdos, vt per DD. adductos a Dian. p. 9. tract. 7. res. 13. sed de hoc vide infra nu. 58. operatur quod hæredes non teneantur adire Papam, nec excommunicatorem pro absolutione petenda; item poterit defunctus, ita absolutus sepeliri in loco sacro & Parochus talia faciens non est damnandus, immò & poterit pro ipso missam publice celebrare, vbi de facili non potest adiri superior; & alia similia facere; item absolui post mortem a quocumque sacerdote alias non habente facultatem, quæ omnia docet Boss. discept. 2. dub 4. n. 38. licet contraria opinio sit probabilior & tutior in praxi vide Less. cap. 7. de excomm. dubit. 3. n. 18. & Io. Valer. de diff. vtr. for. v. absolutio. differ. 15.

ADDITTIO VIII.

Ad eumd. librum.

27 QVæres. An Episcopus possit concedere Iudici Laico licentiam exhumandi corpus occisi, ad effectum vt constet ex corpore delicti absque periculo incurrendi irregularitatem & respondeo affirmatiue; alias Iudex Laicus non posset exhumare d. corpus, quia frangeret Immunitatem, cum non possit in loco sacro nullum exercere actum iurisdictionis ex text. in c. decet de immun. eccles. quod esset multum præiudicij in foro iudiciali, quare Episcopus bene poterit concedere licentiam absque periculo irregularitatis, ad quam incurrendam requiritur quod actus sit causa proxima directa in mortem, vel in mutilationem non causa remota, ita Nauarr. cap. 27 n. 211. Sot. de iust. lib. 5. q. 1. art. 7. Genuens. in Prax. Cur. Arch. Neapolit. c. 42. n. 10. & hęc addas ijs, quæ dixi in def. 6. c. 45. loquens de irregularitate.

28 Hic nota etiam quod translatio cadaueris sepulti non potest fieri a laicis, nisi cum licẽtia episcopi si ibi humatum causa perpetuæ sepulturæ, & non sit cum causa necessitatis vt est in renouatione ecclesiæ Genuens. in d. Praxi c. 91. n. 12. cum aliis per Thesaur. de pęn. ecclesiast. v. sepultum cap. 2.

Qua pæna vero puniantur violantes sepulcra, vel exenterantes cadauera dicemus infra in terzo libro, cum de delictis punibilibus erit sermo.

ADDITTIO IX.

Ad eumd. librum.

29 QVæres an iudex sæcularis excommunicatus sit incapax iurisdictionis, ita vt eius acta sint inualida, & in li. 2. def. 1. c. 1. respõdi quod peccat exercendo, sed si est tolleratus eius acta sunt valida; huic opinioni accedit nouissime Diana, qui in p. 9. tr. 8. resol. 34. cõtra Garz. de beneficiis tenet quod excommunicatus non sit incapax iurisdictionis sæcularis & rationem adducit, quia ex prohibitione exercitii iurisdictionis excommunicato facta solum infertur prohibitam esse iurisdictionis concessionem, at non infertur irritam & nullam esse, immo de iure videtur potius approbatam quam annullatam d. iurisdictionem, tametsi veniat irritãda, ita ex text. in c. venerabilem de elect. Suar. de Censur. disp. 16. sect. 2. nu. 1 Coninch. de Sacram. disp. 14. dub. 11. nu. 106. Filliucc. tract. 12. cap. 5. nu. 118. Hurtad. disp. 8. diffic. 2. cum alus a me allegatis in d. cap. 1.

30 Aduerte tamen hoc non procedere in officiis, & dignitatibus ecclesiasticis vt sunt Legati, Vicelegati, Inquisitores Gubernatores,

Episcopi, Vicarii, & aliorum superiorum Regularium, quia hi omnes de iure sunt incapaces, vt est text. in c. postulasti, & fin. de Cler. excomm. ministr. vide Auil. p. 2. cap. 6. disp. 5. dub 6. & Garz. tom. 2. p. 7. cap. 13. num. 35. cum aliis per eos.

Item aduerte pro quiete tuæ conscientiæ quod si fuerit collatum Beneficium excomunicato, si hoc occultum est poterit ab Episcopo non solum absolui, sed etiam ad d. Benefìcium retinendum dispensari, ita de probabili opinione testatur cum Laym. lib. 1. tr. 5. p. 2. c. 2. n. 8. Azzor. part. 2. lib 6. c. 7. quæs. 2. & Sanchez lib. 8. disp. 7. num. 12. P. Anton. Dian. d. resol. 34

31 An vero descendentes ex genere iudæorũ & Saracenorum sint admittendi ad officia, Beneficia & munia publica. Resp. affirmatiue si sint Christiani veterani & hoc tam de iure quam in conscientia; licet de consuetudine contrarium obseruetur in multis Communitatibus; ita cum aliis per eum citatis Io: Valer. de diff. verb. genus diff. 1. per tot.

32 Sed quia sermo est de iudice, valde vtile, erit scire pro assecuratione conscientiæ quod in casu quo officialis status ecclesiastici munera acceperit ab iis, qui ipsi subditi erant tempore officii non est obligatus ad pęnam dupli nisi post sententiam, ita de probabili opinione testatur Dian. part. 9. tract. 8. resol. 42. licet probabilior sit in contrarium, vt ego adduxi in lib. 2. des. 6. c. 52. n. 5. seqq.

33 Restitutio vero istius dupli facienda est pauperibus, licet res donata restitui debeat ipsi Donatori vt Castro Palaus tom. 6. disp. 3. punct. 29. nu. 10. At nota quod si post finitum officium denuo donator restituat donum officiali, tunc poterit d. offitialis illud retinere quia non videtur amplius contra eos procedere Bulla Pontificis, quæ videtur loqui tantũ de tempore, quo quis est in officio ad effectũ vitandi iniustitias; ita Dian. d. resol. 42. in fine, cui opinioni valde adhæreo, & tutam existimo in conscientia, quia in odiosis nulla debet fieri ampliatio, sed ad solum casum nominatum restringi, vt iuribus sæpe allegatis.

ADDITTIO X.

Ad eumd. librum.

34 QVæres an in denunciatione criminis debeat præcedere monitio, & dixi in lib. 2. cap. 17. n. 6. quod debeat præcedere, præter quam quod in crimine heresis, vel suspecti de hæresi; quam opinionē sequitur etiam nouissime Ouiedo in republ. regul. p. 1. tr. 8. cap. vnic. quæst. 2. nu. 48. seq. & ratione quia ex emendatione vnius delinquentis hæretici (si forte fieret ex monitione) non satisfit bonum commune; nec alia est mens DD. Inquisitorum in decretis de denunciãdo quam occurrere bono communi Reipublicæ Christianæ. Vide escobar a Cero de Confess. sollic. p. 2. q. 3. §. 4. n. 45. seq. Carenam in Prax. S. officii p. 2. tit. 9. §. 5. num. 22. Boss post tract. de Iubil. in Append. dub. 26. nu. 87. seqq. Santar. tract. de hæret. cap. 9. nu. 10. præter alios a me citatos vt supra. & hoc ampliatur licet crimen sit occultum, & promissum de non denunciãdo etiam cum iuramento, quia in hoc casu est vinculum iniquitatis, vt per citatos DD. docet magnus officii Regni Siciliæ consultor in p. 9. tr. 8. res. 46. contra Peirinum, Fagundez, Texedam & alios, & ampliatur licet etiam delictum non posse probari quia denuncians in officio S. Inquisitionis accipitur etiam pro teste Sot. 5. de iust. quæst. 5. art. 1. Santar. de hær. cap. 9. dub. 11. nu. 3. Barbos. de pot. episc. part. 3. alleg. 95. cum aliis per eum Card. de Lugo de iust. to. 1. d. disp. 38. n. 24. Trullench. in decalog. tom. 1. libro primo cap. 2. dub. 6. num. 19.

35 Et hic aduerte etiam contra aliquos DD. asserentes Christianum qui fingit se infedelem, & petit baptizari vt certam elemosinam obtineat non debere abiurare, quod hoc est contra Praxim Tribunalis inquisit. declarationem Sacræ Congregat. & communior DD. sententiam vt testatur Diana part. 9. tractat. 8. resolut. 45. §. & tandem; & merito, cum ratione contemptus tanti Sacramenti possit iudicari suspectus de hæresi.

ADDITTIO XI.

Ad eumd. librum.

36 QVæres an carcer sit de grauaminibus irreparabilibus, de quibus datur appellatio iuxta Conc. Trid. sess. 13. c. 1. de reform. Hæc quæstio addēda erit ijs quę dixi in c. 57. de appell. n. 105. vbi dictum fuit quod appellatio non datur in sententia interlocutoria, nisi ab ijs, quæ continent grauamen irreparabile; & respondeo affirmatiue tria enim sunt quę appellantur irreparabilia Tortura, excommunicatio, & Carcer ita ex decreto sacræ Congreg. edito Romæ die 16. Octobris anno Iubilæi 16 . . refert Riccio in Prax. tom. 1. res. 104. Pialec. in sim. tr. p. 2. c. 4. art. 15. n. 6. *Barb.* (collect. in Conc. Trid. sess. 13. c. 1. n. 22. Leandr. in qq. reg. ad cap. 10. reg. S. Franc. q. 6. n. 0. Petrin. de reg. tit. de subdit. tom. 1. q. 1. c. 10. § . duertentum Spatar. tr. 10. p. 4. cap. 1. num. 4 August. in add. ad Quarant. in summ. *Bullar.* verb. archiepiscop. auctoritas. n. 20. litt. K Lezzan. in sum. tom. 3. v. appellare nu. 17. Genuens. in Prax. cap. 70. n. 12. Vulpe in simil. tract. cap. 21. n. 10 Nauarr. in rubr. de iudic. n. 87. Oldrus cons. 72. nu. 37. Siluan. cons. 37. n. 2. lib. 1. *Caualcan.* de brach. reg. p. 2. nu. 13. Cia. lin. in Contr. Iur. tom. 2. c. 25. nu. 68. Zepeu. de iur. Pont. lib. 2. de appellat. nu 10 & alij multi penes ipsos.

37 In eod. cap. dixi quod appellantes a Papa ad futurum Concilium sunt excommunicati, limitando non intelligi si actu præsens sit d. Concilium cum Bonacina & alijs, nunc addo eamd. opinionem nouissime tenentes Sousa in *Bulla* Cæn. c. 3. disp. 21. n. 2. Castr. Palau. tom. 6. dub. 3. p. 3. n. 6. & Dian. p. 9. tract. 7. res. 66. ea ratione, quia lex pænalis non excedit proprium casum; sicut etiam dicendum est de consulentibus per DD. a me citatos, quibus addo hic alios per Dian. vbi supra §. sed negatiuam, qui etiam adhæret opinioni quod appellantes ab ordinationibus Pontificis quatenus Princeps temporalis est, incidant in eamd. excommunicationem licet Reginald. & Castro Pal. contrarium teneant.

An possit prosequi appellatio die festo adde Gesualdum a Bononiis Capuccin. in Præcept. Decalogi tract. 1. cap. 2. nu. 6.

38 Item in eod. c. 57. nu. 139. dixi quod Clausula, omni appellatione remota, intelligitur tantū de appellatione friuola, & non de omni alia licita appellatione cum DD. ibi citatis maxime Diana, qui nouissime idem tenet contra Hannium in Comment. vol. 2 disp. 33. Thes. 4. q. 3. contrarium asserentem in p. 9. tr. 7. res. 28. & adducit Menoch. de arbitr. cas. 197. n. 2. & seq. Marches de Commiss p. 1. c. 10. n. 18. sesse de inhib c. 8. § 2. n. 10. Gratian. c 41. n 18. Leo. in Thes. for. eccles. p. 1. c. 2. n. 36. Limitando tamen hoc non procedere quando committitur causa alicui Cardinali adhoc vt dignitas cardinalitia aliquid operetur, vt & ego dixi in eod. loco & in Priuilegijs religionibus a summus Pontificibus concesis, vt per Fr. Emm. qq. regul. tom. 1. q. 8. art. 13.

Et nota quod delegatus Principis cum d. Clausula non potest cum ead. subdelegare, quia solus Princeps, & non inferior potest tali modo committere causas, gloss. & DD. l. fin. *C.* de sent. & interlocut. omni Iudic. Iacob. a Graff. in addit. ad primam part. nu. 16. in lib. 1. cap. 13. nu. 20. in fine cart. mihi. 6.

Nota secundo quod hæc Clausula nihil operatur si constat de grauamine notorio, cum Cened. canon. qq. lib. 1. q. 45. num. 44. & mart. de Clausul. p. 1. Claus. 12. num. 7. & hoc procedit licet sit dictum omni & quacumq; appellatione remota; nec operatur contra tertium pro suo interesse; & posita in persona delegati non transit in sub delegatum, neque tollit suplicationem ad superiorem, nec restitutionem in integrum, vt voluit Rota per Cencium de censib. decis. 109. num. 5. & hæc omnia ad ea, quæ dixi in suprad. cap.

39 Nota quarto quod Iudex admittens appellationem iniustam, licet in foro externo nullam incurrat pænam, in conscientia tamē grauiter peccat sicuti & appellans licet appareat causa verisimilis; Io: Valer. de differ. v. appellatio diff. 3. & 4. cum alijs per eum.

ADDITTIO XII.

Ad 2. librum.

40 QVæres an si iudex cogat aliquem ad matrimonium contrahendum, matrimonium sit validum? Et respondeo quod si coactio sit iniuriosa non valet, nam tollit hoc

casu totalem libertatem necessariam ad matrimonium contrahendum; si vero fuit d. coactio iuxta tunc matrimonium tenet. v. g. Iudex Reo promittit condonationem vite, si ducat ipsius iudicis filiam, alioquin ei mortẽ daturum comminatur, tunc enim si iuste meretur d. mortem, matrimonium valet, quia isto casu non incutitur metus, ad ineundum d. matrimonium, sed solum traditur modus ad euadendum mortem, quam iuste meretur. ita Sanch. de matr lib. 4. disp. 13. nu. 6. & 7. Perez eod. tr. disp. 17. sect. 16. nu. 6. seqq. omnino videndi post Bonacin. de restit. disp. 2. q. 2. punc. vnic. nu. 2.

41 An vero quando cogens fuit particeps culpæ metus alteri illati, maneat obligatus ad non resilendum, & teneatur postea, si velit contrahere cum ipsomet coacto, est vtraque opinio probabilis. Vide *Basil.* Ponce lib. 4. cap. 15. cum aliis per eum & Coninch. disput. 28. dub. 1. num. 7. affirmantes, item Sanch. lib. 4. disput. 15. nu. 5. Ochagr. de Sacr. matr. tract. 3. quæst. 3. & Hurtad. disput. 6. diffic. 4. num. 16. quos sequitur negantes etiam Diana ref. 27.

ADDITTIO XIII.

Ad eumd. librum.

42 MVlta dixi in lib. 2. def. 6. cap. 44. de pœna degradationis, modo vnum addã an percutiens Clericum degradatnm depositione actuali, sit excommunicatus, & respondeo negatiue ex c. degradastis in fine de Pænit. in 6. & c. 1. dist. 54. per degradationem enim actualem Clericus priuatur omni priuilegio Clericali, & hic est finis degradationis spoliare Clericum omni indulto, & beneficio ita Nauar. c. 27. n. 81. vers. nono. Toler. in sum. lib. primo cap. 34. num. primo Leo. de Cens. recoll. 5. num. 431. Laym lib. 5. tract. 5. part. 2. cap. 5. nu. 4. Cast. Palau. tom. 6. disp. 3. part. 23. §. 1. num. 11. Villalob. tom. 1. tract. 17. diffic. 22. num. 13. Megal. part. 3. lib. 5. cap. 2. quæst. 4. num. 36. & dd. per Barbos. de iure eccles. c. 39. lib. primo n. 6. cum alijs communiter, nam Doctores asserentes contrarium intelligendi sunt de verbali, non autem actuali degradatione, vt bene notat Diana vbi supra resol. 29. in fine, cui addo Hugon. Ioann. & *Bernard.* allegatos a Graff. in Additam. ad primam part. decis. aur. n. 24. in lib. 2. cap. 99. n. 31. catt. mihi 37.

43 Hic etiam quæro aliqua de clerico. & primo an iudex torquens Clericum per Laicum peccet & sit excommunicatus; & respondeo ratione consuetudinis non peccare, nec esse excommunicatum, sicuti dixi in lib. 2. def. 4. cap. 31. cum alijs, quibus nunc addo Auil. de Censur. part. 5. cap. 5. disp. 3. dub. 12. P. Leo de Censur. recollect. 4 num. 265. Portell. in dub. regul. verb. correctio num. 47. & sunt videndi ad eumd. propositum *Suar.* de cens. disp. 22. sect. 7. num. 44. Coninch. de Sacram. disp. 14. d. 15. nu. 7. Laym. lib. 1. tract. 4. part. 2. c. 5. num. 9.

44 Item percutientes Clericos incorrigibiles an sint excommunicati. Resp. affirmatiue. nam ad hoc vt Clericus amittat priuilegium fori, & Canonis requiritur declaratio iudicis authentica incorrigibilitatis, & regulariter sententia depositionis, vt docet Castro Palaus d. tom. 6. disp. 3. punct. 23. §. 1. nu. 11. cum aliis per eum post dicta a me lib. 2. def. 1. c. 13. n. 22. seqq. cum *Barbos.* de Iur. eccles. lib. 1. cap. 29. Clerici tamen Ioculatores, *Buffones*, vel exercentes officia vilia, vt sunt Carnificum, macellariorum, tabernariorum & similium si habitum retineant quoad personas non priuantur priuilegio Canonis, & fori; sed solum quoad bona, vt dixi d. def. 1. cap. 13. nu. 24. cui addo quod si dd. Clerici fuerint coniugati, & ter moniti ab episcopo non destiterint, vel si destiterint, idem officium reassumpserint, non gaudent amplius priuilegio. Molin. tractat. 3. disp. 54. num. 6. Suarez de Censur. disp. 22. sect. 1. num. 14 Laym. lib. 1. tract. 5. part. 2. cap. 5. num. 5. Fragos. de republ. Christ. tom. 2. lib. 1. disp. 2. §. 1. num. 28. Palaus loco citato n. 8. Alia multa de Clerici percussione vide in tr. nouissimo de excommunicat. ob percussioni Clericor. inserta in nona parte resolut. mor. Antonini Dianæ.

45 Tertio Clericus licet deseruiat ecclesiæ non ex mandato Episcopi, sed tantum vicarii, vel etiam nullius, si tamen defert habitum, & tonsuram gaudet priuilegio fori, nam sufficit quod realiter fiat seruitium in diuinis ita Ricc. part. 4. decis. 111. num. 5. Garz. in summ. tract. 1. diffic. 3. part. secunda numero 10. Stephan. Grat. discept. for. tom. 1. Henriq. lib.

lib.1l.cap.5.num.5.Sanch.de matr. lib.3. disp. 29.num.16.Suar.de Cens.p.3. tom.5. disp.7. sect.3.nu.10.Garz.de Benef.p.5.c.8.n.52.Barbos.in Concil.Trident.sect.23.c.6.nu.32. qui testatur de declarat. Sacre Cong. in vna Valentina 29.Iunij 1628.

46 Quarto Clericus inops in sacris ordinibus initiatus non potest carcerari, nec cogédus est ad cessionem bonorum, ne cogatur mendicare, & in hoc aduertant DD. mei Iudices ecclesiastici, ne sint obligati apud Deum ad damna & iniuriam, ita Less. lib.2. c.16. dub.3. nu.46. Laym.lib.3.tr.2.c.12.n.5.& Bass. v.Cessio n.6.

47 Quinto est excommunicatus Laicus detinens Clericos in carcere priuata siue in propria domo, siue in via ita vt non possit libere abire per viginti horas. ita Graff.in addit. ad p.part in lib.2.c.49.n.2. cum alis per eum, qui ponit septem limitationes ad doctrinam omnino videndas.

Sexto donatio facta Filio a patre vt posset ordinari Clericus non debet computari in legitima, quia donata ob causam, ob quam efficiuntur bona castrensia, vel quasi castrensia, non imputantur in legitima, ex text. in l. si filius. C. fam. erciscund. sed Patrimonium computatur in bonis quasi castrensibus cum gaudeat priuilegiis bonorum Ecclesiasticorum, vt tradit Azued.leg.10.tit.6.lib.5.n.30. ergo et c. Attamẽ quia opinio affirmatiua est etiam probabilis immo probabilior; licet hæc negatiua communior puto relinquendum esse arbitrio boni viri, qui discussa donatione, & modo ac intentione donantis, iudicabit quid in coscientia respondendum. Vide latissime de hac materia *Barbos.* de offic.epis. part.2.alleg.19.nu.69.cum multis DD.ab eo allegatis & post eum Marchin. de sacram. ord. tractat.2. part.6. capit.7. diff.10. & Palaum tom.4. tract.27. disp. vnica part, 11. num.6.

48 Vltimo nota, quod incidens in excommunicationem Canonis, si declaretur incidisse non potest appellare a d.excommunicationis incursione, sed tantum a tali declaratione vt dixi in cap.57.num.24. quod est magni effectus in Pratica, quia tunc licet appellatio esset iniusta, attamen non erit vitandus, & si celebrat non erit irregularis nisi hoc scienter & malitiose sit factum, quod tamen in coscientia secus est, nam semper debet se abstinere. notat cum alijs Io:Valer.de diff. vtr.for.diff. 16.v.excommun.n.3.

ADDITTIO XIV.

Ad eumd. librum.

49 QVæres an delegatus possit subdelegare & respondeo quod delegatus a Principe, siue princeps ex officio, vel motu proprio, siue de consensu partis dederit semper potest subdelegare etiam iusta causa non existente, quia Princeps regulariter non videtur eligere industriam personę, sed potius intendere ad prouidendum negocio, quod decidendum committit c. fin. & ibi Panorm. not. primo de offic.deleg. Iacob.a Graff. addit. ad primam p.n.1.seqq in lib.1.c.13.n.20. in fine cum alijs per eum & hæc addenda sunt ijs, quæ dixi in lib.1.dist.1.c.10.a n.19.

50 Sed aduerte quod delegatus accipiens cõmissionem a suo collega non potest amplius subdelegare cum non sit amplius delegatus a principe, sed ab inferiore, cuius delegatus non potest subdelegare iux. text. in c. super quæstionum & ibi gloss. in verb. hoc enim Anan. num.17. & Imol. in princ. §. si vero. de offic. deleg.

51 Aduerte secundo non procedere in causis criminalibus in quibus tamquam grauioribus videtur vt plurimum electa persona. Boerius dec.6.n.9. vbi testatur de communiori contra gloss. & DD. in l. vna C. qui pro sua iurisd. & sequitur Iacob.a Graff. vbi supra n.9.

52 Sed quæres in quibus apparet electa industria personæ? & respondeo quando in commissione adsunt hæc verba, super quo tuam oneramus personam & est nomen proprium ipsius personæ expressum. Clement. vnic. de off. deleg. vel si diceret per te ipsum cognoscas, vel essent apposita verba geminata tu tu, nam primum est demostratiuum, secundum restrictiuum, propter geminatam virtutem, sicuti etiam si diceret, possit & debeat vt per rotam decisum refert Graffius vbi supra n.10. cum dd. per eum allegatis.

53 Aduerte tertio quod quando Princeps delegat ea, quę sibi sunt reseruata in signum supremæ potestatis, quæ enumerat Gloss. in cap. quod translationem de offic. deleg. specular. in eod. tit. §. nunc attendendum est

vbi

vbi enumerat nonaginta nouem casus & Ias. in l. rescripta C. de precib. Imper. offerend.; tunc non potest subdelegari, quia ex grauitate materiæ præsumitur electa persona Vide Felin. in d.c. super quæstionum.

54 An vero Vicarius foraneus Episcopi possit subdelegare? Respondeo affirmatiuè modo deleget vnum tantum vel alterum articulum Ratio est quia censetur tamquam ordinarius, & est datus ad vniuersitatem causarum in illa parte diæcesis, Anan. in d.c. super quęstionũ cum alijs per Graff. loc. citato. n. 20.

55 Et hic datur Cautela Iudicibus supremis maxime Episcopis in electionem officialium præsertim Vicarij Curiæ episcopalis vt in ea detur facultas delegandi, & ipsi delegato subdelegandi toties quoties opus erit, & sic erunt tuti in conscientia, dicit gloss. in c. is cui de offic. deleg. in 6, Abbas in c. cum Bertoldus de re iudicata, Imola in Clem. p. vers. sed an hoc de offic. deleg. Felin. in d.c. super quęstionum §. si vero de offic. deleg. Iacob. a Graff. additament. ad p. part. vbi supra n. 21.

ADDITTIO XV.

Ad eumd. librum.

56 Quæres an Cardinales legatus a latere possit absoluere excommunicatum in casibus ei licitis etiam extra prouinciam suę legationis? & Respondeo affirmatiue, nam legatus a latere potest iurisdictionem voluntariam etiam extra prouinciam exercere, sicuti potest & excommunicationem, sed si in d. absolutione esset necessarius vsus iurisdictionis contentiosæ, vt est sedere pro tribunali, tunc non posset text. in c. nouit de offic. deleg. Gemin. in c. si abbatem de elect. in 6. Marian. Socin. in c. officij n. 166. de sent. excomm. Emminentiss. Hostiens. in c. ad eminentiam de sent. excommunic. quod & de alijs legatis dicendum, non tamen de legatis natis, ita Iacob. Graff. additã ad p. p. dec. aur. in l. 2. c. 49. n. 58

57 Sed nota quod dixi in casibus ei licitis, nã quando in constitutione est apposita dictio restrictiua, vt v.g. dumtaxat per sedem Apostolicam & non est in commissione Legati facta de ea specialis mentio, non poterit tunc legatus absoluere vt per DD. a d. Graffio citatos vbi supra, cui addo Dianam part. 9. tr. 6. resolut. 47. ibi præter Pontificem eiusque Legatum.

ADDITTIO XVI.

Ad eumd. librum.

58 Quęres an absolutio excommunicationis facta a Laico in articulo mortis absente Sacerdote prosit tam in foro interiori q̃ exteriori & P. Dian. in p. 9. tr. 7. res. 13. cum alijs per eũ adductis dicit absolute posse absolui a laico quod intellige extra sacramentũ Pænitentiæ; in qua non licet Laico vllo modo se ingerere, sed Io: Valer. in differ. vtr. fori Verb. absolutio diff. 13. dicit hoc nõ procedere quoad forum Iudiciale. Sicut enim neminem potest laicus excommunicare, quia id Iurisdictionis est ecclesiasticæ, ita nec absoluere. sed ego adhærendo opinioni d. Dianæ puto etiam in foro iudiciali esse absolutum; certum enim est quod Laicus ex licentia Pontificis potest in vtroque foro absoluere, vt DD. comm. sed in articulo mortis præsumitur tacita licentia Papæ, vt dicit idem Diana, ergo nec obstat d. Valerius, qui de d. Concessione tacita negat asserendo non esse tam necessariam quam est absolutio a peccatis, & eo magis cum possit absolui post mortem ad effectum gaudendi priuilegij sepulturæ & similis vt in c. pastoralis §. præterea quia respondeo hoc procedere quando signa contritionis exhibuerit vt in d. c. pastoralis §. præterea de offic. ord. & hæc sunt difficilis probationis maxime in casibus repentinis, ideo ad euitãdam hanc difficultatem, & ad subleuandum onus hæredibus bene censeri potest in causa tam pia prout est causa defunctorum, Papam & ecclesiam libenter concedere hanc facultatem ex se concessibilem, in causis .n. piis semper cẽsetur ecclesia liberalis, & officiosa, vt in similibus habetur vbiq; in iure canonico.

59 Insuper adde quod Laicus potest in d. articulo mortis concedere indulgentiam plenariam Bullæ cruciatæ, quamuis alij restringãt saltem ad tonsuratum. ita Nau. de indulg. notab. 30. nu. 9. quem refer. & sequitur idem Valer. loco citato n. 3.

60 Item Declaratus excommunicatus per litteras auditoris camerę ob non solutam pensionem, vel alius, satisfacit in vtroque foro si

statim

statim sine mora mittat litteras cambii, & tunc posset per Episcopũ absolui. ita Henriq. de excomm. cap. 88. §. 1. littera S. & sequitur Valer. loc. cit. diff. 5. n. 1.

61 Item si Papa committat facultatem absolutionis, & dicat, absoluat iuxta formam Iuris non per hoc censetur data forma necessaria, sed esse quãdã admonitionem cum pręcepto vnde si ommitteretur forma solemnis, quæ habetur in c. a nobis, c. ex tenere c. de cætero de sent. excomm. & tradit D. Antonin. 3. p. tit. 24. cap. 77. §. 1. communiter receptus vt testatur Nauar. c. 26. nu. 7. & 8. valeret absolutio & secluso scandalo, & contemptu non peccaret saltem mortaliter, facit text. in c. licet de offic. ordin. & in c. fin. Ne Cler. vel mon. in 6. gloss. fin. in c. cum ab ecclesiarum de offic. ordin. & de comm. testatur Suarez de Censur. tom. 5. disp. 19. nu. 13. Henriq. cap. 28. de excomm. §. 3.

62 Item suspensus vel interdictus cum hac conditione, donec satisfecerit, licet facta satisfactione quoad conscientiam sit tutus, attamen in foro exteriori necessaria est declaratio Iudicis, quod satisfactum fuerit vt Clem. 1. de decimis. ver. donec Concil. Trident. sess. 22. cap. 12. de reformat. cum DD. allegatis per Io: Valer. in differ. v. absolutio. diff. 14.

63 Tandem Legatus a latere, si ab aliquo etiam grauiter vulneretur potest in foro conscientię illum absoluere & iniuriam remittere, sed in foro externo quando percussio est grauis non potest, est enim illi a iure Canonico interdictum, ita text. in c. felicis de pæn. in 6. adnotatus ad Valer diff. 15. cum Felino in c. eminentiam de sent. excomm.

ADDITTIO XVII.

Ad eumd. librum.

64 QVęres an dubius de legitima Iudicis potestate teneatur illi obedire, sicuti quando dubitat an res præcepta sit licita, & respondeo affirmatiue; non enim potest ob solum dubium, vel opinionem spoliare superiorem legitima possessione denegando ei obedientiam, etiã si dubitat de re precepta an sit licita, nisi sit in damnum tertii, vt si v. g. Iudex interogaret illum de proprio aut alterius delicto, & esset dubium si iuridice interoget non teneretur obedire ita Sanch. in sum. tom. 2. lib. 6. cap. 3. nu. 3. & 29. Azzor. tom. 1. lib. 2. c. 19. quæs. 9. Suar. de relig. tom. 4. lib. 4. c. 15. num. 20.

65 Quid autem sit dicendum de illo, qui dubitat sit ne aliqua lex imponens censuram, seu pęnam ecclesiasticam vsu recepta, an possit existimare non esse vsu receptam? & respondeo affirmatiue, quia possessio videtur stare pro subdito possidente suam libertatem ita Azzor. tom. 1. lib. 2. cap. 19. quęst. 12. Salas in part. 2. q. 21. tr. 8. disp. vnica sect. 18. n. 169. Moura opusc. 1. de incant. sect. 1. cap. 1. nu. 13. Rebell. p. 2. lib. 1. de contr. q. 2. sect. 1. nu. 4. §. secundo quod & idem dicendum est quando est dubium de excommunicatione an sit ipso facto, vel comminatoria, nam possum tenere esse comminatoriam, ita Hurtad. tr. de Cens. diffic. 5. n. 22. qui & alios allegat Coninch. de Sacram. disp. 13. nu. 22. Dian. p. 4. tr. 3. res. 16. Item de dubio an consuetudo obliget in conscientia, nam potest teneri quod sit potius honestatis quam obligationis Suarez de leg. lib. 7. cap. 15. Meratius tom. 1. tr. de leg. disp. 15. sect. 2. n. 3.

66 Epicheiæ vero non est locus in dubijs, sed seruanda sunt verba legis vt sonant, quia ipsa lex est in possessione, nec propter dubium debet ea spoliari, quod procedit etiam in casu vrgenti in quo superior non possit consuli, vt declaret si voluerit ad illum casum extendere suam legem, ita Castr. Pal. tom. 1. disp. 3. p. 8. num. 4. Suarez de legib. lib. 6. cap. 8. num. 10. Sancius in select. disp. 43. num. 8. Merolla tom. 1. disput. 3. cap. 3. coroll. 7. num. 128. Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 3. disput. 41. num. 37.

67 Sed quæres an Episcopus possit dispensare in lege superioris quando est dubius, an res egeat dispensatione; & respondeo affirmatiue, quia in tali casu adest præsumptio pro libertate, Castr. Pal. tom. 1. tractat. 3. disp. 6. part. 5. nu. 10. Laym. lib. 1. tract. 4. cap. 22. n. 4. cum alijs per Barbos. de potest. episc. part. 2. alleg. 35. num. 19. quibus adde Diana part. 4. tract. 3. resol. 46.

AD-

ADDITTIO XVIII.

Ad eumdem librum.

68 QVęres an percutens Clericum in Platea alapha, pugno vel Calce possit absolui ab episcopo? Respondeo affirmatiue ita dixi cum Diana & dd. per eum citatis, & alijs in cap. de excomm. quibus addo eumdem affirmantem suam opinionem probab lem in p.q.tr.4.ref.19 cum Leone de Censur. recollect.5.n.382. Philarc. in Summ. lib.3.c.33. in fine, & Mar. Antonin. var. resol. lib.3. resol.11. non nego tamen hic tritiorem in praxi esse opinionem contrariam, & ita ab episcopis in Foro iudiciali obseruandam vt magis timeatur hæc excommunicato, & Ecclesiastici maiori habeantur in reuerentia, & ita vidi frequentius obseruari; quod eo magis procedit cum sit in arbitrio ordinarij deffinire an percussio sit leuis, vel grauis, vt bene Nouarius in Sum. Bullar. tit. de percuss. Clerici n.30. & 37. & Barbos. de iur. eccles. lib.1.c.39. n. 88. cum aliis per eum: & notoria percussio non potest dici leuis in foro fori, vt per gloss. in verb. mutilationem in c. cum illorum de Sent. excom. & ibi Abb. n.5. Vide Bonacin. de censur. extra Bull. disp.2.q.4. punct.5.n.2. vers. mediocris Bellett. tit. de fauore Cleric. canonis §.3. a nu. 36. Iacob. a Graff. decis. aur. p.1. lib.2. cap.49. num.56.

69 Quæres iterum. an qui tenetur impedire percussionem Clerici & non impedit sit excommunicatus? & respondeo distinguendo aut tenetur ex Iustitia vt Iudex, officialis, & similis, & dico esse excommunicatum, aut tenetur ex charitate, & tunc dico aut facit dolose, & in excommunicationem incidit, vel ex negligentia, & timore, & non est excommunicatus, licet in foro externo semper præsumitur dolus, & fraus, ita Raguccius sub tit. de excom. q.69. Squillant. de priuil. Cleric. cap. 66. n.66. in fine Bonacin. d. disp.2.q.2.p.3.n.6.

70 Quæres tertio an duo Clerici in seipsos vnus aduersus alium ensibus districtis digladiantes incidant in excommunicationem? & Respondeo, quod si non fuerint tacti ab ense non sunt excommunicati, verba enim sunt intelligenda cum suo effectu, & ista excommunicatio incurritur per iniuriam illatam, non vero inferendam, ita Sayr. de censur. lib 3.c.26.n.21. per text. in c. relatum. de Clerico non resid. cũ Hostiense, Paludano, & aliis, quos sequitur Dian. p.9.tr.4.res 4. contra Fragos. in Repub. Christ. tom.2. p 2. lib.1. disp.2.§.1.n.13. Ideo poterit eos Iudex punire de rixa, non autem declarare eos excommunicatos.

Reliqua de hac materia videnda erunt in tertio libro, cum de delictis omnibus in foro punibilibus erit a nobis latissime discutiendũ Deo fauente, cui honor & gloria in sęcula.

CAP. VLT.

ADDITTIO POSTERIOR.

Ad eumd. Librum secundum.

SVMMARIVM.

1 *Clericus dimmittendo habitum a quo puniri debet.*
2 *Quod tempus requiratur ad cognoscendum an Clericus dimisso habitu, perdiderit foro priuilegium fori. & n seq.*
3 *Clericus Pupillus potest eligere forum in Romana Curia etiam in primis instantijs.*
4 *Clericus extraneus a quo puniri debet in delictis commissis extra suum territorium.*
5 *Causas litterarum apostolicarum quis cognoscere debet.*
6 *Iurisdictio Clericorũ Camerę Apostol. quæ.*
7 *Causę matrimoniales cui competant.*
8 *Causę equitum Hierosolimitanam ad quem spectent.*
Debitores fraudolenti, & eorum bona quomodo sint immunia in ecclesia.
9 *Iudex inducens ad malum suo exemplo an teneatur ad restitutionem*
10 *In dubio an Ius extet debet iudicare in fauorem Rei.*
11 *Iurisdictio delegata quando non extinguitur morte delegantis.*
12 *Citatio dat principium litis.*
13 *Quomodo cognoscitur quando aliquid sit de forma substantiali legis.*
14 *Clausula, donec reuocauerit, in delegatione quid operetur Add. vlt.*

1 IN defens. 1.c.13. multa sunt dicta circa exemptionem ecclesiasticam, hæc pacto etiam

tiam addenda a me sero reperta. Et primo quod clericus non potest ab episcopo puniri, eo quod dimiserit habitum, si est in minoribus constitutus, nullibi enim a Iure coarctatur ad illius retentionem; poterit tamen ab ipso puniri, si potest demissum habitum delictum commisserit, nam datur locus præuentioni: vt ex sacra congreg. in multis actibus testantur Sperellus decis. for. eccles. decis. 26. & 66. n. 27. Sellius select. canon. c. 13. n. 78. & nouissime Barbos. in collect. Apostol. decis. V. clericus collect. 157. n. 10.

2 Sed quæres quod nam tempus requiratur ad hoc vt clericus habitum dimittendo censeatur priuilegium fori perdidisse? Respondeo octo menses ad ante carcerationem, si a curia sæculari captus fuit sine habitu ita Sacra cong. apud Lexan. in Sum. qq. Regul. to. 3. V. clericus n. 25. si vero sumpsit ordines & habitum post delictum licet fideiusserit de se representando iudici laico, est tamen exemptus quoad personam: licet in procedendo quoad bona possit d. laicus finem imponere processui, quando inspicitur adesse fraudem ita Sacra congr. Concilii in vna Papien. 13. Maii 1626. & in alia congr. Præpos. controu. Iurisd. 18. Februarii 1631. teste Aldano in comp. resol. canon. lib. 2. tit. 8. n. 19. & Barbos. loco citat. n. 13.

Cognitio vero assumptionis habitus post delictum ad solum episcopum pertinet priuatiue quoad alios vt ex sacra congreg. immunit. testatur Aldan. tit. 44. n. 12. & *Barbos.* loco cit.

3 Et nota quod clericus pupillus potest eligere forum in Romana curia etiam in prima instantia licet Concil. Trident. sess. 24. cap. 20. de reform. disponat primas instantias esse faciendas in partibus; & hoc ex priuilegio Iuris communis l. vnic. c. quando Imp. int. pup. & vid. ita sancito a Sacra Congreg. Conc. teste *Barbos.* in collectan. ad Trident. c. 20. n. 43. & Aldano d. lib. 2. c. 8. nu. 15. iuramentum vero quod præstare debet clericus in causis ciuilibus vertentibus in curia sæculari, semper est præstandum ante ordinarii ecclesiastici tribunali, immo si timeretur de aliqua criminalitas non debet se subici examini coram d. iudice laico ita Sell. select. can. c. 13. n. 82. & seq. & post eum Barbos. collect. 158. n. 7. & seqq. qui etiam testantur de decreto Sacræ Congr. die 4. aprilis. 1615.

4 An vero clericus extraneus possit puniri ab episcopo loci, in quo commisit delictū absq. interuentione proprii episcopi? Resp. affirmatiue, quia ratione delicti efficitur suus subditus Auth. qua in prouincia c. vbi de crim. ag. op. c. postulasti. & c. vlt. de for. comp. Sell. vbi supra c. 21. n. 8. & *Barbos.* loco cit.

5 Secundo est addendum quod iudicare de viribus litterarum apostolicarum solum ad Iudices Romanæ Curiæ spectat, & præcipue ad Sacræ Rotæ auditorium: vnde quando de iis tractatur etiam in prima instantia per signaturam iustitiæ committuntur in curia, ita Nicol. Garz. de benef. par. 6. c. 3. n. 7.

6 Et hic obiter nota quod iurisdictio Clericorum Cameræ Apostolicæ qui numero sunt septem consistit in examinandis causis mercium, grasciæ, salis, carcerum, & vicarium tam Vrbis quam aliorum locorum status ecclesiastici, nec non Dohanæ & Ripæ vrbis ita ex Cost. 24. Leonis X. incip. licet. Item ad eorum iurisdictionem pertinet cognoscere de interesse Cameræ Apost. & causas pertinentes ad illam iudicare sine strepitu Iudicij sola facta veritate inspecta. ita ex const. 4. Inno. v. notat Barb. Collect. Ap. decis. collect. 160.

7 Causę vero matrimonialis, & criminales relinquuntur solum episcopi examini, & iurisdictioni, & sede vacante Capitulo; etiam in Abbatiis exemptio, donec constet per tres sententias conformes esse nullius dięcesis, & probetur per alium prætendentem immemorabilis. Sell. in select. can. capitol. 42. numero. 9. *Barbos.* in Tridentin. c. 20. n. 58. & in Collect. decis. apost. Verb. causa.

8 Aduerte tamen quod causæ equitum Hyerosolimitarum, & eorum subditorum ad magnum Magistrum, & conuentum Religionis, siue deputatos ab illis pertinent ex speciali cōcess. Pii IV. const. 9. incip. circumspecta pag. 9. Bullar. vt notat idem *Barbos.* loco cit. & vide Nald. in V. miles nu. 11. qui ex Const. Greg. XIII. ab eo aducta, & alia Clem. 8. declarat quomodo obseruandum in Praxi.

Tertio est addendum ad d. def. 1. cap. 14. vbi de immunitate loquimur quod Debitores fraudolenti confugientes ad Ecclesiam cum bonis, postquam constiterit de eorum fraude, licet gaudeant immunitate, vt diximus cum Diana p. 4. tr. 1. ref. 47. & aliis, tamen in eccle-

sia non sunt tollerandi, sed debent ex mandato Iudicis ecclesiastici consignari in loco non immuni; & bona trasportata cum d. fraude tradi Iudici seculari, vt illa adiudicet, cui cōpetit de iure. Aldan. vbi sup. tit. 8. n. 15. qui testatur de decreto sacræ Congr. & sequitur Barbos. colle. t. 240. n. 4.

9 Quarto est addendum ad cap. 15. def. 2. dicti libri secundi vbi de vitæ probitatem iudicum differuimus, quod Iudex inducens alios ad damna proximi suo malo exemplo est obligatus ad restitutionem, quia perinde est ac non impedire, ad quod tenetur iudex ex officio, & sic consequenter incurrit in pœnas excommunicationis, & irregularitatis, quæ contrahuntur ab iis, qui obligati ex iustitia, non impediunt ita ex doctrina D. Thomæ in 2. 2. q. 62. art. 7. docent Salon. Arag. & alii cum Bonacina in tom. 2. de restit. disp. 1. q. 2. p. 3. & est opinio communis. Vide Molin. to. 4. disp. 735. nu. 2. Savr. in Clau. reg. lib. 10. tr. 2. c. 13. Valent. tom. 3. disp. 5. q. 6. p. 1. Less. lib. 2. c. 9. dub. 10. Azzor. p. 3. lib. 4. c. 16. Filliucc. tr. 31. c. 3. attamen negatiue respōdet Sanch. in sum. lib. 1. c. 6. n. 5. & ampliat licet hoc faciat prauo animo, intendens scilicet alios inducere ad id faciendum suo exemplo. Ratio est, quia Iudici solum incumbit onus impediendi volentes inferre damna, eosque inducendi ad satisfactionem, non vero præbendi bonum exēplum, vt sunt Pastores, ecclesiastici, nec obstat malus animus, nam illa intentio est actus internus qui non influit in opus externum, obligatio enim restitutionis insurgit ex opere iniusto externo, & hæc opinio videtur mihi probabilis licet contraria tutior, & probabilior, ita etiam docet Salas de leg. disp. 14. sect. 2. n. 17. vers. non audeo.

10 Item Iudex in dubio an talem ius extet, iudicare debet in fauorem rei, & non obligatur post adhibitam debitam diligentiam ad præstandum id, se quo dubitat latum esse præceptum, siue sit diuinum, siue naturale, siue humanum, siue consuetudo, quæ habet vim legis, posse innocentiam tat pro subdito, & in dubio melior est conditio possidentis. ita Henriq. lib. 14. c. 4. n. 4. sanch. in summ. lib. 2. c. 23. citati a Bonacin. de restit. disp. 1. q. 2. p. 3. n. 2. Vide Filliucc. tr. 21. nu. 159. Layman. lib. 1. tr. 1. c. 5. n. 31. & Garz. de benef. p. 7. c. 1. n. 14.

11 Item iurisdictio delegata alicui sub nomine proprio, sed sub nomine dignitatis non extinguitur morte delegantis, sicuti etiam quando eam concedit cum clausula, donec reuocauerit, sed postea se ipsa ante mortem non reuocauit ex text. in c. si delegatus de offic. iud. in 6. sanch. de matrim. lib. 8. disp. 28. n. 49. Filliucc. tr. 33. c. 4. & Bonacin. vbi supra punct. 6. n. 25.

12 Item quia dixi quod tunc censetur cæptum iudicium quando pars est citata officio iudicis, cum Barbosa, & aliis; modo addo Molin. disp. 552. n. 6. Reginald. lib. 25. n. 608. Filliucc. tr. 39. nu. 28. seqq. Azzor. p. 3. lib. 8. c. 7. Sanch. & alios per Bonacin. d. p. 6. nu. 21. vers. secundo in fine.

13 Item quia dixi in c. 22. defens. 3. quod actus celebrati sine legis forma substantiali sunt nulli etiam in conscientia cum Naldo, Layman, & aliis modo addo P. Bassæum virum doctissimum in Flor. tot. Theol. mor. V. actus nu. 1. qui & n. 4. dicit quod ad cognoscendum quādo sit aliquid de forma substantiali tria sunt aduertenda. Primo si apponitur clausula irritans. Secundo quando præscribitur potestas seruanda cum tali forma, & tertio, quando aufertur, seu limitatur d. potestas ad aliquid faciendum cum tali forma. Vide etiam Gutier. de matr. c. 61. Azzor. to. 1. lib. 5. c. 28. & Emmanuel Sà V. interpretatio n. 6.

Et hæc sint satis ad complementum huius primi tomi ad laudem Dei, Beatissimæ Mariæ Virginis, & Apostolorum Petri, & Pauli quorum patrocinio, & intercessione modo sperant Christi fideles consecuturos, Indulgentiam omnium peccatorum concessam in Præsenti Anno Santo Iubilei a Beatissimo Pōtifici Innocentio X. ad cuius pedes humillime me prostratus quæcumque scripsi S. Romanæ ecclesiæ censuræ subiicio rogans ei a Deo salutem, & fęlicitatem perpetuam.

F I N I S.

IN-

INDEX

RERVM QVÆ IN HOC OPERIS CONTINENTVR.

L[illegible] A Co-

aduc-

ap-

Casus

Clau-

riato

Compensatio de pœnis non potest exigi, nisi post condemnationem lib. 2. def. 6. c. 39. n. 38.

Compositio super obligatione restituendi fructus pertinet ad sedem apostolicam lib. 2. def. 6. c. 47. n. 27.

De-

item

Nnn 2

Fiscus

Ha-

Im

In hoc Opere continentur.

infa-

Ooo irre-

neio

Iudex

In hoc Opere continentur.

Metus

N

Ordo

Pœna

Periu-

Q

Reo



FINIS.



6-3-1